THEOLOGIA

DOGMATICO-SCHOLASTICA

TOMUS SECUNDUS

PARTEM PRIMAM DE DEO UNO AC TRINO COMPLECTENS.

JOANNIS BAPTISTAE GENER S. J.
THEOLOGI HISPANI

THEOLOGIA
DOGMATICO-SCHOLASTICA

PERPETUIS

PROLUSIONIBUS POLEMICIS HISTORICO-CRITICIS

NECNON

SACRAE ANTIQUITATIS MONUMENTIS

ILLUSTRATA

TOMUS SECUNDUS

PARTEM PRIMAM DE DEO UNO AC TRINO COMPLECTENS.

ROMAE MDCCLXVIII.

IN TYPOGRAPHEO S. MICHAELIS AD RIPAM.
SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLAE IN VIA CURSUS
ET PAULLI JUNCHI TYPOGRAPHI.

PRAESIDIBUS ADPROBANTIBUS.

ALMA COLLEGE
208.9
LIBRARY
G28b
Los Gatos, Calif.

49204

D. M

VNI. AC. TRINO

THEOLOGIAE. COMMENTARIVM

DOGMATICVM. SCHOLASTICVM

HISTORICO-POLEMICVM

ANTIQVARIVM

DE. DEO. VNO. AC. TRINO

ROMANI. EDITORES

VENANT. MONALDINIVS

ET. PAVLL. IVNCHIVS

IN. ORTHODOXIAE. TESTIMONIVM

L. L. M. DEDICARVNT

SEDENTE. CLEM. XIII. P. M

IND. I

Digitized by the Internet Archive
in 2026 with funding from
Graduate Theological Union

https://archive.org/details/theologiadogmati02gene

LAURENTIUS RICCI

Praepoſitus Generalis Societatis Jesu

CUm Opus, cui titulus, *Jo. Baptiſtae Genèr* S. J. *Theologia Dogmatico-Scholaſtica, perpetuis Proluſionibus Polemicis Hiſtorico-Criticis, necnon ſacrae Antiquitatis Monumentis illuſtrata*, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem facimus, ut typis mandetur, ſi iis, ad quos pertinet, ita videbitur. Cujus rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus.

Romae die 23. Octobris 1765.

Laurentius Ricci.

Loco ✠ Sigilli.

AD PROBATIONES.

EO, quo potui, ſtudio perlegi, jubente Rmo P. Thoma Auguſtino Ricchinio S. P. A. Magiſtro, primam Theologiae partem P. Joannis Baptiſtae Genèr S. J., in qua ſanctiſſima Eccleſiae Dogmata ad Superni Numinis Unitatem & Trinitatem, ceteraque ejuſdem adtributa ſpectantia copioſe, erudite, ſolideque confirmantur, quin aliquid toto in opere occurrat, quod orthodoxae Fidei ſanctitati, morumve candori opponatur. Hanc adeo Theologiae partem prelo dignam eſſe exiſtimo.

Romae in Aedibus Aracoelitanis die 12. Aprilis 1768.

Frater Ambroſius Erba de Mediolano O. M. O. Lector Jubilatus, Sacrae Indicis Congregationis Conſultor, & Apoſtolicus Cleri Romani Examinator.

REverendiſſimi P. Thomae Auguſtini Ricchinii S. P. A. Magiſtri juſſu, *Theologiae Dogmatico Scholaſticae* ab A.R.P. Joanne Baptiſta Genér S.J. Theologo adornatae Tomum II. adtente perlegi. Atque tantum abeſt, ut quidpiam in eo deprehenderim, quo vel leviter aut Catholicae Eccleſiae doctrina, aut chriſtiana morum diſciplina laedi queant, ut potius imo praecipua Chriſtianae Religionis capita a praeſtantiſſimo Viro tanta perfuſa luce, tantoque argumentorum pondere ſuis perpetuo ſtabilita locis perſpexerim; ut ab ejuſdem Religionis hoſtibus, quorum errores ſuis opportunis locis dilucide exponit, e quibuſve ſaepius exprompta in ipſos argumenta contorquet, nec ulla obduci fallacia, nec ullo dimoveri conatu queant. Ingens & illud adcedit operi pretium, quod argumentis non modo e S. Scripturae locis, e Conciliorum decretis, e SS. Patrum teſtimoniis, ubertim alioqui confertis, Sacrae Theologiae Dogmata tam illuſtrare, quam confirmare Auctor diligentiſſimus ſatagit, ſed e Re qua Numiſmatica, qua Lapidaria, qua Diptycha; qua Diplomatica documentis undequaque depromptis hancce, quam hactenus in ſe nemo ſuſcepit, exornare Spartam, atque perficere, improbo haud abſque labore ſane, adniſus eſt. Quamobrem e Re plane Thelogica eſſe quam maxime cenſeo ut publicam opus proferatur in lucem, e quo tot & Clypei ad retundenda in Religionem hoſtium tela, & Gladii ad ipſos Religionis hoſtes jugulandos facile peti Theologo cuiquam poterunt.

Romae ex Aede Immaculatae Conceptionis 15. Kal. Majas Anni 1768.

F. Hieremias a Bennettis Cappuccinus.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dom. Jord. Patriarcha Antioch. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Sacri Palatii Apoſt. Mag. Ord. Praed.

PRAE-

PRAELOQUIUM

AD HUNC TOMUM SECUNDUM.

EN prodit jam bono publico ſacra Theologia, qualem pro votis & conſiliis noſtris edendam in Praefatione generali & ratione totius Operis, Tomo primo praeliminari praefixa, deſcripſimus, ac in Hieroglyphico, in frontiſpicio hujuſce Voluminis recuſo praenotavimus: nimirum Theologia Dogmatica, Scholaſtica, Hiſtorico-Polemica, Antiquaria.

Plane revocanda in praeſentiarum, & oppido recolenda quae in ea Praefatione differuimus, cupienti generalem ideam, rationemque hujuſce Tomi; nec enim decet, nec juvat bis in id ipſum ſermonem inſtituere. Et vero iis, quae eo loci praemonita ſunt, quod ſpectat praeſentem Tomum, ceteroſque deinceps evulgandos, nonnulla operae pretium duximus adjicienda, tanquam obſervatu digniora.

Principio ne diverſitas materiarum, quae ſub eiſdem primariis Titulis perfrequenter occurrunt, aut Commentario, aut Lectori perturbationem & obſcuritatem ingerant, ſuis ſingulas marginalibus titulis inſignivimus: e. c. ubi adcedunt Proluſiones Polemicae, praefigitur in margine cujuſque prooemii HISTORIA POLEMICA, ac pariter de ceteris. Quin & eaſdem ferme epigraphes ſingulae paginae in ſuis capitalibus inſcriptionibus ordine praeferunt.

Quo plane fiet inſuper, ut qui ſingulis hiſce tractationibus non delectetur, ſed vel unam, vel alteram amet, aut quaerat, eam, quae plus adrideat, facili negotio ad manus habeat. Immo ad majorem conciliandam perſpicuitatem Operi, adeo etherogeneis lucubrationibus (in eundem tamen ſcopum methodice collineantibus) concinnato, eas ſingulas quaſque, & quoad ſtilum orationis, & quoad typorum formas conſulto diſtinximus; quemadmodum ſi evolvas ſingulas & ad invicem conferas, nullo monente, animadvertes.

Heinc vero ad opportunas aliquot Obſervationes in eaſdem ſingulas tractationes in gratiam Lectoris jam deſcendimus.

In Titulum de QUAESTIONIBUS DOGMATICO-SCHOLASTICIS.

I. Pro uberiore ſancti Dogmatis commendatione, eam placuit

inire viam, (heic quidem curſim, alias vero, ſi Deus adjuvet, fuſiore & critico calamo percurrendam) qua concordia fidei cum ratione feliciter comprobatur a pleriſque Doctoribus cum *Euſebio Caeſar.* in praeparat. evangel. *Mutio Panſa* in Oſculo ethnicae & chriſtianae Philoſophiae, *Steucho Eugubino* de perenni Philoſophia, *Theoph. Raynaudo* in t. 5. de Theologia naturali, *Theophilo* Galeo in Philoſophia generali, *Petro Daniele Huetio* in demonſtrat. evang. & in Quaeſtionibus Alnetanis: ſubinde pro Dogmate illos ex Ethniciſmo teſtes producere conſuevimus, quos vel in eorundem Philoſophorum commentariis ipſi legimus, vel apud alios adcuratos Scriptores laudatos vidimus. II. Haec noſtra eſt Theologia Dogmatica, quam heic & toto deinceps Opere exponimus ſub ſenſu pluribus explicato in Tomo I. Prodromo III. Prolegomeno II.

III. Dogmaticen plerumque excipit Scholaſtice, & Quaeſtiones in Schola controverſas eventilat. Verae, ſummoque in pretio habendae Scholaſtices dotes, ſimulque pro ea recte tradenda regulas innuimus in noſtro Tomo I. a pag. 374. num. 251. ſqq. Num vero iis adprime conſona cenſeri poſſit haec, quam proponimus, Scholaſtice, Doctiorum eſto judicium. Paratum quidem nobis erat Syſtema univerſae Scholaſtices, prout eam tradiderant poſt Magiſtrum ac D. Thomam vetuſti recenteſque Theologi. Ceterum communioribus hodiernae Scholae moribus lucubrationes noſtras conformare ſtudentes, maximam partem quaeſtiones, reſque haud ita pridem controverſas reſecuimus, & in ſchedis jacere compulimus; eaque ventilanda delegimus, quae plerumque a recentiſſimis Doctoribus Syſtematicis, e. c. *Juen. Tournel. Simonneto*, *Bertio*, *Gottio* tradi ſolent.

Anne plures adhuc ex propoſitis Quaeſtionibus reſecandas optaveris? Vetat adtamen praefixus tractationibus titulus UNIVERSAE THEOLOGIAE SCHOLASTICAE, qui quidem jure depoſcit praecipuas ſaltem & cardinales Quaeſtiones, quas Scholaſtice ex Majorum noſtrorum inſtituto in ſinu continet, quaſque Scholaſtici ſaltem Magiſtri nequeunt abſque injuria ignorare, ſeu negligere. Quod ſi moroſus quiſpiam, aut minus ſciens hanc vel illam ex adlatis quaeſtionibus tanquam ſupervacaneam torvis oculis excipiat, ſibi & authori proſpiciet ſatis, ſi eam omnino praetereat, & aliis, quibus abſimilis ſapor eſt, legendam relinquat.

ciet

IV. Nonnunquam inter ventilandum Quaeſtiones, Obſervationes adjicimus in puncta plerumque hiſtorica, cum rebus in textu Operis diſputatis connexa, & hac tempeſtate, vel in Schola, vel in coetibus Eruditorum controverſa; quae tamen alias nobis definita non ſunt: memores utique promiſſi, quod Praefatio generalis praetulit.

In Titulum de PROLUSIONIBUS POLEMICIS. I. Hiſtoriam (non ſtilo hiſtorico ampliore, quo delectemus Lectorem, ſed chronologico, & laconico, quo clarius, breviuſque ſtudioſum inſtruamus) opportunis diſtinctam capitibus & articulis inſtituimus, non quidem morum, ſed duntaxat errorum in ſancta Dogmata, qui in ſingulis cujuſque Religionis vel ſectae aſſertoribus (nobis apud adcuratiores Authores haud vulgari diligentia perquiſitis) vel jure, vel injuria notati ſunt.

Ubi videris, quam late pateat & vagetur ejuſmodi Hiſtoria; complectitur enim & Philoſophos, cum priſcos infideles, tum fideles, aut etiam infideles juniores; & Hebraeos; & Mahumedanos, cum ceteris quibuſque Heterodoxis, chriſtiano nomine inſignitis; & Orthodoxos, cum Patres vetuſtiſſimos, tum Doctores ac plebejos reliquos.

Quid tum vero? Omnes ii quidem, homines quum fuerint, errori ſuapte natura obnoxii, potuerunt facile in errorem adverſus ſancta Dogmata, vel impie, vel inculpate, prolabi.

II. In argumentis id genus interdum alienas duntaxat cenſuras recitamus; ſaepius vero noſtras addimus. Tunc autem ingenua utentes critice, quoſcumque noſtra opinione, (ſepoſito quoad licet omni partium ſtudio) reos deprehendimus, reos dicimus; quos contra quoslibet cenſemus innocuos, pro merito cauſſae vindicamus: habentes quidem prae oculis, cordique infixas Regulas illas ſanctiſſimas & omni exceptione majore, SEMPER ET UBIQUE VERITATI LITANDUN, & REDDENDUM CUIQUE QUOD SUUM EST. Subinde (ſecundum cauſſae meritum) nec erubeſcimus Patrem forte aliquem reverenter reum dicere, nec innocentem veraciter pronuntiare Calvinum.

III. Ejuſmodi cauſſas in ſuppoſitis ad calcem adnotationibus plerumque diſcutimus & judicamus. Quin etiam ibidem eos perſaepe taxamus Authores, maxime e junioribus Haereſeologis, qui minore diligentia, ſeu critice, quam

par esset, cujusvis voluminis transcriptione contenti, Erronem eum dicunt, qui verum adseruit, aut porro nihil. Quo quidem habes, & de erroribus, & de Scriptoribus, qui alienos recitant errores, connexam criticen.

IV. In eisdem saepe Adnotationibus Historias critice libramus, quae tamen eo tendunt, ut materiem de notatis erroribus aut Erronibus potissimum elucident, illustrentque.

In Titulum de MONUMENTIS ANTIQUITATIS. I. Epocha, quam nobis praefiximus circa aetatem Monumentorum, quae in scenam producimus, ab anno primo vulgaris Aerae christianae ad usque Millesimum recurrit, nec finibus aliis circunscribitur. Alias etenim si brevioribus priorum Seculorum terminis isthaec Epocha adstringeretur, pauciss̃ima nobis suppeterent documenta, quibus Dogmata universae Theologiae illustranda adgredimur: norunt quippe Eruditi Viri, quam rara sint id genus priscorum temporum monimenta.

Ecquis autem venerandae Antiquitatis nomen, aetatem, & jus deneget instrumentis, quae Millesimum ante annum, seu fere ante septingentos a nostra aetate annos confecta sint? Eos plane suspicimus tanquam antiquos Ecclesiae Patres, qui ad aevum usque S. Bernardi, fato functi sub an. 1153., progressi sunt: quidni & nos sacros alios documentorum Authores e decem primis Christianis Seculis tanquam plane vetustos in medium adferamus?

Quod autem Medii Aevi etiam Monimenta sua gaudeant authoritate, suoque Vetustatis pretio, ii probant adfatim commentarii plurimi, quibus Recentiores Eruditi ea passim ut vetera illustrant: puta e medio Aevo Diptycha *VVilthemius*, *Bonarrota*, *Gorius*, *Passerius*, &c., Diplomata *Papebrochius*, *Mabillonius*, *Heumannus*, *Muratorius*, *Godefridus*, *Florezius*, *Galletus*, *Authores novi tractatus Diplomatices* &c. Musiva, variique generis Imagines *Ciampinius*, *A Turre*, *Allegranza*, *Gorius*, *Passerius* &c. Numismata *Ducangius*, *Bandurius*, *Garampius*, *Bellinius*, *Victorius* &c. Inscriptiones *Apianus*, *Gruterus*, *Maffeius*, *Brovverus*, *Muratorius* &c., Instrumenta plumbea *Ficoronius*; Lucernas *Lycetus*, *Bartolus* &c., perplura cujusque fere generis monimenta *Polenus*, aliique apud thesaurum *Graveum*.

Liceat ergo nobis ex hisce clarissimis Scriptoribus & cum ipsis eadem vel paria illustrandis Dogmatis monumenta proferre.

Hoc

Hoc denique omnino certum : ſingula quaeque etiam Medii Aevi documenta , ſparſim toto Opere producta teſtatiſſimam efficiunt traditionem popularem de fide orthodoxa ejus Dogmatis , in cujus commendationem adſumpta ſunt . Quod quidem haud parvo quaeſtui catholicae Religioni , decorique ſanctis Dogmatis ducendum puto .

II. Quae hucuſque pene omnis generis documenta reliqui ferme Authores rei Antiquarie ſparſim & abſque ordine retulerant , ſaltem comparate ad ſacrum aliquem finem , nos tandem ducti momentis , *ſupra* ſatis expoſitis in Tom I. pag. 316. ſqq. , ſic ea collegimus , ut ex ipſis novum quoddam Rei ſacrae Antiquariae Syſtema methodice digeſtum exſurgeret , quod illico pro re nata cum Syſtematis aliis primum confectis Dogmatices , Scholaſtices , & Hiſtoriae Polemicae nexu ſatis opportuno copulavimus : adeo collegiſſe nos optaremus in obſequium fidei & ſacrae doctrinae eam ſyſtematicam documentorum congeriem , quae fortaſſe merito inſcribi poſſit , NOVUS SACRAE VETUSTATIS THESAURUS , aut ſaltem SPECIMEN NOVI THESAURI SACRAE VETUSTATIS .

III. His porro documentis in Syſtemate nobis propoſito adjicienda veniunt ſpeciatim documenta Diplomatica , tum quia ipſum cujuſcumque generis , quae rem probent , inſtrumenta complectitur , tum quia non minus Diplomata traditionem de fide Dogmatis confirmant , quam Inſcriptiones , Numiſmata &c. Nec minus ipſa popularem traditionem ab Eccleſiae Proceribus edoctam exhibent , quam Patres ſcriptis ſuis eamdem tenendam ſapientiſſime teſtentur .

IV. Saepe ſaepius profana monimenta ſacris adnectimus ; quum nempe illa ſanctum Dogma , eſto ritu ethnico , commendant : quo pariter aperte conficimus , Dogma ipſum , duce natura , Paganis fuiſſe cognitum , & religioſe cultum : ad eum plane modum , quo Dogmaticen exponentes adductis ethnicorum Sophiſtarum teſtimoniis concordiam fidei & rationis quam ſaepe demonſtramus . Anne hoc & orthodoxae fidei , & rei ſacrae Antiquariae , & ethnicae Theologiae parvum decus ?

V. Inter proponendum vetuſta documenta , vel feſtinamus , vel tantiſper immoramur , vel diutius ſiſtimus , ſecundum ipſorum meritum , aut rei , quam praeſeferunt , exigentiam , vel opportunitatem ; etiam dum profana intervenit

eruditio. Nec miſſam quidem facimus pro re nata fideliſſimam & copioſam recenſionem Authorum, qui adiri poſſint; nec criticen, urgente caſu; nec conatum tradendi regulas potiores pro captu Rei Antiquariae; nec tentatam ubi perdifficiles occurrunt nodi, ſolutionem: nefas enim eſſet (ſaltem quod ſpectat inſtitutionem ſtudioſi, junioriſque Lectoris) praeterire praecipua capita ejuſmodi *Artis Antiquariae*, quam nos heic (eſto rudiore, novitia, tenuiſſimaque minerva) profitemur.

Antiquariam materiam hac, illac diſperſam, in Claſſes ordine ſyſtematico diſtribuimus, & Claſſes, ubi ſuppetunt diverſi generis documenta, in articulos propriis inſignitos titulis diſpeſcimus; ac fere ubique, ut alia aliis adprime conſona ſint, eadem obſervata methodi ratione: quibus plane Operis, tot, tamque diverſa continentis capita, claritati ſatis proſpexiſſe arbitramur.

VI. Maxime nobis cordi fuit cuncta, quae proferimus, documenta oculis adſpexiſſe, manibuſque contrectaſſe. At vero inania prorſus haec eſſe vota, & in hirco-cervum tendere quis non videat? Pauciſſima quidem, etiam in Urbe degenti luſtrare licuit; perplurima ex aliis teſtibus depromenda fuerunt: quaenam vero quibuſque iis, qui vel adcuratiores communi exiſtimatione ducuntur, adhibenda fides in ſuis commentariis, inſcitorum hominum cura, vel potius incuria, prelo commiſſis, noverint Eruditi, hoc in genere rerum expertiſſimi.

Ego equidem maxima qua potui ſollertia curavi, ut omnia & ſingula, quae in hoc Volumine promimus, documenta a Typotheta & Inſcalptore quam fideliſſime chartis traderentur, perpetuo inclamans ut facerent ſecundum exemplar eis commiſſum; res tamen ſaepenumero votis noſtris, clamoribuſque (quantum dolendum!) minime ceſſit.

Hactenus Praeloquium in iſtum Commentarium, pariterque in reliquos Operis ſubceſſive cudendos, huic utique quoad formam, ſtructuram & methodum omnino pares.

CON-

CONSPECTUS

TOMI SECUNDI.

UNIVERSAE

THEOLOGIAE

DOGMATICO-SCHOLASTICAE

PARS PRIMA

DEUS UNUS AC TRINUS. *Pag.* 1.

TRACTATUS I.

De Deo uno. *ibid.*

LIBER PRIMUS.

De Natura Dei. 2.

CAPUT PRIMUM.

De Exsistentia Dei. *ibid.*

PROLUSIO I.

seu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in Dei Exsistentiam & Unitatem. *ibid.*

SECTIO I.

De Atheis. *ibid.*

Ethnici. *ibid.*

Heterodoxi. 3.

Varii ex variis gentibus. 4.

Athei clancularii. 6.

Athei late dicti. *ibid.*

SECTIO II.

De Polytheis. 8.

Ethnici. *ibid.*

Heterodoxi. 10.

QUAESTIONES DOGMATICO-SCHOL. 13.

CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS circa Dei *Exsistentiam. ib.* & 33.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro Exsistentia Dei.*

CLASSIS I. 14.

CHRISTIANI LAPIDES. *ib.*

CLASSIS II. 27.

DOCUMENTA DIPLOMATICA. *ib.*

CLASSIS III. 33.

LAPIDES PROFANI. *ib.*

CLASSIS IV. 41.

RELIQUA MONUMENTA SACRA. *ib.*

RURSUS QQ. DOGM. SCHOL. 49.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro Unitate Dei.*

CLASSIS V. 60.

ITERUM QQ. DOGM. SCHOL. 63.

CAPUT SECUNDUM.

De Essentia Dei. 64.

PROLUSIO II.

seu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in Dei Essentiam. *ib.*

Ex Ethnicis. *ibid.*

Ex Heterodoxis. *ibid.*

Ex Schismaticis. 66.

Ex Catholicis Doctoribus. 68.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 71.

CAPUT TERTIUM.

De Adtributis Dei. 76.

§. I.

De Adtributis Dei generatim. 77.

§. II.

De Adtributis Dei sigillatim: & primum de Simplicitate, Omnipotentia, Aseitate, Aeternitate. 79.

PROLUSIO III.

seu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in Dei Simplicitatem, Omnipotentiam, Aeternitatem. *ib.*

In *Simplicitatem*.
Ethnici. 80.
Judaei. *ibid.*
Heterodoxi. 81.
Orthodoxi Doctores. 83.
In *Omnipotentiam* varii. 85.
In *Aeternitatem* varii. 90.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 93.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa Dei *Simplicitatem*. *ibid.*
& circa *Omnipotentiam*. 94. & 96.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Omnipotentia.
CLASSIS VI. 95.
E RE LAPIDARIA. *ib.*
E RE DIPLOMATICA. 96.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 108.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Aeternitatem* Dei. 109. & 111.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Aeternitate.
CLASSIS VII. 110.
LAPIDES CHRISTIANI. *ib.*
PROFANI LAPIDES. 111.
SEGMENTA DIPLOMATICA. 113.
ITERUM QQ. DOGM. SCHOL. 116.
§. III.
De Immensitate, Vita, Immutabilitate. 117.
PROLUSIO IV.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Dei Immensitatem, Vitam, Immutabilitatem. *ibid.*
In *Immensitatem* varii. 118.
In *Vitam* Idololatre. 121.
In *Immutabilitatem* varii. 122.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 125.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Immensitatem* Dei. *ibid.*
§. IV.
De Misericordia, Justitia, Invisibilitate, Incomprehensibilitate, Subsistentia absoluta. 130.
PROLUSIO V.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Dei Justitiam, Invisibilitatem, Incomprehensibilitatem. *ibid.*
In *Justitiam* varii. *ibid.*
In *Invisibilitatem* varii. 133.
In *Incomprehensibilitatem* Anomaei. 134.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 135.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Misericordia.
CLASSIS VIII. 136.
E RE LAPIDARIA. *ibid.*
E RE DIPLOMATICA. 139.
RURSUS QQ. DOGM. SCHOL. 143.
LIBER SECUNDUS.
De Scientia Dei. 150.
PROLUSIO VI.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Dei Scientiam. *ib.*
In *Scientiam* varii. *ibid.*
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 156.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa Dei *Scientiam*. *ibid.*
CAPUT PRIMUM.
De Scientia Dei generatim.
§. I.
Ejus Divisiones, Actus, Proprietates. 158.
§. II.
Ejus Objectum. 161.

§. III.

§. III.
Cetera relate ad Deum percurrit. 165.
CAPUT SECUNDUM.
De Scientia Dei ſigillatim. 167.
§. I.
De Scientia Simplicis Intelligentiae. 168.
§. II.
De Scientia Viſionis. 173.
§. III.
De Scientia Media directa. 179.
§. IV.
De Scientia Media reflexa. 195.
LIBER TERTIUS.
De Voluntate Dei. 200.
PROLUSIO VII.
ſeu
BREVIS HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Dei Voluntatem. ib.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 201.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Voluntatem* Dei. *ibid.*
CAPUT PRIMUM.
De Perfectione divinae Voluntatis generatim. 203.
§. I.
Ejus Di viſiones, Proprietates, Adfectiones. *ibid.*
§. II.
Actus & Virtutes. 207.
§. III.
Objectum. 210.
§. IV.
Cetera leviora. 216.
CAPUT SECUNDUM.
De Libertate Voluntatis divinae. 219.
PROLUSIO VIII.
ſeu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in divinae Voluntatis Libertatem, Sanctimoniam, Aequitatem. *ibid.*
In *Libertatem* varii. *ibid.*
In *Sanctitatem* varii. 224.
In *Aequitatem* varii. 230.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 233.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Libertatem* Dei. 234.
§. I.
De Libertate Dei in actu primo. 235.
§. II.
De Libertate Dei in actu ſecundo. 240
CAPUT TERTIUM
De efficacia divinae Voluntatis in decretis praeſinientibus. 246.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa Dei *Aequitatem.* 251.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Sanctitatem* Dei. 252. & 256. & 266.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Sanctitate.
CLASSIS IX. 255.
TITULI CHRISTIANI. *ibid.*
PAGANI TITULI. 256.
DIPLOMATICA FRAGMENTA CHRISTIANA. 265.
ADPENDICULA. 266.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. *ibid.*
TRACTATUS II.
De Deo Providente. 269.
PROLUSIO IX.
ſeu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Dei Providentiam. *ibid.*

Ex Ethnicis. *ibid.*
Ex Hebraeis. 273.
Ex Acatholicis. 274.
Ex Catholicis Doctoribus. 277.

LIBER PRIMUS

De divina Providentia generatim. 278.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. *ibid.*

CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS

circa Dei *Providentiam.* 279. & 286.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Providentia.

CLASSIS X. 280.

CHRISTIANA SPECIMINA DIPLOMATICA. *ibid.*

PAGANI TITULI. 286.

CAPUT PRIMUM.

Essentia metaphysica, Divisiones, Proprietates divinae Providentiae. 288

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. *ibid*

CAPUT SECUNDUM.

Essentia physica divinae Providentiae. 293.

§. I.

De actibus intellectus ad divinam Providentiam spectantibus quoad scientiam naturalem & liberam. 295.

§. II.

De actibus intellectus ad divinam Providentiam spectantibus quoad scientiam stricte mediam. 298.

§. III.

De actibus voluntatis ad divinam Providentiam spectantibus. 302.

LIBER SECUNDUS

De divina Providentia Praedestinante. 304.

PROLUSIO X.

seu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in Deum Praedestinantem. *ibid.*

In Deum *Praedestinantem* varii. *ib.*

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 315.

CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS

circa Deum *Praedestinantem.* *ibid.*

CAPUT PRIMUM.

Expenditur natura Providentiae Praedestinantis. 316.

CAPUT SECUNDUM.

Causae & Effectus Providentiae Praedestinantis. 322.

CAPUT TERTIUM.

Liber Vitae, ac numerus Praedestinatorum. 325.

LIBER TERTIUS

De divina Providentia Reprobante. 326.

PROLUSIO XI.

seu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in Deum Reprobantem. *ibid.*

In Deum *Reprobantem* varii. *ibid.*

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 330.

CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS

circa Deum *Reprobantem.* 331.

CAPUT PRIMUM.

Expenditur natura Providentiae Reprobantis. *ibid.*

CAPUT SECUNDUM.

Causae & Effectus Providentiae Reprobantis. 341.

CAPUT TERTIUM.

Liber Mortis & numerus Reproborum. 342.

COROLLARIVM. 348.

TRA-

TRACTATUS III.
De Deo Trino. 349.
LIBER PRIMUS
De divinis Personis universe. ib.
PROLUSIO XII.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Mysterium Ss. Trinitatis. ibid.
Ex Ethnicis Philosophis. ibid.
Ex Heterodoxis vetustioribus. 350.
Ex Heterodoxis recentioribus. 355.
Rursum ex vetustis & recentibus. 363.
Ex Catholicis Doctoribus. 364.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 368.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Trinitatem* dubia. ibid.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Trinitate.
CLASSIS XI. 372.
CHRISTIANI TITULI. ibid.
DIPLOMATICA SEGMENTA. 377.
DOCUMENTA CETERA. 384.
CAPUT PRIMUM.
Mysterii Trinitatis Cognoscibilitas. 393.
RURSUS QQ. DOGM. SCHOL. ibid.
CAPUT SECUNDUM.
Notio Trinitatis. 398.
§. I.
De identitate, ac distinctione Personarum in Mysterio. ibid.
§. II.
De Processionibus, earumque Principiis, ac Terminis. 402.
§. III.
De Relationibus. 409.
§. IV.
De Subsistentiis. 416.
CAPUT TERTIUM
Proprietates adnexae: Notiones, Circuminsessiones, Missiones. 418.
LIBER SECUNDUS
De Patre, & Filio. 423.
CAPUT PRIMUM
De Persona Patris. ibid.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. ibid.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Patre.
CLASSIS XII. 425.
E RE LAPIDARIA. ibid.
E RE DIPLOMATICA. ibid.
E RE DIPTYCHA. 427.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 430.
CAPUT SECUNDUM
De Persona Filii. 433.
PROLUSIO XIII.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Filii Personam. ib.
Ex Heterodoxis vetustioribus. ib.
Ex Heterodoxis recentioribus. 439.
Ex Catholicis Doctoribus, nempe
Ex Scriptoribus Ante-Nicaenis. 443.
Ex Scriptoribus Post-Nicaenis. 451.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 457.
COROLLARIUM. 463.
LIBER TERTIUS.
De Spiritu Sancto. 464.
CAPUT PRIMUM.
De principio Spiritus Sancti. ib.
PROLUSIO XIV.
seu
HISTORIA POLEMICA

De

De Erronibus in Principium Spiritus Sancti.

In *Principium Spiritus S.* varii. *ib.*

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 477.

CAPUT SECUNDUM.

De Persona Spiritus Sancti. 483.

PROLUSIO XV.

seu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in Personam Spiritus Sancti. *ibid.*

In *Personam Spirius S.* varii.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 492.

MONUMENTA ANTIQUITATIS.

pro Spiritu Sancto.

CLASSIS XIII. 494.

E RE LAPIDARIA. *ibid.*

E RE DIPLOMATICA. 499.

E TABULIS MUSIVIS. 500.

E RE NUMARIA. 501.

E TABULIS VARII GENERIS. 502.

RURSUS QQ. DOGM. SCHOL. 503.

COROLLARIUM. 506

INDICES ALPHABETICI

cum Praemonito. 508.

INDEX I.

DOGMATUM

una cum ipsorum patronis, elucidationibus & adversariis. 509.

INDEX II.

SAPIENTUM ETHNICORUM. 528.

INDEX III.

MONUMENTORUM ANTIQUITATIS 530.

INDEX IV.

QUAESTIONUM DOGM. SCHOL. 534.

INDEX V.

ERRONUM. 535.

INDEX VI.

RERUM PRAECIPUARUM. 543.

UNI-

UNIVERSAE THEOLOGIAE

DOGMATICO-SCHOLASTICAE

PARS PRIMA

DEUS UNUS AC TRINUS.

PARS haec (ſuppoſita ratione inſcriptionis, aut tituli, methodi, & Authorum de hac Parte pertractantium, quam pro hoc titulo, & pro reliquis univerſae noſtrae, quam exponendam adgredimur, Theologiae, exhibet Tomus I. praeliminaris in Prodromo II. a pag. 216.) dividitur in tres Tractatus, quorum I. de Deo Uno, II. de Deo Providente, III. de Deo Trino.

TRACTATUS PRIMUS.

DE DEO UNO.

2. ID eſt de his, quae Deo in univerſum competunt ratione ſuae Eſſentiae, & Adtributorum; ac deinde ſingillatim ratione Scientiae, ac Voluntatis: quo via ſternitur ad titulum de Deo Providente, qui ex Deo Sciente, ac Volente coaleſcit. Continet ergo hic Tractatus tres Libros, quorum I. de Natura Dei, II. de Scientia Dei, III. de Voluntate Dei.

LIBER PRIMUS.

De Natura Dei.

CAPUT PRIMUM

De Exiſtentia Dei.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Dei Exiſtentiam & Unitatem.

HISTORIA POLEMICA.

3. ADverſus duo potiſſima de Dei Exiſtentia & Unitate religionis, fideique Dogmata hocce Capite ſtabilienda, complures impii, & occaecatiſſimi homines, infeliciſſimo quidem ſenſu, calamoque pugnarunt. Eos claritatis gratia in binas Sectiones, quarum I. Atheos, II. Polytheos referat, diſtribuimus.

SECTIO I.

DE ATHEIS.

HAud pauci quidem in meridie caecutientes, ſummi Dei exiſtentiam praefracta fronte inficiati ſunt, non erubeſcentes illius veſtigia premere *inſipientis*, qui *dixit in corde ſuo, non eſt Deus* (*a*). Hos hominum nequiſſimos Atheiſmi, & Pantheiſmi, quod in idem recidit, profeſſores rurſus in binas Claſſes partimur, nempe in Atheos Ethnicos, & Atheos, qui Chriſtiano nomine inſigniti ſunt. En impii primae claſſis Profeſſores.

I. *Theodorus*, Zenonis Cittici diſcipulus, Secta Cyrenaicus, qui propter Atheiſmum lege damnatus, hauſto veneno periit (*b*)... II. *Stilpo*, Megaricae Scholae aliquando Princeps (*c*)... III. *Polemo* Athenienſis, Xenocratis in Schola ſucceſſor (*d*)... IV. *Protagoras*, Democriti diſcipulus, qui de Atheiſmo Athenienſibus vehementer ſuſpectus, exilio plexus eſt, congeſtis undequaque ejus ſcriptis, & praeconis voce combuſtis (*e*)... V. *Diagoras* (*f*)... VI. *Melius* (*g*)... VII. *Prodicus Ceus* (*h*)... VIII. *Evehememus* (*i*)... IX. *Caſinus*, & *Attius* inter Romanos... X. *Pyrrho* cum ſua Secta Pyrrhonia, vel Sceptica rigida, qui de omnibus dubitantes, Dei etiam exiſtentiam in dubium revocarunt (*k*)... XI. *Strato Lampſacenus* (*l*)... XII. *Arcotheitae*, ſeu *Theöes* (*m*)... XIII. *Bion*, Theo-

(*a*) Ex Pſalm. 13. 1.
(*b*) Ap. *Laert.* & *Suid.* in Theodoro.
(*c*) Ap. *Laert.* de Vit. Philoſ. l. 2. in Stilpone.
(*d*) Ex *Stobeo* Eccl. phyſic. c. 3.
(*e*) Ex *Laert.* cit. l. 9. in Protag.
(*f*) Ex *Auguſt.* l. 3. cont. lit. Petil. c. 21. & *Lactant.* l. 1. Inſt. c. 2.
(*g*) Ex *Tullio* l. 1. de Nat. Deor.
(*h*) Ex Sex. *Empirico* l. 8. cont. Mathem.
(*i*) Ex eodem *Sexto Emp.* cit.
(*k*) Ex *Laert.* cit. l. 9. in Pyrrhone.
(*l*) Ex *Leibnizio*, *Cudworthо*, *Baelio*, *Jo. Fran. Buddeo* ap. & cum *Jacobo Brucker* in Diſſert. Epiſtolari, quae extat apud Amoenitates literarias tom. 13.
(*m*) Ap. *Porphyr.* 2. de abſtinent. & *Simplic.* ad c. 38. Enchir. Epictet.

Theodori diſcipulus (*n*)... XIV. *Critias* Athenienſis (*o*)... XV. *Lucianus*, ob impietatem diſcerptus a canibus (*p*).

XVI. *Lucretius*, non alium praeter naturam Deum agnoſcens (*q*)... XVII. *Empedocles* & *Clitomarus* (*r*)... XVIII. *Diogenes* Phrix & *Hyppo* (*s*)... XIX. *Heraclitus* (*t*)... XX. *Anaxagoras* (*u*)... XXI. *Socrates* (*x*)... XXII. *Plato* (*y*)... XXIII. *Ariſtoteles* (*z*)... XXIV. *Epicurus* (*a*)... XXV. *Alexander* Secta Epicureus (*b*)... XXVI. *Hippocrates* Medicorum Princeps (*c*)... XXVII. *Euripides* (*d*)... XXVIII. *Sextus Empiricus* (*e*)... XXIX. *Plutarchus* Chaeronenſis (*f*)... XXX. *Jullius Cicero*, & *Titus Livius* (*g*)... XXXI. *Varro* & *Cato* uterque, Cenſor & Uticenſis (*h*)... XXXII. *Plinius Secundus* dictus *Senior*, Hiſtoricus (*i*).

Priſci demum *Philoſophi* fere omnes a quibuſdam pro Atheis habiti ſunt (*k*).

His jamvero ſucceſſerunt Secundae Claſſis Profeſſores, quos ſubjicimus.

I. *Almaricus*, Pariſienſis Philoſophus & Theologus, qui fl. an. circ. 1209. (*l*)... II. *David* de *Dinanto*, aliis *Dinantio* Almarici diſcipulus (*m*)... III. *Combrigius*, Secta Wiclefita in Anglia ſub an. circ. 1414. ... IV. *Secta Faſcinariorum* ſub an. circ. 1453. in privatis conventibus, diabolo praeſide, Deum O. M. abnegabant (*n*)... V. *Joan. Calvinus* adſerere non erubuit, quod evanidae ſuperſtitionis ſit credere Deum eſſe (*o*)... VI. *Theodorus Beza*, fidus Calvini Acathes, docuit, licitum eſſe dubitare, an Deus ſit (*p*) ... VII. *Bernardinus Ochinus*, ejuſdem furfuris vir, in dubium aliquando revocavit, an Deus aliquis ſit adorandus, ſed reſipuiſſe fertur. A 2 VIII. *Hue-*

(*n*) Ex *Laert.* l. 4.

(*o*) Ex *Sex. Empir.* l. 3. Pyrrhon. hypotip. cap. 24.

(*p*) Ap. *Suid.* in Luciano.

(*q*) In ſuis Comment. l. 5.

(*r*) Ex *Theophil.* 3. ad Autolycum.

(*s*) Ex *Aeliano* 2. var. hiſt. c. 31.

(*t*) Ex *Cle. Al.* in protrept. ante med.

(*u*) Ex *Iren.* l. 2. c. 19.

(*x*) Ex *Juſtino* Apol. ad Antonin. ſub init.

(*y*) Ex P. *Baelio* & *Hieron. Gundlingio* ap. *Zimmermannum* in Exercit. de Atheiſmo Platonis, & ex *Criſpo* diſtr. l. 1. 2.

(*z*) Ex *Valeriano Magno* l. de Atheiſmo Ariſtotelis, *Hallenſibus* tom. 8. Obſ. 10. *Sam. Parchero* Diſſert. 1. de Deo.

(*a*) Ex *Lactant.* l. 1. Inſtit. c. 2. *Sex. Emp.* l. 8. in Math. *Adnotatore* in opera Lucii Ferraris to. 9. Supplem. art. *Pantheiſmus*, ac *Religio naturalis & revelata* ſparſim.

(*b*) Ex *Albert. Magn.* l. 1. Phyſic. tr. 3. cap. 13.

(*c*) Ex *Nicol. Hieron. Gundlingio* in Otiis par. 2. c. 3. ubi de Hippocrate Atheo.

(*d*) Ex *Plutarch.* in Euripide.

(*e*) Ex *ParKero*, *Schaltero* & *Reimm.* ap. *Adnotatorem* Buddei l. de Atheiſmo c. 1. §. 21.

(*f*) Ap. *Buddeum* proxime laudat. & *Petr. Molinaeum* de Cognit. Dei.

(*g*) Ap. *Budde.* cit. §. 22. & *Collinum* de libertate cogitandi.

(*h*) Ap. laud. *Anton. Collinum*.

(*i*) Ap. *Radulph. Cudvvorthum* in Syſtem. intellectuali Univ. c. 3. §. 28. *Budde.* cit. §. 22. *Jacob. Frider. Reimmannum* hiſt. Atheiſmi l. 1. c. 39. §. 2. *Joan. Rainoldum* in Cenſura libr. apocryphor. Vet. Teſtam. tom. 2. praelect. 192. *Joan. Tolandum* in Adceſidaemone §. 2. *Adrian. Bvvrt* in obſervationib. ad theſes Buddei de Atheiſmo c. 1. §. 22.

(*K*) Confer. laudat. *Reimman.* ſec. 2. c. 18.

(*l*) Ap. *Budde*. cit. §. 23. & Haag. L. poſter. c. 4. §. 8. & alias, *Guil. Caveum* hiſt. lit. ad an. 1209. *Jacob. Thomaſium* de exuſtione mundi Stoica Diſ. 14. §. 99. *VVeiſmannt.* hiſt. Eccleſ. t. 1.

(*m*) Ex *S. Thom.* contra Gentil. l. 1. c. 17. *Budde.* mox cit. ibique *Bvvrt*, *Jacob. Thomaſio* cit. Diſ. 15. §. 129.

(*n*) Ap. *Detur.* ad Sec. XV.

(*o*) L. 3. Inſt. c. 3. §. 1.

(*p*) Ex *Reſc.* in Catal. haeret. in Beza.

VIII. *Haeretici permulti* XVI. Chriſti Seculo Sectas Lutheranicani, Zuinglianam, & Calviniſticam ſucceſſivo tractu profeſſi, in malorum barathrum demum prolapſi, Deum eſſe negabant; & ii quidem Athei eo temporis *politici* dicebantur (*q*)... IX. *Simon* ille Proteſtanticus in ſua Religione, quam edito libro vulgavit 1588., poſtquam negaſſet, Deum eſſe primam mentem, primumque Motorem, impiiſſime concluſit, *jam Deus figmentum eſt*... X. *Julius Caeſar Vaninus*, Neapolitanus, Pomponatii diſcipulus, cum Sociis XII. Neapolitanis Atheiſmum per Italiam, & Galliam diſſeminabat, donec & ipſe captus Toloſae ob impietatem comburio damnatus periit 1619. (*r*)

XI. *Benedictus Spinoſa*, Judaeus, deinde Chriſtianus Amſtelodamenſis, Xenophanis Eleaticae Sectae Authoris dogmata ſequutus, Atheiſmum nova methodo ac peculiari Syſtemate docuit, vulgavitque ante 1677. 21. Febr. quo impiam animam efflavit (*s*)... XII. *Valeus*, cui tribuitur liber impius inſcriptus *Cur receptum ſit Evangelium* (*t*). XIII. *Pantheiſtae* noviſſimi, Spinoſae dogmatum Sectatores, cum *Thoma Hobbeſio*, *Petro Baelio*, *Joanne Tolando*, aliis complurimis, quos *Materialiſtas* tum *Pantheiſtas* vocant, non alium agnoſcunt Deum, quam materiam (*u*)... XIV. *Silveſter Legni*, *Julius* ejuſdem filius, aliique *Socii* Romae deprehenſi, ac de Atheiſmo convicti, poſt ſollemnem tantae impietatis ejurationem perpetuo carceri damnati ſunt an. 1719. 25. Jan. (*x*) Forſan alter ex iis Sociis fuit ille *Bernardinus Salviatus*, quem parem omnino ſortem ſubiiſſe refert ex relationibus publicis, & novellis hebdomadalibus laudatus *Reimman.* (*y*) ubi tamen reliquos omnino ſilet; abs dubio quia eos neſcivit.

Iis inſuper, ex plurium Neothericorum opinione, adnecti poſſunt ex variis Gentibus nonnulli vel perſpicue Athei, vel de theoretico Atheiſmo haud leviter ſuſpecti.

Videlicet I. Ex Italia *Petrus Aretinus*, creditus Author deteſtandi libri de *tribus impoſtoribus* (*z*): *Franciſcus*, aliis *Brandolinus Poggius*, Florentinus, Eugenio, Nicolao, aliiſque Summis Pontificibus a literis ſecretioribus, quem nonnulli praecitati Libri communicatis cum Aretino conſiliis artificem volunt (*a*): *Jordanus Brunus*, patria Nolanus, Dominicani

(*q*) Ex *Luthero* in Sympoſiac. c. 76. *Calvin.* 1. Inſt. c. 3. §. 2. *Melancth.* in locis Commun. de Deo, *Hedio* in epiſtola ad Melanchthonem, *Mornaeo* l. de Religione ſub init. *Lindan.* in Dubitantio, *Joan.* a *Lasko* Polono ap. *Hoſ.* l. 5. de Eccleſ. ſub fin. *Joan. Caſo* Anglo in prolegom. de Philoſophia.

(*r*) Ex *Gabr. Barthol. Gramondo* hiſt. Gall. l. 3. *Joan. Mauritio Schramm* tr. ſingulari de Vanino, *Joa. Gottlieb. Oleario* 11. Diſſertationib. Vanini, *Authore* Differt. pro Vanino, editae 1712. *Buddeo* de Atheiſmo c. 1. §. 24. tum in notis poſteriorib. *Theoph. Raynaud.* in Erotematis de bonis, & malis libris, par. 1. erot. 4. p. m. 212. tomo XI.

(*s*) Ap. *Gottlob. Frider. Teniclen* in hiſt. Spinoſiſmi Leenhofiani, *Joa. Colerum* in vit. Spinoſae, *Budde.* mox laud. §. 26. & in Notis, tum in Diſſ. de Spinoſiſmo ante Spinoſam, *Joan. Laurent. Moshemium* in notis ad Radulphum Cudvvorthum c. 4. §. 17. n. 58. & alias, *J. Bapt. Capaſſum* hiſt. Philoſ. in Spinoſa.

(*t*) Vid. *Voetius* Diſp. de Atheiſmo.

(*u*) Ex Tom. 1. pag. 284.

(*x*) Teſte *Gotti* q. 1. de exiſt. Dei dub. 4. §. 1.

(*y*) Sect. 3. cap. 4. §. 20.

(*z*) Ap. *Marin. Merſennum* comment. in Geneſ. cap. 1. quaeſt. 1. & *Theophil. Spizelium* in Scrutin. Atheiſmi.

(*a*) Cum *Tobia VVagnero* in examine elenchtico Atheiſmi ſpeculativi c. 4. §. 22.

nicani Ordinis Apoſtata, & Romae tandem an. 1600. ob impietatem comburio traditus (*b*): *Petrus Pomponatius* Mantuanus, recentium Atheorum Magiſter (*c*): *Thomas Campanella*, Calaber, Dominicani Inſtituti Sodalis (*d*): *Andreas Caeſalpinus*, Aretinus, Clarus Medicus & Philoſophus Peripateticus, Romae 1603. extinctus (*e*): *Caeſar Cremoninus*, Mutinenſis, famoſus Ariſtotelis Interpres (*f*): *Coſmas Ruggerius*, Florentinus, Aſtrologiae peritiſſimus, denatus Pariſiis 1615. (*g*).

II. Ex Gallia *Michael Montanus*, *Petrocorius* extinctus 1592. (*h*) *Gothofredus a Valle*, Author, ut fertur, libri de arte nihil credendi, Pariſiis an. 1571. ob Atheiſmum combuſtus (*i*): *Bonaventura de Periers*, Author impii libri inſcripti *Cymbalum mundi*, ut ajunt (*k*): *Renatus Carteſius*, fato functus 1650. (*l*). *Joannes Bodinus*, *Jacobus Perronius*, *Joſephus Scaliger*, P. *Malebranchius*, *Joan. Harduinus*, Baro *De la Hontan*, aliique celebratiſſimi nominis viri (*m*).

III. Ex Anglia *Eduartus Herbertus* Baro de *Cherbury* (*n*): *Thomas Browne*, profeſſione Medicus, Author impii Libelli de religione Medici (*o*): *Thomas Hobbeſius*, & *Joan. Tolandus* mox adpellati: *Bernard. Connor*, *Joan. Wilmotus*, *Thomas Wolſtonus*, *Comes Shafteſburienſis*, *Tyndalus*, cum integris Atheorum Societatibus, quas Anglia fovere perhibetur (*p*).

IV. Ex Germania *Theophraſtus Paracelſus*, Helveticus, inſignis Philoſophus & Medicus, ſed impius Theologus (*q*): *Valent. Weigelius*, *Joan. Bohmius*, *Joan. Stellerus*, *Chr. Hohburgius*, *Joan. Georg. Wachterus*, perplurimi (*r*).

V. Ex Belgio *Franciſc. Cuperus* (*s*): *Chriſtoph. Witichius*, Reformatorum pſeudo-Theologus, *Arnoldus Geulingius*, Carteſianus Philoſophus (*t*): *Abrahamus Joa. Cuffelerus* (*u*): *Frider. Van Leenhof* (*x*): *Stoupa*

(*b*) Ap. *Struvium* in actis Literar. faſcic. 5. ex *Gaſpare Scioppio*.

(*c*) Ap. *Dan. Georg. Morhoſium* polyhiſtor. t. 2. l. 1. c. 11. §. 4.

(*d*) Ap. laud. *Struvium* faſcic. 2. §. 2.

(*e*) Ap. *Baelium* in Dict. hiſt. Crit. in Andrea noſtro, & *Budde.* de Spinoſiſmo ante Spinoſam.

(*f*) Ap. *Joan. Imperialem* in Muſeo hiſtor.

(*g*) Ap. laudat. *Baeli.* t. 3. in Rugger. & *Moshem.* in not. ad Cudvvorth. c. 13. §. 22.

(*h*) Ap. *Malebranch.* de inquiſit. verit. l. 2. par. 3. c. 5. & *Authorem* artis cogitandi par. 3. cap. 20.

(*i*) Ex *Gisber. Voetio* Diſp. de Atheiſmo, & *Spizelio* de Atheiſmo eradicando.

(*K*) Ap. laudatos *Voetium*, & *Baelium* in *Perierſ.*

(*l*) Ap. *Adrian. Baillet.* in Vita Carteſ. to. 11. *Baelium* in Carteſio, *Anonymum* Voetii diſcipulum in admiranda methodo novae philoſophiae Carteſii, & plurimos ap. *Stollium* in Introd. ad Hiſtor. liter. p. 2. c. 3. §. 28.

(*m*) Ap. *Stollium* in Hiſt. Liter. *Reimmannum* cit. ſec. 3. c. 5. *Budde.* cit. §. 75. in poſtrema adnotatione, partim *Harduin.* in Atheis detectis, ubi tanquam Athei vapulant *Cornel. Janſenius*, *Ludov. Thomaſſinus*, *Paſchaſius Queſnell. Petr. Nicolle*, & alii.

(*n*) Ap. *Budde.* cit. §. 27. & in notis.

(*o*) Ap. *Tob. VVagnerum* in exam. elenchtico Atheiſmi ſpeculat. c. 5.

(*p*) Confer. *Budde.* proxime laud. necnon cit. *Reimmann.* ſect. 3. cap. 8. per tot.

(*q*) Ap. laud. *Pope Blounnt* in Paracelſo ex *Quenſtadt*.

(*r*) Ap. laud. *Reimman.* hiſt. Atheiſmi ſec. 3. c. 10.

(*s*) Ap. *Henric. Morum* Opp. philoſ. to. 1.

(*t*) Ap. *Chriſtian. Thomaſium* in Cautelis circa praecognita Juriſprudentiae c. 14. §. 33.

(*u*) In ſpecimine artis ratiocinandi, quod expendit laud. *Budde.* §. 26. in notis.

(*x*) Ap. *Gotlob. Frid. Jenichen* hiſt. Spinoſiſmi Leenhofiani c. 2. §. 21.

pa Author libri ſub titulo *Religio Hollandorum* (*y*): *Thom. Coornhert*, *Juſtus Lipſius*, *Ludov. Meyjerus*, *Iſaac Voſſius*, *Adrian. Beuxblandus*, *Balth. Beckerus* (*z*).

VI. Ex Hiſpania unus *Damianus Gomeſius* (*a*) Adjicitur *Joan. Caramuel* (*b*) At magna quidem injuria.

VII. Ex Mahumedana Gente, Secta quaedam e recentioribus, quam *Muſerini* conſtituunt, religionem quamlibet rejiciens, Atheiſmum profitetur. Ingens horum Sectariorum numerus Conſtantinopoli reperitur, inter quos haud pauci Primates, ac Judices, & in libris Arabicis verſati recenſentur. Ferunt, Sultanum *Morad*, ſeu *Amurat*, hujus impiae ſectae magnum fuiſſe profeſſorem, ac domi, militiaeque propagatorem (*c*).

Neque vero de iis ſatis. Praeterea enim in claſſem alteram reponi ſolent alii *Athei Clancularii*, qui nempe dum Numinis exiſtentiam convellere palam non audent, eam tamen exhibent doctrinam, fatalemque morum corruptionem, quae haud levem Atheiſmi ſuſpicionem infigant. En ejuſdem ſuſpecti homines.

Laurentius Valla, patria Romanus, & Canonicus Lateranenſis (*d*): *Eraſmus Roterodamus* (*e*): *Franciſc. Rabeleſius*, Gallus, ex S. Franciſci cucullato Medicus, extinctus 1553. (*f*): *Hieron. Cardanus*, patria Mediolanenſis, clarus Philoſophus, Medicus, Mathematicus, fato functus 1576. (*g*): *Nicol. Machiavellus*, Florentinus, longe notiſſimus, Author impius librorum & diſcurſuum in Livium, ac de Principe (*h*).

Sunt etiam qui Atheiſmum latiſſime ſumentes pro haereſi etiam oblique ac remotiſſime pugnante in ſummi Numinis exiſtentiam, aut etiam non pugnante, ejuſmodi haereſum Authores Atheiſmi reos dixerunt. In horum cenſum retulit *Poſſevinus* (*i*) *Lutherum*, *Calvinum*, *Melanchtonem*, *Schmidelinum*, *Bezam*, *Brentium*, ceteros Lutheri, Calviniique doctrinae profeſſores: ac Poſſevinum deinde imitatus eſt *Stanislaus Reſcius* (*k*). Quid autem cauſſae fuerit, quod Proteſtanticus *Buddeus* hancce Atheiſmorum imputationem acerbiſſime Poſſevino exprobraverit, Reſcium vero intactum penitus praetermiſerit (*l*)?

Poſtremo *Schola univerſa Scotiſtica*, prout defendit, univerſalia citra intellectus operationem re ipſa exiſtere, omniaque individua de una eademque eſſen-

(*y*) Ap. *Joan. Braunium*, qui eum confutavit libro altero, praenotato *vera religio Belgarum*.

(*z*) Ap. laud. *Reimman.* ſec. 3. c. 5.

(*a*) Ap. *Bartholom. Spinam* in Fortalitio fidei l. 2. Conſid. 6.

(*b*) A *Sinnichio* Lovanienſi Profeſſore ap. *Reimman.* cit. ſect. 3. cap. 6. §. 4.

(*c*) Conf. *Ludov. Maraccium* in Prodromo ad refutationem Alcorani par. 3. c. 25.

(*d*) Ap. *Raynaud* de confixione juſta & injuſta librorum partit. 1. erot. 4.

(*e*) Ap. laud. *Raynaud.*

(*f*) Ap. *PopeBlount* cit. in Rabeleſio, ex *Voet.* in Biblioth.

(*g*) Ap. *Samuel. ParKerum* Diſp 1. de Deo ſec. 25. *Baeli.* in Diction. in Cardan. *Raynaud.* cit. *Budde.* §. 24. in notis.

(*h*) Ap. *Bael.* in dict. in Machiavello, *Spizelium* in Scrut. Atheiſmi, *Paul. Jovium* in Elog. *Budde.* cit. §. 24. in notis, ac in Diſ. de Concordia religionis Chriſt. & ſtatus civilis c. 2. §. 2. & 5. *Rayn.* proxime laud.

(*i*) In Biblioth. ſel. l. 8. qui eſt de Theologia & Atheiſmis haereticorum.

(*K*) In comment. de Atheiſmis & phalariſmis Evangelicorum.

(*l*) Tr. de Atheiſmo c. 1. §. 28. in notis.

eſſentia, non ſpecie, ſed numero tali participare, Spinoſiani Atheiſmi arguitur a *Petro Baelio* (*m*) qui & ipſis, ob doctrinae conſonantiam, adjungit *Guillelmum Campellenſem*, Pariſienſem Canonicum, Petri Abaelardi in Philoſophicis & Rhetoricis Praeceptorem, demum Catalaunenſem Epiſcopum; quam nempe doctrinam lege ſis apud ipſum *Abaelardum* (*n*). (*)

SE-

(*m*) Ap. & cum laud. *Buddeo* §. 23. in notis.

(*n*) In ejus Operibus Epiſtola 1., quae eſt hiſtoria calamitatum Abaelardi, cap. 2. Conf. denique toties laud. *Baelius* in Diction. in Abaelardo & Caeſalpino.

ADNOTATIONES.

(*) I. IN hac percelebri de Atheiſmo Hiſtoria, quam recentiores Eruditi magnopere illuſtrarunt, mirum quot quamque varia ſint ipſorum Eruditorum judicia. Sunt qui vere Atheum nullum fateantur, & qui plurimos; qui Atheorum numerum nimium diminuant, & qui nimium augeant: quos plerique rigidos Atheos dicunt, Semi-Atheos alii, vel dubios, aut practicos duntaxat Atheos, ſive fanaticos, & generatim impios, vel Anti-religionarios volunt. Et quidem ex iis, quos in cenſum Atheorum retulimus, ſi tantillum eorundem numerum excipias, rari ſunt, qui & hinc adcuſatorem haud nacti ſint, & inde vindicem; ſive ipſi ethnici fuerint, ſive heterodoxi Chriſtiano nomine inſigniti, ſive Catholici exiſtimati. Quid vero ſingulorum Patronos cum Lectoris nauſea referamus? Perplurium inſtar pauci ſunto.

II. Quod recenſitos Ethnicos ſpectat: Diagoram ab Atheiſmi labe purgant *Juſtinus* Apol. ad Antonin. *Raynaudus* in Theol. nat. Diſt. 5. q. 1. n. 215. *Godofred. Arnoldus* in Apologia Haereſium par. 2.: *Evehemerum* Meſſenium *Arnobius* l. 4. *Lactantius* l. 1. Inſt. c. 11. & 22. *Muretus* 10. Varior. c. 17. *Buddeus* de Atheiſmo c. 1. §. 20. in notis *Joan. Rainoldus* in cenſura Libror. apocryph. V. T. tom. 2. praelect. 221.: Heraclitum *Juſtinus* Apol. 1. pro Chriſt. *Gottfrid. Olearius* in Diſſ. 1. de princip. rerum natur. ex mente Heracliti quibus fere conſentit *Buddeus* mox laud. §. 20. in notis: Anaxagoram *Joſephus* 2., ni fallor, contra Apionem, *Auguſtinus* 8. Civ. c. 2. & L. 18. c. 41. *Ariſtoteles* 12. Metaph. tex. 30. *Hermias* in Philoſophorum irriſione, *Euſebius* 14. Praep. c. 5. & 6. alii: Socratem *Xenophon* in memorab. Socratis L. 1. c. 1. *Plato* in Socratis Apol. idem *Juſtinus* Apol. ad Antonin. *Tertullianus* in apologet. c. 14. *Lactantius* 5. Inſt. c. 15. *Euſebius* 13. Praep. c. 4. *Numenius* l. de arcanis Platonicis, *Buddeus* mox cit. §. 11. alii: Platonem *Clemens Alex.* aliique *Patres* ap. *Mericum Caſſaubonum* in Comment. de credul. & incred. *Beſſarion* l. contra Calumniatorem Platonis, *Livius Galantes* de Chriſtianae Theol. cum Platonica comparatione, *Huetius* in Demonſt. evang. prop. 4. c. 2. §. 13. *Buddeus* cit. §. 13. *Joa. Chriſtoph. Wolfius* de Atheiſmi falſo ſuſpectis §. 12. *Jac. Thomaſius* de exuſt. mundi Stoica Diſ. 2. §. 10. *Jac. Zimmermannus* in exercit. de Atheiſmo Platonis ap. Amaenit. lit. tom. 9. & in ejuſdem part. 2. ibid. to. 13. alii, quos dabit Cl. *Jo. Albert. Fabricius* in Bibliot. graeca tom. 3. in Platone p. m. 39.

Ariſtotelem inſuper *Julianus* Imperator Orat. 7. *Geneſius Sepulveda* epiſt. 91. *Jul. Caeſar Scaliger* exercit. 365. *Gerard. Joan. Voſſius* de Idololatr. l. 1. c. 10. *Joan. Jonſius* de Scriptor. Hiſt. Philoſophicae p. 8. *JenKinus Thomaſius* Hiſt. philoſophica de Atheiſmo c. 2. alii apud & cum laudato J. *A. Fabricio* l. 3. c. 6. p. m. 176. cui adhaeſit *Buddeus* §. 15. in notis: Epicurum *Tullius* l. 1. de nat. deor. *Tertullianus* Apologet. c. 46. *Epiphanius* in Panar. ſub init. *Laertius* l. 10. *Auguſtinus* 18. Civ. c. 41. *Atticus* ap. *Euſeb.* 15. Praep. c. 4. *Sirenius* de fato l. 1. c. 3. & l. 4. c. 1. *Raynaudus* in Theol. nat. Diſt. 5. q. 1. n. 156. ſub. fin. *Jac. Rondellus* de Vita & morib. Epicuri, *Baelius* in Lexico t. 2. in Epicuro, alii, quos cum adſenſu noſtro alias laudavimus in *Hiſt. Dogm. Pol.* par. 1. Chil. IV. in Epicuro: Hippocratem *Radulph. Cudworthus* in ſyſt. intel. c. 3. §. 7. *Moshemius* in notis ad laudatum Cudworthi locum, *Joan. Stephanus*, Medicus Venetus in Hippocratis Coi Theologia, J. *Alb. Fabricius* in notis ad eundem Stephanum, *Andr. Ottom. Goelicke* orat. Duisburgi edita 1713. *Dan. Wilh. Tilleruz* in Hippocrate falſo Atheiſmi adcuſato, alii apud *Reimman.* Hiſt. Atheiſmi ſec. 2. c. 35.

Plu-

SECTIO II.

DE POLYTHEIS.

QUOD deinde ſpectat Errones in ſacroſanctam Dei Unitatem, eos pariter in duas Claſſes partimur, videlicet in Polytheos Ethnicos, & Polytheos chriſtiano titulo decoratos. Ex iis.

Prima Claſſis tot pene ex omni gente exhibet Profeſſores, ut vel ne quidem minor eorum cenſus in certum numerum redigi valeat. Equidem tam ſtupenda fuit apud Ethnicos Deorum, quos coluerunt, multitudo, ut triginta millia *Heſiodus* connumeret, quin ei diſſentire videatur Ter-

Plutarchum Chaeronenſem *Cudvvorthus* mox laud. c. 4. §. 26. J. *Al. Fabricius* Bibl. graec. l. 4. c. 5. §. 1. & 4. *Rich. Simon* in Epiſt. ſelectis l. 1. ep. 22. *Buddeus* laud. §. 21. Tullium Ciceronem *Cudvvorthus* c. 4. §. 26. & alias, *Moshemius* in notis ad laud. Cudvvorth. *Buddeus* §. 22. *Bernard. Rutilius* in decuria c. 2. Titum Livium *Jacob. Fayus* in defenſ. religionis &c. c. 3. §. 4. *Elias Benoiſt* in notis Criticis adverſus Tollandum, *Buddeus* mox laud. Quibus adde Ariſtonem, ab nonnullis Atheiſmi inſimulatum, defenſum a *Tullio*, & *BrucKero* in Hiſt. Phil. t. 1. par. 2. l. 2. c. 9. ſec. 2. §. 3., & 2. periodo par. 1. l. 1. c. 1. §. 19.

III. Ex ceteris inſuper, quos Atheiſmi crimine, aut ſuſpicione notatos innuimus, nonnulli Patronos ac Vindices nacti ſunt.

Equidem e. g. Almaricum, ob documentorum defectum, vindicavit idem ſupra laudatus *VVeiſmannt*, cui ibidem adductus *Buddeus* conſentire viſus eſt. Calvinum & Bezam multi prudenter non Atheos ſtricte volunt, ſed inconſtantes, & occaecatae mentis homines, quum ſaepe alias in ſcriptis ſuis divini Numinis exiſtentiam fateantur. Gothofredum a Valle excuſat *La Croix du Maine* in Biblioth. gallic. quod eum libri de arte nihil credendi authorem non ferant, ſed alterum, & quod Pariſiis non Atheiſmi, ſed haereſeos cauſſa combuſtus ſit 1574. Julium Caeſarem Vaninum acerrime defendit *Petr. Frider. Arſius* in Apol. pro Vanino edita 1717. pluresque teſtantur ex multis Vanini ſcriptis nullum penitus Authoris Atheiſmum aperte colligi poſſe. Spinoſam defendere conati ſunt ejus occulti Sectatores; necquicquam vero, ut diſerte demonſtrant perplurimi in ſuis contra Spinoſiſmum Commentariis Scriptores, quos dabit laud. *Buddeus* §. 26.

Pomponatium vel ab Atheiſmi ſuſpicione liberant *Baelius* in Lexico, in Pomponatio, *Voetius* Diſ. de Atheiſmo, ubi haeret *Guil. Gratarolo*; *Joan. Gottlieb. Olearius* Diſ. de Pomponatio, quibus adcedere videtur *Raynaudus* de bonis & malis libris nu. 42. Campanellam pro viribus defendit ab Atheiſmo conſodalis *Jac. Echard* de ſcriptor. Ord. Praedic. ad Sec. 17. an. 1639. in Campanella; cum eo ſentit *Strvvius*, etſi Thomam Pelagianum velit in Collectaneis Manuſcriptorum, in notis ad Campanellae libri de Atheiſmo triumphato Prooemium ad Scioppium; ac fere prorſus conſentiunt *Reimman.* hiſt. Atheiſmi ſec. 3. c. 4. §. 18. & *Buddeus* §. 24. Renatum Carteſium ab omni Atheiſmi reatu immunem vulgo commonſtrant ſapientiſſimi ejus Adſeclae praenobilibus Apologematis, e. g. *Ant. le Grand*, *Volderus*, *Andala*, *Claubergius*, *Joan. Tepelius*, quibus adde *Editorem* Ephem. Erud. Galliae die Lunae 31. Januar. 1667.; nec praetereundi *Buddeus* §. 25. & *Moshemius* in Notis ad Cudvvorthum t. 1. Diſ. de Philoſ. corpuſc. §. 31.

Malebranchium ſcripta ſua defendunt, quippe quibus ſaepe ſaepius divini Numinis exiſtentiam aut evidenter ſupponit, aut adſerit, e. g. in converſationibus & meditationibus Chriſtianis, & in diſcurſibus ſuper religione: quin & ipſum jure propugnat *Jac. BrucKerus* in Hiſtor. Philoſ. periodo 3. par. 2. l. 2. c. 1. §. 16. p. m. 598. una cum *Leibnitio* & *Mironio*, ab ipſo ibidem adpellatis. Harduinum pariter ſua ſcripta vindicant, e. c. Novi Teſtamenti expoſitio, locus de Ss. Trinitate Joanni Evangeliſtae vindicatus, Conciliorum Collectio. Thomam Hobbeſium defendunt *Nic. Hieron. Gundlingius* in obſervat. ſelectis §. 7. n. 2. & *L. VVelthuyſen* in Diſſert. pro Hobbeſio. Juſtum Lipſium vindicavit egregie *Aubertus Miraeus*, ubi ejus pietatem erga Deum, Deiparam & Chriſtianam religionem enar-

Tertullianus (*o*). Porro paganis populis ut plurimum priſci Philoſophi, ementitis opinionibus, ac falſae religionis praejudiciis obcaecati praeluxerunt; eſto ex iis nonnulli Dei Unitatem adſeruerint, uti nos alias abunde retulimus de *Gymnoſophiſtis Brachmanibus*, *Japonenſibus* Doctoribus, *Confutio* Sinenſi Oraculo, *Platone*, *Ariſtotele*, *Cleante*, *Pythagora*, aliis. (*p*) Quid vero de ceteris Philoſophis, Gentilibuſque ipſorum ductu aberrantibus dum plures Deos colerent, ſingula ſenſa, quae pene innumera dixeris, proferamus? Quid ex omni gente in ſcenam adduxerimus Idololatras: ſcilicet *Hebraeos*, *Aegyptios*, *Arabes*, *Samaritanos*, *Aſſyrios*, *Perſas*, *Scythas*, *Indos*, *Carthaginenſes*, *Germanos*, *Palmirenios*, *Graecos*, *Romanoſque Mythicos*, *Brixianos*, *Anglos*, *Gallos*, *Hunnos*, *Vandalos*, alios? Compluri-

enarravit & extulit in vita Lipſii, in hujus Commentarii praefixa. Deſiderium Eraſmum a qualibet Atheiſmi ſuſpicione liberum vulgo tradit grex *Proteſtantium* cum ſuo *Buddeo* ſaepe laud. §. 28. in notis; quemadmodum & ceteros ejuſdem gregis Coriphaeos Lutherum, Calvinum, Bezam &c., de quibus Poſſevinus & Reſcius ſuperius laudati. Machiavellum ab Atheiſmi labe immunem oſtendere conantur, ceteris fere cunctis ardentiſſime renitentibus, *Joan. Baptiſta Schuppius* in Diſſert. de opinione, & *Author* Anti-Machiavelli, Londini editi 1741. in Praef. & alias.

IV. Scotiſtas denique ab omni labe evidenter quidem vindicat unanimis ille conſenſus, quo unius Numinis exiſtentiam florentiſſima haec Schola profitetur, milliesque Catholice adſerit ac ſupponit. Quantum vero circa ſententiam de natura univerſali, ſeorſim ab intellectus operatione, quam ipſa vulgo tuetur, ab Spinoſiano Syſtemate quoad mentem, ſenſumque diſtet, nullus eſt in utriuſque Scholae elementis mediocriter eruditus, qui non videat. (Confer *Spinoſam* in tract. Theologico-Politico, & Philoſophos Scotiſtas, *Maſtrium Fraſſenium* &c. ubi agunt de Univerſalibus) Eſto quidem praelaudatus Campellenſis in ſimili fuerit de Univerſalium communitate cum Scotiſtis opinione, ipſamque Abaelardi diſputationibus compulſus revocarit, teſte eodem *Abaelar.* ſupra laudato, quem exſcripſerunt *Petr. Baelius* in Lexico in Abaelardo, & *Bulaeus* in hiſt. Univ. Pariſ. tom. 2. in Catal. illuſtr. Academic. in Guillelmo Campellenſi: Verum nec omnes, quas viri doctiſſimi revocant, opiniones, erroneae ſunt; nec Campellenſis ob illam, quam docuerat, ac rejecit, Atheus unquam audiit.

Jam vero circa errorem, omnium impietate primum & maximum, de ejuſdem reis, reorumque apologiſtis pro inſtituto noſtro dicta ſint ſatis: pro uno vel altero mentem noſtram aperuiſſe, ne ſimus infiniti, ſufficiat.

V. Ad extremum duo animadvertere juvat. Nempe 1. non ſatis liquet, quandonam & quo Authore aperte incaeperit Atheiſmus: num a Theodoro, vel a Protagora, vel a Diagora, quos ſupra adpellavimus; vel ab alio antiquioribus Seculis etiam Antediluvianis. 11. Saepe a Patribus vocantur Athei, ii etiam qui legitimum Deo cultum non exhibent, & qui plures Deos admittunt; immo aliquando qui in Dei Adtributa utcumque peccant: quo ſenſu *Hieron.* (in Epiſt. ad Pammach.) Atheum adpellavit Eunomium.

Qui plura volet, praelaudatos Scriptores adeat, *Marinum Merſennum* in eruditiſſimis quaeſtionibus ſuper Geneſim, *Franc. Buddeum* in Theſibus de Atheiſmo, ac de Spinoſiſmo ante Spinoſam, *Radulphum Cudvvorthum* in Syſtemate intellectuali cum Notis *Moshemii*, *Reimmannum* in hiſt. univerſali Atheiſmi & Atheorum, *Jenkin. Thomaſium* in hiſt. Atheiſmi, *Joan. Jacob. Zimmermannum* in Diſquiſitione libera & modeſta de Atheiſmo Viris quibuſdam eruditis impacto, *Perrimezz.* in Diſſertationib. ſelect. in ſacram de Deo ſcientiam tom. 1. Diſſ. 1. & 2.

(*o*) In Apolog. c. 10.

(*p*) In *Hiſt. dog. pol.* ſect. 1. Chiliade IV. Par. priore §. VIII. ſparſim.

mos nos, cum Philoſophorum errores, tum earum olim Gentium Deos percenſemus in laud. *Hiſtoria*. (*q*) (*)

Secunda Polytheorum Claſſis hoc ordine a nobis inſtituitur.

I. Duos ſaltem eſſe Deos, vel duo Principia invicem independentia, permulti ex Haereticis docuerunt, credideruntque. Nempe 1.° *Gnoſtici* (*r*) ... 2.° *Tatiani* (*ſ*) ... 3.° *Marcionitae* (*t*) ... 4° *Apellitae* (*u*) Ii tamen unum ſupremum Deum admiſerunt, qui alium creavit Deum, a quo mundus conditus eſt ... 5.° *Cerdoniani* (*x*) ... 6.° *Baſilidiani* (*y*) ... 7.° *Manichaei* (*z*) ... 8.° *Valentiniani* (*a*)... 9.° *Secundiani* ... (*b*) 10.° *Priſcillianiſtae* (*c*).

II. *Tri-*

(*q*) Chiliade IV. partis poſter. per tot.

ADNOTATIO.

(*) CEleberrima heic occurrit Quaeſtio de prima Origine Polytheiſmi, quem vulgo ſub latiori, ſeu generico *Idololatriae* nomine confundunt. Sed eam tamen, me judice, forte nunquam, ob priſcorum documentorum inopiam, perſpicue deciſam videris. Porro ex communi Hebraeorum ſententia ap. *R. M. Maimonidem* in tr. de Idololatr. Polytheiſmi, ſeu Idololatriae exordium ad Enos tempora revocandum eſt. Nec eis diſſentire videtur *Anton. Van-Dale* in Diſſertationib de Idololatr. & Superſtitionib. cap. 2. Alii exiſtimant, illud ſaltem repetendum eſſe a poſtremo Seculo Antediluviano; quo nempe *omnis caro corruperat viam ſuam, ex Geneſ. 6. 12.*, quum, teſte *Epiphanio* in comment. de haereſ. in exordio, *operabatur impietas & incredulitas, iniquitatis formam exhibens, legi naturae contraria*.

Quin etiam paſſim Patres, ſacrique Capitis VI. Geneſeos Interpretes, poſt *Pſeudo-Beroſum Annianum* in Hiſtor. ſub init. ac *Methodium Martyrem* ap. *Toſtat.* in c. 6. Geneſ. q. 11. perditiſſimos ejus Seculi homines plenis buccis prophanos vocant, impios, ſceleſtiſſimos, cunctis deditos criminibus, a religione alienos, idololatras. Quidni ergo ſat veroſimili conſequutione Polytheos eoſdem, immo Atheos dixerimus?

Quidquid autem de illis Antediluvianis, ſceleſtiſque hominibus cuicumque ſentire lubeat; id tamen pro certo habendum, quod nempe Poſtdiluviani illis fere proximi Polytheiſmum coluerint, vel Authore Nembrodo, aliis Belo, Chami a Noemo geniti, poſtdiluviano nepote, ac aedificandae Babelicae turri etiam authore; vel alio necdum explorato. Et inde quidem profluxiſſe dixeris ſuperſtitioſos ac idololatricos illos cultus Polytheiſmum praeferentes, quos habemus erga Patres etiam antiquiores ex Sacro Codice, e. c. *Geneſ.* 31. 19. *Joſue* 24. 2. & 14. *Judith* 5. 7. & deinceps, ex quibus haud temere conjiciunt multi, Patriarchas Sarug, Nacor, Thare, cum ſuis familiis, immo Abrahamum ante vocationem ea labe contaminatos fuiſſe.

Ex quibus omnibus erui plane videtur, ad primaevos Poſtdiluvianos Orbis indigenas aut Polytheiſmi originem, aut ejus ſaltem frequentiorem revocandam eſſe. Plura nos de hoc argumento in *Hiſt. Dogm. Pol.* in Chiliade II. & III. Conf. laudat. *Van-Dale*, *Calmet.* in Diſſ. de Idololatria, & in Dictionar. Bibl. art. *Idololatria*, *Maimonid.* cit. *Voſsium* de Idololatria Gentium, *Lilium Giraldum* in Syntagmate Deorum, *Grotium* in explicatione Decalogi, *Joan. Boccaccium* de Genealogia Deorum, *Joan. Clericum* in Prolegom. Hiſt. Eccleſ. ſect. 2. *Bertium* in Theol. l. 1. c. 5. *Perrimezzium* tom. 1. Diſſ. 25.

(*r*) Ex *Auguſ.* l. de haereſ. ad Quodvultdeum c. 6.

(*ſ*) *Euſeb.* hiſt. l. 4. c. 15.

(*t*) *Tertul.* l. 5. cont. Marcion.

(*u*) *Euſeb.* hiſt. l. 5. c. 15. *Auguſt.* laud. c. 23.

(*x*) *Epiphan.* haereſi 41. *Theod.* haer. fab. l. 1.

(*y*) *Auguſt.* haer. 24.

(*z*) *Auguſt.* cit. c. 46.

(*a*) Ex *Epiph.* haer. 32. *Iren.* l. 1. c. 5. *Theodoreto* l. 1. haeret. fabul.

(*b*) *Auguſ.* cit. c. 12.

(*c*) Quatenus ex *Aug.* haer. 70. *maxime Gnoſticorum & Manichaeorum* (qui duos Deos, aut duo principia admittebant) *dogmata permixta ſectantur*. Ac ita vulgo cenſent Haereſeologi.

II. *Tritheitae*, Authore *Severo* quodam, & Propagatore *Joanne Grammatico*, seu *Philipono*, tres esse in Deo naturas effutiebant (*d*).

III. *Albanenses*, Authore nondum explorato, sic nuncupati a regione, in qua sua impia dogmata disseminare coeperunt sub an. circ. 796. (*e*) duos etiam admiserunt Deos, bonum & malum, illum boni Authorem, & istum mali (*f*).

IV. *Ruzelius*, aut *Roscelinus*, gente Gallus, Compendiensis Canonicus, aliquibus Petri Abaelardi Magister, & vulgo habitus Scholae Nominalium Author (*g*) pertinaci ausu defendit, quod essentiae unitas in tribus divinis Personis consistere nequeat, nisi Pater & Spiritus Sanctus incarnati dicantur; nec incarnatio soli Filio adtribui possit, nisi tres Personae tres sint res a se invicem sejunctae, sicuti tres Angeli, aut tres animae, tametsi unius duntaxat potestatis sint, ac voluntatis: ac si dixisset, eum, qui Arianismum fugere voluerit, debere necessario Sabellianum ac Patripassianum evadere. Hunc errorem in Suessionensi Concilio revocavit Roscelinus ob mortis metum, at rursus postea ardentius defendit (*h*) (*).

(*d*) Conf. *Niceph.* Hist. Eccl. l. 18. cap. 47. 48. 49.

(*e*) Ap. *Siand.* in Lexico Polem. in Albanensib. ex *Prateol.* in Elencho alphabetico omnium haeresum l. 1. §. 22.

(*f*) Conf. *Prateol.* in Albanens. & *Castro* de haeres. art. *Scriptura sacra*; qui me judice, rem didicerunt ex uno *Guidone* in Summa de haeres. in error. Albanensium cap. 1. fol. mihi LXXVI.

(*g*) Ap. *Bulae.* in Hist. Univ. Paris. tom. 1. ad an. 1067.

(*h*) Consule *Ivonem* Carnotens. Episc. in epist. 7. ad Roscelin.

ADNOTATIONES.

(*) I. BEllarminus ubi de Christo l. 1. c. 2. n. 2. habet, quod quidam Clericus Gallus dixerit, Trinitatem esse tres Deos, tres mentes &c. ex B. Anselmo, qui scripsit adversus ipsum, in lib. de Incarnat. Verbi. Idem rursus adserit *Gerberonius*, laudato ibidem Anselmo, in ejusdem editione, quam procuravit, in praemissa censura ejusdem libri, quo plane S. Doctor, suppresso Roscelini nomine, ejus errorem confutavit, ut notum est apud Eruditos.

Ceterum fortasse quispiam ambigere possit, num rite adducatur Anselmi authoritas pro eo, quem Roscelino diserte impingunt errorem. Siquidem Roscelini adsertio apud laudatum Anselmum cap. 1. sub init. haec, nec alia fuit: *Si in Deo tres personae sunt una tantum res, & non sunt tres res unaquaeque per se separatim, sicut tres Angeli aut tres animae, ita tamen ut potentia & voluntate omnino sint idem: ergo Pater & Spiritus Sanctus cum Filio est incarnatus.* Haec autem nuda adsertio non videtur adfirmare absolute tres esse Deos, aut Personas tres esse res; immo potius eo collineare videtur, ut ex vera suppositione de uno Deo, aut una re in tribus Personis, inferre contendat (cum injuria Incarnationis, non Unitatis divinae) tres Personas incarnari debuisse. Et quidem quoad hunc potissimum sensum videtur Anselmus in suo opusculo Roscelini adsertionem confutare. Nec forte aliunde licet perspicue colligere illum circa Dei unitatem errorem, qui vulgo adpingitur Roscelino.

II. Quod errorem ejurarit Roscelinus in C. Suessionensi coacto per Raynaldum Remensem Archiep. sub an. circ. 1092., non liquet ex ejusdem Concilii Actis; haec enim penes nullum Conciliographum ex multis, quos sedulo evolvimus, reperire licuit; id tamen absolute proferre videntur laudati *Anselmus*, & *Ivo*, quos ceteri vulgo exscripserunt.

III. Probari etiam solet Roscelinianus error ex quadam Epistola ad Gerardum Parisiensem Episcop. Haec autem Petro Abaelardo tribuitur a Labbeo, Ducheshio, Harduino, Ger-

V. *Albigenſes*, ab Alba Auguſta ſic primo adpellati in Lombarienſi Concilio an. 1176. (*i*) alias *Cathari*, *Manichaei* &c. cum iis convenerunt in adſignandis duobus Diis, aut rerum principiis, hoc ſcilicet penitus bono, ac illo penitus malo (*k*).

VI. *Joan. Valentinus Gentilis*, Calaber, & Coſſentinus (*l*) acriter tamen reclamante *Perrimezzio* (*m*) ex Joſepho *Valetta*, at ſaltem Gente Neapolitanus, uti vulgo ferunt cum *Lindano* (*n*), qui emerſit an. circ. 1561., in protheſi 20. & 23., non erubuit adſerere, Trinitatem eſſe tres Deos, ac tres mentes (*o*).

VII. *Blandratiſtae* cum duce *Georgio Blandrata*, ſub idem fere tempus edocebant, tres Deos eſſe inter ſe penitus diverſos (*p*).

VIII. *Bideitae* cum ſuo Authore *Petro Goviezio* ſub an. 1570. commenti ſunt, Patrem & Filium duos eſſe Deos (*q*).

IX. *Joſephus Franciſc. Borri*, Mediolanenſis, ſub an. circ. 1668. finxit, in Trinitate tres naturas tribus Perſonis divinis convenire; ac ipſam praeterea Divinitatem a tribus Perſonis reapſe diſtingui (*r*).

X. *Philippus* quidam Ruthenus cum variis Adſeclis tenuit pariter trium Perſonarum naturas eſſe diſtinctas. At hunc quidem errorem, cum aliis ejuſdem Haeretici ineptiis, Concilium quoddam Ruthenicum an. 1720. condemnavit (*s*).

De ſingulis heic memoratis monſtris nos fuſius in praecitata *Hiſtoria* (*t*). Et haec ſatis de primis & capitalibus Atheiſmi ac Polytheiſmi Haereſeῶn monſtris, in Polemicae Eruditionis gratiam. Ad dogmatico-Scholaſticas Quaeſtiones deveniamus.

---

4 QUAE.

Gerberonio, Amboeſio & vulgo reliquis. Ceterum *Pagius* ſenior in Critice Baronii ad an. 1094. n. xv. eam cum Bulaeo adjudicat alii Magiſtro Petro tum Theologiae Profeſſori. Et quidem praefata epiſtola citat ſui Authoris Opuſculum de S. Trinitate adverſus Roſcelini errorem exaratum. Ceterum *Andreas Quercetanus* ubi in Notis ad Hiſtoriam calamitatum Abaelardi, ejus Operum elenchum recitat, illud Opuſculum non memorat, nec ipſum praeterea inter Abaelardi opera primum edita a *Franciſco Amboeſio* an. 1616. comparet. Alioqui vero laudatus Pagius Abaelardum paris opuſculi Authorem voluit. Quocirca ejuſmodi dubium doctioribus Viris dirimendum relinquimus.

(*i*) Ap. Cl. V. *Thom. Aug. Ricchinium* in Diſſ. 1. de Catharis cap. 2. §. 6. praefixa V. Monetae Commentariis ab eodem primum editis.

(*k*) Conf. *Moneta* in Comment. adverſus Catharos & Valdenſes l. 1. c. 1. §. 1. & ſeqq.

(*l*) Ap. *Bellarm.* de Chriſto l. 1. c. 2. num. 1. *Spondan.* in Annal. ad an. 1561. n. 34. & *Sandam* in Lexico Polem. in Valent. Gentili.

(*m*) In tom. 1. Diſſ. 25. ſub fin.

(*n*) In ſui Dubitantii Dial. 2.

(*o*) Ita laudati *Bellarm. Spondan. Sian. Perrim.* Alii vero cum *Prateolo* in Valentin. & Gaul. in Sect. 16. ubi de Valentiniſtis c. 40. illi id unum adſertum tribuunt, quod nempe Dei eſſentia non niſi in Patre ſit. Rem Eruditi dirimant.

(*p*) Ap. *Deturre* in Blandratiſtis.

(*q*) Ap. laud. *Deturre* in Catal. haer. recent. in Bideitis.

(*r*) Ap. *Bernin.* in Hiſt. omnium haereſ. ad Sec. XVI.

(*s*) Conſtat damnatio ex Titulo I. ejuſdem Concilii: hoc autem extat ap. Clariſ. V. *Manſium* in ſupplemento ad Concilia Veneto-Labbeana tom. 6. a p. m. 278.

(*t*) Sect. I. & II. ſparſim ubi de Chronologica Errorum ſerie.

4 QUAESTIO I. Num Deus exiſtat? ADSERO I. *Exiſtit Deus*, videlicet Ens increatum, ſummum Bonum, naturae ac ſupernaturae Author, creatorum quorumlibet Principium, & Finis. Dogma iſtud infinities a Domino per Patres noſtros, & canonica eorum ſcripta Eccleſiae Sponſae ſuae revelatum, & a cunctis Eccleſiae Patribus, Conciliis, Traditionibus, immo ab univerſis bene ſapientibus receptum, primum eſt, ac praecipuum, non modo Theologiae noſtrae, ſed & cujuſvis doctrinae ſacrae, immo totius Catholicae Religionis fundamentum. Nullum profecto Dogma eo dignius, nullum clarius, ſanctius nullum.

5 II. Ipſum equidem (quidquid Athei nativum rationis lumen obſcurare adfectent) in unoquoque hominum a natura intime impreſſum eſt. Quod ſignanter innuere videntur nonnulla ſacri Codicis teſtimonia; e.g. *Pſ.* 4. 7. interprete Auguſt. (*u*) *Luc.* 17. 21. apud Athanaſium (*x*) *Joan.* 1. 9. ex Hieronymo (*y*) *Roman.* 2. 14. exponente Theodoreto (*z*) Nec non Patres aliqui, ut *Juſtinus* (*a*) *Tertullianus* (*b*) *Origenes* (*c*) *Clem. Alex.* (*d*) *Cyprianus* (*e*) *Euſebius Caeſarienſis* (*f*) *Nazianzenus* (*g*) *Nyſſenus* (*h*) *Arnobius* (*i*) *Lactantius* (*k*) *Damaſcenus* (*l*) Quin etiam iis ex Ethnicis Sophiſtis adcinunt *Plato* (*m*) *Plotinus*, Secta Platonicus (*n*) *Ariſtoteles* (*o*) *Jamblichus* (*p*) *Tullius* demum (*q*).

6 Illuſtratur inſuper ſanctiſſimum & primum omnium Dogma perplurimis Sacrae Antiquitatis Monumentis; e quibus Chriſtianas aliquot, & quidem legitimas Inſcriptiones ſubjicimus, tum Scripta plurima Chriſtiana ex Archetypis tranſumpta, aliaque memoratu digniſſima. Quin etiam primam eamdem & maximam cujuſcumque Religionis Veritatem mirum in modum teſtantur Ethnicae Antiquitatis documenta; quippe Paganis fere cunctis ſummi alicujus Numinis Majeſtatem ſuſpicere, votiſque colere ubique gentium ſollemne fuit. Et quidem copioſiſſimum ejuſmodi cenſum in profanis Ethnicorum Inſcriptionibus habes apud *Ambroſium de Morales*, *Graevium*, *Janum Gruterum*, *Juſtum Lipſium*, *Marquardum Gudium*, *Petr. Apianum*, *Sponium*, *Samuelem Pitiſcum*, *Thom. Dempſterum*, *Philippum Bonannum*, *Fabrettum*, *Muratorium*, *Reyneſium*, *Donium*, *Fineſtreſium*, *Gorium*, *Bertolium*, *Pratillium*, alioſque rei Lapidariae Scriptores; e quibus unum aut alterum ſpeciminis loco heic recudere juvat: quo videris, vel ipſam Paganicam Idololatriam ſacratiſſimi illuſtrationi Dogmatis inſervire. En ergo documenta haec, quatuor in Claſſes diſtributa.

CHRI-

(*u*) In hunc locum num. 8.
(*x*) Orat. contra Gentes.
(*y*) Ad c. 1. epiſt. ad Galat.
(*z*) Orat. de provident.
(*a*) Apol. 2. pro Chriſt.
(*b*) In Apologet c. 17. & l. 1. contra Marcion. & alias.
(*c*) L. 1. contra Celſ.
(*d*) In Protreptico vel admonitione ad Gentes.
(*e*) Tract. de Idol. vanit.
(*f*) De Praepar. Evang. l. 2. c. 9.
(*g*) Orat. 24.
(*h*) Orat. 5. de Theolog.
(*i*) L. 1. contra Gentes.
(*k*) L. 2. Inſt. c. 1.
(*l*) De fide orthod. l. 1. c. 1.
(*m*) L. 10. de legibus.
(*n*) L. 5. Enneadum.
(*o*) L. de mundo c. 6.
(*p*) De myſteriis l. 1. c. 3.
(*q*) L. 1. & 2. de nat. Deor. & l. 1. Tuſculanor. 2. & l. de reſponſis Aruſpicum.

MONUMENTA ANTIQUITATIS.

CLASSIS I.

Num. 1.

CHRISTIANI LAPIDES.

Extat Romae ſub eadem omnino forma in Muſeo Kircheriano.

Hoc Epitaphium fideliter exſcriptum a Cl. *Lupio* in Epitaph. S. Severae p. m. 56. tab IX. n. II., eodem Lupio teſte, a Muſeo Cardin. Gualterii tranſiit ed Muſeum Kircherianum hujuſce Collegii Romani; & quidem, mea opinione, poſt an. 1709., quo Bonannus noſter ipſius Muſei Ichnographiam in lucem edidit, quum in ea nulla ſit memorati Tituli men-

mentio, qui hodieque ibidem in marmorea tabula adſervatur in Monimentorum Chriſtianorum Scriniis. Quae deinceps haec Laevia fuerit, quae Vettia, nec Lupius exponit, nec alter unus ex iis, qui Epitaphium ipſum, etſi minus adcurate, tradiderunt; e. g. *Boldet.* p. m. 416. *Murator.* p. m. 1896. n. 7. Et vero, ſi bene noſti, nequit in dubium verti, Chriſtianos inter Lapides illud recenſendum eſſe.

D . M * * *Deo Magno*

2 DIVIXTA . PATERNINI . AN
CILLA . D . * DEFVNCTA * *Dei*
ANNO . XXI.

Burdigalae inventus eſt hic Titulus an. 1564. *apud Gruter. in Corpore Inſcriptionum tom.* 2. *p.* 1052. *n.* 1.

3 MARTYRIS . AD . FRONTEM . RECVBENT . QVAE . MEMBRA . SEPVLCRO
VT . LECTOR . NOSCAS . EST . OPERAE . PRETIVM
CLARA . GENVS . CENSV . POLLENS . ET . MATER . EGENTVM
VIRGO . SACRATA . DEO . MANLIA . DAEDALIA
QVAE . MORTALE . NIHIL . MORTALI . IN . PECTORE . VOLVENS
QVO . PETERET . CAELVM . SEMPER . AMAVIT . ITER
SEXAGINTA . ANNOS . VICINO . LIMITE . TANGENS
RETVLIT . AD . XR̄M . CELSA . PER . ASTRA . GRADVM
HAEC . GERMANA . TIBI . THEODORVS . FRATER . ET . HERES
QVE . RELEGANT . OLIM . SAECLA . FVTVRA . DEDI

Mediolani ad D. Protaſii, Oribaſiique, apud laud. Gruter. p. 1055. *n.* 7. *ex Libro Alciatino.*

Habes heic expreſſa Dogmata de Exiſtentia Dei, de Meritis bonorum operum, de Virginitate Deo ſacra, de Coelo Empyreo, de Chriſto Domino.

4 HILARI VIVAS ☧
IN DEO ☧ ☧
HERACLIAE ☧ COMPA
RI ☧ SVAE ☧ BENEME
RENTI FECIT QVE VI
XIT ANIS XXI. IN PA
CE ☧ LIBERI VIVAS IN
☧

Patavii, ap. Murator. in novo theſ. veterum Inſcript. tom. 4. *p. m.* 1885. *n.* 5., *ex Jacobo Facciolato.*

TUL-

D ☧ M

TVLLIE CASTE VERE
CASTE QVE VIXIT
ANNOS XXXVII. MESES

Romae in Villa Peretta, apud Raphael. Fabrettum in explicatione antiq. Inſcript. p. m. 564. n. 107. e Sched. Barberinis a Martio Mileſio relatis.

☧

6 IFOEDVLA QVAE MVNDVM DOMINO MISERANTE
RELIQVIT HOC IACET IN TVMVLO QVEM
DEDIT ALMA FIDES MARTINI QVONDAM
PROCERIS SVB DEXTERA TINTA CRIMINA
DEPOSVIT FONTE RENATA DEI AD NVNC
MARTVRIBVS SEDEM TRIBVENTIBVS APTAM
CERBASIVM PROCEREM PROTASIVMQ. COLIT
EMERITAM REQVIEM TITVLO SORTITA FIDELI
CONFESS . . . . .

Viennae ad S. Petri, ap. Maffeium, qui primum edidit in Antiq. Gallic. epiſt. 20. p. 98.

Vides uno in Lapide inſculpta Dogmata de Exiſtentia & Miſericordia Dei, de Fide Catholica, de ſacro Baptiſmate, de cultu Sanctorum, de Coelo Empyreo.

7 IVN BASSVS QVI VIXIT ANNIS . XLII MEN. II.
IN IPSA PRAEFECTVRA VRBI NEOFITVS
IIT AD DEVM . VIII. KAL SEPT
EVSEBIO ET YPATIO COSS *An. Ch. circ. 359.*

In Cryptis Vaticanis, ad labrum Sarcophagi variis Veteris, Novique Teſtamenti Myſteriis, necnon aliis ornamentis decorati, ap. Antonium Boſium in Roma ſubterranea poſthuma lib. 2. cap. 8. p. 45. omnino conſulendum.

Hunc Titulum minus adcurate tranſcriptum dedit, qui ceteros ubique carpit, *Fabrettus* p. 565. n. 112.

D. M.

8

D · M · S
FELICISSIME
ET PASTORI
FILIS DVL
CISSIMIS
CESQVENTI
BVS FECI

IN QVO VIXIT
FELICISSIMA
V ANS XII
ITEM PASTOR
VANS · V

Romae in pavimento templi D. Conſtantinae apud Fabret. p. 565. *n.* III.

Et quidem cum ipſo ſentio , ea palmarum ac laureae ſigna Chriſtianum Lapidem denotare : tum ſiglas D M S, quas ipſe interpretor *Deo Magno Sacrum*.

9

M D * * *Magno Deo*

SOSSIO PRISCO FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT ANNS IX MES VIIII
SOSSIVS PRISCVS ET MARCIANA
PARENTES IN PACE DEP VIII ID SEIT

Romae in Coemeterio S. Agnetis ap. cit. Fabret. p. 581. *n.* LXXXVII.

Ipſi pariter adſentior in exponendis Siglis M D pro *Magno Deo* ; quum ea nuncupatio ita praepoſtere concepta in tota forſan Gentilitate non reperiatur apud Antiquarios.

10

D. P.
FLAVIAE . INFANTIS DVLCISSIMAE
QVAE VICXIT ANNO VNO ET MEN
III. D. P. V. ID. OCT. IN PACE.

Reperit Boldett. in Coemeterio Calliſti ex pag. 463., *ubi Siglas* D. P. *interpretatur* Deo Potenti, *cui lubens adſentior*.

11

D. M. S.
FLORENTINVS . FILIO . SVO . APRONIANO
FECIT . TITVLVM . BENEMERENTI . QVI . VIXIT
ANNVM . ET . MENSES . NOVEM . DIES . QVINQVE
CVM . SOLDVAMATVS . FVISSET . A . MAIORE
SVA . ET . VIDIT . HVNC . MORTI . CONSTITVTVM
ESSE . ET . IVIT . DE . SECVLO . VT . FIDELIS . DE
SECVLO . . . . . RECESSISSET .

Reperit idem Boldettus in Priſcillae Coemeterio ex p. 462.

Indicat Epigraphe DEO MAGNO SACRA Baptiſmatis lavacrum, quo initiatus deceſſit Apronianus puer; illud enim ſub verbo *fidelis* vetera ſaxa denotant, ut author eſt ac interpres *Hieron. Aleander* junior in Symbolo navis Eccleſiam referentis illuſtrato p. m. 97., adlato fragmento Bononienſis marmoris, exhibente Juſtum quemdam *fidelem*. Ei ſubſcripſit ibidem *Boldet.*

Et quidem id ipſum pluribus confirmare poſſim, v. g. ex titulis Valeriae ap. *Boldet.* p. 379., Poſtumii apud eundem p. 58., Philippi infantis ap. *Murator.* p. 1871. 6., Fortonatiani ap. ipſum p. 1876. 2. Nonnoſi & AEmilianae ap. *Authorem* Inſcript. Baſilicae S. Paulli extra Urbem p. 15. n. 198. & 199. In iis ſiquidem, aliiſque conſimilibus idem ſonat *fidelis*, ac ſacro initiatus Baptiſmate.

12

IN HOC TVMVLO CONDITVR BONÆ
MEMORIÆ SEVERIANVS QVI RELIGIONEM
DEVOTA MENTE SVSCEPIT SIC QVEM
ANIMA AD AVTHOREM DM̄ * * *Deum*
REMEANTE TERRENA MEMBRA
TERRIS RELIQVIS EXACTIS VITÆ
ANNIS XXXII OBIIT PRIDIE IDVS
AVGVSTAS RESVRGIT IN XPŌ DMŌ
NOSTRO POST CONSVLATO LONGINI
BIS ET FAVSTI *An.* 491.

Viennae Delphinatus ad S. Andreae ap. laud. Maffei epiſt. 20. *p.* 99.

Inſculpſit Chriſtianus Author in hoc Lapide non modo ſanctum Dogma de Exiſtentia Dei, verum etiam de vera Religione Catholica, de ſacro Baptiſmate, de Deo Principio & Fine creaturarum, de Reſurrectione carnis, de Chriſto Domino.

D. M.

13

D. M.
TIGRDAS. ANOS VIIII
VIX. ANOS XXXII
IN PACE. QV VIX CVM CVM
VIRGINIA

Inſcriptio hæc reperta eſt in Romano Coemeterio D. Agnetis a Boldetto, id ipſo teſtante in ſuis Obſervationib. p. m. 459.

14



Hoc eſt
In Deo
Vivas Ruſticiana
Aelia
Ruſticianae
Et Phaedri
Filia

*Romae in Coemeterio B. Caſtuli, ap. ipſum Fabret. p.*590. *n.* CVI.

Latinum verbum graecis commixtum legis, nempe ΦΙΛΙΑ. Id autem ſaepius videre licet in pleriſque vetuſtioribus Titulis: immo ex iis nonnulli latinas voces univerſas graecis elementis deſcriptas habent; quemadmodum e converſo alii ſingula verba graeca notis latinis exprimunt. Exempla tulit idem *Fabret.* p. 390. a n. 250. poſt *Reines* Claſſe XX. n. 30. tum *Donius* Claſſe II. n. 158. *Boldett.* l. 2. cap. 3. & alias, laud. *Lup.* p. 61. ſeqq.

15

D M
ΠΟΠΟΥΛΗΝΙΑ
ΑΠΕΘ ΑΝΗΝ. Ν

Hoc eſt
Populenia
obiit menſe Novembri.

Romae ex Coemeterio D. Helenae ap. laud. Fabret. p. 590. n. CVIII.

16

D - M
BONONIA QVAE VIXIT
CVM VIRGINIO
SVO ANN P P III ET DI
ES- VIII IN PACE

RECES SIT

In incerto loco ap. Murator. in Theſauro novo Inſcriptionum tom. 4. pag. 1846. 2., *e Schedis Jacobi Valvaſonis: ubi Muratorius jure exponit Siglas* D. M *pro* Deo Magno.

Tò VIRGINIO, qui ſaepe occurrit in ſacris Titulis, denotat maritum, quem ſponſa virginem duxit; quemadmodum & Virginia ea dicebatur conjux, quae virgo marito nupſerat, uti vulgo cenſent Antiquarii Scriptores cum *Reines.* Claſ. 14. n. 3. & *Fabret.* Cap. 4. ad n. 144.

Tum ejuſmodi imago feminae, manus ad coelum protendentis in modum orantis, haud raro viſitur in Epitaphiis, Romae praeſertim ſubterranae, apud *Aringh. Boldett. Marangon.* Sub eo typo forſan exprimere intenderunt Veteres, aut matris, aut ſororis, aut alterius quovis titulo conjunctae feminae ardentes preces pro quieſcente ſub Lapide ad Deum fuſas.

D.M.S.

17

D. M. S.
FILIO DVLCISSIMO NICEROTI
PARENTES FECERVNT
IN DEO

Romae in S. Chryſogoni, primum in Coemeterio Cyriacae inventa ab eodem Boldetto, ap. eumdem p. 460.

18

D. M.
ANTIACE.
. IN PACE.

Romae in eodem Coemeterio reperit idem Boldet. ipſo teſte ibid.

19

D. M.
SECVNDINVS FRATRI SVO VICTORINO
IN ☧ B. M. QVI VIXIT. ANNIS XXXIII.
ET MENSES VIII. DEPOSITVS XIII KAL.
OCTOB. IN. PACE.

Invenit ibidem laud. Boldettus.

20

D. M.
IN. PACE. VICTORIA. DORMIT. FILIVS
MATRI. ET. SORORI. DATIVAE. BENE
CESQVENTI.

Reperit quoque Boldettus in Coemeterio Calliſti, aut Praetextati ipſo adteſtante p. 461.

21

D M PRIME COMPARI DVLCISSIME
VIXIT AN P M X VITALISEIVS
DEPOSITA IN PACE III K M

Ibidem reperta a Boldetto.

22

ΑΥΡΑΙΛΑΝΟC
ΠΑΦΛΑΓ ω ΝΘΕ
ΟΥ ΔΟΥΛΟC ΠΙCΤΟC
ΕΚΟΙΜΗCΕ. ΕΝ ΕΙΡΗ
ΝΗ ΜΝΗΘΗ ΑΥΤΟΥ
ΘΕΟC ΕΙC ΤΟΥC ΑΙ ω ΝΑC

Id est
Aurelianus Paphlagon
Dei famulus fidelis
dormit in pace. Re
cordetur ipsius Deus
in secula.

Romae ex Coemeterio Praetextati, ap. Murator. p. 1836. *n.* 5. *ex Marangonio.*

Vereor ne in graecam hanc Inscriptionem Muratorianam a nobis fideliter exscriptam aliquis e typographia lapsus irrepserit.

23

D M D I
AVRELI
THEODORI EMI
NENTISSIMAE
VARIA MEMORIAE VIRI SVO
OCTABIANA DEPOSSIO DIE INNOCIN
C. F. CONIVGI III. NON. IVNIAS TISSIMO FECCIT

Romae in hortis Ludovisiis, e Schedis Ptolomeis ap. Murat. p. 1839. *n.*4., *ubi immerito titubans Siglas* D M D I *denotare* Deo Magno Dicatum *adserit.*

In Adamuz apud Hispanos, in aedibus Garciae de Solìs, e Schedis P. Cattanei, ap. Murator. p. 1849. 9.

Et quidem optandum ut vel Cattaneus, vel Muratorius nonnullam perobscuri Lapidis interpretationem, seu ominationem adiidisset.

ANNO-

25

ANNONIVS. CHRYSANTIVS
PATRON
FLORENTEM MERITIS CHRY
SANTI NOMINE FAMAM
PATRIA CONCELEBRAT CVNCTI
POPVLIQVE PATRESQ. TE VOCIBVS
ET CLAROS TITVLIS CONSIGNAT HONO
RES ℈ TEQVE TVOSQVE MANET
LONGOS MANSVRA PER ANNOS
FELIX PROLE VIRI DIGNOS QVESITV
RA NEPOTES ℈ AD TV SVMME
DEVS CHRYSANTI RESPICE GENTEM.

Romae in muro horti S. Franciſci, e Schedis Muratorianis ap. ipſum p. 1851. 7.

26

IN NOMINE DEI SVMMI ET IN HONORE SANCTORVM
AGRICVLI ET VITALIS ARVERNORVM CIVITATIS HANC
CAPSAM EX ELIMONIA CAROLO REGE ANNO XVIII. REGNI
SVI NECNON HICTERIO COMITE VEL RELIQVIS CHRISTIANIS
QVI HVNC AVRO VEL GEMMAS CONGREGAVERVNT PRO ANIMAS
EORVM HADDEBERTVS EPISCOPVS FIERI ROGAVIT ET VOS DOMNI
EPISCOPI SVCCESSORES NOSTRI CVM CLERO VESTRO IN MERCEDE VESTRA
ORATE PRO NOBIS. DEODIGGVS FECIT

Claromonte in Arvernis Galliae in S. Geneſii ap. Murator. p. 1883. 6. ex Bimardo.

27

IN NOMINE DEI SVMI IN HONORE SCI̅ MARIAE SCI̅
PETRI ET SCI̅ MARCIALIS VEL QVORVM RELIQVIAE
HIC CONDITTE SVNT HADDEBERTVS EPISCOPVS FIERI IVSSIT

Ibidem ap. Murator. p. 1884. 1. ex Bimardo eodem.

28

IENVARIVS POSVIT
TABVLA CARE COM
PARI SVE BENEMERENTI QVE VIX
SIT IN DEO ANNIS XX. MENSES. V. DIES VII

Aquilejae, ap. Murator. p. 1887. 9. ex Comite Beretta.

MAR-

29

MAR CIANE

VIVAS IN

SPES IN DEO

In Hiſpania, in Vico Bujance, in agro Petri Alphonſi de Caſtro, e Schedis Muratorianis, teſte eodem p. 1909. 9.

30

D M S

CAESONIVS . SALVIVS . VONE MEMORIAE

INNOX QVI VIXIT . ANNIS . XX. M. VI. ET HOR. III.

CVI FECERVNT SVCCISSA MATRI* MARINVS FRATR*

* *Mater* * *Frater*

Sepulcralem hanc Inſcriptionem invenit Anton. Boſius in Romano Coemeterio S. Hermetis an. 1608. vulgavitque in ſua Roma ſubterranea p. m. 564. Ipſam deinde exſcripſerunt Aringhus in ſua altera Roma ſubterran. t. 2. p. m. 326. Fabret. p. 564. n. 108. & Boldet. p. 459.

31

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO

MAXIMO . P. F. AVGVSTO

S. P. Q. R. QVOD . INSTINCTV

DIVINITATIS . MENTIS . MA

GNITVDINE . CVM . EXERCITV

SVO TAM DE . TYRANNO

QVAM . DE OMNI . EIVS . FA

CTIONE . VNO . TEMPORE . IV

STIS . REMPVBLICAM . VLTVS

EST . ARMIS . ARCVM . TRIVM

PHIS . INSIGNEM . DICAVIT

Romae in Arcu triumphali, quem ad Palatini Coeliique montium radices in Subura S. P. Q. R. dedicavit Conſtantino M. Imp. quum auxilio coeleſtis Signi Sanctae Crucis victoriam e tyranno Maxentio reportavit. Conf. Ciampin. de ſacris aedificiis a Conſtant. M. conſtructis cap. 7. p. 118.

Profi-

Profitetur heic Author Elogii ſub verbis *inſtinctu Divinitatis* exiſtentiam ſummi divini Numinis, immo innuit, ut nullus dubito, victoriam Conſtantino promiſſam commonſtrato coelitus Signo Crucis, cum verbis, *Hoc ſigno vinces*. Iccirco hanc Epigraphen Chriſtianis Lapidibus adcenſendam duximus.

32 A Ω

SINTICIO FAMVLVS DEI
COGNOMENTO. D. DOMVM
PATERNO TRAENS LINEA
GETARVM HVIC RVDI TV
MVLO IACENS QVI HOC SE
CVLO. XII. COMPLEVERAT
LVSTROS DIGNVM DEO IN PA
CE COMMENDAVIT SPIRITVM
SVB D. V. KAL. AVGVSTAS ER.
DCLII. TIBI DETVR PAX A DEO *An. Chr.* 622.

In Arce Salis, olim Salacia, in Luſitaniae Algarbiis, apud S. Antonii Monaſterium, teſte Morales in Chr. Hiſpan. l. 12. *c.* 16. *ad an.* 626. *fol.* 116.

Titulus ſub barbara & foetulenta latinitate Dei O. M. exiſtentiam eximie comprobat.

33 His addere liceat Coronam auream votivam pondo unciarum XXI. denariorum IX. & figuris Apoſtolorum ornatam, quam Langobardorum Rex *Agilulphus*, qui dicitur floruiſſe ſub an. Ch. 600. Patrono gentis ſuae benemerentiſſimo obtulit, ſubjecta illi hac Inſcriptione

AGILVLF. GRAT. D̄I. * V̄IR. GLOR. REX. TOTIVS * *Dei*
ITAL OFFERT S̄CO IOHANNI BAPTISTE IN EC̄CL̄A MODICIA.

Tum Librum Evangeliorum integumentis auro, gemmiſque perornatum, quem eidem Patrono dono dedit Regina *Theodolinda*, plebeia latinitate inſculpta hac Epigraphe

IN MODICIA QVAM IPSA FVND
DE DONIS D̄I* OFFERIT THEODELENDA *Dei
REG PROPE PAL SVVM IN BASELICA
GLORIOSISSEMA S̄CO IOHANNI BAPT.

Utramque recitat Gorius in Theſ. veterum Diptychor. t. 2. *p. m.* 208. *ex Paullo M. Paciaudio.*

Jam vero ſuper iis, quae in hac prima Claſſe differuimus, haec protinus obſervanda duximus.

I. Plura iis conſimilia exempla conſulto omittimus, ne faſtidium Lectori creent, tametſi omnia exornando Dogmati pariter conferant. Tum permulta miſſa facimus, quae quum praeferant varia Dei adtributa, e.c. Aeternitatem, Trinitatem, Unitatem, Creationem rerum &c. (de quibus in ſuis locis) plane ipſius exiſtentiam portendunt.

II. Porro optaremus ut clari Authores, ex quibus adlata documenta retulimus, ſingula nobis explicarent; at rari ſunt, qui ejuſmodi explicationis provinciam adgreſſi fuerint. Ipſi plerumque id genus Monumenta jejune tradunt, nec illa exponere ſolent, niſi ubi quidquam occurrit, unde inſigne aliquid pro illuſtranda Hiſtoria, ſeu Chronologia erui poſſe videatur.

III. Nec ipſi ut plurimum ſimilium Monimentorum Chronologias referunt; ſupponitur tamen ab omnibus, ea vel primis, vel ſequioribus, aut medii aevi ante annum M. Chriſtianis Seculis exarata fuiſſe.

IV. Quantum ad plures ex adnotatis Inſcriptionibus objici fortaſſe poſſit pervulgatiſſimum illud dubium (quod & nos innuimus in Tom. 1. p. 322. a n. 126.) de Titulo *D. M.* ac *D. M. S.*, primum, quod ſciam, a claro viro Mabillonio excitatum in itinere Italico p. m. 72., & ab aliis praeclaris Italis optime ſolutum; quod nempe illae Siglae paganicam ſuperſtitionem redoleant, & exprimant *Deos Manes*, aut *Votum Dis Manibus Sacrum*. Ceterum quod plures ex iis, quas nos adduximus cum Fabretto, aliiſque, penitus Chriſtianae ſint, nequit jure in dubium verti, quum ſigna Chriſtiani nominis plura referant, nempe ☧, *in pace* &c. quocirca valde probabili conjectura colligi poteſt, ejuſmodi Siglis deſignari *Deo Magno* vel *Maximo*, ac *Deo Magno Sacrum*.

Id quod recte adſeruit laudatus Fabrettus adverſus Mabillon., quem deinde quaſi ad verbum exſcripſerunt Muratorius, Mamachius, Zacharia; eſto tamen haud levis plurium ſit conjectura, quod ejuſmodi ſiglae primum ab ethnicis ſolitarie inſculptae Lapidibus, in iis deinceps emptis a Chriſtianis, marmorariorum incuria, & oſcitantia perſtiterint: quod quidem evinci videtur ex multis, ex ea praeſertim hujus noſtri Muſei Kircheriani Inſcriptione, laudata a *Lupio* pag. 105. quae ſic habet: *DIS - MANIBUS Principio Filio dulciſſimo ſuo poſuit, qui vixit annis* VI. *dies* XXVII. *in pace*. Ut ut vero illud fuerit, ejuſmodi formula nunquam non mihi indicaverit ſummum aliquod Numen, ſeu Deum, ex adducendis proxime ſub Claſſe III.

DOCUMENTA DIPLOMATICA.

1 DAGOBERTUS I. FRANCORUM REX, qui ſolus regnare coepit anno 631., in Diplomate ex papyro Aegyptiaca ſub finem ſubſcriptionis haec habet paribus omnino characteribus, CLASSIS II.



In Dei ſupple *nomine*

(Ex authographo Dionyſiano ap. *Mabillon.* de re Diplomatica l. 5. tabula 16., & l. 6. n. 15.)

Alterum ipſius Dagoberti Diploma ejuſcemodi continet particulas ..... *& effectui in Dei nomine mancipari .... & fedelis Deo propitio noſter Urſinus .... noſtram in Dei nomen generaliter auctoritatem firmatur.* (Excerpſit idem *Mabillon.* ex authentico Dionyſiano in Supplementi Appendice par. 2. §. 6. p. m. 91.)

2 ANSEMUNDUS & ANSLEOBANA Conjux in Charta emiſſa in gratiam Remiltae filiae pro conditione Parthenonis ap. Viennam ſub an. 520. ſic habent ..... *Res noſtras Deo tibique tradidimus ut monaſterium quod Deo vovimus .... Oſſa Sanctorum Dei requieſcerent .... & Deo perfecta placere valeas.* (Ex Carthar. Viennenſi a *D. d' Herouval* communicato cum *Mabillonio.*)

3 THEODERICUS CLODOVEI junioris filius Diploma quoddam pro Chamlino Epiſcopo Ebredunenſi emiſſum ſub an. 678. ſic finiit poſt ſubſcriptionem & ſui Sigillum duplici cruce munitum,

In Dei *Theods. nomene feliciter*

(Ex autographo Dionyſiano ap. ſuperius laud. *Mabillon.*)

4 Simili fine gaudent alia ſubſequentium Francorum Regum Placita: puta Vandemiris, Clotarii I., Clodovei III., Childeberti III., Chilperici II., Childerici III., Pippini, Caroli Magni, Ludovici Pii, Lotharii I., Pippini Aquitaniae Regis, Caroli Calvi. Quibus adde id genus Placita haud diſſimili forma communita, ab Imperatoribus Carolo Calvo, Ludovico, Conrado I., Henrico I., Ottone I, & Alphonſo IX. Hiſpaniae Rege, cujus hoc extat praeclarum Signum chartae inſcriptum, ubi vides, non modo Deum exiſtere, verum etiam ipſum eſſe Principium & Finem creaturarum, ut quidem denotant illa A, & ω.



Hoc autem, eſto aliquanto recentioris aevi, conſulto ponimus perplurium conſimilium exempli cauſſa. Equidem jam a priſcis temporibus Hiſpaniae Reges ejuſcemodi Signa, quae ſuae pariter pietatis inſignia eſſent, ſuis adfigere Placitis conſueverant. Sic enim Sanctius Abarca Rex, Ranimiri Regis filius; ſic alter Sanctius Garſiae genitus; ſic Ildefonſus, Berengarii Comitis Barcinonenſium natus; ſic Ranimirus junior; ſic alii. *Conf. Garibai* de rebus Hiſp. & *Blanca* de reb. Aragonen. ab an. 900. ad 1200.

Nec ſane praetereundum paris omnino aeſtimationis triplex hoc alterum Ottonis I. Sigillum quod ex autographo Corbejenſis Abbatiae perhibet *Godefridus* in Chron. Gotvvicenſi tom. 1. l. 2. c. 3. p. 159. & 161.

Et

Et iis quidem non longe abſimile eſt aliud, quod ex authentico ab archivo Aeduenſis Eccleſiae deſumptum repraeſentat *Mabillon.* in Supplemento ad Comment. de re diplom. p.m.47. En illud.

Iiſdem

Iiſdem merito ſubjiciendum inſigne aliud Ottonis III., ex archivo Colleg. Eccleſ. S. Victorii Mogunt. depromptum a *Godefrido* in Chron. Gotvvic. tom. 1. l. 2. c. 5. p. 209. & hoc penitus modo depictum

Quid vero deſignet Monogramma *S* veſtibus intextum, quidque plura ſimilia in pleriſque antiquis veſtium laciniis depicta, nimis incertum, mihique penitus inexploratum, quidquid Eruditis ominari lubeat. (Conf. *Ruben.* de re veſtiaria l. 1. c. 10. *Aringh.* t. 2. Rom. ſubt. l. 6. c. 28. *J. M. Suareſius* diſſ. de veſtib. literatis, *Ciamp.* vet. Mon. t. 1. c. 13.)

5 In fragmento cujuſdam Donationis factae Eccleſiae Ravennati ſub Paſchali P. I. haec legimus, *Dei Catholica Ravennatis Eccleſiam, in qua Deo protegente des...* (Apud *Donium* de antiq. Inſcript. illuſtratum a *Gorio* in Claſſe 19. §. 6. p. 485.)

6° Ca-

6 CAROLUS MAGNUS in ſuis Placitis hac communius formula uſus eſt, *Carolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum* (Conſtat ex iiſdem Placitis, quae abunde referunt laud. *Mabil.* l. 5. & 6. ac in ſupplemento ſparſim, *Elmundus Martene* in novo Theſauro tom. 1. & in collectione veter. Scriptor. & Monum. tom. 1. *Godefridus* in Chronico Cotvvicenſi tomis duobus ſparſim).

7 Exordio perquam ſimili piiſſime uſi ſunt ſucceſſores Caroli. Sic Ludovicus Pius & Lotharius Imperatores: *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. HLudovvicus & HLotharius divina ordinante providentia Imperatores Auguſti.* Sic Ludovicus Pius: *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. HLudovicus divina repropitiante gratia Imperator Auguſtus.* Sic Pippinus Rex Aquitanorum: *Pippinus ordinante divinae Majeſtatis gratia Aquitanorum Rex.*

Sic pariter Carolus Calvus, Lotharius Rex, Ludovicus Balbus, Carolomannus Rex, Carolus Craſſus, Odo, ſeu Otto I., Carolus Simplex, Rodulfus, Ludovicus Tranſmarinus, Otto II., Otto III. & Conradus I. Imperatores, Hugo tandem Capetus, atque Rotbertus Francorum Reges; qui omnes ante annum Chriſtianum milleſimum floruerunt (ſingula eorum Placita habes ap. laud. *Mabill.* & *Godefridum*) De origine vero hujus in Diplomatibus formulae a pluribus Diplomaticis copioſe pertractatum eſt (cum *Papebr.* in Propil. antiquar. ad t. 2. Apr.)

8 Quid cetera perſequar id genus Monumenta, quae ſummi Numinis exiſtentiam diſerte portendunt? Ea legere licet 1.° in Charta Chrothildis matronae de conditione monaſterii B. Mariae apud Brogarias in pago Stampenſi; 2.° in perpluribus Placitis Tranſmundi & Luponis Spoletanorum Ducum, qui floruerunt ab an. 720. ad uſque 750. (Ea exſcripſit ex autographis Regeſtis Coenobii Farfenſis, primumque ſparſim edidit *Petrus Aloyſius Gallettus* Monachus Caſinenſis in Comment. de Gabio antiqua Civitate Sabinae) 3.° in Charta Adhalarvi Donationis factae Fulrado Abbati an. 764; 4.° in Teſtamento Spaneldis Matronae, omnia ſua bona Caunenſi monaſterio legantis ſub 825; 5.° in Donatione Frodgarii monaſterio Dionyſiano Pariſienſi facta ſub 847.

6.° In Donatione Bernardi Comitis facta Eccleſiae Brivatenſi de Moreno ſub 849; 7.° in Placito de rebus cujuſdam Candoli in gratiam monaſterii Caſaurienſis ſub 874; 8.° in Donatione Gerbergae Francorum Reginae in gratiam Bernerii Abbatis Hummolarienſis ſub 959.; 9.° in Teſtamento Pontii Raymundi Comitis Toloſani & Rutenenſis, Marchioniſque Gothiae ſub 960; 10.° in Decreto cujuſdam donationis elicito a Berengario Rege ſub 998. (Hoc autem ex Archivo Parmenſis Cathedralis exſcriptum recitat *Gorius* in Diptychis t. 3. a p. m. 176.) 11.° in Dotatione Stephani Vicecomitis pro conſtruendo monaſterio ſub jure Abbatis Calmiliacenſis, vel S. Theofredi ſub 998. (De his praeprimis conſulendus ſaepe laudat. *Mabil.* lib. 5. & 6.)

9 Iis praeterea ſubjicere licet 1.°. Chartam Gammonis, qui floruit ſub Childeberto III. (Ap. *Mabillon.* in ſupplem. Adpend. par. 2. §. 8. p. m. 94.) 2.°. Diploma Paldolfi & Joannis Principum Capuanorum (ibid. §. 13.)

3.° An-

3.° Andegavenſes Formulas, nempe IX. XX. XXXIV. XL. XLVIII. LIII. LIV. (ibidem a p. m.79. ad 86.) 4°. vulgatiſſimum Ludovici Pii Capitulare paſſim (ap. laud. *Carpent.* in Alphab. Tiron. a p. m.3.) 5° complures ejuſdem Ludovici Chartas, videlicet II. III. IV. VI. XVIII. XXII. XLV. LIV. (ibidem a p. m. 16. ad. 87.)

Ut miſſa tandem faciam Eccleſiaſtica pene abſque numero documenta, quae ipſam Dogmatis veritatem paſſim atque dilucide teſtantur. (Super his facile conſuli poſſunt *Baronius* cum *Pagiana* Critice, *Euſebius*, *Sozomenus Hughellus* in Italia ſacra, ac reliqui vulgo *Hiſtorici* de rebus Eccleſiaſticis ab anno Chriſtiano I. ad uſque M.)

10 Quin & ex Monumentis Eccleſiaſticis, ne ſingula quaeque praeteriiſſe adcuſemur, unum inſtar plurium adferre juvat; primam videlicet particulam Miſſae, quam dicendam praeſcribit pervetuſtum Miſſal-Ms. Gothicum ſeu Mozarabicum Hiſpanicum, quae ſic habet:

MISSA IN DIE OBITVS SANCTI MARTINI

POST NOMINA

Ds qui mirabilis in ſanctis tuis.

Deus qui mirabilis es in Sanctis tuis.

Hoc particulae ectypon, quae eſt exordium cujuſdam Orationis, deſumpſimus a *Bollandianis Hagiographis* tom. 6. Jul. in tr. praevio de Liturgia antiqua Hiſpanica p. 111., ad quos nempe miſſum Toleto fuit apographum totius Orationis, ex eodem Miſſalis Ms. autographo quamdiligenter exſcriptum.

Porro quantumvis id ſacrum Documentum alienum ſit a re Diplomatica, ſed dignum tamen nobis viſum eſt, quod heic tanquam Coronis, exornatura, quae hac in Claſſe congeſta ſunt, collecta Monimenta Diplomatica, reponatur.

LAPI-

FRVM. LEG. VI. G. IM.
D. M. *
CECILI MATVRI
QVI VIXIT ANN. XXXVI. ME. VII.
DIES. V. AELIA COCITA MATER
CECILIVS DEXTER ET ARTIMVS
FRATRES. ET VALVP. VXOR HAE
REDES EX TESTAMENTO FECE
RVNT

* *Dis Manibus.*

Tarracone apud Hiſpanos in Aedibus Prioratus ex Ambroſ. de Morales, in Chron. Hiſpan. t. 2. ubi de Antiquit. f. m. 66.

Eam, quae in faſtigio Lapidis prominet, Epigraphen ſic legebat ibidem *Moral.* FRVMENTATORI. LEGIONIS. SEXTAE. GEMINAE. IMMVNIS. Num equidem adpoſite? Eruditi Hiſpani ſuarum Antiquitatum periti cenſuerint.

Romae in S. Mariae Transtiberim apud Gruter. p. 20. 2. ex Smetio, qui sepulcrum vidit.

Hoc autem ex marmore Phrygio rubro, variato albore, venis candidis intermixtis adfabre constructum *Smetius* idem lubenter adspexit.

3

::: IOVI CONSERVA
TORI . OB . INCOLV
MITATEM . TEMPORVM
M. A A

HANC . ARAM . PO
SVIT . ET . D. D

Morelli Hispaniae in Jaspide ap. Grut. p. 19. 1. ex Andr. Schotto.

4

DEO TVTELAE AEMILIVS SEVERIA
NVS MIMOGRAPHVS POSVIT

Tarracone in privatis Aedibus ap. laud. Moral. f. m. 69.

Titulus hic ornabat arulam, quam Deo Tutelae, seu Tutelari sacravit iste Mimographus, hoc est scriptor lascivi, seu ridiculi poëmatis, quales fuisse dicuntur Philistio, Publius, Laberius.

Nec unus hic fuit apud Paganos Titulus, huic Deo sacer. En alios in quibusdam arulis descriptos, eodem teste *Mor.*

5

TVTELAE . TERRAC. *

* *Tarraconis.*

In Horto quodam ejusdem Civitatis Tarraconis.

6

TVTELAE . FLACILLA LIBERTA . V. S. L.

Compluti in Sacello Ss. Martyrum Justi & Pastoris.

7

DEO . TVTELAE . GENIO
MENTESANI

Extabat Mentesae.

Haec autem Hispaniae quondam Tarraconensis Urbs fuit; qualem utique in suis commentariis adpellarunt *Ptolomaeus*, *Plinius*, *Polybius*, *Titus*

Titus Livius, *Antoninus* Imperator. Ubinam vero quae penitus jam pridem periit, olim ſita fuerit, nimis incertum.

8

Primum Angleriae ad Verbanum, nunc Mediolani ex cit. Murator p. 6. 1.

Id profani Sacrificii ectypon, quod *Murat.* poſt *Petr. Gratiolium* evulgavit, heic in gratiam & uſum Eruditorum recudi curavimus. τὸ I O M idem ſonat ac, JOVI OPTIMO MAXIMO, cui nempe tanquam ſummo Numini eo paganico ritu Sacrificium dedicatur.

9

MARTI GRADIVO TEMPLLVM COMMVNI
VOTO ERECTVM

Ilipac (fortaſſis Boeticae, hodiedum vulgo Peñaflor) in Hiſpania ap. laud. Moral. fol. 89. omnino conſulendum.

10

SOLI. D. SAPORVM
A. P. ABASO. ANVS

Betulone in Catalonia in rupe exarata ap. cit. Murat. 26. 4. ex Petro de Marca.

Hic autem Eruditus & adprime Criticus Author eam Inſcriptionem ſic legendam putat, SOLI DEO SAPORVM AB ABSONE ANV.

11



Porcunae apud Hiſpanos prope Cordubam, teſte laud. Moral. fol.m. 106.

Idem

Idem insuper Hispanarum rerum in paucis eruditus *Morales* subdifficilem Titulum hoc ornatu decoratum ita legendum duxit, *Dis Manibus Sacrum. Hic jacet Ausidius aut Ruffus Tyramus, Duumvir in Colonia Patricia, ac etiam in Municipio Pontificensi, vixit annos LXX. pius in suis. Utinam sit tibi terra levis.* Viden? Saxi vetustas se ipsam prodit hoc epigrammate.

12

DEO . AESCVL
SEP. MARTINVS
ET . PLAETORIA
IANVARIA
PRO. SEPTIMIA
MARTINA
ALVMNA

Romae ap. Murator. p. 21. 2. ex Franc. Ficoronio.

Ex nullo tamen rescire potuimus locum, ubi extat, vel extiterit olim Inscriptio.

13

DIIS MANIB.
M. TREBELLIO . ARGOLIO
TABVLARIO . VIATORVM
QVAESTORIORVM . AB
AERARIO . AMICO OPTIMO
PRISCVS T. FLAVI
POLYCLITI V. E. SER.
RT TREBRLLIA GRAPHICE CON. B. M.

Romae in Museo Kircheriano hujus Collegii Romani S. J. Exscripsi.

Exornat Titulus Diis Manibus Paganorum dicatus perpulcram Urnam marmoream cinerariam anaglypho opere elaboratam, prout eam aere adfabre caelatam edidit Cl. V. *Philippus Bonannius* in Museo Kircheriano Tab. LXXVII. num. I. p. 117. Quid vero intelligendum circa varia Romanae Reipublicae munera, quibus functus dicitur hic Trebellius, satis habes ex iis, quae ibidem *Bonan.* p. 114. n. 106. in Tituli commentario collecta refert ex *Bulengero*, *Varrone*, *Tacito*, *Cassiodoro*.

DEO

14

DEO FVLGVRATO
RI. ARA

In Jugo Ceretanorum, vulgo Puigcerdà in Cataloniae Provincia, non longe ab Urgetlae civitate, ap. Gruter. p. 21. 5. e ſchedis Schotti.

15

DEO SANCTO NVMINI
DEO MAGNO LIBERO
PATRI ET ADSTATORI
ET CONSERBATORI H. I. COLL.
VELABRENSIVM
DOMITIVS SECVNDVS CVRAT.
ET RESTAVRATOR FRATBIBVS SVIS:

Romae repertus Titulus Alexandri P. VII. tempore in foro Boario, ap. Joan. Polenum in novis ſupplementis, tom. 4. p. 702. ex J. P. Bellorio.

Velabrum locus Romae in Regione XI. a quo dictum, quod heic perſcribit., *Coll.* id eſt *Collegium Velabrenſium*, cujus Patronus, ut fertur, Deus Bacchus.

16

DEO SANCTO
MERCVRIO AVGVST. SACRVM
M. FVLVIVS FAVSTVS MIL.
VETERANVS EX VOT. D. D.

Sinueſſae ap. laud. Polenum p. 734. e ſchedis Barberin.

17

ΗΒΩΝΙ. ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΙ. ΘΕΩΙ
Γ. ΙΟΥΝΙΟΣ. ΑΚΥΛΑΣ. ΝΕΩΤΕΡΟΣ
ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΟΣ. ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΣΑΣ
ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΣ. ΛΑΥΚΕΛΑΡΚΗΣΑΣ.

Nempe
Heboni clariſsimo Deo C. Junius Aquila junior,
Miles, Procurator, Tribunus plebis.

Ex-

Extabat olim apud Sanctinos, teste Jul. Caesare Capacio in Hist. Neapolit. l. 1. p. 74. ubi quasi titubans graecum epigramma in hunc modum vertit; scilicet ob voces illas plane rariores ac subdifficiles λαυκελαρχήσας & στρατευσάμενος. ipse consulit.

18

DEO
INVICTO
MITHRAE
L. CALPVRNIVS PISO
CN. PAVLINVS VOLVSIVS
D. S. D. D.

Nemausi ap. Sponium in qq. selectis Rei Antiquariae diss. 3. sub fin.

Mithras erat Persis Solis nomen. Ex iisdem, reor, nomen & cultus Soli Mithrae ut Deo in ceteras paganas gentes derivata; uti testantur Lapides pene innumeri ex omni ferme gente huic numini sacri.

Apud laud. *Spon.* hic L. Calpurnius Piso, qui cum Volusio Inscriptionem dedicavit, imperante Trajano Romae Consul fuit. Ceterum apud adcuratos Consularium Fastorum Collectores sub id Trajani tempus, scilicet an. ab Urbe condita 863. ac Aerae Chr. 111. Consulem reperio, non *L. Lucium*, sed *C. Cajum Calpurnium Pisonem*. Ita ap. *Petav.* p. 476. *Theodor. Janson. ab Almeloveen* p. 133. *Joss. M. Stampa* in continuatione Fastorum Sigonii, col. 676. *Murat.* in novo thes. Inscr. p. 318. sub fin.

Censuit forsan Sponius, marmorarii oscitantia vel inscientia τὸ *L* pro *C* in Lapidem irrepsisse. Et quidem in Consularibus Fastis rursus legeris hunc vel alium *Cajum* Calpurnium Pisonem, e. g. ad an. Ch. 57. sub Nerone & ante Ch. 67. alios vero *Lucios* Calpurnios Pisones valde antiquiores, e. c. ad an. ante Christi natalem 148. & 133. & 112. & post Ch. 27. uti habemus ex adcuratioribus Fastis. Nisi forte quis suspicetur adversum Sponium, ad aliquem ex iis vetustioribus *Luciis* Pisonibus Lapidem pertinere.

DIS

19

DIS MANIBVS
CLAVDIA .*. RINE
VIXIT. ANNIS XXXII
MENSIBVS. III.
CLAVDIA, EGLECTE
FILIA. PIENTISSIMA. ET
ONESIMVS. PRIMI
CAESARIS
CONIVGIS. BENEMERENTI.

* *Heic foramen.*

Romae in laud. Muſeo Kircheriano. Exſcripſi.

Titulo huic ſepulcrali in marmorea tabula conſcripto imminet Aquila opere anaglypto exculpta, ſubindeque jam laud. *Bonan.* in Muſ. Kircher. p. 100. n. 2. deducebat, ſepulcrum ſub invocatione Jovis, cui haec Avis ſacra apud Mythicos paganos, poſitum fuiſſe. Et vero quum Titulus ſit ac dicatur ſacer DIS MANIBVS, minime IOVI; congruentius
20 colligi puto, eam Aquilam ad ornatum duntaxat & fortuito ſcalptam eſſe.



Adſervatur in regio theſauro Magni Ducis Etruriae, ap. Gorium in Muſeo Florentino vol. 1. tab. 13.

Praenobilis hic maximi moduli Numus Hadriani Auguſti tertium Conſulis ſub an. ab Urbe cond. 872. & a Chriſto nato 119., diſerte exprimit ſua & Senatus, Populique Romani vota erga Jovem, Deum ſuum. Ipſe digna coronis eſto praelibatis e profano Paganiſmo literatis Lapidibus, quibus nempe ubique gentium Natura ipſa loquitur ac depraedicat alicujus ſummi Numinis aut Dei exiſtentiam.

Reli-

RELIQUA MONUMENTA SACRA.

CLASSIS IV.

1 ✠ ΗΑΓΙΑ CΥΝΟΔΟC ΗεΝ
ΝΙΚΑΙΑ ωΤΝ*ΤΙ ΗΑΓΙωΝ *ΤΙΗ
ΠΡωΝ ΚΑΤΑ ΑΡεΙΟΥ ΟΤΥ
ΔΟΓΜΑΤΙC ΑΝΤΟCΚΤ ι C
ΤΟΝ ΤΟΝΥΟΝ ΚΑΙ ΛΟΓΟΝ
ΤΟΥ θΥ. CΥΝΗθΡΟΙC ΘΗεΠΙ
ΚωΝCΤΑΝΤΗΝΟΥ ΤΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑCΙΛεωC
ωΡΙCεΝΔε Η ΑΓΙΑ CΥΝΟΔΟC
ΚΑΙ ωΜΟΛΟΓΙCΕΝ ΟΤ ΝΜΟΝΟΓ
εΝΗΥΟΝ ΚΑΙ ΛΟΓΟΝ ΟΤΥ θΥΔΙȣ
ΤΑ ΠΑΝΤΑ εΓεΝε ΟΤ CΥΝΑΙΔΙΟ
Ν ΚΑΙ ΟΜΟΟΥCΙΟΝ ωΤ ΠΡΙΓεΝΝΗ
θεΝΤΑ ΟΥΠΟΙΗ ΘεΝΤΑ ΚΑΙ ΑΝ
εθεΜΑΤΙCε ΜΑΡεΙΟΝ *.·. * ΑΡΕΙΟΝ.

Nimirum

✠ Sancta Synodus*CCCVIII. Sanctorum Patrum Nicaeae celebrata (*A. C.* 325.) contra Arium, qui Verbum & Filium Dei creaturam adserebat; & acta est tempore Magni Constantini Imperatoris. Definivit autem sancta Synodus & confessa est, Verbum & Unigenitum Filium Dei, per quem omnia facta sunt, coaeternum & consubstantialem Patri genitum esse, non autem factum. Et anathema in Arium intorsit. *CCCXVIII.

Bethlehemi in Basilica S. Mariae, apud testem oculatum, qui exscripsit an. 1626. latine vertit, ediditque typis Colon. an. 1639. Franc. Quaresmium in historica, theologica & morali Terrae Sanctae elucid. t. 2. p. m. 657.

Habes sub hoc egregio documento universale quoddam, sacerrimum, ac prae ceteris quibusque clarissimum totius Christiani orbis testimonium de existentia summi Dei, & ipsius quidem qua Pater & Filius est. Quod autem ejus aetatem spectat, ea mihi vetustissima est, qualem utique graecanicae scriptionis modus ac stilus praeseferre videntur. Plura de eodem Titulo in Par. III. ubi de Authoritate Conciliorum.

2



Romae apud Baſilicam Liberianam , aut S. Mariae Majoris , in ſummo faſtigio arcus in media navi Muſivo opere pereleganter ornati , juſſu & ſumptibus Sixti III. P. M. ſub. an. circ. 433.

Difficillime quidem e ſolo hauriunt oculi adeo faſtigiatam imaginem. Nec mirum eam pro alia valde diverſa , ſi epigraphen demas , exceperit & evulgarit Abbas *de Angelis* in deſcriptione ejuſdem Baſilicae p. 91. Nos vero eam fideliter exſcribimus e *Ciampinio* , qui nulli parcens labori aut ſumptui , ipſam cominus contuitus eſt , ſeduloque expendit , ac deinceps quamadcuratiſſime deſcribi curavit in part. 1. vet. monim. c. 22. tabula IL. poſt pag. 200.

Recole jam vero arcanae noſtri arcus arulae ſuppoſitam Epigraphen , & vide *Xiſtum* operis conditorem *Plebi Dei* eo opere inſtituendae offerentem , dicantemque Muſivum opus ; Plebi videlicet , aut chriſtiano populo , qui Deo penitus addictus eſt , qui Deum obſequiis colit , qui Deum ex inſtituto ac lege ardentiſſimo amore ſuper omnia diligit.

Conſimilem huic Epigraphen de Felice III. alias IV. dedit ipſe *Ciamp.* par. 2. de vet. mon. p. 204. , de Hilaro Papa *Alemannus* de Lateranenſ. parietinis p. 111. , de Leone III. *Margarin.* de Inſcr. Baſil. S. Paulli n. 485.

Quid

Quid demum de *Muſivo* generatim *Opere*, cujus quidem generis hoc primum ſe nobis offert, aliaque deinceps ſaepenumero occurrent in Tabulis noſtris? Porro de illius origine, indole, ſtructura, artificio, perennitate lubenter diſſererem, ſi noſtri inſtituti ratio ita expoſceret. Sed haec tamen ſingula edoceri cupienti dabit abunde laud. *Ciampin.* par. 1. vet. mon. capp. 10. 11. 12. cui adde *Sponium* in ſelect. qq. rei antiquar. diſſ. 2.

3

Romae in eadem Baſilica ſuper coronidem interioris porticus, ſeu in navè media, choro proximior, & numero prima inter alias id genus Muſivi operis tabulas, ad dextram ſummi Altaris.

Exprimit haec Tabula Melchiſedecum, qui prae manibus caniſtrum habet repletum panibus, & vas vino, quae, ſimul cum benedictione, offert Abrahamo, a quinque Regum profligatione ſpoliis hoſtium & laudibus onuſto redeunti, ex *Geneſ.* 14. 19. Deus inde ex alto prodiens conſpicitur, tanquam in eo facto complacens, ac benedictionem confirmans. En ſummi Numinis Exiſtentiam.

Ex veroſimili conjectura, hujuſce Tabulae & ceterarum in eodem ordine ſimilium conditor idem habetur Sixtus III., quippe qui in animum induxerat, ſub ea calamitoſa haereſum tempora Plebem Dei ejuſmodi ſacris imaginibus inſtituere, ac in fide orthodoxa confirmare.

Eas profecto Tabulas ob ipſarum vetuſtatem, & loci, quo ſitae ſunt, altitudinem, viſui vix perceptibiles dixeris; ſed extant tamen genuinae earundem exemplaria in celebri Barberina Bibliotheca, quae in ſuos commentarios retulit proxime laudatus *Ciampin.* t. 1. a tab. L. Et hujus quidem deinde tabulas, archetypis, prout obſervavimus, ſatis conformes, quantum patitur inciſio lignea, nos heic fideliter recudi curavimus.

4

Haec ibidem pars ſiniſtra Muſivae figurae numero decimae in eadem ſerie.
Deum exhibet loquentem Jacob, eique praecipientem ut revertatur in terram patrum ſuorum, ex *Geneſ.* 31. 3.

5

Laeva itidem pars haec Muſivae Tabulae in areola ſexta ad ſiniſtram ſummi Altaris.
Fa exprimitur Deus Dominus injungens Moyſi, ut virga ſaxum percutiat, ut undas eliciat recreando ſitienti populo, ex *Exod.* 17. 6.

PER-

PERSEQVITVR TVM VASA DEI FIT VAS E T DELECTVM GENTIBVS.....

DEI PETRA. CVLMEN HONORIS OR ET OMNE DECVS

6

7

In Baſilica S. Paulli extra Urbem ſub utramque partem deſinentis Arcus Majoris ſeu Triumphalis.

Hunc Muſivo opere Arcum depingi curarunt S. Leo P. I. & Galla Placidia Imperatrix an. 441. teſte *Ciamp.*, qui eundem, prout ſua adhuc aetate viſebatur, deſcripſit tab. LXVIII. Hodie tamen, quum Arcus ex integro inſtauratus ſit, & iſtas quoque figuras priſtinam formam denuo obtinuiſſe videmus.

Reſtabant itaque in pervetuſto Monimento, praeter alia, bina haec, quae vides, fragmenta vel ſigna Apoſtolorum Petri ad ſiniſtram, & Paulli ad dexteram in ima arcus ſede; prout utrumque clare pandunt eis praefixae carminum reliquiae, quae D. O. M. conſpicue referunt. Ea vero ita concinne & eleganter ſupplet laud. *Ciamp.* illius aevi poëſim imitatus,

Perſequitur dum Vaſa Dei fit Paullus honoris
Vas, ſe & delectum gentibus eſſe probat.
Voce Dei fis Petre Dei Petra culmen honoris,
Aulae coeleſtis ſplendor & omne decus.

Eoſdem quidem verſus ediderat laud. *Margarinus* n. 247. & 248. adtamen longe minus diſtincte & adcurate.

8

COMPLETA FVIT HAEC PORTA DEI AVXILIO DIEBVS DOMINI NOSTRI REGIS OMNIPOTENTIS ET MAGNIFICI IN VIGESIMO PRIMI MENSIS ANNI DCXXIV.

Bethlehemi in valvis Eccleſiae, quam vocant S. Mariae Bethlehem, ad partem dextram & Aquilonarem, verbis & caracteribus Arabicis.

ANNO

9 ANNO DCLXXVI. ADCOMMODATA FVIT PORTA SANCTAE MARIAE
OPERA PATRIS ABRAHAM ET PATRIS ARACHELI SVB REGNO ERMAN FILII
ETVM CONSTANTINI : CHRISTVS DEVS AVXILIETVR ANIMABVS
IPSORVM . AMEN .

Ibidem ad laevam & Meridionalem partem, vocibus & elementis Armenis.

Utrumque collegit Titulum laud. *Quareſm.* ex eiſdem ectypis, ipſo teſte, tradiditque in eum modum ſolummodo latine verſum p. m. 645.

10 VOX ARCANA PATRIS CAELI QVIBVS AEQVA POTESTAS
DESCENDIT TERRAS LVCE REPLERE SVA
HANC DEVS HVMANAM SVMENS DE VIRGINE FORMAM
DISCIPVLOS MVNDO PRAECIPIENDA DOCET
QVAE MODO PELAGIVS PRAESVL CVM PLEBE FIDELIS
EXERCENS OFFERT MVNERA SACRA DEO
. . . . . .

Romae olim in Baſilica D. Petri ap. Gruter. p. 1163. 7.

Hoc Epigramma, quod praeter Dei exiſtentiam plura ſancta dogmata eximie praefert, ſpectare videtur aetatem & res geſtas Pelagii P. II., Benedicto I. ſuffecti ſub an. 577., quum nempe *Langobardi obſiderent Civitatem Romanam, & multa vaſtatio ab eis in Italia fieret*, ut refert totidem verbis *Anaſtaſ. Bibl.* in Pelagio II.

At ne, inquies, vere genuinum eſt hoc documentum? Porro ipſum cum aliis id genus permultis, repertum a *Grut.* in veteri libro membranaceo Bibliothecae Palatinae, viſum eſt eidem deſcriptum centum aliquot retro annos e templis fere Urbis, maxime vero e Baſilica SS. Petri & Paulli. Ac ea inſuper a Romanis Scriptoribus ut legitima vulgo protinus excepta ſunt, cum *Baron. Merend. Zachar.* At *Maffejus* tamen ea reputavit fictitia in Hiſt. Crit. Lapid. l. 3. c. 4. col. 390. ap. *Sebaſt. Donat.* in ſuppl. ad theſaur. Murat. Quidquid autem poſſit contra objici, quod forſan alias diſcutiemus, ſufficiat modo pro adlati Epigrammatis legitimitate eorum Scriptorum haud levis authoritas.

11

Hunc infimi moduli Numum Dagoberti I. Francorum Regis excipimus fideliter e *Mabill.* de re dipl. l. 5. tab. 16. p. 374. Et quidem maxime laudanda Regis pietas ob eam, quam profert in parte averſa Epigraphen, *Deus Rex*: quo nempe non modo religioſe adſerit Deum eſſe, verum etiam regnorum, Regumque Regem venerabundus ipſum profitetur. Eſt porro qui Numum Dagoberto II. adſcribendum eſſe ſuſpicetur, *Boterovius*; incaſſum tamen, & ex leviſſima conjectura, ut ego quidem arbitror cum laud. *Mabillon.*

Romae

12

Romae in Sacello S. Zenonis apud Eccleſiam S. Praxedis, a Paſchale P. I. Muſivis ejuſmodi picturis decorato circ. 819.

Piam & pulcram Imaginem retulit laud. *Ciamp.* in tomum 2. ante p. 151. e ſchedis *Joan. Lucii*, quoniam, ut inquit, ſua aetate, neſcio quam ob cauſſam, videri non poterat. At hodie tamen qualis heic deſcribitur plane viſitur, ac ſingulari populi frequentia & pietate ſtatis temporibus colitur.

Legin' itaque ad ſacrae Iconis latera (quod eadem reapſe exprimit, oſtendens in ſinu Virginis eum, qui eſt *Lux* mundi, ac Deus-Homo) $\overline{\text{MP}}$ $\overline{\Theta\text{H}}$, hoc eſt MATER DEI? Ergo qui ſanctiſſimam quamdam Virginem venerabundus adpellat Dei Matrem, porro Deum exiſtere profitetur.

13 Ο ΘΕΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΜΩΝ
ΓΡΟΣ ΑΙΩΝΑΣ ΕΡΓΑΣΕΤΟ
ΕΝ ΜΕΣΩ ΤΗΣ ΓΗΣ

Nempe

Deus Rex noſter ſecundum Secula operatus eſt in medio terrae.

Hieroſolymis ſupra locum ubi Chriſtus Dominus cruci adfixus eſt, ap. Apian. mox laudandum ex Melanthone.

14

ΙΣ
ΧΣ

15

ΜΡ
ΘΥ

ΓΕΥΣΕΙ ΜΕ ΝΕΚΡΟΙ ΤΟΝ ΘΕΟΝ
ΚΑΤ' ΕΙΚΩΝΑ ΩΡΑΙΟΣ ΩΝ
ΚΑΛ ΛΕΙ ΔΕ ΘΕΙΑΣ ΟΥΣΙΑΣ.

Hoc eſt

Guſtabunt me mortales Deum
ſecundum figuram ſpecioſum
exiſtentem pulchritudine,
divinae vero ſubſtantiae.

Olim Hieroſolymis.

Binas ſub hac omnino forma Icones, cum adjecta Inſcriptione graeca, & aliis quae ad rem noſtram non pertinent, exſcripſit & ſecum adtulit Hieroſolymis Wilibaldus Epiſcopus, ap. *Petrum Apianum* in Inſcriptionibus p. m. CCCCIX., ex *Philip. Melanchone*, qui haec & nonnulla iis ſimilia reperit in Bibliotheca Tubingenſi, e perantiquo Sindelfingenſi codice exſcripta, eodem teſte *Apiano*, quem etiam *Gruterus* exſcripſit p. 1048. 2. & fidelius *Quareſm.* p. 449. Hic autem Wilibaldus creditur Hieroſolymitanam peregrinationem perfeciſſe Seculo Ch. VIII. jam vergente.

Eximium plane utrimque documentum pro traditione de exiſtentia ſummi cujuſdam Dei! De Chriſto *Deo*, ac de Maria *Matre Dei* perplura dabit e Vetuſtate documenta Pars IV. Tr. I. L. I. & II.

16

LEGILOQVVM QVISQVIS LIBRVM RECITAVERIS ISTVM
PRINCIPIBVS NOSTRIS DIC MISERERE DEVS
LEGEM NAMQVE BONAM DICTARVNT MENTE BENIGNA
QVAPROPTER PRO IPSIS QVÆSO PRECARE DEVM.

Extabant in fronte Capitularium Caroli Magni & Ludovici Pii, apud vetuſtiſſima MSS., teſte Baluz. in Capitul. Reg. Franc. tom. I. ante col. 697., referenda videlicet ad Seculum IX.

Hor-

17



Horridam vides Protomen cataphracti Ruderici Gothi, infeliciſſimi illius Hiſpaniae Regis, qui imperabat an. Chr. 711., cum piiſſimo Monogrammate gothicis elementis tantiſper implexis & adbreviatis, IN DI (*Dei*) NOME (*nomine*). RVDERICVS REX; ac in parte averſa ſignum ſanctae Crucis, in qua mundum redemit Deus-Homo, cum epigraphe, EGITANIA PIUS.

Aureum hunc Numum vidit, adcurateque deſcripſit *Ambroſ. de Morales* in Chron. Hiſpan. tom. 2. l. 12. c. 67. fol. 209., at ejus ectypum non tradidit. Nos vero, ut perraro ac nobiliſſimo documento clarius eniteat Regia ſancti Dogmatis Traditio, eum Moraleſianae deſcriptioni, illorumque temporum characteribus, moribuſque conformatum, hunc in modum recudi curavimus.

Hactenus de ſacrae Vetuſtatis Monumentis, quae vel ceteris quibuſque penitus obmuteſcentibus, Dei Optimi Maximi exiſtentis Dogma mirifice vindicant.

Quod ſi pervicax Atheus, Hebraiſmi, Socinianiſmi, pluriumque hujus furfuris ſectarum in ſimili veſtigia premens, haec omnia lubens fateatur, at profecta tamen a caeco Gentium praejudicio, quocirca nihil ipſa conficiant; procul abeat, cum dementibus fuſtigandus; nobiſque meliora ſapientibus jus liberum ſinat adorandi, illuſtrandique ſacerrimum Dogma ea, quam produximus, venerandae Traditionis ſuppellectile.

OBJECTIONES.

7 Objicit *primo* contra Adſertum 1. Atheorum impietas. Non eſt Deus. Nam 1.° Deus eſt incomprehenſibilis: ergo nequit cognoſci; quod vero nequit cognoſci eſt non ens. 2.° deficiente objecto, deficit ſcientia; ſed ante mundi creationem omne objectum deficiebat; ergo & omnis ſcientia: ergo & Deus, qui ſine infinita ſcientia Deus non eſt. 3.° conceptus Aſeitatis, qui Deo adſcribitur, repugnantiam involvit; implicat enim, quod idem poſſit a ſe quidquam recipere, ſibique quidquam conferre. 4.° Quidquid de Deo, deque miraculis perhibetur, in cauſſas naturales referri poteſt, a paritate plurium, quae videmus in magnete, in fluxu, refluxuque maris, in portentis Magorum Aegyptiorum &c. ergo fruſtra Deus adſtruitur. 5.° ſi Deus eſſet ſummum malum, neceſſario tolleret e mundo omne bonum: ergo ſi eſt ſummum bo- RURSUS QQ. DOGM. SCHOL.

bonum, ut ſupponitur, neceſſario tollit omne malum. Atqui non tollit, immo peccata permittit: ergo Deus non eſt. 6.° vulgaris opinio de exiſtentia Dei inter errores, praejudicataſque ſententias, a Parentum educatione, ac inſinuatione hominum adceptas referenda eſt, quippe Deum nemo unquam vidit.

8 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Conſ.* nequit cognoſci cognitione comprehenſiva, *C.*, alia minus perſpicua, *N.*, & *D. reſp. Min. ſubſ.*, & *N. Con.* Porro ſi omnia finito & limitato intellectu noſtro comprehendere poſſemus, nihil eſſet, quod adtributis infinitis praeditum diceres. Haec vero objectio potius impiorum hominum inſcitiam prodit. Ad 2. *N. Min.*, tunc enim Deus ſibi ipſi objectum erat infinitae cognitionis. Ad 3. *N. A.* Conceptus entis a ſe non in eo ſitus eſt, quod ſibi eſſe conferat, & quod a ſemetipſo eſſe recipiat, immo potius in eo, quod ſuum eſſe a nemine deſumat, nimirum nec a ſe ipſo, nec ab alio; atque adeo totum ſuum eſſe, ſit ſimul habitum & inadceptum: in quo nec umbram implicantiae videris. Quid? quod Aſeitatis in Deo conceptus inter praedicata negantia, ſeu vulgo negativa referri ſolet.

9 Ad 4. *N. A.* Quod plurimis confutare poſſemus, inſpecta natura veri miraculi, quae apud omnes gentes animo inſidet. Sed de his alias, praeſertim ubi de entis ſupernaturalitate. Ad 5. *Omitto A.* & *N. Con.*; bonum etenim Deo eſt, & minime ipſius ſanctitati repugnans, peccata ob ſuos fines permittere, ex dicendis ubi de Deo Providente. Ad 6. *N. A.* Stultiſſime inter erroneas praejudicataſque ſententias illa recenſetur, quam ſapientiſſimi quique homines a mille demonſtrationibus adceptam retinuerunt. Plane Athei, qui haec futilia objiciunt, ſibi ipſis non credent, nec ſuae animae, nec ſuis diſcurſibus, quae nempe nuſquam viderunt (*r*).

10 Obj. *ſecundo* contra Adſert. 11. Non eſt in unoquoque homine ingenita mentique inſculpta Dei exiſtentis notio. Nam 1.° ea notio ex rerum ſenſibilium conſideratione excitatur, quoniam ex recepto adagio, nihil prius eſt in intellectu, quam fuerit in ſenſu: ergo ingenita non eſt & anticipata. 2.° haec notio ſeu idea nec eſt habitus, quia homini ſola naturalis facultas intelligendi indita eſt; nec eſt actus, quia nullus actus infunditur, ſed elicitur: ergo vel fictitia eſt, vel a ſenſibus adquiſita. 3.° adquiſitus primorum principiorum habitus ſufficit, ut firmiſſimum de exiſtentia Dei proferatur judicium: ergo ſuperfluit congenita notio. 4.° Paullus Rom. 3. negat, quemquam eſſe, qui natura intelligat, aut exquirat Deum.

11 5.° Scriptura pro ſingulari beneficio pollicetur inſcriptionem Legis Dei: ergo abolita eſt, praeſertim in ſummis, ac praecipuis notitiis, aut ſententiis: alioquin cur denuo inſcriberetur? 6.° credere dicimur, non ſcire Deum; at ea ſcimus, quorum notitias innatas habemus. 7.° is eſt fons Graecae Philoſophiae, *Primus*

in

(*r*) Conf. *Marinum Merſennum* in Geneſ. ubi de Atheorum objectionibus artic. 4. a p. m. 235. *Jo. Franc. Buddeum* in theſibus theologicis de Atheiſmo cap. 6. *Perrimezium* in Diſſertat. ſelect. diſ. 6. *Bertium* l. 1. de theolog. diſcipl. c. 3.

in orbe Deos fecit timor ; non autem ingenita Dei cognitio . 8.° ſi natura notum ſit Deum exiſtere, fruſtra coelitus perfecta doctrina, miſſiſque Doctoribus Dei agnitio tam ſollicite inculcatur . 9.° impoſſibile eſt innata principia in pleriſque ſaltem gentibus defeciſſe ; at pleraeque gentes Deum non novere, ex Pſ. 78. 6. & 1. Theſſal. 4. 5. & Epheſ. 2. 12. ne quid dicatur de tot inter Gentes Atheis, qui ſingulis quibuſque aetatibus Deum negarunt.

12 R. *N.Adſ.* Ad 1. prob. *N.A.* Adagium intelligitur de notione adquiſita a rebus corporeis, non de congenita & anticipata, qualem nos defendimus . Ut ſummum axioma in eo ſenſu nobis admittitur, quod anima corpori immerſa excitatur a re ſenſibili, ut ad ingenitam notionem advertat (*s*). Ad 2. ea notio indita eſt per modum habitus, quo nempe lumine ipſo naturali, ex ſola terminorum adprehenſione intelligimus Deum eſſe; ad eum plane modum, quo ratio naturalis ſtatim & ſine praevio diſcurſu concipit veritatem propoſitionis, *impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe*.

13 Ad 3. *N.A.* contra Hennum. Nullum enim primorum principiorum habitum, tanquam irrefragabilem veritatem agnoſcimus, praeter congenitam illam notionem, lumenque naturale indefectibile intime nobis adſiſtens. Ad 4. *N. A.* Paullus ad Rom. 3. 10. adducit verba Pſ. 13. 4., ubi quidem Pſalmiſta eodem modo loquitur de non requirente ac de non intelligente Deum, nempe *non eſt juſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum*: quibus plane naturalem de Deo notionem cuicumque inditam minime negatur, ut contendit *Illyricus*, ſed eadem tantum Dei notio, qua ducti homines Deum diligant, ipſique inſerviant . Haec noſtra expoſitio luculente firmatur ex duobus prioribus capitibus ejuſdem Paullinae Epiſtolae . Ad 5. *N. Con.* Denuo ipſa Dei Lex inſcribitur, quatenus majori gratiae luce in nobis confirmatur & perficitur.

14 Ad 6. dicimur nos credere ſimul & ſcire Deum, videlicet credere ut Authorem gratiae & gloriae, ſcire ut Authorem naturae ; immo ut Authorem naturae credere, quum de Dei exiſtentia revelatio nota ſit. Ad 7. timor ille ex aliqua potentia ſupra ſe, quam Ethnici placare cupierint, ortum duxit: igitur ex ingenita ſummi cujuſdam Numinis exiſtentis idea. Idem dixeris de ceteris adfectibus, qui Graecos ceteroſque Ethnicos ad rei cujuſquam ſupremae cultum perduxerunt.

15 Ad 8. *N.A.* Quum non ſufficiat congenita illa notio ad coeleſtem beatitatem obtinendam, ipſa plane perficienda eſt coeleſti doctrina, quam miſſi Doctores crebro populum inſtituant. Ad 9. *D. Ma.* in pleriſque gentibus non adtendentibus ad iſtius conceptus *Deus* ideam, *Perm.* ad illam probe adtendentibus, *N.* & *D. reſp. Mi.* & *N. Con.* Profecto quamvis plerique e multis gentibus homines de Dei alicujus exiſtentia conſcientiam habuerint, ad illius tamen ideam non ſatis adtendentes, ſupina quadam negligentia, ad quid nomen e. c. *Summum Ens* ſe extenderit, comprehendere minime curarunt: id quod, *Auguſt.* teſte (*t*), ſpargente Deo

(*s*) Conſule in hanc rem *Auguſtinum* Enarrat. in Pſ. 41. n. 7. (*t*) In Pſ. 13.

poenales caecitates ſuper illicitas eorum cupiditates, ſaepius uſuvenit. Idem omnino de occaecatiſſimis Atheis dicendum (*u*).

16 QUAESTIO II. Num & quatenus exiſtentia Dei ſit demonſtrabilis? ADSERO I. Eſt demonſtrabilis a poſteriori, ſeu ab effectibus, qui neceſſario procedere debent ab una aliqua prima & ſuprema cauſſa. Ii enim, ſi qua tales dignoſcantur, ex ſua ratione apti ſunt mentem noſtram perducere in evidentem ipſius cauſſae cognitionem. Eruitur ex aliquot ſacrae Scripturae locis; e.c. ex *Pſ.* 18. 1. *Sap.* 13. 1. & 8. *Actor.* 14. 16. *Rom.* 1. 19., quibus accinunt plerique PP. cum *Dionyſ.* aut ſi mavis Pſeudo-Dionyſio, qui IV. Chriſti ſeculo floruiſſe perhibetur, (*x*) *Iren.* (*y*) *Auguſt.* (*z*) & *Baſil.* quem unum pro omnibus loquentem audire praeſtat: *Si quis pietatis* (*a*) *ſectator eſt, is quid ſit Deus, curioſe non inquirat; verum ex iis, quae ab illo facta ſunt, eum eſſe cogitet, illud certo apud ſe ſtatuat: ſiquidem ex procreatarum rerum magnitudine, & pulchritudine illarum molitor & opifex certa quadam ratione dignoſcitur & ſpectatur.*

17 Huc revocanda ſacri Codicis, Patrumque teſtimonia ſuperius adlata (*b*); quibus plane addendus, non modo Scholaſticorum (*c*) & Philoſophorum communius (*d*), verum etiam omnium bene ſapientum adſenſus: adeo qui ſecus judicant, ut Lutherus & Illyricus inter haereticos, ac inter Catholicos Henricus Gandav. Petrus de Alliaco, Baſſolius, Major, Gaſpar Caſſalius, & Aegidius Romanus, variis apud alios Doctores inuruntur cenſuris tanquam inſipientes (*e*). Hinc

18 ADSERO II. Exiſtentia Dei varie demonſtratur. *Primum* enim evidens metaphyſice eſt 1.° exiſtere primum ens movens immotum; quoniam & quidquid movetur ab alio movetur, & in moventibus non eſt proceſſus in infinitum: tum 2.° primam omnium cauſſam nec a ſe, nec ab alio productam; nihil enim poteſt ſe ipſum primo cauſſare; atque adeo cauſſae rerum adſpectabilium ab aliis cauſſis iterum dependent: ergo niſi velis proceſſum in infinitum admittere, in prima aliqua tandem cauſſarum cauſſa ſubſiſtendum eſt: tum 3.° ens neceſſarium, a quo procedant contingentia; alioqui ſi omnia ſint contingentia, potuerunt omnia nunquam eſſe, ac nunquam inſuper ipſa erunt, nam quod non eſt, non incipit eſſe, niſi per aliquod, quod ſit: tum 4.° Conditorem Univerſi, tanta pulchritudine & harmonia ſpectabilis; hunc enim qui ſerio contemplaris, ab eo profectum agnoſcas oportet, qui ſuam ma-

(*u*) Conf. laud. *Merſennus* art. 4. ubi refellit ſexdecim rationes contra noſtrum adſertum ab Illyrico fabricatas, tum *Bert.* l. 2. c. 1., *Tournel.* de Deo q. 1. art. 1.

(*x*) De div. nomin. c. 7.

(*y*) L. 2. cont. haer. c. 5.

(*z*) L. de Spir. & Lit. c. 12. ac l. 1. de Doctr. Chriſt. c. 7.

(*a*) Inquit Orat. de Verbi Incarnat.

(*b*) Num. 5.

(*c*) Cum *D. Th.* 1. p. q. 3. art. 2. 3. *Suar.* de Deo l. 1. c. 1. *Arrub.* hoc d. 9. c. 1. *Tanner.* d. 2. q. 1. dub. 4. *Tourn.* de Deo q. 1. art. 1. & 3. *Berti* l. 1. c. 1. prop. 1. *Chignoli* part. 1. tom. 2. praelect. 1. a n. 1.

(*d*) Cum *Geſſendo*, *Grotio*, *Klarchio*, *Abbadia*, *De Rham*, *Staquelotio*.

(*e*) V. *D. Th.* 1. contr. Gentil. c. 12. *Scot.* in 1. diſt. 2. q. 3. *Bellarm.* l. 4. de Gratia c. 2. *Valent.* d. 1. qu. 2. qu. 2. *Molin.* q. 2. art. 2. *Ban.* 1. p. q. 2. a. 2. *Suar.* 1. 2. Metaph. d. 29. ſect. 2. n. 6. *Aguirrium* in Monol. S. Anſelmi c. 1. d. 12. ſect. 1. *Tanner.* proxime laud.

majeſtatem ſummam, atque potentiam ſapientiſſima quadam ratione demonſtrare voluit.

19 Eſt *inſuper* ſaltem moraliter evidens, mundum fuiſſe in tempore productum eo modo, qui a Moyſe refertur in ſacra hiſtoria, quae quidem nulla prudenti ratione in dubium verti poteſt; haec autem hiſtoria Deum diſerte profert primum & unicum mundi conditorem: tum eam rem falſam eſſe non poſſe, quae omnium gentium & populorum, doctorum pariter & indoctorum conſtantiſſima adſeveratione ac teſtificatione comprobata eſt; talis autem eſt haec veritas, quod Deus exiſtit, loquendo in genere, & abſtrahendo a peculiari Numinis & Deitatis ratione.

20 Quid vero ulteriora argumenta congeram adverſus impiiſſimos Atheos; quippe qui potius fuſtibus & armis, quam rationibus convinci plane debeant? Ad ea, quae ſynoptico more noſtro libavimus, reduci poſſunt cetera bene multa, quae revincendis Atheis ex omni claſſe perdocti Viri literis conſignarunt (*f*).

21 ADSERO III. Eſt demonſtrabilis quaſi a priori; ſcilicet quatenus poteſt in Deo concipi praedicatum aliquod ratione prius ejuſdem exiſtentia, ex quo nempe haec exiſtentia rite deducatur (*g*). Equidem *in primis* ex definitione, ſeu conceptu entis optimi, vel complexionis omnium perfectionum, quamlibet imperfectionem excludentis, qualis Deo competit, rite colligitur exiſtentia Dei; hac enim abſente illa complexio prorſus excidet; nec enim hujus abſentiae imperfectionem excluderet.

22 *Deinde* videtur *Anſelmus* ex eo probare, Dei exiſtentiam eſſe per ſe notam, *quia Deus eſt, quo nihil melius excogitari poteſt* (*h*). Hinc ſub conceptu entis optimi demonſtratam habes Dei exiſtentiam ex primis ac notiſſimis propoſitionibus; quoniam nulla chimaera excludit contradictionem, quae ex ſuo conceptu eſt imperfectio; atque adeo nulla chimaera quamlibet imperfectionem excludit: ergo quod quamlibet excludit

(*f*) Exempli cauſſa Ethnici Sophiſtae cum *Ariſtot.* l. 2. Metaph. a textu 4. & 2. ac 8. Phyſic. & alias. Antiqui Patres cum *Athan.* orat. contr. Idola, *Auguſt.* 8. de Civit. c. 6. *Anſelm.* in Monol. c. 1. & ſeqq. Scholaſtici cum *S. Th.* p. 1. q. 2. art. 3. & l. 1. contr. Gent. c. 13. & alias, *Vazq. Valent. God. Gon. Tournel. Fraſſenio, Boucatio, Bertio, Perrimezzio*, ubi de exiſtentia Dei. Eruditi Viri cum *Merſenno* in Geneſ. ſparſim; & ſignanter ratione 16. p. m. 39. *Maignanſio* in Philoſ. ſacra tom. 1. *Saguenſio* de perfect. divinis, ubi de exiſt. Dei, *Jaquelotio* in tr. de exiſt. Dei, *Renato Carteſio* in meditationibus medit. 3. *Malebranch.* de inquirenda veritate, *Raynaud.* in Theol. natur. diſt. 5. *Leſſio* de provid. Dei contra Pſeudo-politicos, *Aug. Eugubino* in perenni Phil. l. 2. c. 6. *Cudworth.* cum adnotat. *Moshemii* in ſyſtemate intellect. ſparſim in to. 1. *Samuele Clarkio* in demonſtrat. exiſtentiae & attributorum Dei adverſus Hobbeſium & Spinoſam potiſſimum, *Jacob. Abbadie* de verit. ac certitud. Chriſt. Religionis ſect. 1. *Reimmanno* in hiſtor. Atheiſmi cap. 2. *Buddeo* in theſibus theologicis de Atheiſmo c. 5. ubi perplures e ſuo Proteſtantium grege Scriptores in hanc rem paſſim laudat.

(*g*) Ita *Ant. Perez* d. 2. de Deo cap. 4. *Eſparz.* q. 2. de Deo art. 4. *Borrull.* tr. de Dei eſſent. & attrib. d. 2. ſect. 4. & 5. *Maign.* in Phil. ſacra cap. 3. pr. 1. *Viva* part. 1. d. 1. q. 1. n. 15. *Perrimezz.* tom. 1. diſſ. 5. faventque ex parte *Scot.* in 1. diſt. 2. q. 2. *Ockam* in 1. diſt. 3. q. 44. *Greg.* Ariminenſis in 1. diſt. 3. q. 4. *Gabr.* ibid. q. 4. *Rubion* ibid. d. 2. q. 2. art. 2. *Saguens* de perf. div. ar. 5. adſ. 1. n. 19, contra Tanner. Arriag. & communiorem.

(*h*) Lib. pro inſipiente contra Gannilonem, ex ſententia *Gerberonii* in ejuſdem Libri cenſura, operibus S. Anſelmi praefixa,

dit imperfectionem, ſcilicet ens optimum, non eſt chimaera, ſed ens exiſtens, nempe Deus. *Inſuper* praedicatum non repugnantiae ad exiſtendum etiam in ente neceſsario, quod Deus eſt, plane primum & notius eſt, quam praedicatum ejuſdem exiſtentiae: ergo ex illo poteſt iſtud quam optime deduci ac demonſtrari.

OBJECTIONES.

23 Obj. *primo* contra 1. Adſert. Exiſtentia Dei non eſt demonſtrabilis a poſteriori. Nam 1.° demonſtratio debet procedere ex prioribus, cauſſiſque concluſionis (*i*); at nulla eſt cauſſa Dei exiſtentiae; ergo haec demonſtrari nequit. 2.° objectum fidei ſupernae, cujuſmodi eſt Dei exiſtentia, ex Hebr. 11. 6., demonſtrationi non ſubjacet 3.° quod demonſtratur, negari nequit, ſed Athei negant Dei exiſtentiam, immo inter Catholicos plures ex iis, quae circumferuntur, demonſtrationes infirmae ſunt ac invalidae, ut de iis, quae D. Thomas adtulit, multi judicant. 4.° primum principium probari nequit, e. c. illud *quodlibet eſt, vel non eſt*; at Deus eſt primum principium. 5.° entis neceſſarii & infiniti exiſtentia nequit demonſtrari per exiſtentiam entis contingentis & finiti, cujuſmodi ſunt creaturae. 6.° per creaturas nequit demonſtrari Dei eſſentia: ergo nec exiſtentia; utraque enim in Deo identificatur.

24 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* demonſtratio a priori ſtricte talis, *C.* a poſteriori, *N.* &c. Quin etiam poſſunt creaturae eſſe priores Deo cognitione; quoniam dum adverſus Atheum Dei exiſtentiam ex creaturis demonſtro, prius eſſe creaturas probo, ut inde in notitiam Creatoris exiſtentiae deveniam. Ad 2. *D. A.* non ſubjacet quatenus fidei ſupernae objectum eſt, *C.* quatenus alio motivo naturali, nempe humanae demonſtrationis, adtingitur, *N.* Ad 3. *D. Ma.* negari nequit ab homine ingenuo, qui vim percipit demonſtrationis, *C.* a viro occaecato, ſeu qui vim demonſtrationis non percipit, *N.* Et vero Athei pernegant demonſtrationem, quia ejus vim ſentire horrent; quippe qui ex *Sap.* 13. *neque operibus adtendentes, agnoverunt quis eſſet Artifex*. Porro haud omnes a viris doctis id genus productae demonſtrationes paris ſunt apud omnes efficaciae ad perſuadendum; verum apud omnes in confeſſo eſt, & poſſe demonſtrari Dei exiſtentiam, & actu ſaepe demonſtratam fuiſſe.

25 Ad 4. *D. Ma.* primum principium metaphyſicum & cognitionis, quale illud eſt, *quodlibet* &c. *C*; hoc enim nec prius & notius ſupponit, nec aliquos, unde ipſum probari poſſit, effectus habet: primum principium exiſtendi, ex quo cetera pendent, *N.* ob contrariam rationem. Ac ejuſmodi quidem principium Deus eſt. Ad 5. *N. A.* Hoc duntaxat quod ens contingens & finitum ſit effectus entis neceſſarii ac infiniti, id ipſum tanquam ſui cauſſam demonſtrare poteſt. Ad 6. *D. A.* Dei eſſentia qua talis, vel ſub conceptu eſſentiam Dei definiente, *C.*

Dei

(*i*) Ex Philoſopho 1. poſter. 2.

Dei eſſentia, prout haec includitur implicite ſub conceptu exiſtentiae Dei, *N. A. & Con.* (*k*)

26 Obj. *ſecundo* contra II. Adſert. Demonſtrationes a nobis propoſitae rem non evincunt. Nam 1.° poteſt aliquid a ſe ipſo moveri, quin alio motore indigeat. 2.° poſſunt duo entia ſe invicem cauſſare. 3.° in cauſſis producentibus & productis non implicat proceſſus in infinitum, ita ut una ſit & moveatur ab alia, & haec ab altera in infinitum. 4.° materia eſt aeterna, quoniam ex nihilo nihil fit; inſuper ſunt entia aeterna a parte poſt, aut ſine fine: pariter ergo a parte ante, vel ſine initio: ergo probari nequit cauſſae primae & univerſalis exiſtentia.

27 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* quin alio motore ſupremo indigeat, *N.* & id quidem verum eſt, vel de motu locali, vel de motu cauſſae efficientis ſermonem heic inſtituas; nihil enim ullatenus moveri poteſt, quin motui producendo virtutem a primo motore Deo exceperit: ſecus, eſto. Ad 2. *D. A.* ſe ipſa primo cauſſare, *N.* ſecundo cauſſare, & quidem adcepta ad id virtute a prima cauſſa, *C. A.* & *N. Con.* Ad 3. *N. A.* In cauſſarum ſubordinatarum enumeratione devenies tandem ad primam aliquam cauſſam: haec autem ſi ſit, a ſe improducta ſit, oportet, atque adeo Deus; ſi vero non ſit a ſe, ab alio erit, hoc tamen aliud erit quidem a ſe, quoniam erit extra cauſſarum ab alio productarum collectionem: igitur Deus erit.

28 Ad 4. *N. Adſ.* tanquam repugnans fidei, ac hiſtoriae probatiſſimae libri Geneſeos. Nec adjunctae probationes quidquam evincunt. Equidem primum ex nihilo nihil fit, ſecundum praeſentem divinae Providentiae legem, a creatura, tametſi ſecundum aliam legem fieri poſſit (*l*). Deus vero ex nihilo fecit quaecumque creavit. Deinde non implicat ens aeternum ſine initio a Deo productum (*m*); nullum tamen de facto huc uſque probe ſapientes noverunt.

29 Obj. *tertio*. Ex ente neceſſario non probatur invicte exiſtentia. Nam 1.° materia ex qua res quaelibet conſtat, & conſequenter omnis ſubſtantia, eſt neceſſaria. 2.° unica eſt ſubſtantia univerſa, quae quum ſit neceſſaria, Deus eſt: equidem diſtinctio, quae in rebus eſſe videtur, ficta duntaxat eſt & adparens; conſiſtit enim in diverſa unius ejuſdemque ſubſtantiae aeternae, ac indiviſibilis modificatione. 3.° eſſentiae rerum creatarum neceſſariae ſunt, quin ſint Deus. 4.° licet ſingula entia ſint contingentia, nihilo tamen ſecus tota contingentium collectio eſt neceſſaria; quoniam a ſenſu diſtributivo ad collectivum non valet argumentatio; e. c. non valet, *ſinguli Epiſcopi non ſunt Concilium: ergo tota Epiſcoporum collectio non eſt Concilium*. Ita *Spinoſa*.

30 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* quod falſo ſupponit, aut adſerit, rem quamlibet, atque adeo etiam ſpiritualem conſtare materia. Quid inſuper magis abſurdum, quam quod materia, ex ſeſe iners, ac millenominibus imperfecta & limitata, ſit ens neceſſarium, quod nempe ex ſuae

(*k*) Conf. *Amic.* heic d. 2. a num. 1. & 11. *Boucat.* t. 1. tr. 1. diſſert. 1. art. 4. ſub fin.

(*l*) Ex dicendis Par. II. Tr. I. Cap. I.

(*m*) Uti in Phyſicis, ubi de ente infinito, nos admiſimus.

ſuae naturae neceſſitate eſt infinitum in omni genere perfectionis, ac immutabile, tum quoad exiſtentiam, tum quoad perfectiſſimum exiſtendi modum. Ad 2. *N. A.* non minus impium, quam abſurdum. Quod ſubſtantia hominis ſit diverſa a ſubſtantia ferri, & ſubſtantia materialis a ſubſtantia intelligente & cogitante, luce meridiana clarius cuivis rationis compoti innoteſcit. Ex adjuncta probatione liquido inferres, quod Deus modificatus in Pilatum damnavit Deum modificatum in Chriſtum, quod Deus modificatus in Neronem combuſſit Deum modificatum in Romam, pluraque iis conſimilia: quo quid abſonum magis? quid magis, ſodes, ridiculum?

31 Ad 3. *D. A.* ſunt neceſſariae abſolute & quoad phyſicam exiſtentiam, *N.*, ſic enim ſunt prorſus contingentes: hypothetice, & quoad eſſentiam metaphyſicam, quatenus poſitae in rerum natura, tales debent eſſe, quales concipiuntur ſecundum ſuam eſſentiam metaphyſicam, *C.* ſic enim nequit exiſtere Angelus, quin ſit ſubſtantia ſpiritualis completa. Et vero perfectionum infinitas in ente neceſſario minime fluit ex hypothetica & metaphyſica, ſed ex abſoluta & phyſica neceſſitate exiſtentiae. Ad 4. *N. A.* & *D.* adj. prob. non valet quoad praedicata extraeſſentialia & quantitativa, *C.*, haec enim ita ſingulis conveniunt, ut repugnent collectioni, quum major ſit in collectione quantitas, quam in ſingulis partibus collectionis: quoad praedicata eſſentialia, *N.*, quia haec tam conveniunt ſingulis partibus, quam earum collectioni; quippe quae petuntur ab eſſentia, quae majus, & minus non ſuſcipit, quemadmodum quantitas.

32 Obj. *quarto*. Ex mundi fabrica non demonſtratur exiſtentia Dei. Nam 1.° de creaturis, quae ſunt in mundo, dicitur Eccli. 1. *ecce univerſa vanitas*; at potius deberent eſſe bona, ſi ea Deus creaſſet, utpote optimus Artifex. 2.° Mundus hic regitur a ſola natura, quae uno curſu & ordine ſemper eadem agit, ut vides in motu aſtrorum, temporum, plantarum, marium &c. Ita *Libertini*. 3.° Legislator peritus ſuas leges ad libitum, aut ſaltem pro temporum aut negotiorum exigentia mutare poteſt, aut in illis diſpenſare; at naturae leges ſunt invariabiles, nec in illis poteſt quis diſpenſare, e. g. quod furtum non ſit peccatum: ergo Deus non eſt Mundi Rector ac Legislator. 4.° Omnia quae in Univerſo cernimus ex fortuito atomorum, in vaſtiſſimo nihili ſui ſeſe moventium occurſu coaluerunt; atque adeo a fortuna & caſu facta ſunt, non vero ab aliquo intelligente.

33 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. creaturae dicuntur vanitas, aut vanae, quatenus comparate ad Deum ſunt quaſi nihil, mutabiles, defectibiles, ab alio dependentes; non autem proinde, quatenus ab optimo Artifice ſunt productae & conſervatae, malae ſunt. Neque vero poſſunt creaturae illis carere defectibus; alioqui Deus eſſent. Ad 2. *N. A.* Hic perpetuus rebus ordo ab Authore naturae Deo praeſcriptus eſt; *facile enim ipſe turbaretur*, ut ſcite ajebat *Minutius Felix* (*n*), *niſi maxima ratione conſiſteret* Mundus.

Ad 3.

(*n*) In Octavio.

34 Ad 3. ſi ſermo ſit de lege naturali quoad res phyſicas, in ea Deus paſſim diſpenſat, uti divina miracula paſſim occlamant; ſi vero de lege naturali quoad res morales, ut in furto, ſimonia &c., in iis nequit eo pacto Deus diſpenſare, quo nequit efficere aut velle, ut quod ſuapte natura malum eſt, non ſit malum, ubi ponatur in rerum natura; & quod ſit homo, quod poſitum extra cauſſas non ſit animal rationale. Quod vero ejuſmodi leges naturae Author mutare nequeat, potius perfectionem commendat (*o*). Ad 4. *N. A.* Et quidem ſtupidus & mentis impos ſit, oportet, qui adſpectabilem hanc fabricam, tanto ſibi conſtantem ordine, in fortuitum effictarum atomorum occurſum refundat. *Nonne prodigio ſimile eſt*, ajebat praeſcite *Lactant.* (*p*) de ſtupidis id genus Epicureis, *aut natum eſſe hominem, qui haec diceret, aut extitiſſe qui crederent?* (*q*)

35 Obj. *quinto* contra III. Adſ. Illa Dei exiſtentiae demonſtratio quaſi a priori fundatur in poſſibilitate ejus exiſtentiae ſub conceptu entis optimi, quatenus nempe hoc exiſtit, quia poſſibile eſt: hoc autem evanidum eſt, 1.° quia ex poſſibilitate ſecundi mundi non infertur ejus exiſtentia: ergo pariter. 2.° quia divinae exiſtentiae poſſibilitas non eſt prior adhuc formaliter, quam exiſtentia, quum quodlibet Dei Adtributum, utpote illimitatum, implicite excurrat ad aliud (*r*). 3.° quia plurimi cordati eam negant: ergo non eſt demonſtratio, aut evidentia.

36 R. *C. Ma.* Adſumptam & *N. Mi.* Ad 1. prob. *N. Con.* Quia poſſibilitas ſecundi mundi praeſcindit omnino ab hujus exiſtentia, non ita poſſibilitas entis optimi: hoc enim quum formaliter omnem includat perfectionem, ſuam includit exiſtentiam, quae eſt ſumma perfectio. Ad 2. illa poſſibilitas eſt quaſi prior, quatenus de re prius concipimus poſſibilitatem, quam exiſtentiam, uti de ipſo Deo prius intellectivum concipimus, quam volitivum. Ad 3. negant duntaxat qui minime advertunt efficaciam propoſitionum, & illationis bonitatem.

37 Obj. *ſexto*. Rurſus illa demonſtratio quaſi a priori repugnat. Nam 1.° exiſtentia Dei metaphyſice eſt prima perfectio Dei, quum ſit formaliter ipſa Dei eſſentia, vel Aſeitas: ergo nullam habet cauſſam ſe ipſa metaphyſice priorem. Ita *Cacheranus* in Theol. adſertiva l. 1. c. 1. §. 2. Hinc 2.° nihil poteſt per ſe ipſum demonſtrari; at Dei eſſentia eſt formaliſſime Dei exiſtentia. 3.° quum ex Dei eſſentia deducis ejuſdem exiſtentiam, porro in conceptu eſſentiae concipis exiſtentiam; non enim concipis eſſentiam ut non exiſtentem: ergo nec concipis praedicatum prius, e quo inferas exiſtentiam.

38 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. ex mox adſerendis, non modo Aſeitas, ſed & ſingula praedicata abſoluta metaphyſicam Dei eſſentiam conſti-

(*o*) De iis plura inferius Part. II. Tr. II. Lib. II. Cap. III. ubi de lege naturae.

(*p*) L. 1. de ira Dei c. 10.

(*q*) Conf. *Athenagoras* in legat. pro Chriſtianis, tum laudat. *Cudvvorth.* tom. 1. c. 2. cum notis *Moshemii*, *Bert. Tournel. Budde. Perrimez. Merſenn.* Adde *Boucat.* tom. 1. diſſ. 1. de exiſt. Dei per tot.

(*r*) Ap. *Suar.* de Deo, ubi de Adtributis.

tuunt; nihilo tamen ſecius eadem praedicata differunt invicem penes implicitum & explicitum; atque adeo poteſt unum concipi tanquam quadantenus prius alio. Ad 2. *D. Mi.* & diſtinguitur penes implicitum & explicitum ab exiſtentia, *C.* ſecus, *N. Mi.* & *Con.* Ad 3. *N. A.* tunc enim concipis praeciſe eſſentiam, abſtrahendo penitus ab ejus exiſtentia, & non exiſtentia (*s*).

39 QUAESTIO III. Num veritas, *Deus exiſtit*, ſit per ſe nota? ADSERO: Non eſt per ſe nota, ſaltem quoad nos (*t*). Quia veritas per ſe nota, ſeu evidens illa eſt, quae ita ex terminis adparet, ut iis rite penetratis, intellectus mediocriter ingenioſus alio non egeat medio, ſeu diſcurſu, ut illi ſecure adſentiatur; at intellectus humanus, & non perſpicax, indiget diſcurſu aliquo, ut propoſitae veritati firmiter adhaereat; uti liquet ex antiquis Philoſophis, qui non niſi poſt plura ratiocinia convicti ſunt, ut adſentirentur Dei exiſtentiae, ipſam aliis perſuaſſuri (*u*).

OBJECTIONES.

40 Obj. Propoſitio, *Deus exiſtit*, eſt per ſe nota quoad nos. Nam 1.° ea eſt nobis naturaliter *inſita*, *ingenita*, *implantata*, ex ſuperius adſertis; & D. Anſelm. docet (*x*) *taliter Deum eſſe, quod cogitari nequit non eſſe*: ergo eſt per ſe nota quoad nos. 2.° Propoſitio, *Deus eſt colendus*, includit iſtam, *Deus exiſtit*, uti & propoſitio, *hic mundus exiſtit*; ſed haec utraque propoſitio eſt nobis per ſe nota: ergo & altera, quam includit utraque. 3.° Homo in prima rationis aurora tenetur ſe convertere ad Deum; ſed tunc temporis exiſtentia Dei non cognoſcitur ab eo per demonſtrationem; quum iſtam vix Philoſophi per longum tempus obtinuerint: ergo eſt tunc ipſi naturaliter per ſe nota.

41 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Nos loquuti ſumus, & pariter D. Anſelmus loquitur, non de cognitione diſtincta Dei exiſtentis ſub conceptu Dei, aut entis perfectiſſimi, ſed de cognitione confuſa ſub alio conceptu, e. g. ultimi finis, ſupremi Legislatoris &c. Quo pacto hoc & illud adſertum conciliamus, quidquid repugnare videatur *Billuartius* (*y*) Ad 2. τὸ *hic mundus exiſtit* ſolum dicit eſſentialem connexionem cum ejus Authore, nempe Deo; eam vero non niſi iteratis diſcurſibus evidenter agnoſcere valemus, judicando ſcilicet, quod hic mundus non ſit a ſe, ſed ab alio &c. & τὸ *Deus eſt colendus*, eſt nobis per ſe notum ex ſuppoſitione, quod per diſcurſum noverimus Dei exiſtentiam. Ad 3. homo

(*s*) Conf. laudatos *Perez* & *Eſpar.* tum *Viv.* p. 1. d. 1. q. 1. a n. 17. & *Perrimez.* cit. diſſ. 5.

(*t*) *D. Th.* q. 2. a. 1. *Mun.* heic d. 2. n. 29. *Paull. a Conc.* heic. t. 1. tr. 1. d. 2. n. 4.

(*u*) Haec Quaeſtio inter minus utiles connumeratur a laud. *Perrimez.* diſ. 7. tum a Catalogo breviore quaeſtionum tradendarum praeſcripto Jeſuitis Germaniae ſuperioris: at defenſa eſt tamquam Scholae adcommoda & opportuna in Archi-Gymnaſio Urbis in aula Academiae Theologicae an. 1756. 17. Febr.

(*x*) In proſol. c. 2. 3.

(*y*) In Theol. t. 1. heic adverſus Carol. Vvitaſſium.

3. homo tenetur tunc ſe convertere ad Deum, ut confuſe cognitum, e. g. ſub conceptu finis honeſti, niſi adſit lumen ſupernum, ratione cujus converti debeat in Deum, ut ultimum determinate finem (z).

42 QUAESTIO IV. Num ſit poſſibilis ignorantia invincibilis de exiſtentia Dei? ADSERO I. Non eſt moraliter poſſibilis in ſingulis hominibus, nec in integra natione. Communiter. Quia omnes ex inſtinctu naturali ſaepe advocant Deum. Et conſtat, nullam hujuſmodi fuiſſe nationem, cui Deus ſub conceptu Numinis colendi non innotuerit, ut edocent PP. cum *Tertull.* (a) *Greg. M.* (b) *Hilar.* (c); quibus praeiverat *Tullius*, adpoſite inquiens (d): *de hominibus nulla gens eſt, neque tam immanſueta, neque tam ferrea, quae non, etiamſi ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum ſciat.* II. Non eſt moraliter poſſibilis in homine rationis compote per totam vitam, aut longo tempore. Communiter (e). Quia ad Deum, qui vult omnes homines ſalvos fieri, ſpectat, minime pati, hominem mori, vel diu vivere cum omnimoda, & inculpabili ſui ignorantia.

43 III. Apud aliquos, ex natura rei poſſibilis eſt ad longum tempus in ſilvicola, e. g. quoad obligationem ulterius inquirendi; non autem quoad omnimodam incogitantiam de Deo (f). Ratio primae partis ipſis eſt; quia non implicat, quod vir ille rudiſſimus, vel alter ſimilis in ſchola Atheiſmi edoctus, adquieſcat in prima luce, quam a ſuo Magiſtro, vel a Deo, tanquam Authore naturae ebibit. Ratio ſecundae; quia naturae rationali indita eſt aliqua in ſuum finem inclinatio, quae haud finit, mentem laborare omnimoda incogitantia ſui finis, qui Deus eſt.

OBJECTIONES.

44 Obj. *primo* contra I. Adſ. Fertur, Braſilianos nullum agnoviſſe Deum, priuſquam a Luſitanis ſubjugarentur; idemque fertur in hiſtoriis de aliis nationibus. *Secundo* contra II. Dei exiſtentia eſt res ſupra ſenſum: quin immo multi Athei per longam vitam Deum negant; pluresque Catholici longam vitam degunt adeo rudes ingenio, ut res clariſſimas non percipiant: ergo.

45 R. Ad *primum*. Braſiles, ceterique barbari, eſto non habuerint firmum de Deo judicium, credi debet, plures habuiſſe de eo cogitationes ſub aliis conceptibus, v. g. ſupremi Numinis, quod colerent, & non offenderent. Et quidem de Braſilianis fertur, aliquod ſummum Numen agnoviſſe, quod ſuo idiomate nuncupabant *Tupà*, hoc eſt ſupremam & formidandam Excellentiam (g). Ad *ſecundum*: Dei notitia

(z) V. *Viv.* heic. q. 1. a n. 4. *Paull. a Conc.* heic. d. 2. a n. 12.

(a) L. de Spectac. c. 2. & adv. Marcion. cap. 1.

(b) 17. Mor. c. 3.

(c) L. 11. de Trin.

(d) L. 1. de legib.

(e) Cum *Mun.* cit. n. 36. 38.

(f) Conf. *Amic.* heic. d. 2. n. 17. cum *Mol. Med. Zum. Gran.* & *Bon. ull.* cit n. 107.

(g) Ap. *Sim.* de *Vaſconcellos* in Chron. Soc. J. in Braſiliae ſtatibus t. 1. l. 2. a n. 12. qui conſulatur.

titia eſt ſat perceptibilis ex creaturis, quae ducunt ad notitiam Creatoris. Hinc *Tertul.* (*h*) *prima animae rationalis dos, Dei notitia eſt.* Athei Deum negant vel ex malitia, vel ex ignorantia craſſa, & adfectata, qua remorſus conſcientiae vitent.

46 QUAESTIO V. Num, & quatenus ſit nobis notum, Deum eſſe Unum, vel Unicum? ADSERO I. Deus eſt Unus, vel Unicus. Fide certum. Et conſtat ex *Scripturis* abunde, e. g. *Deuter.* 6. 4. & 32. 39. *Pſ.* 17. 32. *Marc.* 12. 29. & 1. *Cor.* 8. 4. Tum ex *PP.* cum *Tert.* (*i*) *Aug.* (*k*) *Athan.* (*l*) *Athenag.* (*m*) *Lactan.* (*n*). Quin etiam ipſum ſanctum Dogma nonnulla illuſtrant ſacrae Antiquitatis Monumenta, quae mox ſubjicimus.

47 II. Eſt ratione naturali evidenter demonſtrabile. Communiter (*o*). Quia Deus eſt evidenter carens omni defectu; adeoque Unicus, utpote ſibi ſufficiens. *Deinde* ſi eſſent plures dii, quiſnam ab alio dependeret, ac independeret?

48 *Inſuper*, qui ubique eſt, non poteſt eſſe niſi Unus; ſi enim plures, ubi tandem erunt? (*p*) Et quidem Gentiles ſaniores id ipſum confeſſi ſunt. Hinc *Orpheus* ita canit, *Unus eſt per ſe exiſtens, ab uno omnia facta ſunt*; tum *Phocydides* adſeruit, *Unus Deus eſt ſapiens, potenſque ſimul & beatiſſimus*; & *Sophocles* demum ſic modulatur,

Unus revera, Unus eſt Deus,
Qui Coelum condidit, & Terram longam,
Mariſque coeruleos fluctus, & ventorum impetus.

Quibus adde *Zenonem* apud & cum *Ariſtotele* (*q*).

(*h*) L. 1. contr. Marcion.
(*i*) L. 1. contr. Marcion. c. 3. & alibi.
(*k*) L. 1. de Doctr. Chriſt. c. 7. & in Pſ. 96. & alibi.
(*l*) L. contr. Gentil.
(*m*) In Apol. pro Chriſt.
(*n*) L. de Ira Dei.
(*o*) *Mun.* cit. n. 48. cum *D. Th. Suar. Scot.* &c.
(*p*) V. *Amic.* d. 4. per tot. & *Borru.* cit. d. 2. ſect. 3.
(*q*) Lib. de Mundo ei vulgo adſcripto c. 7.

MONUMENTA ANTIQUITATIS CLASSIS V. I

DEO SANC ☧ VNI

LVCI TECVM PACE.

Reperta eſt Inſcriptio a Boſio ap. Aringhium in Roma ſubter. tom. 2. p. m. 21. Extabat Romae in S. Auguſtini, e ſchedis Muratorii.

Hic autem (neſcio ex quo Authore) paullo aliter Inſcriptionem legit, addito ad dextrum latus Monogrammate ☧., tum inſculpto Paſtore ovem in humeris geſtante, hoc eſt Chriſto Deo-homine.

CAS-

2

CASSVS VITA ⊂IO QVI VIXIT
ANN. ⊂.VIII. MENSIBVS XI ⊂
DIES. X. BENME. FI ⊂. FECERVNT
IN PACI QVI. IN VNV DEV
CREDEDIT IN PACE

CESQVE
IN PACE

DINO PARI
FILI
FCERVT

Romae in Coemeterio Calliſti ap. Boldett. p. 456. & ex eo Zacharia in Diſſert. de veter. chriſtian. Inſcript. uſu in reb. theologicis, cap. 4.

Haec Lapidis ſepulcralis pars poſtica eſt, in antica vero eſt alia Inſcriptio, de qua merito dubitari liceat cum *Murator.* p. 1872. 7. num ad hominem Chriſtianum pertineat.

3

. . . . . .
PLERI MATRI PLACIDIAE. V . . . . .
AVT N IN. HOC. MONVMENT. . . . . ;
REPONATVR CORPVS· NEC. V. . . . . ;
AB ALICO VIOLETVR. CON . . . . . .
PER INCOMPARABILE. MATRI. A . . . . .
QVI VNVS ET VERVS $\overline{E}$ $\overline{DS}$ Q. . . . . ;
QVIS PRAESVMPSERIT SV. . . . . ;
TRIA CORPO . . . APERIRE SE
HOC IVDICIO $\overline{DI}$ INCVRRAT. . . . . ;
BEAT PORTIONEM CVM IVDA TR. . . . . .
RE $\overline{DI}$ CHR. . . . NIL VERO DEESSE

Ravennae in Aedibus Archiepiſcopi ap. Murat. p. 1925. 5. ex Vandellio, qui exſcripſit.

Habes heic adtributum *Unius & veri Dei*; ſimulque Dogmata de Judicio univerſali, de Gehenna, de Chriſto Domino.

4



Videlicet
D. M.
Germanus Eutychioni
De Suo Memoriae Cauſſa.
Unum tibi & Solum Deum.
Ne me tetigeris

Extat Romae in Vinea Curtia.

Hanc primum dederat *Marangon.* de Amphit. Flavio p. m. 81. poſt n. 4. ubi paullo aliter Inſcriptionem legit. At ipſam deinde, qualem nos exſcripſimus, diligentia Cl. V. *Joſ. Ant. Reggii* (quem honoris cauſſa nomino) emendatiorem tradidit noſter *Gaſp. Odericus* in conjecturis de argenteo Orcitirigis Numo p. 84. ſimulque erudite, more ſuo, interpretatur.

Num vero Lapis hic inter Chriſtianos connumerandus ſit, an potius inter profanos, haud leviter dubitari poteſt. Laudatus *Oderic.* iſtis pene adcenſere videtur; nec quidem immerito; quoniam totus ipſe Ethniciſmum ſapit, ſi ſingulas ejuſdem formulas percurras: nec illa deinde unius Dei confeſſio multum abludit a plurium Ethnicorum Sapientum ſententia; quod idem *Oder.* adpoſite comprobat ex profeſſione Sophoclis ap. *Juſtin. Mart.* Par. ad Graec. num. 18. ac nos pluribus confirmavimus nuper p. 60. n. 47.

Enim vero, ut ego quidem arbitror, poſſunt pene ſingulae eaedem formulae Chriſtiano Lapidi adſcribi, ſi nempe τὸ ΘΚ interpreteris *Deo Domino*; cetera enim paribus gaudent exemplis apud ſacros Titulos, ut viris eruditis notum eſt, & ex noſtris Claſſium Tabu-

bulis haud infrequenter liquet. Porro formulae illae *de ſuo* & *memoriae cauſſa* rarius in iis occurrunt. Sed aliquando tamen occurrunt, illa nempe phraſis *de ſuo* ſub aliis aequipollentibus, e. c. *ſua pecunia*; *ſuo de bono*, *emerunt locum*, *ſibi comparaverunt &c.* quemadmodum legis, ut ceteros mittam, ap. *Margarin.* in antiq. Inſcript. Baſilicae S. Paulli numeris 275. 323. 335. & ap. *Murat.* p. 1883. 1. p. 1929. 8. p. 1930. 8. p. 1935. 13. p. 1937. 5. tum altera *Memoriae cauſſa* reperitur in graeco Titulo Chriſtiano Cyriaci ap. *Murat.* p. 1856. 3. Haec itaque quaeſtio ut ſummum problemma ſit, haud facile dirimendum.

Nihilo tamen ſecius Lapis hic, qualiſcumque ille ſit, aut Chriſtianus aut ethnicus, Dei Unitatem praeclare comprobat: id quod unice in praeſentia intendimus.

OBJECTIONES.

40 Obj. ex Politheis. Deus non eſt Unus. Nam 1.° plura bona ſunt meliora, quam unum bonum: ergo melius eſt, quod ſint plures dii, quam unus: hinc 1. Cor. 8. 5. *ſunt dii multi*, *& domini multi*. 2.° ſunt in mundo plures Reges hominum, & in Eccleſia multi ovium Paſtores: ergo in natura debent eſſe plures creaturarum dii. 3.° inter gentes multi ſapientes colunt multos deos: ergo non eſt evidens eſſe unicum. 4.° rationes demonſtrantes non eſſe plures deos, probarent pariter non eſſe plures Perſonas divinas; quod eſt falſum. ITERUM QQ. DOGM. SCHOL.

50 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. plura bona finita non ſunt meliora, quam unum bonum ſimpliciter infinitum: & Apoſtolus loquitur ex ſenſu idololatrarum, quos ibi impugnat, addens proxime, *nobis tamen unus Deus*. Ad 2. *N. Con.* quia Deus ob ſuam infinitatem poteſt cuncta, infinita etiam, gubernare. Ad 3. illi multos deos colunt, quia praeoccupationibus a pueritia ebibitis, praepediti, non adtendunt ad rationum evidentiam pro unicitate. Ad 4. *N. Adſ.* quia trium Perſonarum una eſt voluntas, & ſibi ſufficientia, uti una natura: unde abſolute non ſunt tria bona, nec tres ſibi ſufficientes, uti nec tres dii (*r*).

51 QUAESTIO VI. Num habens evidentiam de Dei exiſtentia & Unitate, debeat tamen iſtas fide divina credere? ADSERO: Debet (*s*). Quia ex *Hebr.* 11. 6. *credere oportet adcedentem ad Deum quia eſt*; & ex Symbolo, *credo in unum Deum*. Nec enim ſcientia & fides circa idem pugnant ex diverſo motivo (*t*). Porro quae fide divina credimus, poſſumus ratione naturali probabili confirmare, congruentiis naturalibus adhibitis; immo ruſtici fideles divina fide credunt ea, quae fide ſimul humana credere ſolent propter parentum aut Parochorum teſtimonium.

CA-

(*r*) V. *Ant. Per.* t. 1. d. 1. n. 40. *Eſp.* *Alen.* contr. Scot. Cajet. Mol. heic q. 3.

(*s*) *Berru.* cit. n. 82. cum *Suar.* *Val.*

(*t*) Ex dicendis Part. III. ubi de Fide.

CAPUT SECUNDUM

De Eſſentia Dei.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Dei Eſſentiam.

HISTORIA POLEMICA 52 PRofecto complures ex varia hominum claſſe in definienda, ſeu deſcribenda Dei Eſſentia, enormiter a veri tramite aberrarunt, & quidem ſive in Sophiſtas Ethnicos, ſive in Chriſtianos-haereticos, ſive in Schiſmaticos, ſive in Catholicos Doctores mentis aciem conjiciamus.

En Ethnicos.

I. *Aethiopes* Deum ſuum nigrum atque ſimum fecerunt, *Thraces* vero ſulvum, coeruleumque (*u*) . . . II. *Anaximenes* putavit, Deum eſſe aerem, qui in immenſum, infinitumque gignitur ac protenditur (*x*) . . . . III. *Stilpo* Megarenſis docuit, Deum aut ſummum Bonum eſſe humanam mentem, nullis paſſionibus obnoxiam (*y*) . . . IV. *Stratto* Lampſacenus defendit, Deum, ſeu omnem vim divinam in natura ſitam eſſe (*z*) . . . V. *Stoica Secta* decrevit, Deum talis eſſe naturae, ut in multas partiales Deitates ſubdividatur, puta in ſolem, lunam, ſidera, animam, aerem (*a*) . . . VI. *Heraclitus* Epheſius docuiſſe videtur, Deum ex igne productum fuiſſe: qui tamen de Theologia ſubobſcure differuit, teſte *Clem. Alex.* (*b*) . . . VII. *Xenophanes* primus omnium excogitavit, Dei ſubſtantiam eſſe globuloſam, ſeu figura conglobata conſtare (*c*) . . . VIII. *Zeno* Eleaſtes fabulatus eſt, Deum eſſe rotundum, nec finitum, nec infinitum (*d*) . . . IX. *Thales Mileſius* cenſuit, Deum eſſe formam & animam mundi, atque adeo etiam mundum ipſum cum ejuſmodi ſua forma & anima eſſe Deum (*e*).

Eidem conſenſiſſe feruntur *Democritus* (*f*) *Marcus Varro* (*g*) & *Plinius* (*h*).

En Heterodoxos.

I. *Aëtius*, gente Antiochenus, Diaconus ſecta Arianus, & *Eunomius*, Cappadox, Arii diſcipulus, Aetii ſocius, ac Epiſcopus Ciricenus, e qui-

(*u*) Ex *Clem. Alex.* l. 7. Strom.
(*x*) *Aug.* de Civ. c. 2.
(*y*) Ap. *Laert.* l. 2. in Stilp.
(*z*) *Tulli.* de nat. Deor. l. 1. & 13.
(*a*) Ap. *Epiphan.* haer. 5.
(*b*) 5. Strom.
(*c*) Ex *Clem. Alex.* 1. ſtrom. & *Joan. Franc. Buddeo* diſſert. de Spinoſiſmo ante Spinoſam.
(*d*) *Laert.* in Zen.
(*e*) Ap. *Euſeb.* l. 4. praep. c. 16.
(*f*) Ap. laud. *Euſeb.*
(*g*) Ap. *Tull.* l. . . de nat. Deor.
(*h*) L. 1. nat. hiſt. c. 1.

e quibus *Aëtiani*, & *Eunomiani* ſub an. circ. 358. exorti ſunt, acriter defenderunt, Adtributa, quae de Deo praedicantur, maxime relativa, nullo modo, ne quidem cogitatione noſtra, ab Eſſentia divina diſcrepare. Immo apud ipſos tota Dei eſſentia conſiſtebat in notione Ingeniti, ſeu Innaſcibilitatis, quae ſola in Patre eſt, & ab hac notione vel ne quidem ex noſtro modo concipiendi Dei Eſſentiam, aut ullum aliud praedicatum abſolutum diſtinguebant. Hoc tamen poſito, facile Filium & Spiritum Sanctum, ſecundum deterrimum Arianorum dogma, ab eſſentia Divinitatis excludebant (*i*).

II. *Theodorus*, ex Monacho Epiſcopus Mopſueſtenus in Cilicia, S. Joannis Chryſoſtomi in coenobio contubernalis, Neſtorii Haereſiarches praeceptor, olim Arianiſmi ſtrenuus debellator, perplurium Scriptorum author, iis multas inſeruit haereſes V. currente Chriſtiano Seculo; & quidem ob eas, etiam fato functus, damnatus eſt a Synodo V. generali, coacta Conſtantinopoli ſub an. 553. (*k*). Hic, praeter alia, prave de eſſentia Dei ſentire viſus eſt, quippe quem ſic coarguit laudatus *Leontius* (*l*). *Deum putas non eſſe bonum* ὀσινῶδες, hoc eſt *ſecundum ſubſtantiam . . . . ipſe enim non eſt opinione tua per ſe bonum*.

III. *Theodoſiani*, *Angelitae*, *Damianiſtae*, qui tertiam conſtituerunt ſectam *Severitarum*, ducta origine ab impiiſſimo illo Severo Pſeudo-epiſcopo Antiocheno, vita functo paullo poſt an. 536., commenti ſunt diſtinctionem realem inter Dei eſſentiam ac proprietates relativas (*m*).

IV. *Michael Servetus*, Hiſpanus Tarraconenſis, Dei unius ac trini hoſtis infenſiſſimus, ob ſuas impias opiniones, procurante Calvino, vivicomburio Genevae addictus an. 1558. 27. Octobris, docuit, Chriſti animam & carnem eumdem eſſe Deum, immo ab aeternitate in propria Deitatis ſubſtantia extitiſſe (*n*). Idem inſuper ita Creatorem cum creatura confundebat, ut adſerere non dubitarit, Deum in lapide eſſe proprie lapidem, in leone leonem, in trunco truncum, & ſic in ceteris (*o*).

V. *Sociniani* nonnulli, *Laellii* & *Fauſti Socini* nefanda proles, pervicaciter inficiati ſunt, omne quod in Deo eſt, Deum eſſe; itemque facultates vel proprietates divinas, hoc eſt Adtributa a parte rei eſſe

(*i*) Conf. *Baſil.* l. 1. cont. Eunom. *Nyſſen.* orat. 12. cont. Eunom. & l. 1. cont. eundem, interprete *Jacobo Gretſero*, *Epiph.* haer. 76. *Petav.* in notis ad hanc haereſim & in Dogm. Theol. l. 1. c. 8. *Perrimez.* t. 1. diſſ. 13.

(*K*) Conf. *Liberatum* in Breviar. *Marium Mercator.* in confutatione fidei confeſſionis Theodorianae, cum notis *Jo. Garnerii*, *Leontium Byzantin.* in libris III. cont. Neſtor. & Eutychet.

(*l*) L. 3. ap. Bibl. Lugdun. Vet. PP. p. m. 697. in tom. 9.

(*m*) Conf. *Niceph.* Hiſt. eccl. lib. 18. cap. 49. fere ſub init.

(*n*) Ita *Joſ. Deturre* in Catal. recent. haeret. in Serveto; ſed hunc tamen ſigillatim errorem apud alios, quos viderim, Haereſeologos non reperio.

(*o*) Ita idem *Servetus* in epiſt. 6. ad Calvinum, ap. *Gregor. de Valentia* in 1. p. d. 1. q. 4. pun. 1. ſub fin. quem exſcripſit *Gaulter.* in Chron. ad Secul. XVI. in collat. veter. errorum, in Michaele Serveto, ſub fin.

ipſummet Deum (*p*). Quin etiam ex ipſorum grege *Crellius* adcidentia in Deo collocat, decretaque divina adcidentibus adnumerat (*q*).

VI. Conradus *VVorſtius*, Calvinianae Theologiae Profeſſor in primaria Cathedra Leidenſis Academiae in Hollandia, Arminii ſucceſſor ſub an. 1610. diſerte adſeruit, ac probare contendit, praeter alia impia in Dei eſſentiam paradoxa, non eſſe Dei ſubſtantiam quidquid reapſe in Deo eſt (*r*).

VII. *Joſ. Franciſcus Borrius*, nobilis Eques Mediolanenſis, ſub an. circ. 1654. plures apud Italiae, aliarumque gentium populos diſſeminavit haereſes. Praeter alia docuit, Deiparam eſſe Deam, ac Deitatem in Trinitate eſſe tertiam quandam entitatem (*s*). Ejus criminum, errorumque proceſſus, Alexandri P. VII. juſſu, lectus eſt Romae apud Minervam, ejuſque effigies in Campo Florae manu lictoris combuſta ſub an. 1661. (*t*)

En Schiſmaticos

Palamitae Graeci, quorum Anteſignanus *Gregorius Palamas*, primum Monachus in percelebri Monte Atho (*u*), deinde Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, juratus ille clariſſimi Patriarchae Joannis Becci hoſtis, ab an. circ. 1332. pervicaciſſime defendit, operationem Dei eſſe quid realiter diſtinctum ab ejus ſubſtantia, ipſaque inferius, & ab ea tanquam a cauſſa profectum. Operationum vero nomine, non actiones modo, quas in Schola virtualiter tranſeuntes vocamus, intelligebant, e. g. creationem, conſervationem &c., ſed ipſa etiam adtributa, ut bonitatem, ſapientiam, & alia, ipſaſque ejuſmodi operationes a Dei ſubſtantia & eſſentia diſcernebant; adfirmantes praeterea eas eſſe quaſdam Deitates, ipſa tamen divina eſſentia minores, licet increatae ſint, ipſique coaeternae; quemadmodum ſplendor a Sole emiſſus, non eſt ſubſtantia Solis, tametſi eidem coaevus (*x*).

Huc addendae *Pſeudo-Synodi*, in quibus frequenti numero Praeſules Pa-

(*p*) Ap. *Abraham. Calovium* in Scriptis Anti-Socinianis par. 2. tom. 2. p. m. 53.

(*q*) L. de Deo & adtrib. div. c. 36. ap. laud. *Calovium*.

(*r*) In notis ad ſuam Diſputationem 3ti. Theologicam ap. *Gaulter.* in Chron. ad Secul. XVII. in collat. vet. error. c. 6. p. m. 831.

(*s*) Conf. *Bernin.* in hiſt. omnium haereſ. ad Secul. XVII. cap. V.

(*t*) Ap. laud. *Bernin.*

(*u*) De hoc Monte luculentam deſcriptionem habes apud *Montfauc.* in Palaeographia graeca l. 7. a p. m. 433.

(*x*) Haec conſtant ex libro, quem ſcripſit *Palamas* contra Barlaamum, & ex altero, cui titulum fecit *Refutationes & abſurda*, quos adpellat *Aguirrius* in Theologia Anſelmiana t. 1. tr. 3. c. 14. ſect. 1. n. 3.; ex *Jo. Cypariſſeota* ſerm. 1. Palamicarum tranſgreſſionum cap. 3. & alias ap. *Combefis* in noviſſimo Auctario Bibliothecae graecorum Patrum part. 1. a p. m. 69.; ex *Tomo* Pſeudo-Synodi Palamitarum ap. laud. *Combef.* a p. m. 135.; ex *Manuele Caleca* in comment. de Eſſentia & Operatione adverſus Palamitas, edito ab eodem *Combefis* a p. m. 1.; ex *Niceph. Gregora* in libris 10. quibus pſeudo-Synodicum tomum mox adpellatum confutavit, tum in Hiſt. Byzantina a lib. 18. ad 21.; ex *Leone Allatio* de conſenſione Eccl. Occid. & Orient. l. 2. c. 17.; ex pluribus tandem recentioribus TT. cum *Aguir. Perrimez.*, aliiſque Polemicis & Hiſtoricis cum *Nat. Alexand.* qui omnes ex *Petavio* in l. 1. Theol. dogm. c. 12. & 13. exſcripſerunt, non modo iſtum Palamitarum errorem, verum etiam ejuſdem Sectae Hiſtoriam ac diſceptationes cum Barlaam, Acyndino, Gregora, quae ibi videſis.

Palamae ſectatores, hunc errorem confirmarunt adverſus Catholicos ejus hoſtes Barlaamum, Gregorium Acyndinum, Nicephorum Gregoram, alioſque perplures, qui eum privatis, publiciſque concertationibus pro virili confutarunt. Et eae quidem omnes Conſtantinopoli peractae ſunt.

I. Videlicet an. 1341. indicta ab Andronico Juniore Imp. Palamiticae factionis Patrono, & coacta in S. Sophiae templo, Praeſide Joanne Conſtantinopolitano Patriarcha XIV. Hanc dixerunt Graeci Synodum IX. Oecumenicam, ſeu Generalem.

II. Anno forſan 1342. in eadem Baſilica & ſub ipſo Praeſide, una cum Joanne Cantacuzeno, tum Magno Domeſtico.

III. Anno 1347. 7. Febr. in Regia Imperatoris, Praeſide Joanne Paleaologo Imp. una cum Anna Imperatrice.

IV. Anno 1350. vel 1351. 7. Maii in S. Sophiae Baſilica, coram eodem Imp., Praeſide Calliſto I. Patriarcha Conſtantinopolitano (*y*). (*)

(*y*) De iis IV. Synodis plura laud. *Petavius*.

ADNOTATIONES.

(*) I. PAlamitas ad immanem hanc ſtultitiam praecipites dedit pervicax ardor, quo ſibi ſuſtinendum duxerunt primigenium illum errorem, quo adſerebant, ſe ad certum corporis habitum conformatos, videre corporeis oculis lucem increatam a Deo manantem, & ab ejus eſſentia diſcretam, cujuſmodi, addebant, fuit Lumen Thaboricum ab Apoſtolis viſum. De hoc errore nos inferius Part. II. in Proluſ. de Erronibus in Viſionem beatam. Conferantur in hanc rem AA. nuper adducti. Adeo abyſſus abyſſum invocat!

II. In referenda Palamitarum hiſtoria Palamitae Scriptores cum *Joan. Cantacuzeno*, & Anti-Palamitae cum *Niceph. Gregora*, quantum ad varios rerum, quos enarrant, eventus plane diſcrepant, & quotuſquiſque fortaſſe verosimili ratione ductus, e. c. circa pſeudo-ſynodorum Palamitarum numerum ac diſinitiones, Barlaami Patriam, geſta, dignitatem, & id genus alia. Ceterum pro certiſſimo habendum, Palamitas errorem, quem ipſis adpingimus, plane tenuiſſe, pluribus probaſſe, geminatiſque decretis confirmaſſe; eſto praecipuus ac famoſior ille fuerit de increato Thaborio Lumine. Id enim fere ad evidentiam oſtendunt laudatus *Tomus* pſeudo-ſynodicus, *Decretum Patriarchicum*, quo idem error proſcribitur ap. laud. *Allat.*, liber *Demetrii Cydonii* adverſus Palamam, citata Hiſtoria *Niceph. Gregorae*, indicatae Pſeudo-Synodi, de quibus nos plura in *Hiſt. Dogm. Pol.* ad Sec. XIV. parte priore §. II., *Jacob. Gretſerus* in adnotationibus ſuper Cantacuzeni hiſtoriam ad cap. 40. libri II., ubi plura teſtimonia pervetuſta refert. Incaſſum itaque Palamitas excuſare tentaveris.

III. Unus *Cantacuzenus* l. 2. hiſt. cap. 40. retulit, Barlaamum, qui ſtrenue ſanctum dogma ab impetu Palamitarum vindicabat, veniam ob ſuam ſtultam diſputationem petiiſſe, & in gratiam cum Palama & Monachis rediiſſe: at Cantacuzenum qui noverit, inſignem fuiſſe Palamitam ſciet, adeoque minime in hac re audiendum eſſe quam prudenter cenſuerit.

IV. *Gabriel. Prateolus*, eruditus alioqui Theologus, dormitare videtur ubi errorem, de quo diſputamus, pertractandum ſuſcipit in Elencho haereticorum art. *Barlaamus & Acyndinus*; nec ſcio equidem ex quo fonte ſuam eruditionem hauſerit, quum ipſe nullum memoret. Porro in Barlaam & Acyndinum errores, quos idem in margine vocat haereſes, aperte ac ſine haeſitatione rejicit; tum eos proſcriptos exhibet in *ſancto* quodam *Concilio*, coacto circa an. Chr. 1313., *& in praſentia*, inquit, *illius beati & celeberrimi Imperatoris Domini Michaelis Andronici, cognomento Palaeologi.* Haec autem omnia quantum a vero aberrent, norunt vel mediocriter eruditi. Quin etiam ubi profitetur haereticos omnes in ſcenam producere, quum adlatos Palamitarum

En Catholicos Doctores.

I. *Athenagoras*, Athenienſis, Chriſtianus Philoſophus, qui fl. ſub M. Aurelio Antonino, & L. Aurelio Commodo, II. Chr. Seculo ſub an. circ. 177., de Bonitate Dei inquit (z), quod *illi per adcidens ineſt, & cum illo ſimul exiſtit, ut color in corpore.* Unde cenſuit, inquit *Aguirrius* (a), primus inter Catholicos, Bonitatem eſſe re ipſa eſſentiae Dei ſuperadditam, inſtar adcidentis, aut cujuſdam qualitatis (*).

II. *Ter-*

rum errores prorſus ubique ſileat, & quos Barlaamo & Acyndino adpingit, valde confuſe referat; videtur, percelebrem de rebus Palamicis eruditionem eum penitus fugiſſe. Prateolum carpit *Nat. Alex.* ad Sec. XIV. c. 3. art. 14. p. m. 107.

V. Laudatus quoque *Allatius* videtur multis dormitaſſe, ubi adfirmat erraſſe Barlaamum, contendentem, lumen Thaboricum divinum & increatum non fuiſſe ab Apoſtolis viſum oculis corporeis; quoniam, inquit, iis oculis ſuperna virtute elevatis poteſt abſque ulla implicantia Deus conſpici. At plura de hac Allatiana opinione inferius Part. II. in Proluſ. de Erronib. in Viſionem beatam. Interim conſulendi *Maignan.* in Phil. ſacra t. 1. c. 15. prop. 25. *Saguens* de petfect. Dei tr. 2. diſp. 5. art. 6. adſert. unica, *Perrimez.* t. 1. diſ. 59. ſub fin.

VI. Haec quatuor duntaxat Pſeudo-Synodi circa Palamiticas controverſias ac definitiones vulgo referuntur. At ſeptem illae reapſe coactae ſunt: quinque enim *Cantacuzenus* memorat in hiſt. l. 2. c. 40. l. 3. c. 98. l. 4. c. 3. 23. 24. ſed ipſe tamen ſextam omiſit adverſus Acyndinum, qui, abſente Barlaamo, pro ſancto dogmate pugnam ſuſtinuit, occaſione Joannis Patriarchae celebratam; ac ſeptimam *David* Monachus adjecit, vel quiſquis ille ſit, *Author* MS. relationis de Barlaami & Palamae diſceptatione, qui laudari ſolet in ejuſmodi hiſtoria ab Catholicis Scriptoribus. Plura de IV. indicatis Pſeudo-Synodis laud. *Gretſer.* & quidem adcurata critice.

(z) In Apologia pro Chriſtianis fere poſt med.

(a) In Theol. Anſelmiana tr. 3. diſput. 25. ſect. 1. n. 2. in tom. 1.

ADNOTATIO.

(*) LOcum hunc Athenagorae ſecus alii legunt, aut intelligunt, quam Aguirrius, qui quaſi obiter illum recitat. Et quidem *Conradus Geſnerus* ſic eum e graeco in latinum vertit, *Dei bono, quod ei adjunctum eſt & ei coexiſtit, ut color corpori, quo ſine non exiſtit* (*non quod pars illius ſit, ſed ut neceſſario coexiſtens proprietas, eique inſita & penitus infixa, ut igni color fulvus aetheri caeruleus*) ibique *Benedictini PP.* Athenagorae Editores in editione S. Juſtini p. m. 302. in notis lit. *f.* inter alia haec adjiciunt: *eadem voce* (adcidens, per adcidens) *interdum ea, quae alicui rei neceſſario conveniunt, ſive adtributa ſignificantur, ut quum ait Euſebius demonſtr. evang. l. 4. p. 148. ſplendor non ex luminis propoſito & voluntate ſplendet, ſed ſecundum quiddam, quod eſſentiae inſeparabiliter convenit. Ambigua* (hinc) *videri non debet Athenagorae ſententia, quum diſerte declaret hac voce ea ſignificari, quae nec pars Dei eſſe poſſunt, nec ab eo ſeparari.*

Similiter Athenagoram legit Editor Bibl. Max. Vet. PP. Lugd. in tom. 2. part. 2. p. m. 154. Videlicet, *quoniam Dei Bonitati, quae ei adjuncta, copulataque eſt ut corpori calor* (*hic enim ſine illo non eſt*) *non veluti pars ipſius, ſed tanquam res neceſſario conſequens, unita illi, velutique concorporata, ut igni color fulvus, aetheri caeruleus.* Similiter & *Suffridus Petrus* p. m. 58. quin aliquid in Commentariis latinae ſuae verſioni ſubjectis notatione dignum duxerit in eum locum, qui ſcrupulum Aguirrio ingeſſit.

His adde criticos alios Hiſtoricos, & Nomenclatores, qui ubi de Athenagorae Apologia ſermonem inſtituunt, naevum, quem in ea ſubodoratus eſt Aguirrius, minime animadverterunt, e. c. *Poſſevinus* in Adpar. Sac. in Athenagora, *Caveus* in hiſt. lit. ſcript. eccleſ. in Athenag. *Nourryus* in Adpar. de Scriptoribus II. Seculi in Athenag., *Nat. Alexander* in hiſt. eccl. ad Sec. II. in Athenag. *Orſius* in hiſt. eccl. Seculo II. ubi de Athenag. Jure igitur clarus hic Scriptor ab errore, quem unus fortaſſe Aguirrius ei adfinxit, excuſandus.

II. *Tertullianus*, *Lactantius*, & *alii* innominati ejusdem cum Athenagora erroris insimulantur a laudato *Aguirrio* (*b*), quod admiserint in Deo quosdam adfectus adventitios, ut irae, ac poenitentiae. Sed de his alias, ubi proprior erit sedes.

III. *Gilbertus*, *Porretanus* cognomento, patriae sedis Pictaviensis Episcopus, qui fl. sub an. 1148., vir cetera pius & doctus, sed dialecticis argutiis, cavillisque plus aequo deditus, de divina Essentia prave sensisse, vel saltem male fuisse loquutum vulgo perhibetur (*c*). Adseruit autem, quod divina Essentia non est Deus, quoniam Divinitas non est Deus, sed forma duntaxat, qua Deus est: tum divinas Personas a natura distinxit (*d*). Resipuit tamen, ac istas & alias, quas propugnabat, male sonantes theses in Remensi Synodo proscriptas, demisse revocavit (*e*). (*)

IV. *Joachimus* Abbas, Calaber, Ord. Cisterciensis, Fundator & primus Abbas Coenobii & Congregationis Florensis, fato functus ante an. 1215., vir cetera pietate ac doctrina clarissimus, adseruisse fertur, quod S. Trinitatis unitas non sit realis & individua, sed similitudinaria: non secus ac plures homines dicuntur unus populus (*f*). (**)

V. *Joan-*

(*b*) In Theol. Anselm. t. 1. tr. 3. d. 25. n. 2. & d. 33. n. 41. & 42.

(*c*) Constat ex *S. Bernardo*, oculato teste, serm. 80. in Cant. *Ottone Frisingens.* de gestis Frider. Imp. l. 1. c. 56. & alias, *Matth. Paris* in hist. Anglicana ad an. 1199. *Gaufredo* Monacho Claraevallensi in vita S. Bernardi & in epist. ad Episcopum Albanensem, & singulis quidem Gilberto coaevis.

(*d*) Ex laudat. Authoribus.

(*e*) Ap. laud. *Gaufred.* quem, & ceteros laudatos conferas, si lubet, circa Gilbertinam historiam.

ADNOTATIO.

(*) Discrepant Theologi circa Gilberti errores, & in quo sitae sint ejus haereses nondum conveniunt. Communius censent, eum inter Essentiam & Personas reale ac identicum discrimen sub haeretico sensu admisisse, neutiquam vero inter adtributa relativa, vel ad se invicem, vel ad essentiam comparata. Lege *D'Argentraeum* in collect. judic. t. 1. ad an. 1148. a pag. 39. *Vaz.* in 1. p. d. 116. *Ruiz* de Trinit. d. 11. *Petav.* t. 1. Theol. dogm. l. 8. c. 2. *Tournel.* t. 1. de Deo q. 3. art. 2. a §. *Opinantur* & *Bertium* heic l. 2. c. 3. prop. 1. Neque vero, ut ego quidem arbitror cum laudato *Tournelyo*, ullus est dubitandi locus quin Gilbertus existimarit, singula quaeque Adtributa absoluta sensu reali identico unum quid esse cum divina essentia. Quin immo, ut ipse censeo, ubi philosophando adseruit Pictaviensis Praesul, quod *Divinitas non sit Deus, sed tantum forma qua Deus est*, hoc est quod Divinitas non sit Deus, sed Deitas, loquutus est intellexitque, non sub sensu reali identico, qui quidem formas in Deo non admittit, sed duntaxat in sensu formali & in rigore philosophico, qui concreta ab abstractis constantissime discernit.

(*f*) Ita in libro, quem scripsisse dicitur contra Petrum Lombardum, & damnavit Conc. Lateranense sub Innoc. III. cap. 2.

ADNOTATIO.

(**) Sunt qui cum *Jacobo Graeco*, *Francisco Bivario* aliisque permultis, vehementer suspicantur, verba libri editi a Joachimo de Unitate Trinitatis in alienum a mente Authoris sensum a quibusdam Ipsius adversariis distorta fuisse; quo fieret ut in Oecumenico consessu erroris insimularetur. Plura de iis ubi de Deo Trino. Interim consule, si lubet, *Bivarium* Comment. in Chron. Pseudo-Lucii Dextri, in subjecto Apologet. pro L. Dextro §. VI. a num. IX.

V. *Joannes Scotus*, e familia Franciſcana ſubtiliſſimus Doctor, vita functus an. 1308., inter Eſſentiam divinam & Adtributa, ſicuti & inter ipſam Eſſentiam ac Relationes admiſit diſtinctionem quandam actualem, praevenientem mentis conſiderationem; non eam quidem realem abſolute ac ſimpliciter, prout invenitur inter duas res diverſas, ſed formalem ex natura rei, ſive rationum formalium natura ſua diſtinctarum, quarum una vere ac formaliter non eſt alia (*g*). (*).

VI. *Jacobus Viterbienſis*, Ord. S. Auguſtini, Archiep. Neapolitanus, qui fl. circ. 1320. ob ingenii ſubtilitatem Doctor *Speculativus* adpellatus, adſeruit, quod modi adtributales Dei, ſeu Adtributa divinae Eſſentiae ſunt modi abſoluti reales, aliquo modo realiter differentes ante omnem intellectus conſiderationem (*h*).

VII. *Gualterus* quidam & alii TT. *Anonymi* exiſtimarunt, Dei Adtributa diſtingui realiter & ab Eſſentia divina, cui adtribuuntur, & inter ſe (*i*). (**)

Jam

(*g*) Ita idem *Scot.* in 1. diſt. 2. q. 7. & diſt. 8. q. 3. & in hunc ſenſum Scotum vulgo exponunt Interpretes cum *Mayronio* in 1. diſt. 8. q. 1. §. *Nunc quarto*, & q. 3. per tot. *Niſſe.* tit. 1. par. 3. *Maſtrio* t. 1. diſp. 2. q. 2.

ADNOTATIO.

(*) HAnc opinionem tanquam certum errorem permulti e Schola Doctores oppugnarunt, ac multiplici nota inuſſerunt. Sunt enim qui eam cum Bachonio dixerint *contrariam Sanctis Patribus*; qui cum Suarezio *valde falſam*; qui cum Molina & Vazquezio *temerariam & parum tutam*; qui cum Zumelio *non ſatis conſonam fidei*; qui cum Canarienſi ac Bannezio *erroneam in fide*; qui cum D'Argentraeo *implicite reprobatam in Remenſi Concilio*. Ceterum Scotiſtica Schola, clariſſimis ſanctimonia & doctrina Viris confertiſſima, has, eiſque pares cenſuras merito ridet, ardentique ac ſubtili conatu perpetuo profligavit. Lege *Vorilongium* in 1. diſt. 8. q. un. *Philip. Fabrum* in 1. diſt. 2. diſp. 20. *Radam.* 1. par. concl. 4. *Sofam* in 1. d. 2. q. 7. *Theodor. Smiſingum* tit. 2. de Deo Uno diſp. 1. q. 2.

(*h*) Ap. *Thom. de Argentina* in 1. diſt. 8. q. 1. art. 4. edit. Genuenſis 1585. p. m. 52.

(*i*) Ap. *Auguſtin. Niphum*, praenobilem Ariſtotelis interpretem, lib. 12. Metaph. diſp. 13. cap. 3. ſub init. p. m. 337.

ADNOTATIO.

(**) SI quaeras, quiſnam ille Gualterus fuerit, quem adeo jejune Niphus indicat? Suſpicatur *D'Argentraeus*, in collect. judic. t. 1. ad an. 1148. p. m. 41. quod non alius fuerit, quam *Gualterus Cathon.*, ſeu *Gathonus*, Anglus, Minorita, qui claruit an. 1300., ſeu 1328., quoniam hic in MSS. Codicibus, adſervatis in Sorbonica Bibliotheca n. 737., in 1. Sent. diſt. 2. inter alia defendit, quod Deus non ſit aeque ſapiens per ſe, ſicut eſt per ſe Deus; quoniam, inquit, Deum eſſe Deum, eſt ita per ſe, quod ſi conceptibus abſtractis conſiderentur diverſae res, puta ſi poneretur per impoſſibile, quod Deus componatur ex diverſis partibus, adhuc hoc eſſet, *per ſe Deus eſt*; & tamen ſi conceptibus abſtractis divinitatis, & ſapientiae conſiderentur diverſae res, hoc non eſſet ſic, *per ſe Deus eſt ſapiens*.

Ceterum haec Authoris ſuſpicio, meâ opinione, parum urget. Quoniam Cathonis adſertio intelligi poteſt de Deo ſub diverſis formalitatibus per rationem concepto, quo pacto poteſt Deus menti objici ut Deus per ſe, quin objiciatur ut per ſe ſapiens; non autem de Deo quatenus re ipſa eſt & exiſtit identice per ſe Deus, ſapiens, bonus &c. Quin etiam ſupereſt identidem dubium, an Gualterus alter Nipho vetuſtior praefatam adſertionem literis tradiderit; habemus enim, Theologicas quaeſtiones conſcripſiſſe, praeter Gualteros alios, *Gualterum Vinterbonium* Salisburgenſem, *Gualterum Brugenſem* Pictavorum Antiſtitem *Gualterum Forſium*, *Gualterum Burlaeum*, *Gualterum Bederychvvort*, *Gualterum Hunte*, Anglos. Eſto igitur dubium iſtud indeciſum, donec clarior lux adfulgeat.

Jam vero de erroribus ſat ſuperque. Ad Deum catholico-ſcholaſtice in ſenſu noſtro definiendum progrediamur.

---

53 QUAESTIO I. Quid praeſupponendum? ADSERO I. Quod Eſſentia phyſica Dei eſt praedicatum, ſeu praedicata identificata cum Deo: ac Eſſentia metaphyſica eſt praedicatum; ſeu praedicata, quae concipimus, & per quae formaliter definitive reſpondemus roganti, *quid ſit Deus*, omnem hujus conceptus ſignificationem exhauriendo (*k*). II. Quod praedicata Dei varia ſunt, nempe abſoluta, & relativa: illa non reſpiciunt terminum a ſe ipſis realiter abſolute diſtinctum intra Deum, ſed ſunt tribus Perſonis identice communia, ut potentia; iſta reſpiciunt terminum a ſe realiter abſolute diſtinctum intra Deum, ut Paternitas, & Filiatio. Rurſus ex abſolutis alia ſunt neceſſaria, quae nequeunt Deo deficere, ut eſſe juſtum; alia libera, ſeu pure contingentia, quae poſſunt aliquatenus deficere, ut eſſe mundi Conditorem: haec poſitiva, quae enuntiant quid poſitivum de Deo, e. g. eſſe potentem; illa negantia, vulgo negativa, quae a Deo imperfectionem aliquam excludunt, e. g. eſſe infinitum, ideſt, non finitum; incomprehenſibilem, hoc eſt minime comprehenſibilem creaturis (*l*). QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

54 QUAESTIO II. Quae praedicata conſtituant phyſicam Dei eſſentiam? ADSERO. Omnia abſoluta, tum neceſſaria (*m*), tum libera (*n*), non item relativa. Ratio primae & ſecundae partis; quia omnia illa ſunt realiter idem cum omni eo, quod realiter Deus eſt. Gratis autem requiritur ab Amico Recentiore identitas, ſeu indiſtinctio virtualis a Natura divina, in praedicato conſtituente phyſicam Dei eſſentiam. Ratio tertiae; quia quum omnia relativa ſint realiter Deus; at omnia invicem diſtinguuntur realiter; adeoque nullum ex iis eſt realiter idem cum omni eo, quod eſt realiter Deus. Huic tertiae Adſerti particulae ſuffragatur C. *Later.* (*o*) & *PP.* cum *Aug.* (*p*) ac *Boet.* (*q*) tum Scholaſtici, & Antiqui cum *D. Th.* (*r*) & Recentes cum *Suar.* (*s*).

OBJECTIONES.

55 Obj. *primo* contra primam partem Adſerti. Aliqua praedicata abſoluta non ſunt communia tribus Perſonis, e. g. Deitatem eſſe realiter idem cum tribus, eſſe communem tribus, eſſe trine perſonabilem; quoniam nulla Perſona eſt realiter idem cum tribus, communis tribus, trine

(*k*) Ex iis, quae adſeruimus in Metaphyſicis.
(*l*) Ita *Suar.* heic per tres priores libros.
(*m*) Doctores Theologi ſine lite.
(*n*) Plures RR. contra alios.
(*o*) In cap. *Firmiter*, & *Damnamus*.
(*p*) Lib. 7. de Trinitat. cap. 2. & 4. & alias.
(*q*) In tract. de Trinit.
(*r*) 1. p. q. 33. a. 3. ad 1.
(*s*) De Trin. l. 4. c. 5. a n. 2.

ne perſonabilis; at ex D. Athan. (*t*) *Eſſentia declarat communitatem; & ſi quid eſt eſſentiae proprium, id commune eſt Hypoſtaſibus*: ergo illa praedicata non conſtituunt eſſentiam phyſicam. *Secundo* contra 2. partem: hinc fieret, quod Eſsentia phyſica Dei poſset deficere, quum poſſint deficere ſua praedicata libera, & contingentia: immo in alia providentia, qua habuiſſet ſcientias, & volitiones contrarias iis, quas nunc habet, eſset phyſice diverſus Deus, ac nunc ſit, propter diverſam eſsentiam phyſicam: quae abſona ſunt.

56 R. Ad 1. illa praedicata ſunt communia tribus Perſonis quoad Eſſentiam, aut Naturam, non ſecundum perſonalitatem; Pater enim v. g. ſecundum Naturam eſt trine perſonabilis, quum hoc nihil aliud ſit, quam Patris Eſſentiam, vel Naturam eſſe tribus Perſonis communem. 2. Eſſentia phyſica Dei poſſet contingenter deficere (hoc eſt potuit Deus non concipere volitionem contingentem, ſibique liberam, quum potuerit oppoſitam concipere: nec aliud quidem nos hac intendimus phraſi, qua ſaepius utimur) ac eſſe diverſa penes ſua praedicata contingentia; alias haec non eſſent Deo libera, contingentia, defectibilia. Sic enim Verbum Divinum, ſi procedat ex contingentium cognitione, dicitur ſine abſurdo, poſſe deficere penes cognitiones contingentes, ex quibus procedit contingenter. At de iis alibi plura.

57 Obj. *tertio* contra 3. partem. In creatis omnia praedicata identica entis hujus eſſentiam phyſicam conſtituunt; alioqui eſſent enti praedicata contradictoria: ergo pariter in divinis. *Quarto*, Paternitas non habet aliam Eſſentiam niſi Dei; ſed Paternitas eſt de Eſſentia phyſica Patris: ergo & Dei. Idem eſto de ceteris Relationibus.

58 R. Ad 3. *N. Con.* quia in creatis, ubi non eſt Trinitatis Myſterium, nec diſtinctio virtualis maxima, omnia enti identificata ſunt identica cum omni eo, cum quo ens identificatur, ſecus in divinis. Ad 4. *D. Mi.* ideſt de conſtitutivo relativo Patris, *C.* ideſt de Natura Patris, *N.* Quod tandem ex iis inferatur diſtinctio virtualis inter Naturam, Adtributa, & Relationes, nihil obſtat.

59 QUAESTIO III. Quae praedicata conſtituant metaphyſicam Dei Eſſentiam? ADSERO contra *Marin.* (*u*) alioſque plurimos ſecus ſentientes. Omnia abſoluta quatenus complexive ſumpta continentur formaliter implicite ſub nomine *Deus*. Ita mihi docere videntur ex Patribus *Cyr. Alex.* (*x*) *Theodoret.* (*y*) *Aug.* (*z*) *Iſidor.* (*a*) *Anſel.* (*b*) Idemque diſerte ferunt ex *D. Th.* (*c*) *Suar.* (*d*) aliique apud & cum *Mun.* (*e*) quibus noviſſime adcedere videtur *Perrimez.* (*f*). Itaque Deus O. M. adpoſite definitur, *Spiritus per ſe undecumque perfectiſſimus*. Dicitur *Spiritus*, quo tanquam per genus propius, convenit cum quovis ſpiritu a ſe rea-

(*t*) Dial. 2. de Trin.
(*u*) De Scient. Dei d. 1. ſect. 1. n. 6.
(*x*) In Theſauro l. 1. c. 8. & l. 11. c. 1.
(*y*) L. de div. decr. c. de Principio.
(*z*) L. 6. de Trin. c. 4. 6. 7. & alias.
(*a*) L. 1. de ſum. bono c. 1.
(*b*) In Monol. c. 16.
(*c*) Heic q. 3. a. 6. & q. 5. a. 1.
(*d*) Heic l. 1. c. 11. & alias.
(*e*) Heic d. 5. ſect. 1. n. 11. & ſect. 6. num. 73.
(*f*) Diſſ. X.

realiter, vel virtualiter distincto; a quo tamen differat per reliquas particulas. *Undecumque perfectissimus*, quo equidem innuuntur omnes omnino perfectiones, quae de Deo, qua Deus est quo praedicantur. *Per se*, quo differt a praedicatis relativis, quae licet undequaque perfectissima, at non *per se*, vel ratione sui, sed ratione Dei, vel Naturae divinae, cui identificantur.

60 Hinc 1.° haec definitio convenit omnibus, & singulis praedicatis absolutis, tum necessariis, tum liberis, prout conceptis sub voce *Deus*; omnia enim & singula sunt per se in Deo perfectio: atque adeo conceptus Essentiae Dei excludit formaliter, metaphysice, ac theologice perfectiones duntaxat relativas (*g*). 2.° haec definitio est conformior apprehensioni, quae nobis inest de Deo: ac deinde respondet exactius physicae Dei Essentiae: & ulterius totum exhaurit conceptum definiti; non autem illae plurimae, quae unicum explicant Divinae Essentiae praedicatum; PP. enim (*h*) passim adpellant Deum *plenitudinem perfectionum, pelagus infinitum &c.*

OBJECTIONES.

61 Obj. *primo*. TT. & PP. discernunt inter Essentiam, & Adtributa; haec enim ab illa concipiunt dimanare tanquam proprietates metaphysicas: ergo male definitur Deus per complexionem omnium Adtributorum, & non per praedicatum singulare primarium, & nobilius, uti essentiae aliarum rerum definiuntur. *Secundo*. Adtributa supponunt Essentiam jam constitutam; nam de hac ut sic praeconcepta dicimus, e. c. *Deus est Sapiens*: ergo Sapientia v. g. Essentiam non constituit.

62 R. ad *primum*: alii ex Theologis non discernuut (*i*), & quoque ex PP., e quibus *D. Aug.* (*k*) *Essentia, eo quia Essentia, est Sapientia*; ac insuper *S. Leo* (*l*): *de Deo quidquid digne utsumque sentitur, non qualitas est, sed Essentia &c.* Nec Adtributa manant ab Essentia, tanquam a radice, quum non sint formaliter proprietates; siquidem quolibet per impossibile deficiente Adtributo, totus Deus deficeret; quod non evenit in aliis rerum essentiis, in quibus reperire est proprietates metaphysicas, ut risibile in homine.

63 Ad *secundum*: quum dicimus, *Deus est Sapiens*, per τὸ *Sapiens* explicamus distincte quod implicite definitive continebatur sub τὸ *Deus*; uti quum dicimus, *homo est rationalis*, quin propterea τὸ *rationalis* supponat hominem essentialiter constitutum absque rationali.

64 QUAESTIO IV. Quanta, & qualis sit perfectio divinae Essentiae?

ADSERO 1. Deus est: perfectissimus in omni genere entis, ita ut nequeat, secluſa fictione, quid Deo perfectius excogitari (*m*). Quia est causa re-

(*g*) *Mun.* cit. contra alios.

(*h*) Cum *Damasc.* de Fide orthod. l. 1. c. 4. & aliis, quos videsis ap. *Petav.* t. 1. ubi de essent. Dei, qui praeclare ac erudite, more suo, disserit ibid. de eadem essent. cap. 6.

(*i*) *Suar.* heic l. 1. c. 11. *Rui.* de Trin. d. 8. sect. 5. a n. 6. *Martinon* heic d. 3. s. 8. *Rhod.* heic d 1. q. 3. s. 1. §. 2. aliique ap. & cum *Mun.* cit.

(*k*) L. 7. de Trin. c. 3.

(*l*) Epist. 91.

(*m*) *D. Th.* q. 4. a. 12. *Arriaga* heic t. 1. d. 2. n. 49. cum *Suar.* &c.

liquorum entium; adeoque, cum nemo det quod non habet, omnium perfectiones continet eminenter, ideſt continet quidquid eſt perfectionis in creaturis, ſecluſis imperfectionibus. II. Sunt in Deo ſpeciales perfectiones omnia praedicata abſoluta neceſſaria, ut ab omnibus ſupponitur, & quoque libera (*n*); quia etiam prout inter ſe, & a neceſſariis condiſtincta, involvunt in entis divini ratione cum tota Deitate identitatem; itemque relativa (*o*); quia in qualibet Relatione, utpote cum Deo identificata, reſplendet ratio ſpecialis amabilitatis & adorabilitatis: adeoque & perfectionis.

65 III. Metaphyſica Dei Eſſentia, immo & quaelibet perfectio prout ſuo modo ab aliis condiſtincta, dicit formaliter infinitatem in omni genere (*p*). Quia Eſſentia, & quaevis Dei perfectio dicit eſſentialiter & formaliter divini entis rationem, quae perfectam infinitatem complectitur. IV. Perfectiones divinae abſolutae ſunt ſimpliciter ſimplices, non ita relativae (*q*). Quia ex *Anſel.* (*r*) perfectio ſimpliciter ſimplex illa eſt, quae quum ſit ſimpliciter infinita, in quolibet eſt melior ipſa, quam non ipſa. Id autem verum habet in perfectionibus abſolutis, non autem in relativis: nam nihil ab abſolutis neceſſariis ac liberis realiter diſtinctum, eſſe poteſt aeque perfectum, ac ipſae perfectae ſunt; at perfectio quaevis relativa ejuſmodi eſt, ut non ipſa, id eſt alia realiter diſtincta ab ipſa, ſit aeque perfecta ac ipſa; ſiquidem aeque perfecta eſt Paternitas, ac Filiatio, ac Spiratio; & e contrario (*s*).

OBJECTIONES.

66 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Hinc Deus contineret etiam eminenter imperfectiones creaturarum, e. g. dependentiam, limitationem, peccatum &c.: tum quia iſtae identificantur cum ſuis perfectionibus, e.g. imperfectio peccati cum perfectione entis, & actus vitalis: tum quia alioqui non eſſet Deus virtus productiva earum, quas non haberet eminenter: ergo Deus eſſet ſaltem eminenter imperfectio, & peccatum: quod repugnat.

67 R. Continet imperfectiones creaturarum, dempto peccato, ſub ratione, & nomine alicujus perfectionis, non ſub ratione imperfectionis; nam in Deo eſt praedicatum *intellectivum* ſimile illi, quod eſt in Angelo, non vero *creatura*, quod eſt Angelo identicum. Dixi *dempto peccato*, quia hanc eminentialem continentiam habet Deus, quatenus eſt cauſſa prima effectiva, ſimulque exemplaris, id eſt imitabilis a creaturis; at licet peccatum ſit phyſice quidem a Deo, non autem exemplariter & imitative: unde nec ullum ex ſuis praedicatis phyſicis, e.g. *ens*, *actualitas* &c., a Deo per ſe cauſſatur, aut appetitur (*t*).

68 Obj. *ſecundo* contra II. Adſ. quoad praedicata libera. Haec qua talia ſunt defectibilia; ſed quod eſt defectibile non eſt ſimpliciter infinitum

(*n*) *Nominales*, *Suar.* aliique ap. & cum *Mun.* d. 3. n. 35.

(*o*) Sat communiter ap. Noſtros.

(*p*) *Mun.* cit. n. 23.

(*q*) *Suar.* de Trin. l. 3. c. 10. *Franc. Dei.* l. 2. d. 10. c. 2.

(*r*) In Monologio c. 14.

(*s*) *Mun.* d. 3. n. 93. circa abſoluta, libera, contra Borrul.

(*t*) V. *Mun.* d. 3. ſ. 10.

tum in linea entis: immo opponitur neceſſitati eſſendi, quae eſt maxima entis perfectio. *Tertio*. Nulla perfectio potuit Deo deeſſe: ergo actus liber, qui potuit deeſſe, non eſt ei perfectio.

69 R. Haec valerent circa libera pure defectibilia, non vero circa libera ſimul identificata cum Deo, ejuſque neceſſariis, etiam dum ab ipſis virtualiter diſtincta ſupponuntur, qua libera ſunt. Hinc ad *ſecundum N Mi.* de divino virtualiter defectibili. Ad 3. *D. A.* nulla potuit deeſſe ſimpliciter, *C.*; ſic enim etiam Deus deeſſe poſſet: quoad exercitium ſuae libertatis, *N. A.* & *Con.*; quia alioqui Deo deeſſet libertatis perfectio.

70 Obj. *quarto* contra 11. Adſ. quoad Relativa. Hinc tres Relationes eſſent quid perfectius, quam una ſeorſim: eſſent in Deo tres perfecti: eſſent perfectiones inaequales; quia Pater, & Filius identificant ſecum ſpirationem activam, non vero Spiritus: quae abſona ſunt.

71 R. Ad 1. partem *N. Adſ.* quia quaelibet Relatio dicit formaliter identitatem cum Eſſentia, & continet eminenter aliarum Relationum perfectiones. Ad 2. *D.* eſſent tres perfecti relativi, *C.* abſoluti, *N.* Ad 3. *N. Adſ.*, quia aeque perfectum eſt in Spiritu continere ſolum eminenter ſpirationem activam, ac in Patre, Filioque eam dicere formaliter identice: alioqui Spiritus non eſſet Tertia Perſona (*u*).

72 Obj. *quinto* contra III. Adſ. quoad perfectiones abſolutas liberas. Tam perfectus eſt Deus nolens hunc Mundum, ac eſt nunc volens: ergo volitio non eſt melior quam non ipſa, ſeu nolitio, adeoque non eſt perfectio ſimpliciter ſimplex.

73 R. Perfectio ejus volitionis non eſt alia realiter, ſed modo virtualiter, a nolitione, quae tantum terminative deficit: unde nec illa patitur aliam realiter non ipſam, aeque bonam, ac ipſa ſit: eſto fuerit ipſa melior, quam ſuum contradictorium, ſcilicet pura volitionis carentia: unde tam volitio, quam nolitio (ſi adeſſet) ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices, utpote identicae cum omni eo, quod Deus eſt (*x*).

74 QUAESTIO V. Num Exiſtentia, ſeu actu eſſe ſit formaliter de Eſſentia metaphyſica Dei? ADSERO: Eſt. Ac ita adſeruiſſe quidem videtur idem Deus ſub verbis illis, *Ego ſum qui ſum* (*Ex.* 3. 14.) quae vulgo Patres, & quidem merito, exponunt de Exiſtentia Dei prout formaliſſime imbibita in ejuſdem eſſentia: ſic *Dionyſ.* (*y*) *Athanaſ.* (*z*) *Chryſoſt.* (*a*) *Hilar.* (*b*) *Hieron.* (*c*) *Euſeb.* (*d*) *Ambr.* (*e*) Nobiſcum ſentiunt TT. plurimi cum *D. Th.* (*f*) *Suar.* (*g*) *Maſtr.* (*h*) cum ampliſſimo Scotiſtarum cenſu. Equidem formaliter neceſſarium excludit formaliter omnem potentialitatem: adeoque nullum ex ſuis praedicatis concipi quit prius ſua actualitate;

(*u*) Cetera *infra* Tr. III. L. 1.
(*x*) Rurſum Conf. *Mun.* d. 3. a n. 17. & a n. 3.
(*y*) De div. nom. c. 2.
(*z*) Epiſt. ad Orthodox. de Synodis Arimini & Seleuciae.
(*a*) Hom. 14. in Joan.
(*b*) L. 1. de Trin. ſub init.
(*c*) Epiſt. olim 57. ad Damaſ.
(*d*) De praep. evang. c. 6. & 7.
(*e*) Epiſt. olim 63.
(*f*) 1. p. q. 3. a. 4. & de potent. q. 2. a. 1.
(*g*) Heic l. 1. c. 2. & in 3. p. t. 1. d. 11. ſect. 1.
(*h*) D. 1. q. 1.

immo illa omnia ad iſtam reducuntur. Et vero exiſtentia ab aliis Dei praedicatis ſeorſim ſumptis diſtinguitur per rationem excluſive, ſicut diſcurſivum hominis a ſenſitivo; incluſive tamen a tota Dei Eſſentia adaequate ſumpta, id eſt ut incluſum ab includente, ſeu penes implicitum, & explicitum, ſicut ab homine diſcurſivum (*i*).

OBJECTIONES.

75 Obj. *primo*. Quum Deus ſit ens ſimpliciter neceſſarium, prius in eo concipimus, quod ſit ad exiſtendum neceſſitatus, quam quod exiſtat; valet enim, *Deus exiſtit, quia eſt ens neceſſarium*, non e contrario: ergo Exiſtentia non eſt primaria differentia Dei in linea eſſendi. *Secundo*. Dum quaerimus de Eſſentia Dei, an exiſtat, ſupponimus Eſſentiam aliunde adaequate conſtitutam; alioqui quaeſtio vana eſſet. *Tertio*. Dei Eſſentia diſtinguitur formaliter ab exiſtentia: ergo illa hanc formaliter non includit.

76 R. Ad *primum N. A.* Quia ipſum neceſſitari ad exiſtendum eſt ſua neceſſaria exiſtentia: unde per ipſum conceptum adtingimus & neceſſitatem, & exiſtentiam. Quid? quod ſaepe eſſentia metaphyſica primaria adaequatur ex praedicatis prioribus, & poſterioribus, quorum unum ex alio ſequitur. Ad *ſecundum N. A.* Immo ne vana ſit quaeſtio, debemus praeſcindere ex parte ſubjecti de praedicatis, ejus adaequatam Eſſentiam conſtituentibus. Ad *Tertium D. A.* diſtinguitur penes implicitum & explicitum, uti homo ab animali rationali, *C.* formaliter ſtricte, *N. A.* & *Con.* (*k*).

CAPUT TERTIUM

De Adtributis Dei.

77 NOmine Adtributi, ſeu perfectionis adtributalis, relictis aliis opinionum Syſtematis (*l*), ſumimus heic praedicatum abſolutum, quod importatur implicite ſub data Dei definitione, quodque eatenus dici poteſt a divina diſtingui Eſſentia, quatenus ſub hac includitur quoad conceptum genericum perfectionis, non quoad ſpecificum talis perfectionis; ſiquidem Omnipotentia e. g. aliter adparet definibilis ſub conceptu *Deus*, ac ſub conceptu *Omnipotentia*. Dixi *praedicatum abſolutum*; nam Relativum, quum commune non ſit tribus Perſonis, nec eſt Adtributum, quod eſt quaſi quaedam metaphyſica divinae Eſſentiae proprietas; adeoque identificata cum omni eo, quod realiter Deus eſt [*m*]. De his Adtributis hic tum generatim, tum ſigillatim.

(*i*) Conf. *Scot.* 1. ſent. diſt. 2. qu. 2. *Poncius* in Th. d. 2. q. 4. concl. 1. *Mun.* d. 2. n. 40. ubi pro hac opinione adpellat etiam *Vaz. Gran. Arria. Montoy.*

(k) Conf. laud. *Suar.* & *Gillius* heic tr. 2. c. 5.

(*l*) Videndis ap. *Suar.* l. 1. c. 9. *Amic.* heic d. 3. a n. 19. *Mun.* d. 7. ſ. 1.

(*m*) Conſentit *Mun.* d. 7. n. 2.

§. I.

De Adtributis Dei generatim.

78 QUAESTIO I. Quotuplex eſt in Deo Adtributum. ADSERO: Multiplex, ſecundum multiplicem perfectionem abſolutam, quam Deo adtribuunt Scripturae, PP. & DD. Multipliciter dividitur ab AA. [*n*]. Principalius, & 1.° in Adfirmans, ſeu Adfirmativum, quod exponitur per adfirmationem, & Negans, dictum vulgo Negativum, quod per negationem. 2.° in Tranſcendens, quod imbibitur in quolibet praedicato Dei, & de quolibet poteſt formaliter praedicari, ut eſſe Infinitum; & Nontranſcendens, quod non imbibitur, ut eſſe Creatorem. 3.° in Abſolutum, ut eſſe Bonum; & Reſpectivum ad extra, ut eſſe Providentem. 4.° in Neceſſarium, Liberum, & Pure Contingens, quae ex terminis patent. Ad has quidem ſpecies caetera revocantur.

79 QUAESTIO II. Num Adtributa includantur formaliter in Eſſentia, aut e contrario? ADSERO 1. Singula Adtributa includuntur ſic in Eſſentia tum phyſica, tum metaphyſica (*o*). Quia nequit non includi formaliter in Eſſentia, quidquid conſtitutive dicitur ab Eſſentia. II. Adaequatam Eſſentiam non ſic includunt ſingula Adtributa (*p*). Quia Eſſentia eſt omnium Adtributorum collectio, quam collectionem nullum particulare Adtributum formaliter includit. III. Neque Relationes includunt formaliter Eſſentiam (*q*). Quia Paternitas e. g. qua talis, ſolum dicit id, per quod diſtinguitur realiter a Filiatione, non autem diſtinguitur per Eſſentiam.

OBJECTIONES.

80 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Unum includere aliud eſt includere extrema ſeſe mutuo formaliter excludentia; atqui non ita ſe excludunt Adtributa: ergo Eſſentia minime illa includit. *Secundo* contra II. & III. Adſ. Ex PP. quidquid eſt in Deo eſt eſſentialiter Deus: ergo hoc ipſo Adtributa, & Relationes includunt formaliter adaequate Dei Eſſentiam. *Tertio*. Ex D. Th. (*r*) communia Dei (non Eſſentia) includuntur in conceptu propriorum, quorum nomine veniunt Relationes: ex eodem itidem in Deo idem dicunt concreta, ac abſtracta; ſed concreta, v. g. Pater includit formaliter Eſſentiam: ergo & abſtractum, v. g. Paternitas.

81 R. Ad *primum D. Ma.* ſeſe poſitive excludentia, *N.* praeciſive, uti ſe excludunt Juſtitia, & Miſericordia, *C.* Et ſub hoc ſenſu *D. Mi.* & *N. Con.* Ad *ſecundum D. A.* eſt eſſentialiter Deus, ideſt ſumme neceſſario, *C.* id eſt formaliter conſtitutive, *N.* Hoc autem ſenſu

(*n*) *Suar.* heic l. 1. c. 9. *Amic.* d. 3. ſ. 9. *Martin.* heic d. 3. ſ. 1. *Gilli.* l. 2. tr. 2. c. 5. *D. Thom.* q. 13. per tot. *Reding* heic q. 2. a. 3. *Mun.* cit. d. 7. ſ. 1. &c.

(*o*) *Suar.* l. 1. c. 11. *Amic.* d. 4. n. 25. & 54. cum *Mag. D. Thom. Baſchon.* &c. *Mezger* tr. 1. d. 4. art. 5. §. 1.

(*p*) *Mun.* d. 7. n. 40. cum *Vaz. Faſol.* &c. contra Suar. cit. c. 12.

(*q*) *Mun.* cit. n. 42. cum *Borrull. Lumb.* contra Pau. a Conc. heic d. 3. n. 34. Gon. &c.

(*r*) Heic q. 53.

ſenſu denominatio Dei dicitur Relationibus eſsentialis. Ad *tertium*, D.Th. loquitur de propriis concrete ſumptis, ut eſt Pater v. g. non abſtracte, ut eſt Paternitas: ac ubi docet, idem in Deo dicere concreta & abſtracta, loquitur de pure logicis, ut ſunt intelligens, & intellectio; non de quaſi phyſicis, ut ſunt Pater, & Paternitas: ac de iſtis quidem realiter ſumptis, non formaliter, aut virtualiter (*s*).

82 QUÆSTIO III. Num, & quo pacto diſtinguantur Adtributa inter ſe, & ab Eſsentia? ADSERO I. Neceſsaria non diſtinguuntur ab Eſſentia, & inter ſe diſtinctione virtuali maxima; ſecus libera (*t*). Quia de liberis relate ad neceſsaria, non de iſtis ad invicem, cogimur ex Fidei Myſteriis, & urgenti ratione admittere praedicata aliunde contradictoria, de eadem re verificabilia (*u*), uti de Eſsentia relate ad Perſonas (*x*). II. Sola illis competit diſtinctio formalis Suariſtica, quatenus per diverſos conceptus adparent definitive diverſa. Nec enim eſt, cur aliam rigidiorem eis adpinxeris. Idem dic, ſub hoc ſenſu, de eminentiis, ſeu formalitatibus ejuſdem Adtributi (*y*).

OBJECTIONES.

83 Obj. *primo* contra I. Adſ. quoad praedicata neceſsaria abſoluta. Diſtinctio virtualis maxima inter praedicata neceſsaria & libera eſt ſumma Dei perfectio, nec ejus ſimplicitati officit, quae ſtat cum reali Perſonarum pluralitate: ergo non eſt, cur plura ſaltem neceſsaria non admittant eam inter ſe diſtinctionem. *Secundo*. De aliquot neceſsariis verificantur contradictoria; nam Dei Juſtitia punit, non Miſericordia; & nos caritate perfecta Deum amamus propter Bonitatem, non propter Aeitatem. *Tertio*. Intellectio Dei eſt prior voluntate, quia illa iſtam dirigit, nihil enim quis vult, quin praecognoſcat; & aliunde ideo Deus ſe amat, quia ſe cognoſcit, & non e converſo: id autem fiare nequit abſque diſtinctione virtuali. *Quarto*. Haec contradictoria, & ſimilia verificantur de Deo, *intellectus eſt principium Verbi, non voluntas; Verbum procedit per intellectum, non per voluntatem; Spiritus procedit per voluntatem, non per intellectum*: ergo.

84 R. Ad *primum N. Con.* Quia nec fides, nec ratio cogit ad eam admittendam inter neceſsaria, uti inter haec libera. Ad *ſecundum N. Adſ.*; quia realiter etiam Miſericordia punit, quum puniat quidquid Deus eſt; & amor caritatis adtingit ex parte motivi omnes Dei perfectiones, etſi ſub unico conceptu Bonitatis. Ad *tertium N. Adſ.* de prioritate a parte rei. Nam ad directionem volitionis, quae ſit ipſa intellectio, nulla requiritur praecedentia; requiritur autem in creatis, quia cognitio excitat actum primum volitivum ad actum ſecundum volendi, qui tamen actus non ſunt in Deo, qui utpote actus puriſſimus eſt. Deus pariter in ſenſu reali

(*s*) V. *Anni.* t. 1. d. 48. a n. 10. *Mun.* d. 7. a n. 44.

(*t*) Ita quoad 1. partem *Eſpar.* l. 1. q. 4. *Viva* p. 1. q. 3. n. 2. *Denkennis*, & *Vekenus* ap. & cum *Bonæ Sp.* tr. 1. d. 3. n. 22.

(*u*) Ex dicendis L. III. ubi de libertate Dei.

(*x*) Ex dicendis Tr. III. L. I.

(*y*) Noſtri communius. Conf. *Suar.* heic l. 1. c. 10. *Becan.* p. 1. tr. 1. q. 2. 3. 4. *Petav.* de Deo l. 1. c. 9. *Simonettus* tr. 1. d. 2. ar. 3. *Juenin.* par. 1. diſſ. 3. q. 6.

reali ideo ſe cognoſcit, quia ſe amat; ubi cognitio eſt realiter, & virtualiter idem cum volitione, etſi aliud adpareat formaliter per rationem, ex iis, quae novimus in cognitione, ac volitione creaturae realiter diſtinctis.

85 Ad *quartum*. Illa ſunt contradictoria per rationem; quia in ſenſu reali voluntas eſt principium Verbi; hoc procedit per voluntatem; & Spiritus per intellectionem, per Dei Naturam videlicet, quae eſt realiter ac virtualiter idem cum intellectu, & voluntate. Hinc ex *Athan*. Verbum eſt *ex voluntate paterna*, ac ſimiliter ex aliis *PP.* (z). Unde *PP.* alibi (*a*) negantes Filium voluntate generari, intelligunt contra Arium, non generari libere, ſeu pro libito, ſed neceſsario. Diverſitas ergo proceſſionum in Verbo, & Spiritu tota deſumitur ex parte terminorum procedentium, & diverſimode exigentium ſibi Naturam communicari. Neque vero ex eo Verbi proceſſio eſt generatio, quod per intellectum procedat, non per voluntatem; ſed quia adcipit Naturam foecundam, in aliud ſuppoſitum propagandam (*b*).

86 QUAESTIO IV. Quomodo Adtributa de Deo praedicentur? ADSERO I. Conceptus quaſi abſtractus univerſaliter ab Adtributis omnibus, & Relationibus, praedicatur de ſingulis in ſenſu formali, e. g. *Paternitas, Juſtitia eſt Spiritus*; quia imbibitur formaliter in ſingulis, quaſi in ſingulis ſpeciebus. II. De Eſſentia adaequate ſumpta praedicantur formaliter Adtributa, vel in concreto, vel in abſtracto ſumpta, e. g. *Deitas eſt Omnipotens, Deus eſt Immenſitas*; quia Eſſentia metaphyſica Dei has, ſimileſque perfectiones formaliter includit. III. Cetera peti debent ex conſtantibus PP. & TT. loquutionibus (*c*).

§. II.

De Adtributis Dei ſigillatim: & primum de Simplicitate, Omnipotentia, Aſeitate, Aeternitate.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Dei Simplicitatem, Omnipotentiam, Aeternitatem.

87 AUT fabulas quidem ſibilis exſufflandas, aut diris compeſcendas blaſphemias, ea nominavero figmenta, quae in iſthaec divina Adtributa inſipientes plurimi effutieruut. HISTORIA POLEMICA.

Equi-

(z) Complures protulit conſulendus *Ruitz de Montoya* de Trin. d. 33. ſ. 2. 3.

(*a*) Ap. *Ant. Per.* de Trin. d. 3. c. 9.

(*b*) V. *Eſp.* heic d. 4. *Mun.* d. 8. a n. 8. *Paul. a Conc.* heic d. 3. a num. 11. Qui plura velis de diſtinctione inter Adtributa divina, adiſis laud. *Perrim.* a diſſ. XIX. *Saguens* de div. perf. d. 2. ar. 5. adi. 1. & 2. *Vitaſſe* de Deo q. 4. art. 2. laud. *Petav.* l. 1. c. 9. & 10.

(*c*) Ita *Suar.* l. 1. c. 14. *Gill.* l. 2. tr. 1. c. 15. cum *Mol.* &c. *Rhod.* heic d. 1. q. 3. ſ. 3.

Equidem principio ſummam Deo Simplicitatem haud pauci carnaliter cogitantes denegarunt. Videlicet

Inter Paganos I. *Quotquot Idololatrae* ſtatuas, vana ſimulacra, ſeu bruta animantia ut Deos coluerunt; tum illi, quibus vel Sol, vel ſidera, vel citatus aër, vel ignis, vel quid ſimile corporeum Deus fuit: ii quidem omnes phyſicam & materialem Deo compoſitionem adpinxerunt.

II. *Sophiſtae*, quos ſupra retulimus, ubi de Erronibus in Dei eſſentiam, haud abſimile ſyſtema profeſſi ſunt: e. c. qui dixerunt, Deum eſse univerſam ſubſtantiam, eſſe rotundum, globuloſum &c. (*d*).

III. *Ex iis alii* ſpeciatim Deum eſſe corporatum autumarunt: e. c. *Anaximenes* (*e*) *Pythagoras* ac *Democritus* (*f*) *Anaxagoras* (*g*) *Stoici* & *Epicurei* (*h*) ac *Stoici* rurſus (*i*) & *Plinius* (*K*). Quibus jure additor *Algazel*, Philoſophus Arabs (*l*).

Inter Judaeos I. *Sadocaei*, quibus Author communius inter Eruditos adſcribitur *Sadoch*, doctiſſimi Antigoni Sochaei Pontificis diſcipulus, qui claruiſſe fertur an. Mundi circ. 3720., ſubſtantiam pure ſpiritualem admiſerunt nullam (*m*) atque adeo nec divinam (*n*).

II. *Samaritani*, quorum errorum Author & Epocha ante Chriſtum natum vel maxime Eruditos nimium latent, Deum corporatum eſse crediderunt (*o*).

III. *Annius Philo* Judaeorum diſertiſsimus, in Apoſtolico Seculo probitate ac doctrina conſpicuus, non nemini creditus eſt vertiſse in dubium ſummam Dei Simplicitatem, ubi inquit (*p*) *de divina ſubſtantia definiri non poteſt, ſit ne corporea qualitate praedita, vel non*. Ceterum ipſe ab ea ſuſpicione alias ſeſe videtur vindicare, ubi ait (*q*) *nonnullos ſic hebetes & obtuſos eſſe natura, ut Deum ſine corpore intelligere nullo modo queant*.

IV. *Rabbini antiquiores* videntur Deum feciſse corporeum; illi ſiquidem adtribuebant corporalem praeſentiam, & organa materialia, e quibus materiales actiones & functiones proficiſcebantur. Volebant enim, Deum ſuis propriis manibus Legem dediſse; in propria, ut dicitur, perſona Moſi, adparuiſse in rubo; ſonum propriae vocis emittere, ipſumque pro libito & ad captum creaturarum adtemperare; adeo ut quum ipſe Deus in Tabernaculo Moſem longe diſtantem adloqueretur; voce magna inclamarit

(*d*) De ejuſmodi imperitis plures referunt *Tull.* in libris de nat. deor. *Plutarch.* de Philoſ. placitis l. 1. *Minut. Felix* in Octavio, *Clem. Alex.* in protrept. *Euſeb.* de praep. evang. l. 4. c. 16.

(*e*) Ap. *Tull.* c. 5. de nat. deor.

(*f*) Ex *Aug.* epiſt. olim 56.

(*g*) Ex *Ariſt.* l. 4. phyſic. text. 57.

(*h*) Ap. *Sext. Empiric.* l. 5. Pyrrhon. cap. 24.

(*i*) In l. 1. nat. hiſt. c. 1.

(*k*) Ex *Averrhoe* in Deſtructione Deſtructionum diſp. 9.

(*l*) Ap. *Juſt. Lipſium* l. 2. Phyſiologiae Stoicor. diſſ. 4. & 5.

(*m*) Ex *Act. Apoſt.* 23. 8.

(*n*) Conf. *Epiph.* haer. 14. & *Arruob.* l. 3. contra gentes.

(*o*) Ex *Epiphan.* l. 1. ubi de erroribus Samaritan.

(*p*) In lib. 1. Allegor.

(*q*) In lib. de ſomno.

marit, quin tamen vox ab intermediis percepta fuerit, quoniam eam in medio frangeret ac interrumperet. (*)

V. *Mahomedes*, alias adpellandus, his additor, adpendicis loco, qui Deum fecit corporeum. Dixit enim, eum habere manum, vectarique in sella gestatoria ab octo Angelis. Addens, manu se a Deo tactum, quae erat frigidissima (*r*).

Inter Heterodoxos Christiano nomine insignitos I. *Manichaei*, quibus Parens *Manes*, alias *Cubricus*, natione Persa, an. Chr. circ. 277. aut 280., tenuerunt, Deum infinita mole diffusum esse, non quidem undequaque, sed tribus quadris, ut ajebant, infinitum. Tum existimasse videntur, corpora lucida Deum esse (*s*)

II. *Seleuciani*, & *Hermiani*, ducibus *Seleuco* & *Hermia* Galatis, circa an. 380. docuerunt, Deum esse corporeum (*t*).

III. *Anthropomorphitae* dicti sunt Aegyptii quidam Monachi, qui IV. Christiano Seculo exeunte, atque gravissima efferveſcente de divinis Adtributis controversia, in eum crassum errorem turmatim desciverunt, quod Deus sit Anthropomorphos, humana scilicet & corporea specie, formaque constans (*u*). Haeresis haec, aliquando consopita atque sepulta, rursusque ab Orco revocata, a viris doctis acriter oppugnata est, e.c. a Theophilo Praesule Alexandrino, Fausto Rhegiensi Episcopo, Ratherio Monacho & deinde Episcopo (**).

ADNOTATIO.

(*) Ita censet *Julius Bartoloceius de Celleno* Cistercienſ. in Biblioth. magna Rabbinica tom. 1. p. m. 623. edit. Romanae 1675. ex doctrina *veterum Rabbinorum*, ac speciatim *R. Salomon* in comment. in Levit. 1. 1. in Numer. 7. 89. in Ezech. 10. 5. tum ex *Thalmudica Ghemarà* Codice *Berachòth* pag. 9. 6. paullo ante med. in Exod. 3. 14. Ceterum fortasse quispiam non adquiescat eruditissimi Bartoloccii censurae, dum pro ea ulteriora documenta non profert.

Equidem actiones illas & functiones, quas Deo Rabbini adscribebant, sumere ac intelligere poterant in sensu aliquo metaphorico, vel ad eum plane modum, quo Catholici Interpretes capiunt & exponunt perplures Dei actiones iis similes, prout illas passim exhibent sacri Codices. Nisi quod potiori jure crassa, rudisque veterum Rabbinorum perceptio erroneam illam de Deo corporeo expositionem sibi vendicet. Quoniam Judaeis vel quidem sapientissimis magna adfigitur ignorantia & stupiditas, in Dei praesertim cognitione apud omnes vulgo Doctores catholicos, cum *Petro Alphonso* in Dialogis tit. 1. *Galatino* de arcanis catholicae verit. l. 9. cap. 1. *Joan. Buxtorfio* in Synagoga Judaica c. 3. sub init. laudato *Bartoloccio* passim.

(*r*) Ita *Vives* de verit. fidei l. 4. in t. 2. oper. edit. Basileens. 1555. p. m. 464. At loquitur sine teste.

(*s*) Conf. *D. Augusſt.* haeresi 46. & l. 3. Confes. c. 7. ac l. contra epist. Fundam. c. 23. *Petav.* in animadversionib. in Epiphan. haeresim 66. *Petr. Baelius* in Dictionario, in Manichaeis, *Isaacus de Beausobre* in Histor. critica de Manichaeis & Manichaeismo.

(*t*) Ap. *Philastr.* tr. de haeresib. cap. 55.

(*u*) Conf. *Sozomen.* hist. l. 8. c. 11. *Socrat.* l. 6. hist. c. 7. *Cassian.* collat. 10. c. 2. & 5.

ADNOTATIONES.

(**) I. De primo Anthropomorphismi Authore multiplex est apud eruditos Viros sententia. Eum nonnulli dicunt Melitonem Asiaticum, Sardensem aut Sardicensem Episcopum, qui fertur obiisse an. Chr. 170., immerito tamen, ex dicendis;

IV. *Novatores* quidam in Italiae tractu, quem tum Galliam Cisalpinam vocabant, eundem adoptarunt, disseminaruntque Anthropomorphismi errorem Seculo X. ineunte (*x*).

Et vero parum illa successit; quoniam Ratherius seu Racherius (non Bracherius, ut scribunt nonnulli cum laudato Prateolo) Veronensis Episcopus LVI. Ticini in exilio relegatus ab Hugne Rege, si fides sit *Onuphrio Panvinio* (*y*) *una cum Comprovincialibus Episcopis Anthropomorphitarum sectam, quae paullo ante sua tempora exorta Galliam Cisalpinam vexabat, extinxit*. Ratherius vero ex Benedictino Monacho Lobiensi creatus

dis: alii, nec majori quidem jure, Tertullianum, florentem sub an. Chr. 190. Cl. *Joan. Sianda* in Lexico polemico art. *Anthropomorphitae* ait, ejus parentes censeri Seleucum & Hermiam. Et vero, praeterquam quod rarus, aut nullus est, quem viderim, huic addictus opinioni, perperam ei quispiam subscripserit; Seleucus enim & Hermias Deum utcumque corporeum esse dixerunt, uti perplures alii mox relati adseruerant, quos propterea meliori jure erroris, de quo disputamus, primigenios fontes compellaveris; ceterum in Anthropomorphitarum opinione Deus ita corporeus erat, ut instar hominis corporea forma constaret. Et id quidem sibi vult graecum nomen ἀνθρωπομορφῖται ab ἄνθρωπος, homo, & μορφὴ, figura, forma, adspectus.

Frequentius alii habent pro ejuscemodi Parentibus Audianos, vel Odianos, Audeo, vel Audaeo duce. Sed haec tamen opinio minime laudanda; tum quia Audius cum suo Schismatico grege, errorem istum verosimiliter non docuit; tum quia vulgo creditur, Monachos illos Aegyptios Anthropomorphitas, aliquot saltem annos praecessisse Audianos (esto iis & tempore, & loco, & haeresi proximi fuerint) quippe qui erupisse feruntur temporibus Theodosii Majoris Imp. & Siricii P. an. circ. 392. Audiani vero sub an. circ. 400. Ubi obiter adnotaveris anachronismum Cl. *Perrimezzii*, ajentis tom 1. diss. 27. p. m. 121. Audium non ante sui erroris adcusatum fuisse, quam circa an. 427. quum tamen illius adcusatus, correptusque fuerit a S. *Epiphanio*, qui debitum naturae solvit an. Chr. 402. seu 403. Itaque Aegyptii illi Monachi tanquam primi Anthropomorphitae jure optimo salutandi.

II. *Bernardus Lutzemburgus* in catalogo haereticorum, litera A. art. *Anthropomorphitae* statuit, quod *anno 949. sub Berengario Imperatore, & Agapeto Papa in citra Paduana provincia haec haeresis incoepit*. Subdit, quod Theophilus Alexandrinus eos Anthropomorphitas longissima disputatione confutavit, *damnavitque apud Isaacum in X. Collatione Patrum, quas Cassianus fecit*. Quot, bone Deus, errores in historiam, chronologiam & criticen! Nec meliora forsan reperire liceat in perpluribus articulis ejusdem commentarii, etiam quartum editi & ab Authore recogniti. Propterea Bernardus ab *Alphonso de Castro* acriter, & quidem merito fugillatur in comment. adverss. haer. art. *Deus* ubi de Anthropomorphitis. Hunc consulas, nec pigebit.

Nihilo tamen secius *Perrimezzius* mox laudatus, quod mireris, Bernardum adversus Alphonsum excusare adnititur, adserens, illum loquutum fuisse de secundis Anthropomorphitis, non de primis, Anthropomorphismi inventotibus; quo sensu, inquit, *si Alphonsus Bernardum intellexisset, ut commode & discrete poterat cum intelligere, nec pariter reprehendisset*. Quid tum vero? Nunquam non subjicitur reprehensioni Bernardus; nam & primos & secundos turpirer confundit; adserit nempe secundos Patavinos, seculo X. exortos, fuisse confutatos a Theophilo, qui confutarat primos seculo IV. exeunte; citatque insuper Theophili damnationem ut laudatam ab Isaaco apud Cassianum, qui seculo V. collationes exaravit. Quae vero convenientia & consonantia, inter Patavinos erroris innovatores cum eorum damnatione a Theophilo profecta? Laudatos Authores conferat Lector, & ipse judicet.

(*x*) Ex *Genebrardo* in Chr. ad. Sec. X. *Sigibert.* in Chron. ad an. 939. *Trithem.* in Catal. Script. ad an. 930. *Prateolo* de haereticis, in Arthropomorphitis seu Vadianis.

(*y*) In. Antiquit. Veronensibus l. 5. c. 27.

tus eſt Veronenſis Antiſteſ an. circ. 932. aut ſaltem non ante 931. (z) (*)

Ipſam praeterea haereſim innovarunt *Bogomiles* in Graecia, duce *Baſilio* Medico ſub an. circ. 1118. (*a*) & *Arnaldiſtae* in Gallia & Italia, parente *Arnaldo* Brixienſi, Petri Abaelardi diſcipulo, Romae propter ſua ſcelera combuſto circa 1139. (*b*)

V. *David Dinantius*, Almarici Haeretici Galli diſcipulus & ſectator, ſub an. circ. 1204. praeter Magiſtri errores, docuit Deum eſſe materiam primam. Hunc errorem confutavit D. Thom. (*c*)

VI. *Crellius* Socinianus collocat in Deo adcidentia, decretaque divina adcidentibus adnumerat (*d*).

VII. *Conradus Worſtius*, famoſus ille Arminiſtarum doctor ab an. 1603. veſano furore e cathedra peſtilentiae docuit, quod Deus ſit eſſentia finitus, haud immenſus, quantus, loco comprehenſus, materia & forma compoſitus: quibus addidit, non eſse Dei ſubſtantiam quidquid in Deo eſt (*e*).

VIII. *Thomas Hobbes* Anglus Hetcrodoxus, alias productus, fieri non poſſe putavit, ſubſtantiam aliquam eſse, ac non eſse corpoream; quo quidem & Deum eſse corporatum autumavit, ſi Dei exiſtentiam admiſerit (*f*).

Inter Orthodoxos Doctores Anthropomorphiſmi, ſeu alterius adfinis in Dei Simplicitatem erroris inſimulantur nonnulli.

I. *Melito* Sardenſis Epiſcopus dicitur *ſcripta reliquiſſe de eo argumento, Deum eſſe corporeum*. Ita *Origenes* (*g*). Eique adſentiuntur plurimi,

(z) Ex *Mabillon.* in Annalib. Benedictinis l. 43. num. 27.

ADNOTATIO.

(*) OPtarem equidem ab Erudito quopiam ad unguem edoceri hujus haereſeos innovationis initia, Authores, progreſſum, extinctionem, quae nempe diſcere minime licuit ex Scriptoribus, agentibus de ipſa innovata haereſi, aut de Ratherio, quos bene multos ſedulo conſuluimus: puta *Sigibertum* in Chronico, *Genebrardum* etiam in Chron. laudatos *Panvinium*, & *Mabillonium*, Opuſcula *Ratherii*, quae extant apud Spicilegium *Dacherianum* tom. 2. *Hughellum* in Italia ſacra t. 5. ubi de Epiſcopis Veronenſibus, *Baronium*, *Spondanum*, *Pagium*, *Muratorium* in Annal. Italiae ad an. 932. *Oudinum* in ſupplem. Scriptorum, *Poſſevinum* in adpar. ſacro; tum Haereſcologos, cum *Prateolo*, *Gaulterio*, *Reſcio*, *Bernino*, *Sianda*, *Lutzemburg.* &c. necnon Theologos, cum *Petavio*, *Aguirrio*, *Perrimezzio* &c. Ubinam ergo quam quaerimus hiſtoriam in bono lumine collocatam repereris?

(*a*) Ap. *Eutymium* in panoplia par. 2. tit. 23. §. 2. & 3.

(*b*) Ap. *Reſcium* de haereſ. agnoſcend. art. *Deus*. *Spondan.* hiſt. eccl. ab an. 1139. ad 1155.

(*c*) In 1. p. q. 3. art. 8. & l. 1. adverſus Gentil. cap. 17. Conf. *Caeſarius* dial. 5. & *Spondan.* ad. an. 1204.

(*d*) In l. de Deo & adtributis div. c. 36. ap. *Calovium* in ſcriptis Anti-Socinianis part. 2. p. m. 53.

(*e*) Conf. *Gaulter.* in tab. chronogr. ad Sec. XVII. in collat. error. cap. 6. per tot.

(*f*) Conf. *Perrimez.* t. 1. Diſſ. 27. p. m. 117.

(*g*) Ap. *Theodoret.* quaeſt. 20. in Exod.

mi, e. c. *Gennadius* (*h*), *Petavius* (*i*) *Caveus* (*k*), *Joan. Clericus* (*l*), *Bertius* (*m*) (*).

II. *Septimius Florens Tertullianus* credidiſſe putatur, Deum eſſe corporeum; dixit enim (*n*): *omne quod eſt, corpus eſt ſui generis: nihil eſt incorporale, niſi quod non eſt*; & (*o*) *quis enim negabit Deum corpus eſſe, etſi ſpiritus ſit? ſpiritus corpus ſui generis in ſua effigie*; & (*p*) *dexteram & oculos & pedes Dei legimus*. Ita ex iis & id genus aliis judicant multi, e. c. *D Thomas* (*q*), *Pamelius* (*r*), *Petavius* (*s*), *Petr. Annatus* (*t*), *Huetius* (*u*), *Gavardus* (*x*), *Bertius* (*y*), *Caſtro* (*z*) (**).

III. *Audius* vel *Audaeus*, ex Meſopotamia claris natalibus oriundus, ferme Arii Synchronus, Audianorum, ſeu Vadianorum parens, Anthropomorphitis adcenſetur a nonnullis (*a*), eo quod cum ſuo grege verba illa ex Geneſ. 2. *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*,

(*h*) L. de dogmat. c. 4.
(*i*) Theol. dogm. l. 2. c. 1.
(*k*) Hiſt. eccl. Sec. II. ad an. 170.
(*l*) Ad an. 149. num. 9.
(*m*) L. 2. c. 2. prop. 1.

ADNOTATIO.

(*) ENim vero ex eo ſanctiſſimus juxta ac doctiſſimus Praeſul excuſatur, quod ſuam inſcriptionem quam Theodoretus ex Origene poſuit, *Deum eſſe corporeum*, ſecus alii vertendam putarint; ſiquidem *Rufinus* reddidit *de Deo induto corpore*, & *Chriſtophorſonus* legit *de Deo incarnato*, & *Henr. Valeſius* ſubſtituit *de incarnatione Dei*. Hinc perplurimi Melitonem ab impacta labe vindicant, e. c. *Sixtus Senentis* in Biblioth. S. lib. 5. adnot. 18. *Aguir.* In Theol. t. 1. tr. 3. diſp. 29. n. 31. *L'Hermin.* & *Tournel.* in q. de ſimplicitate Dei, *Boucat.* t. 1. diſ. 3. art. 4. *Perrimez* t. 1. diſſ. 27. Et iis quidem, aliiſque lubenter ſubſcribimus.

(*n*) L. de carne Chriſti c. 11.
(*o*) L. contra Praxeam c. 2.
(*p*) L. 2. adv. Marcion. c. 16.
(*q*) L. 1. cont. Gent. c. 20.
(*r*) In paradoxis Tertull. c. 15.
(*s*) L. 2. cap. 1. a num. 5.
(*t*) L. 4. art. 12.
(*u*) In Origenian. l. 2. q. 1. n. 8.
(*x*) Quaeſt. de ſimplic. Dei art. 1.
(*y*) L. 2. c. 2. prop. 2.
(*z*) De Haer. art. *Deus*.

ADNOTATIO.

(**) ALii vero Tertullianum plurimis ſtudent vindicare. Praeſertim quia adſeruit, Deum partes non habere, in quas dividi poſſit, in l. adverſ. Hermogen. c. 2., & Deum eſſe Spiritum & quidem ſimplicem, in l. de Baptiſm. c. 2. & contr. Praxe. c. 26. & in Apolog. c. 21. tum nullo poſſe loco Deum circumſcribi, in eodem Apol. c. 17. & contra Praxe. c. 5. Addunt, illum adſerentem, Deum eſſe corpus, intellexiſſe corpus ſui generis, nempe quatenus corpus dicit ens oppoſitum nihilo; ſimulque ipſum adſcribentem Deo dexteram, oculos, & pedes, in ſenſu metaphorico, ſecundum ſacras Scripturas, fuiſſe loquutum. Et haec porro ex adductis pro Tertulliano teſtimoniis liquido deſcendere videntur. Ita *Nat. Alex.* ad Sec. II. diſſ. 9. art. 2. laudati L' *Herminier* ac *Tournel. Boucat* diſ. 3. art. 3. *Perrim.* diſſ. 27. *Joſ. Ant. Cantova* in diſſ. theologico-critica pro Tertull. edita Mediolani an. 1763. *Nourr.* in Adpar. t. 2. diſ. 4. c. 7. art. 3.

Ego tandem in ea ſum ſententia, ut definiendum ducam, Authorem hunc non equidem male ſenſiſſe de divina Simplicitate, erraſſe tamen cum nonnullo lectorum ſcandalo, uſurpando corpus pro ſubſtantia vel entitate ſolida & reali, quum haec duo quam latius vagentur, ubi de Deo ſermonem inſtituit. Porro ſuum erat Deum dicere, non corpus, ſed ſubſtantiam ſpiritualem, aut ſolidum ſpiritum, ne vel in modo loquendi de divino Spiritu delinqueret uſpiam.

(*a*) Ex *Auguſt.* de haereſ. c. 50.

noſtram, ad corpus Adae, non ad animam referenda eſse poſuerit, totiſque viribus pertinaciter contenderit (*).

IV. *S. Epiphanius* in ſuſpicionem violatae fidei circa divinam Simplicitatem vocatus eſt a Theophilo Alexandrino, & Joanne Hieroſolymitano Praeſulibus (*b*) (**).

Deinde haud pauci inſipientes homines in Dei Omnipotentiam debacchati ſunt. Nimirum

I. *Hebraei* illi, qui ex *Pſ.77.9.* dixere: *numquid poterit Deus parare menſam in deſerto?* tum qui audientes a Chriſto Domino arcanum inſtituendae Euchariſtiae Myſterium, protinus ex *Joan. 6. 53.* inclamarunt, *quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Et iis quidem adcenſendi e poſteris ſuis Sacramentariis plerique, divinae potentiae permulta detrahentes, tanquam ſecum pugnantia & contradictionem involventia; e. c. quod idem corpus pluribus in locis collocari valeat, quod ita ſit corpus in loco, ut ad ejus menſuram non exporrigatur, & id genus alia; quae tamen & fieri abſolute a Deo poſſe, & eſse facta conſtat apertiſſime ex Verbo Dei; quidquid ei temere connitantur obſiſtere Calviniani.

II. *Philoſophi Ethnici perplures* variis argumentis, quae protulit *Plutarchus* (*c*), ſacram Omnipotentiam impetiverunt. Et ex iiſdem haud pauci cum *Platone* & *Ariſtotele* ideo materiam Deo coaeternam commenti ſunt, quod poſſe Deum quidquam ex nihilo facere inficiarentur (*d*). Iis poſtremis adhaeſiſſe abſque haeſitatione vulgo cenſentur, quotquot mate-

ADNOTATIO.

(*) MErito tamen refragatur maximus Recentium Scriptorum numerus cum *Tourn. Boucat. Bert. Perrim.* proxime laudatis. Nullum enim pro iſtiuſmodi errore adpingendo Audianis authenticum proſtat documentum. Audiatur *Epiphanius*, hujus ſectae Antagoniſta, in indiculo haereſeω tomi primi libri tertii: *Audianorum proprie Schiſma ac defectio, non haereſis eſt. Horum bene inſtituta vivendi ratio eſt. Sed neque, quod ad fidem adtinet, ab Eccleſia Catholica diſſentiunt.* Quin etiam idem Epiphanius haer. 70. praefatam in Geneſim interpretationem confutat acriter, arguitque, ex ea conſequenter colligi Anthropomorphiſmum, ſed iſtum tamen eis minime adſcribit. Ac tandem concludit, quod licet eccleſiaſtica traditio omnes homines ad imaginem Dei creatos eſse fateatur, nullam tamen partem definit, in qua iſtiuſmodi ratio imaginis collocanda videatur. Nec plane audiendus *Guido* Helnenſis Epiſcopus, ubi haec Epiphanii ſenſa pertentat convellere in Summa de haereſ. cap. 47. fol. m. 62. edit. 1528. e prelo Aſcenſiano.

(*b*) Ap. & cum. *Sozom.* l. 8. hiſt. c. 14. & *Socr.* l. 6. hiſt. c. 10.

ADNOTATIO.

(**) AT eum tamen, qui vel ejuſmodi erroris umbram in Audianis vehementer exprobrarat, meritiſſimo quidem jure ab hac calumnia ſublevant *Hieronym.* in Epiſt. 61. ad Pammach. contra Joan. Hieroſolym. *Baron.* in Annal. Eccl. ad an. 393. *Petav.* in animadv. ad Epiph. in haer. 70. *Cantova* in peculiari diſſert. pro Epiphanio. Quibus addito proxime laudatos TT. *Tourn. Bouc. Bert. Perrim.*

(*c*) Lib. 1. de placitis Philoſophor. c. 7.

(*d*) Conf. *Cudvvort.* in Syſtem. intel. cum notis *Moshemii*, cap. 1. §. 28. n. 1. p. m. 40.

materiam Deo coaeternam finxerunt cum *Seleucianis* & *Manichaeis* (*e*).

III. *Heterodoxi generatim* in Omnipotentiam deliquiſſe arguuntur qui plures Deos aut principia invicem contraria & coaeterna induxerunt, quique mundum ab Angelis, inſcio vel invito Deo, conditum arbitrati ſunt; illi ſiquidem dominatum rerum omnium, iſti vero vim omnium, quae velit, aut velle poſſit, efficientem (quae duo maxime importat Omnipotentiae Adtributum) Deo ademiſſe videntur (*f*). In hoc inſipientium grege connumerare licet *Marcionem* (*g*) *Manichaeos*, *Marcoſios*, *Colorbaſios* (*h*).

IV. *Elymas* Magus, qui Paullo reſtitit (*i*) ex eo videtur imperite Deo Omnipotentiam adimere, quod haec minime ſe extendat ad impoſſibilia. Sic enim de eo *Dionyſius* (*k*) *Atqui inquit Elymas Magus, ſi Omnipotens eſt Deus, quomodo a Theologo veſtro aliquid non poſſe dicitur? Inſimulat autem divinum Paullum dicentem non poſſe Deum ſemetipſum negare* 2. Tim. 2. 13.

Huic in errore ſocius addendus *Conradus Worſtius*, qui non erubuit haec adſerere (*l*) *potentia Dei etſi reſpectu noſtri & rerum poſſibilium recte immenſa dicitur, non tamen prorſus infinita eſt, quia non extenditur ad impoſſibilia; immo in ipſo Deo conſiſtit intra naturales Dei qualitates.*

V. *Origenes* Adamantius Presbyter, fato functus circ. 253., adcuſatur prave de Omnipotentia ſenſiſſe. Nam primum (*m*) docuit, tot Deum condidiſſe rationabiles creaturas, quot poterat gubernare & comprehendere; quaſi virtutem Dei imbecillitati hominum & ceteris, quae creatae ſunt, comparet; immo nec erubuit adſerere, quod tantum poſſit Deus, quantum ei ad operandum materia, ejus opinione Deo coaeterna, miniſtrarit. Deinde (*n*) tenuit, Deum non propter ſe ipſum, ſed propter ſubjectas rei & creatas, quae mutabiles ſunt, eſſe Omnipotentem & creatorem. Inſuper (*o*) diſerte adfirmavit, quod non omnia, quae voluit Deus fecit, ſed ea tantum, quae potuit continere & comprehendere (*).

VI. *Aria-*

(*e*) De quibus *Philaſtr. Aug. Epiph.* ubi de ipſorum haereſibus.

(*f*) Conf. *Aug.* l. de fide & Symb. c. 2. & *Petav.* theol. dogm. l. 5. c. 5. num. 4. & 5.

(*g*) Ap. *Tertul.* l. cont. Marcion. c. 11.

(*h*) Ap. *Epiph.* ubi de ipſorum haereſib. cum *Petavianis* Animadverſion.

(*i*) Ex *Act. Apoſt.* 13. 8. & ſeqq.

(*k*) L. de div. nom. c. 8. §. 6. edit. Corderii.

(*l*) In Not. ad diſput. 3. p. 237. ap. *Gaulter.* ad Sec. XVII. in Collat. err. c. 6. p. m. 833.

(*m*) Ap. *Thophilum Alexandrin.* Epiſc. paſchali I. contra Origeniſtas, quae extat in *Max. Biblioth.* Lugdun. Vet. Patr. t. 5. a p. m. 847.

(*n*) Ex iis, quae contra ipſum nervoſe diſſerit *Methodius* ap. *Photium* in Biblioth. cod. 235. a p. m. 931.

(*o*) Ap. *Rufin. Palaeſtin.* l. 1. de fide, edito a *Sirmondo* tom. 1. operum., a p. m. 274., §. XVII.

ADNOTATIONES.

(*) I. EX iis, & ex Origenis effato in l. 1. de princip. c. 2., quod nempe *Deus Pater Omnipotens eſt eo, quod potentatum omnium tenet, ideſt Coeli & terrae*, colligunt nonnulli cum *Huetio* in Origenianis l. 2. q. 1. §. 1. quod ubicumque Origenes Deum Omnipotentem dixerit, res omnes, quae ab eo creatae ſunt, in ejus eſſe poteſtate, non autem infinitum rerum numerum ab eo quidem creari & ad libitum regi poſſe intellexerit.

II. *Petrus Halloix* in ſuo Origene defenſo,

VI. *Ariani* duce *Ario* Alexandrinae Eccleſiae Presbytero (non Epiſcopo, ut inſcite poſuit *Lutzemburgus* in ſuo catalogo, art. *Arrius*) qui emerſit an. circ. 316., & a Nicaena Synodo damnatus eſt, aſſeruerunt, Deum ita per Verbum a ſe ſubſtantialiter diverſum, effeciſſe omnia, ut ſine ipſo nihil facere potuerit: hinc dicebant, Dei Filium a Patre fuiſſe factum ut inſtrumentum, quo ad Mundi, & omnium quae in mundo ſunt creationem uteretur (*p*).

VII. *Rabbini Judaei*, duce *R. Salomon* (*q*) Dei Omnipotentiae, ſimul & Juſtitiae detrahebant, aſſerendo, Deum non poſſe reprobare ullum ex Gente Judaica; cauſſati nimirum, Deum ipſum, ex Deuter. 29. 13. juraſſe Patribus ſuis Abraham, Iſaac, & Jacob, ſe nunquam Judaeos deſerturum & abjecturum. Noluerunt utique intelligere, ea jurata a Deo promiſſa, ſicut & id genus plurima, fuiſſe plane conditionata: ſi nempe populus Iſrael audiens fuerit praeceptis Dei. Ergo impie blaſphemant, dum aſſerunt, Deum propter juramentum non poſſe impium reprobare; quaſi Deus juramento temere adſtrictus, quae ſunt contra juſtitiam, ſuumque beneplacitum facere compellatur (*r*).

VIII. *Petrus Abaelardus*, magni nominis Gallus Nannetenſis, vita functus apud Patres Cluniacenſes an 1142., haec aſſeruit (*s*) *Quantum igitur aeſtimo, quum id tantum Deus facere poſſit quod eum quidquam facere convenit, nec eum quidquam facere convenit quod facere praetermittat, profecto id ſolum eum poſſe facere arbitror quod quandoque facit*. Item (*t*) *quidquid itaque facit, ſicut neceſſario vult, ita & neceſſario facit ... neceſſario itaque Deus mundum eſſe voluit ac fecit, nec otioſus extitit, qui eum priuſquam fecit, facere non potuit, quia priuſquam fecit, fieri non oportuit*.

Hunc errorem oppugnavit *S. Bernard.* epiſt. 190. ipſumque inter alios miſiſſe dicitur ad Innocent. P. II. (*u*) Eum tamen Abaelardus meliora ſapiens in haec verba revocavit, *Deum ea ſolummodo poſſe facere credo, quae ipſum facere convenit, & quod multa facere poteſt, quae nunquam faciet* (*x*).

Ipſi

ſenſo, ceteris adverſariis praetermiſſis, unum Theophilum, quem laudavimus, totis viribus rejicit in l. 4. q. 6. criminatione 9. & 10. atque, Theophilum demutaſſe verba Origenis, ut voluit, ac in peſſimam deflexiſſe partem, ut potuit: quoniam Origenes adductis a Theophilo verbis, ut Halloix exponit, id unum intellexit, quod cuncta Deo ſint ſubjecta, & quod ejus Omnipotentiae in creando aequalis ſit ſapientia in gubernando. Subditque praeterea, Adamantium plurimis in locis & potentiam Dei infinitam & ſapientiam pariter infinitam depraedicare. Num vero iis adpoſite vindicetur ſanus Origenis ſenſus erga Omnipotentiam a Theophilo & aliis, quos adduximus, perantiquis juxta ac infenſiſſimis ſibi hoſtibus, judicent Eruditi.

(*p*) Conf. *Athanaſ.* l. 3. contr Arianos.

(*q*) In expoſitione Deuteron. 29. 13.

(*r*) Conf. *Petrus Alphonſus*, ex Judaeo Chriſtianus, in dialogis tit. 1. ap. *Bibl. PP.* Lugdun. tom. 21. *Galat.* de arcan. cath. verit. l. 9. c. 1. *Raymundus Martinus* in pugione fidei par. 2. c. 15.. cum obſervat. *Joſephi de Voiſin*, laudatus *Bartoloccius* in Bibl. Rabbin. ubi de Deo Rabbinico §. 11.

(*s*) Introd. ad Theol. lib. 3. cap. 4. p. m. 1117.

(*t*) Lib. 5. Theologiae Chriſtianae ap. *Marten.* in novo Theſauro Anecdoctor. tom. 5. p. m. 1360. ſub. fin.

(*u*) Ap. *Amboeſium.* in apolog. praefat. pro Abaelardo, hujus operibus praefixa.

(*x*) In Epiſt. xx. quae eſt Abaelardi Apologia ſeu confeſſio.

Ipſi vulgo adtribuitur haëc theſis, *quod Pater ſit plena potentia, Filius quaedam potentia; Spiritus ſanctus nulla potentia* (y). Hanc vero ſibi per malitiam impoſitam fuiſſe vehementer conqueritur Petrus; ſubditque, *quae* (verba) *ſi quis in meis reperiat ſcriptis, non ſolum me haereticum, verum etiam haereſiarcham profiteor* (z) (*).

IX. *Valdenſes Cathari Lugdunenſes*, qui, Authore *Petro Valdone*, ſive Lugdunenſi, emerſiſſe fuëruntur an. circ. 1160. vel aliquanto ſerius, docuerunt, propterea Deum non eſſe Omnipotentem, quod bona ejus in creaturas voluntas a maligno ipſius hoſte impediatur (a).

X. *Guilielmus Arvernus*, Epiſcopus Pariſienſis, clarus Theologus, Philoſophus,& Mathematicus, qui vitam degebat an. 1240., ita fatur (b) *dico igitur, quia nec plures, ſive finiti, ſive infiniti eſſent Mundi, creare potuit* (Deus), *nec adhuc poteſt, & hoc non ex defectu qui ſit apud ipſum, vel ex parte ipſius, ſed magis ex parte Mundorum, qui plures eſſe non poſſunt*. Hoc effatum dixit erroneum *Petavius* (c), ſi mentem vero Guilielmi introſpicimus, eo parum aut nihil Omnipotentiae laeſiſſe dotem fere dixerim (**).

XI. *Anonymus* in Gallia tenuit, quod Deus nequeat concedere immortalitatem & incorruptionem rei corruptibili vel mortali. Eum errorem

(y) Ap. *Amboeſianam* apol. (z) Ap. laudat. confeſſion.

ADNOTATIO.

(*) Hinc corrigendi ſunt tanquam minus exacte & critice loquuti, qui abſque ulla haeſitatione tam horrendam blaſphemiam Abaelardo, ſeu Arnaldo Brixienſi, tanquam a Magiſtro deſumptam adipinxerunt, e. c. *Caſtro*, *Prateolus*, *Roſcius*, *Berninus*, *Sianda*, ubi de Petri & Arnaldi erroribus.

(a) Ap. *Reinerum* in Comment. contra Valdenſes cap. 6. ap. *Bibl. Max.* Lugdun. Vet. PP. t. 25. p. m. 207. quem exſcripſerunt *Nat. Al.* ad Sec. XII. c. IV. & Cl. V. *Thom. Aug. Ricchinius* in diſſert. I. de Catharis, Ven. Monetae Operibus praefixa, cap. 4. §. 6.

(b) In prima parte de Univerſo part. 1, cap. 16. p. m. 578. edit Venetae 1591.

(c) Theol. dogm. t. 1. l. 5. c. 5. §. 5.

ADNOTATIO.

(**) Laudatus idem Petavius vehementi cum admiratione excepit, quam perſcriptimus, Guilielmi propoſitionem: *mirum plane eſt*, inquit ille, *eum ita ſenſiſſe ac ſcripſiſſe ... quum aliquot ante annis, nempe Chriſti anno* CIↃCCXXVII. *Stephanus ejuſdem Pariſienſis Urbis Epiſcopus excommunicationis ſententiam in eos dixerit, qui adſererent, quod prima cauſſa non poſſet plures mundos facere* &c. *ex tom. 4. Bibl. PP. col.* 917. Ceterum pari cum admiratione poſſet quis excipere anachroniſmum, cui innixam videmus eruditiſſimi Authoris admirationem. Equidem Stephanus ille nec ante Guilielmum floruit, *nec aliquot ante annis*, ſed aliquot poſt annis anathema illud fulminavit. Namque Guilielmus III. dictus Arvernus, Pariſienſis Antiſtes renuntiatus an. 1228. fato functus eſt an. 1248. Ap. *Galliam Chriſtianam* a PP. Maurinis editam 1744. tom. 7. p. m. 97. & 99. eique deinceps, poſt Galterium II. & Reginaldum III. ſucceſſit Stephanus II. cognomento Tempier, qui an. 1268. creatus eſt Pontifex, & an. 1277. praefatum articulum cum pluribus aliis proſcripſit, & an. demum 1279. vitam cum morte mutavit, ap. eoſdem *Authores* ibid. p. m. 109. & 113.

Erravit itaque Guilielmus priuſquam ullius Praedeceſſoris anathema cavendum ſibi erroris ſcopulum praemonſtraret: atque adeo, mea quidem opinione, non ita mirum eſt, inculpate ipſum in errorem incidiſſe.

rem inter alios damnavit Stephanus Tempier Parisiensis Antistites, an. 1270. (*d*)

XII. *Anonymi* plures Philosophi in Scholis Parisiensibus nonnullos sub idem tempus defenderunt errores in Omnipotentiam, ajentes impie, eos notos ac veros esse secundum Philosophiam, non autem secundum fidem catholicam. E. c. quod Deus non sit infinitae virtutis in actione; quod nequeat plures animas in numero facere, aut plures mundos creare; quod nequeat esse caussa novi facti, vel aliquid de novo producere; quod nequeat individua multiplicare sub una specie sine materia &c. Eos itidem cum aliis permultis novo decreto perstrinxit idem Tempierius an. 1276. vel 1277. (*e*)

XII. *Joannes VVicleffus*, Presbyter Anglus, damnatae memoriae nomen, extinctus an. 1384., revocatum ab Abaelardo errorem innovavit, inquiens (*f*) *quod Omnipotentia Dei & ejus actualis creatio coaequatur & inde est Deus Omnipotens, quia omne possibile producit ... concedens, quia nihil est producibile nisi quod est*. Et alias dixerat (*g*) *non potest Deus aliter rem facere, quam ut fecit, vel facturus est*; quoniam opinione sua (*h*) Deus necessitate absoluta & nulla libertate operatur. Addit insuper Haeresiarches, *quod Deus nihil potest adnihilare, nec mundum majorare aut minorare* (*i*) hoc est aut meliorem reddere aut deteriorem: tum etiam, *animas usque ad certum numerum creare poterit; & non ultra*: denique *Deus non est alicujus potentiae intensivae* (*k*) (*).

XIII. *Ekardus*, vel *Echardus*, Teutonicus Ord. Praed. sub Seculum XIV. docuit, non potuisse Deum producere mundum antea, quam eum produxit. Hunc & alios errores, quos Author meliora sapiens de-

 misse

(*d*) Ap. *Bibl. Max.* Lugdun. Vet. PP. tom. 25. p. m. 330.

(*e*) Ex laudata *Bibl.* & *D' Argentraeo* in judic. nov. error. t. 1. a p. m. 175.

(*f*) In Trialogo l. 1. c. 11.

(*g*) Ap. *Valdens.* in doctrinali fidei l. 1. art. 1. c. 21. n. 11.

(*h*) Ap. *Vazq.* 1. p. disp. 106. cap. 3.

(*i*) Haec ejus conclusio 155. ap. laud. *Valdens* c. 17. n. .

(k) Hos postremos recensuit *VVillhelmus VVodfort*, ac edidit *Orthuinus Gratius*, exscripsitque *D. Argentr.* in collect. judic. t. 1. ubi de errorib. VVicleſ. p. m. 34.

ADNOTATIO.

(*) FOrtasse nonnulli ex Veteribus Patribus VVicleffiano in Omnipotentiam errori videri possent patrocinari, quatenus censuerunt, Dei voluntatem esse potentiae mensuram, & cum voluntate potentiam adaequari. E. C. *Athenagoras* in l. de Resurrect. *Nyssen.* in lib. catechet. c. 1. *Clem. Alex.* in protrept. *Tertullian.* l. de carne Christi c. 3. *Hieron.* dial. 1. cont. Pelagianos, & in cap. 4. Daniel. *August.* in Enchir. c. 96. *Fulgentius* l. 3. ad Trasimundum, & l. 1. ad Monimum c. 12. *Damascen.* de fide orth. l. 1. c. 18. *Alcuin.* l. 2. de Trinit. c. 13. Ceterum ex iis nullus libertatem Deo in volendo & operando denegavit, uti VVicleffus, qui ex ea, quam sibi finxit, in Deo necessitate errorem subintulit in potentiam. Itaque Patres illi in sano & catholico sensu loquuti sunt, quemadmodum eos strenue ac expedite vindicat *Petavius* dogm. theol. l. 5. c. 6. qui consulatur. Conf. etiam *Valdens.* cit. l. 1. art. 1. c. 10. & sqq., ubi & eum errorem, quem Lollardis etiam haereticis decretorie imputat, latissime confutat, petitis testimoniis ex Scripturis, Patribus & Scholasticis.

miſſe revocavit, proſcripſit Joannes P. XXII. Conſt. *Dolenter referimus*. dat. an. 1329. (*l*)

XIV. *Joannes Huſſus* & *Hieronymus de Praga*, Conſtantiae ob ſuas haereſes comburio plexi an. 1416., errori in Omnipotentiam, ſicut & ceteris a Wicleffo traditis mordicus adhaeſiſſe vulgo feruntur (*m*).

XV. *Joannes Calvinus*, nonnullorum opinione, iis adcenſendus, qui Deum nihil poſſe amplius adſerunt, quam quod fecit, futurumve decrevit & in Ss. ſcripturis pronuntiavit; dixit enim (*n*) *commentum illud de abſoluta potentia Dei, exſecranda blaſphemia eſt*; & (*o*) *non temere ſolum & inutiliter, ſed etiam periculoſe diſputatur quid ſit Deo poſſibile, niſi ſimul occurrat quid ipſe velit*; & (*p*) *ſane Omnipotentiam ſibi vendicat ac deferri a nobis vult Deus, non qualem ſophiſtae fingunt, inanem —, otioſam & fere ſopitam; ſed vigilem, efficacem, operoſam & quae in continuo actu verſetur* (*q*).

XVI. *Theodorus Beza*, Burgundus, patria Veſelius, qui Genevae Magiſtri Calvini ſucceſſor animam egit an. 1603. 13. Octobr., c nſuit, Deum non eſſe Omnipotentem, niſi peccati cujuslibet Author ſit, impulſor, atque operator (*r*).

XVII. *Sociniani* nonnulli Dei Omnipotentiam variis hypotheſibus, nec item Wicleffiana praetermiſſa, labefactare adgreſſi ſunt (*s*). Quibus magnopere favet *VVorſtius* (*t*).

XVIII. *Thomas Hobbeſius* peſſime ſenſiſſe fertur de divina Omnipotentia (*u*)

Demum nec defuerunt, qui de Aeternitate Dei vel etheroclita, vel adverſa fidei ſenſa protulerint. Siquidem, ut miſſos faciam caecos illos Idololatras ethnicos, qui temporaneos ſibi Deos fingebant, Saturnum quidem ſeniorem, reliquos vero juniores, quos *Tertull.* (*x*) exagitat,

I. *Ethnici Philoſophi* vulgo admiſerunt cum *Platone* (*y*) materiam Deo coaeternam, ex qua cetera fierent; illo nempe ducti axiomate, *ex nihilo nihil fit* (*z*).

Huic ſententiae ſubſcripſiſſe feruntur *Hermas* (*a*) *Seleuciani* (*b*) recentio-

(*l*) Extat ap. *D' Argentr.* in collectione judiciorum tom. 1. p. m. 312.

(*m*) Ap. *Haereſeologos* cum *Prateolo*, & *Gaultero*.

(*n*) In Iſai. c. 23. 9.

(*o*) In Harmon. in Luc. 1. 37.

(*p*) Inſt. l. 1. c. 16. §. 3.

(*q*) Ita ex iis, aliiſque paribus Calvini dictis rem aperte concludere videntur plurimi cum *Valent.* in 1. p. q. 25. punc. 3. §. *Eſt autem*, & laudato *Gaulter.* in tab. chron. in collect. error. Sec. XVI. ubi de Calvino, errore 20. & in Anatome Calvin. p. 1. dilem. 64. *Petavius* autem Haereſiarchen in dogm. theol. l. 5. c. 6. §. 17. in ſenſum minus erroneum & abſurdum flectere conatur.

(*r*) Conf. *Elorim. Rem.* de haer. l. 8. c. 17. & laud. *Gault.* ubi de Beza & Bezanitis.

(*s*) Teſtatur *Calovius* in ſcriptis Anti-Socinianis parte 2. tom. 2. p. m. 49.

(*t*) In notis ad diſput. 3. ap. laud. *Gaulter.* ad Sec. XVII. p. m. 833.

(*u*) In Elementis de Cive cap. 15. §. 4. & alias, ap. *Cudvvorth.* in Syſtem. int. tom. 2. p. m. 800. ſub fin.

(*x*) In l. contra Hermogenem.

(*y*) Ap. *Jacob. Bruckerum* Hiſt. crit. Philoſ. tom. 1. p. m. 676. edition. Lipſienſis 1742.

(*z*) Conf. *Theodoret.* haeret. fab. l. 5. c. 3. ſub. init.

(*a*) Ap. *Prateol.* in Herma.

(*b*) Ap. *Aug.* de haer. c. 59.

centiores *Philoſophi Pariſienſes*, quorum errores proſcripſit mox laud. Tempierius decreto dato an. 1277. (*c*) *Ekardus*, de quo nuper (*d*). *Hermannus Riſvich*, Batavus, propter relapſum in haereſes vivicomburio plexus an. 1512 (*e*).

II. *Ariſtoteles*, *Epicurus* & alii ex ipſis Ethnicis voluerunt, mundum ab aeterno extitiſſe (*f*). His adhaeſit *Proclus* (*g*); necnon *Origenes* (*h*) ac praeterea *Albanenſes* (*i*) (*).

III. *Hermogenes*, a quo *Hermogeniani*, a Chriſtianis ad Stoicos Philoſophos converſus an. Chriſt. circ. 160. docuit in Africa, quod materia ſit ingenita, infecta, Deoque coaeterna, ex qua nempe Dominus omnia poſtea fecerit (*k*). Huic adjicere licet *Manichaeos* (*l*).

IV. *Abaelardus*, alias productus, vulgo adcuſatur, quod pugnarit,

 aliquid

(*c*) Art. VI. & XI.

(*d*) Ex *Joan.* XXII. Conſt. *Dolenter referimus.* art. 1. & 3.

(*e*) Ap. laud. *Prateol.* in Herman. Riſvich.

(*f*) Sic de Ariſtotele laudat. *Brucker.* p. 817. ac de Epicuro p. 1260.

(*g*) Ap. *Philoponum* de Mundi aeternitate argum. 3.

(*h*) Ex *Methodio* ap. *Photium* in Biblioth. cod. 235. p. m. 934. & ex *Huet.* in Origenianis l. 2. q. 12. p. m. 167.

(*i*) Ap. *Lutzemb.* in Albanenſib. *Prateol.* etiam in Albanenſibus, & *Caſtrum* art. *Mundus*.

ADNOTATIONES.

(*) I. INter eos, qui mundum aeternum, & qui aeternam materiam ſtatuerunt, hoc intereſt, quod illi plerumque mundum a Deo creatum eſſe cogitarunt, cum *Ariſtotele*; iſti vero cum *Hermogene* materiam a Deo prorſus independentem voluerunt. Conf. *Cudvvorth.* in Syſt. intel. tom. 1. c. 3. §. 17. p. m. 15. Ex illis autem prioribus excipe nonnullos recentiores, quos *Author* Opuſculi ad Theophilum, quod legitur in tom. 2. Operum S. Atanaſii l. 6. hoc percutit anathemate, *vae vobis, qui hunc mundum a ſemetipſo ſemper coaeternum Deo fuiſſe adſcribitis, ut a Deo factum eſſe negetis*: ex poſterioribus vero demas, oportet, Origenem, qui, teſte *Huetio* proxime laudato in Origenian. p. m. 165. materiam quidem aeternam voluit; ſed quam tamen procreaverit Deus.

II. Conſtat apud Eruditos, *Epicureos* quoddam admiſiſſe, valideque propugnaſſe vacuum vel ſpatium Deo coaeternum; de natura tamen ejus vacui, an videlicet iſtud reponerent in ſubſtantia, vel in adcidenti; an in poſitivo vel in privativo, acerrima eſt hodieque lis apud Doctos; quidquid pridem de eo diſputaverint *Conimbricenſes* in l. 4. Phyſicor c. 5. art. 2. *Gaſſendus* in tom. 1. Philoſ. Epicuri p. m. 605. *Aguirrius* in Theol. Anſelmiana tom. 1. tr. 3. diſp. 42. num. 26. *Saguenſius* de divinis perfectionibus tom. 1. diſp. 6. art. 2.; ac deinde Gaſſendi Carteſii, Leibnitii, & Neuvvtoni Scholae.

Ceterum tot ea Quaeſtio difficultatibus implicatur, ut ſatius ſit eam penitus indefinitam relinquere; ſicuti merito arbitrati ſunt *Cudvvorthus* tom. 2. de Syſt. intel. c. 5. ſect. 3. a §. 1. p. m. 1006. ac *Bruckerus* in hiſt. critica Philoſ. tom. 1. par. 2. l. 2. c. 13. §. 11. ubi de Phyſice ſectae Epicureae, num. 6. quibus & nos quidem lubenter adſentimur, quidquid ens aliquod poſitivum, ſummo Numini coaeternum, ſub Epicureo dogmate forte lateat.

(*k*) Conf. *Tertull.* l. contra Hermogenem; *Theodor.* haer. fab. l. 1. c. 19. *Lactant.* l. 2. divinar. inſtitution. c. 19.

(*l*) Ex *Auguſtin.* haer. 46.

aliquid aliud eſſe aeternum praeter Deum. Quin etiam ipſum errorem a Magiſtro adoptaſſe *Arnaldus* Brixienſis paſſim adſeritur (*).

V. *VVicleffus* cenſuit, creaturas ab aeterno habere aliquod eſſe reale diſtinctum ab eſſe Dei (*l*).

VI. *Palamitae* videntur propugnaſſe, aliquid a Deo reipſa diſtinctum, ac increatum, antecedenti aeternitate donatum fuiſſe (*m*).

VII. *Socinus* haec ſcripſit (*n*) *tempus aeternum eſt, quidquid Theologi contra diſputent. Nec vero in mundi creatione, ut ipſi arbitrantur, tempus primum extitit, ſed tantummodo temporis menſura quaedam.*

VIII. *Sociniani* alii *Tournelio* (*o*) ſenſiſſe videntur, Dei aeternitatem ſucceſſioni, atque variis temporum differentiis obnoxiam eſſe. Hiſque adeſſit *VVorſtius*, ſic effatus (*p*) *fateor, non ſemel a me ſcriptum eſſe (ſi non quoad verba, ſaltem quoad ſenſum) aeternitatem Dei non eſſe (prout vulgo Scholaſtici putant) omnino individuam & totam ſimul praeſentem, ſed in ea dari ſucceſſionem praeſentis, praeteriti & futuri.*

IX. *Auguſtinus Steuchus*, Engubinus, qui magno probitatis ac doctrinae nomine clarebat ſub an. 1543., adcuſatur a *Pererio* (*q*) *Poſſevino* (*r*) *Petavio* (*s*) quod aliquid praeter Deum confinxerit Deo coaeternum, nempe Coelum Empyreum, quod beandis Angelis & hominibus ſitum dixit (*t*) in quadam aeterna claritate, a Deo emanante; ſubdens

ADNOTATIO.

(*) FOrtaſſe primus omnium *Prateolus* in Petro Abaelardo, & in Arnaldo, quem alii exſcripſerunt, cum *Gaulterio* Sec. XII. in collect. error. c. 6. & 7., hunc Abaelardo, Arnaldoque errorem adipinxit. Prateolus vero nullum, ex quo rem ſigillatim deprompſerit, Authorem laudat, nec ego plane quem laudare poſſet, hucuſque reperi. Porro in laudatis *Amboeſii* Apologia & *Abaelardi* confeſſione altum de eo errore ſilentium; tum in *Martenio*, quem nuper adtulimus, in Praefatione, qua fuſe de Errone Abaelardo diſſerit, & in *D'Argentraeo* in collect. judic. t. 1. p. m. 21. ubi de Abaelardi & p. 27. ubi de Arnaldi erroribus ſermonem inſtituit.

Idem Prateolus in Arnaldiſtis adſeverat, quod in Concilio Lateranenſi II. inchoato 8. April. an 1139, Arnaldus cum Abaelardo damnatus fuerit. Ceterum haec damnatio Conciliographos univerſos penitus fugit. Nihil iſti propemodum de Abaelardo ubi laudatum Concilium verſant; ut ſignanter videre licet ap. *Binium*, *Labbeum*, *Harduinum*; ac de Arnaldo id unum adnotatur a *Binio* ex *Ottone Friſing.* de geſtis Frederici l. 1. c. 27. ad an. 1139. *Romanus ergo Pontifex* (Innocentius II.) *ne perniciosum dogma ad plures ſerperet, imponendum viro ſilentium decernit: ſicque factum eſt.*

(*l*) Conf. *Valdenſis* in doctrinali fid. antiq. tom. 1. l. 1. tit. 1. c. 8.

(*m*) Ex iis, quae de Palamitis fuſe diſſeruimus in Proluſione de Erronibus in Dei Eſſentiam, quae recolas.

(*n*) In praelect. Theolog. cap. 8. pag. 15. ap. *Calov.* in ſcriptis Anti-Socinianis t. 2. par. 2. ubi de Dei aeternit. p. m. 48.

(*o*) In praelect. de Deo q. 9. p. m. 471.

(*p*) In Apologetica Exegeſi c. 12. ap. laud *Gault.* ad Sec. XVII. p. m. 334.

(*q*) Comment. in Geneſ. l. 1. in Geneſ. 1. 1.

(*r*) Adp. ſacro in Aug. Steucho.

(*s*) Theol. dogm. t. 1. l. 3. c. 5. n. 3.

(*t*) In Coſmopoeia p. 29. edit. Gryph.

dens insuper, Empyreum Coelum, si in ea claritate consistat, semper ipsum ab aeternitate fuisse. (*)

His tandem praemissis Criticae Eruditionis ergo, ad Dogmatico-Scholasticas Quaestiones ex more nostro descendimus.

QUAESTIONES DOGM.SCHOL.

88 QUAESTIO I. Quid differendum de *Simplicitate* Dei? ADSERO I. Est ratio, qua Deus sibi vendicat omnem actualitatem sine ulla reali compositione (*u*) Quia (*x*) tres Personae dicuntur esse *Natura simplex omnino*. Etenim si Deus haberet partes, istae essent necessariae, & a se, adeoque plura entia necessaria, & plures Dii; quod absit (*y*). Hanc doctrinam fide certam, exponunt *Scripturae*, e. g. *Joan.* 4. 24. & 2. *Cor.* 3. 17. Tum *PP.* cum *Orig.* (*z*) *Nazian.* (*a*) *Aug.* (*b*) *Damasc.* (*c*) (*d*) Adcinit ulterius sancto Dogmati Ratio; nam quod maxime Unum est, id simplicissimum est: tum quod est compositum, imperfectum est, immo resolvi ac interire potest: quae Deo repugnant.

89 Quin etiam *Aristot.* (*e*) ex infinita primi motoris virtute ejusdem indivisibilitatem colligit. Tum alii ex Ethnicis adsertam Deo simplicitatem praedicarunt: e. g. *Plotinus* (*f*) *Maximus Tyrius* (*g*) *Simplicius* (*h*) *Tullius* (*i*) II. Nec divinae Simplicitati repugnat compositio virtualis, orta ex distinctione virtuali maxima (*k*), nec formalis ex genere, & differentia (*l*) Non 1.; quia sicut distinctio virtualis non pugnat cum identitate reali, ita nec compositio virtualis cum reali simplicitate. Non 2.; quia illa nihil aliud dicit, quam quod Deus a nobis definiatur (*m*). Secus tamen alii censent cum *Petav.* (*n*) & *Juenino* (*o*).

OBJECTIONES.

90 Obj. *primo* contra II. Adst. quoad primam partem. Deus Cap. *Firmiter* dicitur *Simplex omnino*: ergo etiam compositionem virtualem excludit. *Secundo* identitas, qua Natura divina, & tres Personae sunt realiter unum, non est ratio compositionis realis inter ipsas: ergo nec iden-

ADNOTATIO.

(*) MUltis excusari potest sanus Eugubini sensus in adserta thesi; ex eo praesertim, quod in eadem Cosmopoeia sub init. ita probat, nihil prorsus potuisse praeter Deum ab aeterno consistere, *ubi est aeternitas, semper item est existendi vigor ac potestas, quae sola in Deo est; & tanta est haec divinitas & potestas, ut alteri etiam ab ipso Deo non possit conferri*. Pluribus forte vindicari possit eruditissimus vir ex postmodum adserendis Parte II. in Prolusione de Erronibus in ordinaria Receptacula, ubi de Coelo Empyreo. Conf. interea *Bertius* l. 2. cap. 5. ante prop. 1.

(*u*) *Herinx* p. 1. d. 3. n. 15.
(*x*) Cap. *Firmiter* de Sancta Trin.
(*y*) V. *Herinx* cit. *Amic.* heic d. 5.
(*z*) L. 1. de principiis c. 1.
(*a*) Orat. 34.
(*b*) L. 12. de Trin. c. 7. & alibi.
(*c*) L. 1. orthod. fid. c. 4.
(*d*) V. *D. Th.* heic q. 3. ar. 7. & *Petav.* l. 2. c. 1. & sqq.
(*e*) VIII. Physic. c. 10.
(*f*) Ennead. l. 6. c. 4.
(*g*) Differt. 1. & 38.
(*h*) In Comment. ad Apictet.
(*i*) L. de Academic. qq. & alias ap. *Augustin.* 22. de. Civ. c. 20.
(*k*) Contra Mun. d. 15. n. 20.
(*l*) *Suar.* l. 1. c. 4. *Mun.* heic n. 27. cum *Lumbier* contra Amic. &c.
(*m*) V. *Suar.* cit.
(*n*) De Deo l. 2. c. 5.
(*o*) Par. 1. diss. 4. c. 3.

ideptitas virtualiter diſtinctorum, eſt ratio compoſitionis virtualis inter. Et aliunde nec alia occurrit formalis Dei perfectio, cui innitatur, compoſitio Deo virtualiter adtributa.

90 R. Ad *primum τό omnino* ſolam excludit compoſitionem realem, ſummae ſimplicitati oppoſitam. Ad *ſecundum N. Con.*; quia compoſitio realis pugnat omnino cum identitate, non virtualis, quae nequit eſſe virtualiter adunatio diſtinctorum, niſi ratione identitatis ipſorum.

91 Obj. *tertio* contra ſecundam partem. Ex D. Aug. (*p*) *Summus Spiritus . . . . . nulla definitione poteſt proprie definiri*; ac D. Damaſc. (*q*) ipſum demonſtrat indefinibilem. *Quarto* Genus, & differentia ſeſe mutuo excludunt, & ſunt partes, ex quibus reſultat totum definitionis; ſed repugnat Deo perfectio perfectionem excludens, cum quaelibet quamlibet formaliter imbibat; ſimulque pars alicujus totius: ergo.

92 R. Ad *tertium*, PP. illi loquuntur de definitione aptiſſima, qua plene noſcamus, & fere comprehendamus Dei naturam, quae plane repugnat. Ad *Quartum*, haec omnia ſe habent tantum ex noſtro imperfecto modo concipiendi, & praeſcindendi formaliter explicite perfectiones, mutuo implicite imbibitas ſecum ipſis: ex quo vel ne quidem umbra imperfectionis Dei Simplicitati adcedit.

93 QUAESTIO II. Quid de *Omnipotentia*? ADSERO I. Eſt ratio, qua Deus poteſt ex nihilo omnia producere, ideſt quae ſecundum ſe talia ſunt, ut fieri poſſint (*r*). Quum enim ſit prima Cauſſa, cetera a ſe diſtincta debet poſſe producere. Docent *Scripturae*, e. g. *Gen.* 17. 1. *Jerem.* 32. 17. *Marc.* 14. 23. & 2. *Machab.* 2. 18. *Eſth.* 13. 12. *Job.* 42. 2. *Eccleſ.* 1. 8. *Matt.* 19. 26. Tum *PP.* cum *Cyril.* (*s*) *Nyſſen.* (*t*) *Tert.* (*u*) *Aug.* (*x*) Quibus addito *C. Later.* (*y*) *C. Remenſe*, quod errores Abaelardi proſcripſit, & IV. *Symbola*, quae recitamus. Hoc Adtributum pererudite exponit ac illuſtrat *Petav.* (*z*) II. Terminus, ad quem eſt Omnipotentia, ſunt omnia extra Deum poſſibilia, non vero impoſſibilia: quod eſt connecti Deum cum illorum poſſibilitate, & cum impoſſibilitate iſtorum. III. Nequit Deus efficere ut praeterita non fuerint, ex ſuppoſitione quod fuerint (*a*). Sic enim fuiſſent, & non fuiſſent. IV. Nequit hoc Adtributum communicari creaturae, implicat enim hanc agere ex virtute propria, a Deo non adcepta (*b*).

94 Porro opera Dei ſunt divinae Omnipotentiae clariſſima documenta. Et quidem Sophiſtae ethnici hoc ipſo argumento Deum Omnipotentem eſſe intellexerunt. Sic apud *Homerum*, *Dii omnia poſſunt*; apud *Euripidem* (*c*) *omnia diis ſunt facilia*; apud *Callimachum* (*d*) *ſi Deum noſti, ſcito, illum poſſe omnia facere*; apud *Epicharmum* Poëtam Siculum, *impoſſibile autem nihil eſt Deo*; tandem apud *Naſonem* (*e*). *Nil*

(*p*) De cognit. verae vitae c. 7.
(*q*) L. 1. de fid. c. 4.
(*r*) *Beccanus* heic tr. 1. c. 17.
(*s*) Catech. 8.
(*t*) L. 1. contra Eunom.
(*u*) De Reſur. carn. c. 11.
(*x*) De fid. & ſymbolo c. 2.
(*y*) Cap. *Firmiter.*
(*z*) L. 5. de Deo c. 5. & ſqq.
(*a*) *D. Th.* q. 25. a. 4. *Bec.* cit. c. 17. q. 5. cum *Aug. Anſ. Hieron.*
(*b*) *Borru.* d. 8. ſ. 3. De iis fuſius infra Par. II. Tr. I. L. I. C. I.
(*c*) In Phoeniſſis.
(*d*) Ex *Plutarch.* l. 1. de Placitis Philoſ. c. 7.
(*e*) L. 4. de Triſtibus.

Nil ita ſublime eſt, ſupraque pericula tendit.
Non ſit ut inferius, ſuppoſitumque Deo.

Subjectis tandem ſacrae Antiquitatis monumentis ſancta veritas illuſtratur.

E RE LAPIDARIA.

I. ✠ HIC REQVIESCIT IN PACE B. M. HO
NORATA CLARISSIMA ET P. F. CONIVNX * TZITTANI COM. ET TRIB. QVAE VIXIT
IN HOC SAEC. ANN. XL. DEPOS. EST
SVB D. KAL. FEBR. IND. PRIM. * IMP. ET CONS. D. N. IVSTINO PP. AVG. ANNO
TERTIO ✠ ✠ ✠

* *Conjux.*

* *Indictione prima.*

ROGO TE PER DM. OMNP. * ET IHM. X... NAZARE
NVM NE ME TANGAS NEC SEPVLCRVM MEVM VIOLIS *
NAM ANTE TRIBVNAL AETERNI IVDICIS MECVM CAV
SAM DICIS ✠ ☧ ☧ ✠

* *Deum Omnipotentem.*

* *violes.*

An. Ch. 568.

Albingauni apud Peloſios, teſte laud. Murat. p. 429. 2. *ex Gaſpare Beretta.*

Dat Lapis inſculpta Dogmata de Deo Omnipotente, de ejus Filio Jeſu Chriſto, de certo ſingulorum hominum Judicio ante tribunal aeterni Judicis Chriſti Domini.

Habes in antepenultima linea formulam ſatis uſitatam apud alios chriſtianos Lapides, & quam legeras in Titulo Claſſis V. n. 4. p. 62. Eam profanam quoad ſenſum, & ex gentilium ſchola profectam judicat *Mazoch.* in epiſt. de Hilari Epigrammate p. 22. Sed ei tamen refragatur ardenter *Zachar.* in laud. diſſ. p. 347. Et merito quidem. Nam licet hanc phraſim, apud Paganos plane quoad ſenſum profanam & ethnicam, ab eiſdem deſumpſerint Chriſtiani, indubium mihi eſt eam apud iſtos obtinuiſſe in ſenſu catholico, immo ab eiſdem pie conſecratam fuiſſe; quemadmodum de millenis e Paganiſmo ad Chriſti cultorum mores uſumque traductis late diſputat *Marangon.* in comment. de reb. paganis ad uſum & ornat. Eccleſ. traductis, quem conſulas.

Haec primum adparet in Tabulis noſtris *Indictio*; eaque *prima* notatur ſub Calendis Februariis anni Ch. 568. quo decurrebat annus *tertius* Imperii Juſtini II. Auguſti, ex communi Chronologorum calculo, cum *Petav.* in Succeſſionibus Imp. Orient. in Juſtino II. Id ipſum definiit eo loci *Murat.* Cur autem haec prima Indictio congruat anno

tertio

tertio Imperii Juſtini II., non vero I, qui regnare coepit an. Chr. 518., probe noverint Eruditi in re Chronologica.

Qui pluribus edoceri cupias circa *Indictionis* naturam, multiplicitatem, originem, uſum, adeas *Baron.* ad an. 312. a n. 103 *Joſ. Scal.* de emend. temp. l. 5. cap. de Indict. *Pag. ſenior.* in diſs. hypat. par. 2. c. 2. *Ducang.* in Gloſſar. art. *Indictio.* & *Mabill.* de re Dipl. l. 2. c. 24. a §. 1.

2

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
.....
.....QVI HAEREDITATE HVIVS
LOCI DESTRVENDO VENDERE VEL COM
PARARE AVSVS FVERIT OMNIPOTENTIS DI MALEDICTIONEM IN CORPORE
SVO SVISQVE REBVS HABEAT .....

Romae in columna coemeterii S. Saturnini. Integram Inſcriptionem recitat Murat. p. 1905. 5. *ex Margarino.*

Fortaſſis ex caracterum forma conjici poſſit, Decretum iſtud donationis, Templo S. Paulli Apoſtoli factae, ſpectare ad Leonem P. III., qui ſedit ab an. 795.

3

OMNIPOTENTI. DEO. MITHRAE
APPIVS. CLAVDIVS. TERRONIVS. DEXTER
V. C. DEDICAVIT

Neapoli extra urbem ap. Capac. hiſt. Neap. l. 1. *p.* 197.

E RE DIPLOMATICA

4 *...Igitur adjuro in nomine domini Dei omnipotentis, qui eſt omnium rerum Judex juſtus, ut præfata terra... anno ab incarnatione Chriſti DC.V. Indictione VI.* ✠

ATHELBERTUS Rex in Placito fundationis Cantuarienſis coenobii S. Auguſtini; quod quidem Edvvardus Rex Angliae ſuo cuidam Reſcripto inſeruit (ap. Collectores Monaſtici Anglicani t. 1. p. 23. ex *MSS. Biblioth. Cottonianae*).

Hic ille Cantiae Rex piiſſimus, quem S. Auguſtinus totius Britanniae Apoſtolus primum omnium ad Chriſti fidem traduxit.

5 *Rex Anglorum Athelbertus miſericordia omnipotentis Dei catholicus, omnibus ſuæ gentis fidelibus, & adventum gloriæ magni Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti...*

ATHELBERTUS idem in altero Placito dotationis ejuſdem coenobii, inſer-

inſerto pariter, ut videtur, eidem Edvvardi Regis Diplomati (ibid p. 24. ex eadem *Biblioth.*)

Profecto bina haec documenta, ſi legitima ſint, ſancti dogmatis Traditionem eximie comprobaverint. At perdoctis tamen Criticis ea non uno titulo, falſitatis aut interpolationis ſuſpecta ſunt. Principio enim ex iis alterum praefert Epocham Incarnationis Dominicae, a *Dionyſio*, *Exigno* ſub an. circ. 500. inſtitutam, ſed quae tamen in ulla conſimili charta ante Seculum VIII. forte nuſpiam adparet. Ipſum deinde indictionem notat, cujus uſus apud Anglos recentius obtinuiſſe cenſetur. Tandem hae ac ſimiles, quae vulgo circunferuntur, Athelberti Chartae, parvae ſunt aeſtimationis apud Recentes Criticos cum *Jo. Marsahamo* in Propylaeo ejuſdem Monaſtici, & *Spelmanno* de Conc. Britan. t. 1. ad an. 603, p. m. 125.

Nihilo tamen ſecius pro veroſimili adductorum Placitorum authentia, ſi otium eſſet, nonnihil differerem, ducibus *Alfordo* in Annal. britann, ad an. 604. & ſeqq. ac *Mabill.* de re dipl. l. 2. c. 27. §. 8. & alias, quos quidem interea conſuluiſſe iuvabit.

6 *Et ſi propter paganorum vel infidelium Chriſtianorum devaſtationem eiſdem Chriſti ſervitoribus penuria ultra modum ingruerit... Dei Omnipotentis & mei meorumque ſucceſſorum habeant licentiam...*

DAGOBERTUS I. Francorum Rex in Diplomate Dotationis coenobii S. Maximini, ſubſcripto an. XII. ſui regni, videlicet, ex veroſimili conjectura, an. 633. ſub fin. (ap *Papebroch.* t. 2. April in Propylaeo antiquario par. 1. c. 2. pag. v. ex *Zylleſio* & Mſs. *VViltheimii*, qui exſcripſerant ex archetypo apud archivum ejuſdem Imperialis coeno-bii a Dagoberto dotati.)

Porro Papebrochius indubitatam adpellat & probat hujuſce Chartae legitimitatem: immo ut demonſtret ſuppoſititiam Chartam alteram Horreenſem, quam ut germanam pro aris & focis defenderat *Maſenius* in adnotat. ad tom 1. Annal. Trevir. Brovveri, adnot. 13. a p. m. 606., Diploma noſtrum tanquam normam pro diſcernendis id genus Diplomatis veris a faſſis recitat, exponitque.

Contra vero *Mabillonius* de re dipl. lib. 3. cap. 1. a §. 1. Diploma ipſum in falſitatis ſuſpicionem vocat, & hanc inſuper pluribus promovere contendit; eo quidem graviſſime commotus, quod obiter ſtatuerit ibidem Papebr., in San-Dionyſiano prope Pariſios Monaſterio, & nullum extare hujus Dagoberti, tum ſubſequentium Francorum primae ſtirpis Regum originale Diploma, & pauca quae poſſint ſincera credi; id quod poſtea nonnulli Eruditi Galli ex profeſſo publicis Diſſertationibus oſtendere adniſi ſunt: ipſe ſiquidem Mabill. in laud. oomment. complures ejuſmodi Regum Chartas ex archivo San-Dionyſiani Monaſterii exſcriptas paſſim recitat, vel ut erutas ex autographis, vel ut indubitatas ac ſinceriſſimas.

Ego tamen litem inter eos primae magnitudinis Anteſignanos in re Diplomatica ſic dirimendam arbitror. In primis haud ita levibus ductus conjecturis differit Papebrochius, ut rem ſuam ſatis probabilem non efficiat: nec adeo gravioris ponderis ſunt momenta, quibus urget oppoſitum Mabillonius, ut illam probabilitatem omnino ſubruat. Utrumque in adlegatis locis ingenue conferas, & procul dubio mecum eris. Et ego quidem nuſquam adducar ut ſentiam, egregie hallucinatum fuiſſe Papebrochium, ubi pro praxi & norma regularum ad diſcernenda Diplomata vera a nothis, quas ipſe poſt *Conringium Heiderum* & *Marſhamum*, adcuratius quidem, ac luculentius tradidit, quaſque Literatorum reſpublica magno cum plauſu recepit, Diploma hoc Dagobertinum exhibuit.

Deinde id ipſum pari jure ſentiendum de Mabillonio comparate ad Diplomata Dionyſiana, & cetera, quae ut indubitata penituſque ſincera produxit in ſuo vere pererudito, & critico Commentario, tot ſolidis inſtructo canonibus, totque ſingularibus, praeſertim e Gente Francica, exemplis conferto. Porro multo potius, propiuſque licuit Mabillonio, quam Papebrochio, Mſs. Dionyſiana contrectare manibus, ſerio expendere, adcurate diſcutere, ad ſeveriorem criticen revocare. Fide igitur mihi dignior eſt, cui exempla tanquam ſincera ſuggerenti citius, tutiuſque credam.

E quibus tandem facile deduxeris, & Papebrochianum Diploma heic indicatum, & reliqua Mabiloniana alias adlata & in poſterum adferenda, tanquam totidem veriſimilia argumenta Inſtituto noſtro favere. Adde modeſtiſſimam Papebrochii epiſtolam Antuerpiae die 20. Julii an. 1683. ſubſcriptam ad Mabillonium, qua nempe illud ſuum dictum adverſus aeſtimationem ac meritum archivi San-Dionyſiani omnino revocat, & Mabillonianis opinionibus lubenter ſubſcribit. Profert Epiſtolam Mabillonius in ſua Praefat. in Supplementum librorum de re dipl.

Quid vero, reponis, ſi, ratione plurimum urgente, ſentiendum ſit cum pleriſque melioris notae Scriptoribus, qui vel generatim diplomaticorum fidem documentorum ſubvertunt, vel ea univerſim in ſuſpicionem vocant, vel ipſos demum canones genuina ab ſpuriis aut interpolatis diſcernendi vulgo adimiſſos, pro virili exſufflare contendunt; quales dixeris e. c. *Jordanum* in Critice ſuper Eſperoniana origine Francorum Regum ſtirpis, *Gerbertum* de origine Francorum, *Petitum* in Theodorianum Poenitentiale, *Germonium* de veteribus Regum Francorum diplom. *HicKeſium* in Theſauro literaturae ſeptentrionalis?

Ceterum ex iis aliſve ſimilibus nullum in praeſentia audiendum duximus: immo potius ad eos Lectorem remittendum Authores, quorum doctrina & authoritate fulti hanc provinciam adgreſſi ſumus; cujuſmodi ſunt e. c. laudati *Papebroch.* & *Mabillon*, tum *Marſhamus* in Propylaeo ad Monaſticon Anglicanum, *Ruinart.* de Eccl. Pariſ. vindicata adverſus Germonium, *Scipio Maffejus* in hiſt. diplom. *Godefridus* in Chron. Gotvvic., *Jo. Heumannus* de re diplom. *Marquardus Herrgott* in Genealogia diplomatica Aug. Gentis Habsburgicae, *Encyclopedia Gallica*

ca edit. 1759. t. 4. art. *Diplome & Diplomatique*, & *Murat.* in Antiquit. Italicis Medii aevi t. 3. diff. 34., videndus praeſertim in hanc rem ad pag. 33.

7 *Anno octavo regni Domni Dagoberti Regis, Indictione ſeptima, in nomine Dei Omnipotentis Patris & Filii & Spiritus-ſancti.*

PALLADIUS Antiſtes Autiſſiodorenſis in exordio Chartae pro fundatione monaſterii Sancti Juliani Autiſſiodorenſis, ſubſcriptae an. 634. (apud *Mabill.* de re dipl. l. 6. p. 465. ex archivis ejuſdem parthenonis.)

8 *... Qualiter pro labore, quæ in certaminis contemplatione deſudant, apud Omnipotentem Dominum mercedis commodum ferant ...*

AGIRARDUS Epiſcopus Carnutenſis in privilegio pro coenobio S. Mariae infra muros urbis cujuſdam ſecus Ligerim ſito, ſub an. 696. (ibid. p. 478. ex antographo San-Dionyſiano.)

9 *... Hanc libertatem monachis, qui in Eccleſia beatæ dei genetricis Mariæ, & beati Patricii, omnipotenti Deo, ſub Abbate Hemgislo famulantur ... anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo quarto.*

INA Rex VVeſtſaxonum in Privilegio celeberrimae Eccleſiae Glaſtonienſis conceſſo (apud *Collectores* Monaſtici Anglicani t. 1. p. 12. e vetuſtiſſimis Codicibus Mſs.)

10 *... Illud autem omnipotentis Dei & perpetuæ Virginis Mariæ, & beatorum Petri & Pauli & omnium interceſſione ſanctorum interdictione, interdico ne ... anno dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo viceſimo quinto ...*

INA idem in Charta fundationis Eccleſiae majoris in Glaſtonia. (ibid. p. 13.)

11 *Regnante imperpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto ac cuncta mundi jura juſto moderamine regenti. Ego Offa Rex Merciorum Regali proſapia Merciorum oriun-*

dus, atque omnipotentis Dei dispensatione ejusdem constitutus in Regem, considerans . . . anno Dominicæ incarnationis DCCLXIIII. indictione II.

Offa Rex in Placito Donationis factae Earduulfo Roffensis Ecclesiae in Cantia Episcopo (ibidem p. 28.)

Nec est quidem cur haec tria postrema documenta Anglicana cujuspiam suspicionis insimules, quod adeo ceteris gentibus anticipatam Dominicae Incarnationis praeferant notam, uti tacite contendere videtur *Marshamus* in laud. Propylaeo §. *Illa regum*, adserens nempe, Aeram Christianam vix tandem a Caroli Magni temporibus in usum veniisse.

In primis equidem minime apud peritos valere debet morum unius cujusque gentis ad alterius mores comparatio. Quod ergo Aerae Christianae calculus serius in morem venerit e. c. apud Romanos Pontifices, Francorumque Reges ac Dynastas, argumento non est ipsum apud Anglicanam gentem haud citius invaluisse.

Deinde apud laud. *Spelman.* p. 125. habemus VVhytredi Regis Chartam hujus tenoris, *Anno Dominicae Incarnationis DCXCIIII. VVhytredus gloriosus Rex Cantiae* . . . quam quidem ut penitus genuinam *Spelman.* idem adoptare videtur: plura insuper legimus e Seculo VIII. Anglicana Diplomata cum eodem calculo, tanquam legitima ab *Ingulfo*, *Dubleto*, *Alfordo*, aliisque relata.

Et iis quidem *Mabillon.* mox laudatus Anglicanum Concilium Cloveshovienſe adjicit, *cui*, inquit, *praefigitur annus Dominicae Incarnationis* DCCLVII. Ego vero inter plura Cloveshovienſia Concilia, quae congerunt laud. *Spelmannus*, & *David VVilkinsius* in Concil. Magnae Britan. t. 1. ab an. DCCL., nullum ejusmodi nota insignitum reperio; sed, vel unum ipso antiquius apud *Spelman.* p. 230. cui praefigitur, *Anno Dominicae Incarnationis 742. congregatum est &c.*, vel plura apud utrumque recentiora. Fortasse in Mabillonianam paginam Calcographiae mendum irrepsit.

Utut vero sit, ex iis omnibus aperte liquet, producta nuper Monimenta eo titulo, qui forte possit objici, non deficere.

Omni-

Omnibus fidelibus noſtris praeſentibus ſcilieet & futuris.



Cum hoc omnibus certiſſimum ſit nihil magis regiam



& imperialem decere majeſtatem, quam ut miſerorum neceſſita-



tibus ſubveniat : idcirco nos in Dei Omnipotentis



nomine atque ad jutorio poſt deceſſum...

Ludovicus Pius Imp. in exordio Chartae ſeu Praecepti de libertatibus reſtitutis, emiſſi ineunte Pii Imperio ſub an. 814. (apud *Carpentierium* in comment. de Notis Tironianis, Charta XLIII. p. 72. & 73. ac in notis in eandem Chartam p. 103., ex autographo Codice regio.)

Profecto laudatus *Carpentier.* eam Chartam, una cum aliis conſimilibus, hunc in modum in archetypo exaratam primus omnium edidit, ſua interpretatione legit ac expoſuit, & commentario illuſtravit. Quod autem ejuſmodi caracteres non ſint literae, ſed notae, aut ſigna, & compendia literarum, quorum uſus apud Graecos & Latinos jam ab vetuſtiſſimis Seculis frequentiſſimus obtinuit, perduravitque paſſim ad uſque poſtrema Medii Aevi, nullus, opinor, Diplomaticis diſciplinis vel mediocriter excultus inficias iverit. Adpellantur *Notae Tironianae*, quoniam a *Tullio Tirone* Ciceronis liberto inventae (ſi ſuperis placet) dicuntur.

De earum geneſi, multiplicitate, forma, uſu, progreſſu, interpretatione, numero plura plurimi. E. c. *Valerius Probus* ſub Neronis aevum, de Notis Romanorum interpretandis, *S. Iſidorus* de Origin. l. 1. c. 20. *Petr. Hamonius* in ſpecimine Notar. *Hermann. Hugo* de prima ſcribendi origine c. 18. & alias, *Mallinkrotus* de nat. & uſu literar. c. 24. *Muller.* in Alphabetis & Notis plurium gentium, *Sertorius Urſatus* & *Joan. Nicolai* ubi de Sigillis, *V Varburton* ubi de Hieroglyficis, *V Voverius* in Polymathia c. 5. *Trithem.* in Polygraph. l. 6. ejuſque explanator ac interpres *Guſtavus Selenus*, *Gaſp. Schott.* in ſchola Steganogr. *J. Bapt. Porta*

za de furtivis literar. Notis, *Petrus Diaconus* de Not. liter. *Goltzius* in thes. rei Antiq. ubi de Notis sing. *Lazius* de ratione legendi lit. adbreviat. *Gruter.* de Notis Tironis & Senecae ad calcem ultimi tomi de Inscriptionibus, *Murat.* de Antiq. Ital. t. 1. diss. 12. col. 674.

Tum *Lipsius* epist. 27. cent. 1. ad Belgas & alias, *Pretennius* de Not. ac sigill. antiq. *Voss.* de arte Grammat. l. 1. c. 41. *Allat.* epist. ad Carol. Moronum de Cryptograph. recentior. Graecor. *Cardon.* de Siglis vet. Graecor. *Mabillon.* de re Dipl. l. 1. c. 11. §. XVIII. & l. 5. tab. LVI. p. 457. primae edit. *VValther.* in Lex. Dipl. *Baringius* in Clave Diplomat. *Salmuthus* in novo Repert. tit. 14. *Ducang.* in Gloss. Lat. art. *Nota*, & in Graeco art. Νότ αριος, *J. Alb. Fabric.* in Bibliograph. Antiq. c. 21. §. x. *Carpent.* laud. *Montfauc.* in Palaeogr. graeca l. 5. *Corsinius* de Graecor. Not. *Placentin.* in epit. Palaeogr. graec.

Alios demum, quos tuto consulas, dabunt. *Carpent.* in Praefat. in Alphabet. Tiron. *Jo. Henric. Jungius* Praefatione in Lexicon Dipl. Waltheri, *Bechmann.* in hist. Orbis c. 9. *Morhoffius* in Polyhist. lit. par. 2. tom. 1. c. 2. Cl. V. *Hieremias a Benettis* in Chronol. & Critica Historiae profanae & sacrae tom. 1. prolegom. 1. §. 86. p. 181.

Jam vero Carpentierius non modo eas Chartarum Ludovici Notas feliciter explicavit, verum etiam inde adrepta occasione Tironianarum Notarum intelligentiam & interpretationem sollertissima industria in Methodicam Artem, Syntaximque redegit, vulgavitque in suo Alphabeto Tironiano sub an. 1747; id quod ardentibus, diutinisque exoptaverant votis Eruditi; nullus adtamen primus, quem viderim, opere typis edito perfecit.

Hoc deinceps Alphabetum excepit an. 1756. *VValtheri* Lexicon Diplomaticum, exponens etiam sub quadam perspicua methodo Adbreviationes syllabarum & vocum in Diplomatibus & Codicibus a Seculo VIII. ad usque XVI. occurrentes; cui equidem conficiendo tantae molis operi viginti totos annos insumpserat Author.

Itaque quod haec & similia summi laboris opera multo possint esse adjumento Diplomatices cultoribus pro scripturis veteribus probe intelligendis, discernendisque, nullus sanae mentis in dubium verterit. Verum enimvero haud immerito quis censeat, necdum ista satis esse, immo plura desiderari ad universalem, quam optarem, ac indubitatam scriptorum Tironianas Notas aut alias adbreviationes praeferentium, intelligentiam ac discretionem,

Equidem, ut plura mittam, quae id persuadere videntur, Notae quas tradideruut laudati *Hamon*, *Gruterus*, *Mabill. Carpent. VVelther.* toto Coelo invicem discrepant. Neque deinde nobis eorum Authorum, similiumve opera innotescit, cui genti, populo, Diplomatis aut Codicis generi singulae quaeque ex adlatis Notis certo congruant. Sicut autem hodiedum diversi in usu sunt apud gentes, & populos, immo pene Scriptores quoslibet scriptionis caracteres; quis & prorsus idem, quod Notas spectat, olim eveniisse prudenter non siuspicetur? Quamtumvis er-

go

go didicerim ex Walthero, hanc aut illam Notam seu Adbreviationem e. c sub Seculum VIII. invaluisse; quum tamen nec locum, nec alias, quas innuimus, conditiones, sub quibus invaluit, insimul perceperim, parum aut nihil exinde proficio ad intelligendum, discernendumque vetus aliquod scriptum, simili nota seu adbreviatione insignitum.

Alphabetum insuper Carpentierii e Notis duntaxat, quas in rariοribus illis Lodovici Chartis invenit, fabrefactum videtur, immo potius ut certam de sua chartarum interpretatione fidem faciat: nec enim illiusmodi Notas in ceteris fere paribus documentis, quae laudati Authores passim offerunt, forte uspiam animadvertere licet. Eas igitur si exceperis Chartas, cui quaeso Diplomatico usui Alphabetum profit?

Nihilo tamen secius profusis cumulandi laudibus Clarissimi id genus Viri, qui tanto labore ac industria rei Diplomaticae illustrandae, complanandaeque operam contulerunt.

13 *... vel aliqua occasione Abbatis Omnipotenti Deo cum omni observatione regulari ... in conspectu sanctæ & intemeratæ ac semper Virginis genetricis ejusdem Dei Omnipotentis ....*

HILDUINUS Abbas in Charta partitionis bonorum Monasterii Dionysiani ab eodem facta sub an. 833. ap. alias laud. *Mabill.* p. 520. & 521. ex autographo. (Dionysiano.)

14 *in honore ... glorioſſiſimæ genetricis ejusdem Domini Omnipotentis Mariæ .... monachi ipsius sancti coenobii in amore Dei Omnipotentis ...*

LUDOVICUS PIUS Imp. in Praecepto, quo Mintriacus in pago parisiensi conceditur Hilduino Abbati Dionysiano sub an. 833.) ibid. p. 522. ex consimili authographo.)

15 *Si quis tamen eorum iniqua cupiditate persuasus, hanc ordinationem nostram, pro amore Dei & retributione cælesti a nobis constitutam, infringere aut violare temptaverit, iram Dei Omnipotentis incurrat ...*

FROTARIUS Tullensis Antistes in Charta pro restitutione Monachorum in coenobio S. Apri, in suburbio Tullensi sub an. 836. (ibid. p. 525. ex pari autographo.)

Habes heic Deum Omnipotentem, gravitatem peccati lethalis, iniquam

iniquam animi paſſionem, meritum boni operis intuitu coeleſtis retributionis peracti, Eccleſiaſtici Anathematis morem.

16 *In nomine omnipotentis Dei & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti Hhlotarius divina præveniente clementia Rex.*

LOTHARIUS Francorum Rex in prooemio Praecepti, quo S. Apricellam Tullenſi Eccleſiae reſtituit ſub an. 858. (ibid. p. 533. e ſimili archetypo .)

17 *... ſuggeſſerunt ſerenitati noſtræ, ut pro Dei Omnipotentis amore & futuro ...*

CAROLUS CALVUS in alio Praecepto pro confirmatione partitionis Monachorum S. Dionyſii ſub an. 862. (ibid. p. 535. e conſimili autographo .)

18 *... quando me rex regum, fugatis atque contritis ante faciem divinae potentiæ nobiſcum agentis, in regnum reſtituit ....*

CAROLUS idem in Praecepto, quo villam Scindelicias Dionyſianis monachis adtribuit ſub an. ipſum 862. (ibid. p 539. ex Archivo Compendienſi .)
Porro ſingularis & eximia phraſis haec, qua piiſſimus Rex divinam extollit Omnipotentiam !)

19 *... dicimus per Deum patrem homnipotentem & Jeſum-Chriſtum filium ejus, ſanctumque Spiritum ...*

EGIGA Abbas Caunenſis in Placito quodam ſeu Juramento de pecunia cummodata Fredaldo Archiepiſcopo Narbonenſi ſub an. 873. (ibid. p. 543. ex authographo Caunenſi.)
Vides etiam deſcriptam in Diplomate Traditionem de ſacro Dogmate beatiſſimae Trinitatis.

Karo-

20



Karolus ejusdem Dī omnipotentis misericordia



Imperator Augustus quicquid voto aut gratia



rum actione Dō omnipotentis offerimus cui non * omnia

* supple *solum*



quae habemus quaeque de manu ejus accepimus

Carolus Calvus Imp. in Placito de conditione Abbatiae Compendienſis, ſubſignato Compendii anno ſui Imperii II. nempe 877. (Ap. laud. *Mabill.* tab. XXXI. p. 407.)

Ejuſdem Caroli, dum Rex eſſet, id catholicum extat Sigillum in Praecepto edito ſub an. 839. in gratiam cujuſdam Herimanni (ap. ipſum *Mabill.* p. 526. ex autographo) quod quidem pientiſſimi Regis non unquam interiturae memoriae ſacrum velim.

Ejuſmodi quidem ſunt manuſcripti caracteres illius aevi apud Regiam Francorum curiam, prout eos ex Carolino autographo fideliter exſcriptos ponit ob oculos *Mabillon.*, ac eos profecto illis pene omnino ſimiles, quos ex ipſo Seculo primum produxerat in laud. propylaeo *Papebrochius*, ac deinceps complurimi cum *Godefrido* in Chron. Gotvvicenſi, & *Joan. Ludolfo VValthero* in Lexico Diplomatico.

Equidem ex Canone Diplomaticae diſciplinae pro recte dignoſcendis ex unoquoque Seculo veterum Manuſcriptis, diſcernendiſque legitimis a ſuppoſititiis, operae praetium eſt notam, preſpectamque habere communiorem caracterum formam & uſum apud gentes quaslibet in uno quoque Seculo, comparate praeſertim ad eam gentem, illudque Seculum, quibus Scriptum quo de agitur, ex prudenti conjectura congruere videatur: tum id ipſum, quoad ejus fieri poſſit, cum aliis id genus conſimilibus ſcriptis ſedulo conferre. Hoc autem poſito, ac felicibus avibus comparato, facile noveris Chartae indolem ac aetatem quam ſubinde ex hoc capite (ut perplura alia in hanc rem modo praetermittam) vel genuinam tuto ſtatuas, vel notham, vel interpolatam. Conf. laudati *Papebr.* in Propyl. & *Mabill.* de re dipl. l. 1. c. 11.

Hanc vero provinciam, ſubdifficilem ſane ac ſpinoſiſſimam, ut facilem tantiſper ac perviam redderent Clariſſimi Rei Diplomaticae cultores, Alphabeta inquiſierunt & vulgarunt omnium pene veterum caracterum, ad quos cuncta fere ſcripta conformare poſſis.

Ex iis autem ſunt qui generalia plurium linguarum, etiam ſub diverſa Secula obtinentium, Alphabeta exhibent: e. c. *Kircher.* in Prodromo Copto, et in Oedipo Aegipt. t. 2. claſſ. 2. cap. 2. *Auguſtin. Pfeifferus* ad calcem Criticae ſacrae, *VValton.* in Polyglottis t. 1. ad calcem Prolegom. 11. *Eduard. Bernhardus* in Orbis eruditi literatura, pluribus deinde auctus ac locupletatus ab *Sphanemio*, *Carolo Mortono*, & nuperrime ab Eruditiſſimo & Clariſſ. V. *Hieremia a Benettis* ex Ord. Capucctn. *Montfancon.* in Palaeogr. graeca, *Waltherus* in Lex. diplom. *Angel. Rocha* in Biblioth. Vaticana, *Ludov. Joſeph Velazquez* in comment. ſup. Alphabetis incognitorum caracterum, in tabulis ſub finem propoſitis, *Mabill.* de re dipl. l. 5. laudat. *Hier. a Benettis* in Cronol. & Critica hiſt. prof. & ſacrae t. 1. proleg. 1. a §. XCIII. p. 196. qui & ſparſim

in

in eodem proleg. ejuſmodi Alphabeticorum Scriptorum ingentiſſimum protulit cenſum, & quidem adcurata critice libratum atque expoſitum.

Alii vero particulares aliquot gentium caracterum Tabulas Alphabeticas ediderunt: e. c. dedit Alphabeta Runica *Olaus VVormius* de Runica literatura, ac deinde *Hickeſius* in theſauro ling. vet. ſeptentrional. part. 3; Hebraica, alter e plurimis, *Bartoloccius* in alias laudata Biblioth. magna Rabbinica, art. *Alphabetum* in tom. 1; Graeca laud. *Monfauc*; Iberica ſeu Georgiana *Maggius* in Syntagm. linguar. Orientalium, Chaldaica, Syriaca, Talmudica, Rabbinica, Arabica *Valentin. Schindlerus* in Lexico pentaglotto; Anglo-Saxonica & Moeſo-Gothica *Hickeſius* in cit. theſauro part. 1; Hetruſca *Gorius* in Muſeo Hetruſco ac in defens. Alphab. Hetruſc; Gothica, Phenicio-Hiſpana, Celtiberica laud. *Velazq.* in tab. II. IV. V., Romana antiqua, Langorbardica, Franco Gallica, ſeu Merovingica cit. *Mabill.* plurima tandem plurimi apud & cum citato *A Benettis*.

Quin etiam nonnulli Eruditione & Critice praeſtantes, varia produxerunt ſpecimina caracterum, qui ſub certis quibuſdam aetatibus exarati cenſentur: e. c. *Papebroch.* in laud. Propylaeo, *Mabill.* de re dipl. lib. 5. *Godefrid.* in Chron. Gotvvic. ſparſim, *VValther.* in Tabulis ſub finem Lexici Diplomatici, *Herrgottus* in Geneal. Dipl. Gentis Habsburgicae ſparſim, *Hickeſius* in Grammatica Anglo-ſaxonica, in inſtitut. Franco-Theotiſcis, in diſſert. epiſtolari & alias.

Jam vero, Eruditorum opinione, ſubſidia haec rite comparata plurimum juvant ad inveniendam Diplomatis cujuſquam veritatem aut falſitatem. Quidquid vero poſſit contra reponi, quod fortaſſis alias diſcutiemus, juvat modo communi huic placito adquieſcere, ipſumque in ea Diplomatices fundamenta revocare, quae potius ſupponuntur quam probantur.

21 *Cum in Dei nomen nos vero fratris, qui ad matricola ſancti illius reſidere videmur, quos nobis ibidem Omnipotens Deus de conlata Chriſtianorum pace videtur . . .*

Formula vetus andegavensis xlviii. Dictati, ut dicitur (ap. laud. *Mabill.* in part. 1. adpendicis Supplementi ad Libros de re dipl. p. 85. ex vetuſtiſſimo Codice Monaſterii VVeingartenſis in Suevia: idem hanc cum ceteris id genus Andegavenſibus Formulis primum ediderat in tom. IV. Analectorum.)

22 Perplura his conſimilia pro ſancto Dogmate documenta vel ex autographis, vel e ſinceris apographis deprompta dabunt idem *Mabill.* de re dipl. l. 6. a §. 116. laudatum *Monaſticon Anglicanum*, *Baron.* in Annal. *Hughell.* in Ital. ſacra ſparſim, *Murat.* in Antiq. Ital. t. 3 diſſ. 34.

RURSUS QQ. DOGM. SCHOL.

95 Obj. *primo* contra II. Adſ. Omnia extra Deum poſſibilia non ſunt terminus ſimpliciter infinitus, uti eſt Omnipotentia; adeoque haec ab illis tanquam a ſuo termino nequit ſpecificari: ergo Omnipotentia conſtitui debet etiam per virtutem productivam ad intra. *Secundo*. Si non eſſet in Deo virtus ad impoſſibilia & ad poſſibilia, ſi repugnarent, chimaera eſſet improducibilis ex defectu virtutis Omnipotentiae ad ipſam: quod abſonum eſt (*f*).

96 R. Ad *primum D. A.* nequit ſpecificari intrinſece, *C.* extrinſece, *N. A.* & *Con.* quae deviat a communi ſenſu Theologorum, ubi diſputant de Omnipotentia. Ad *ſecundum D. Ma.* ex defectu, qui ſit defectus Omnipotentiae, *N.* qui ſit perfectio, *C.* Alioqui eſſet Omnipotentiae defectus non poſſe mentiri, ſeſeque deſtruere (*g*).

97 Ob. *tertio* contra III. Adſ. Potentia effectiva Dei eſt indefectibilis, & permanens; at Deus faciendo aliquando, uti potuit, ne extitiſſet Adamus, feciſſet, ne fuiſſet praeteritus: ergo & nunc idem facere poteſt. R. potuit Deus facere, ne abſolute extitiſſet Adamus, eodemque pacto, ne fuiſſet praeteritus, non vero ex ſuppoſitione ſimul quod extitiſſet. Hinc *Hieron.* (*h*) *quum Deus omnia poſſit, hoc ſolum non poteſt, Virginem poſt ruinam ſuſcitare*, id eſt faciendo, ut ſimul cum jactura Virginitatis, hanc retineat.

98 Ob. *quarto* contra IV. Adſ. Poſſibilis eſt creatura capax ſciendi ſingula cognoſcibilia: ergo & producendi ſingula producibilia; adeoque Omnipotens R. *N. Con.* quia plus eſt producere, quam utcumque intentionaliter attingere; iſtud enim dicit continentiam eminentialem, non cognoſcibilium, ſed tantummodo cognitionum; illud vero producibilium. Et aliunde non repugnat creatura ſe ipſam cognoſcens, quemadmodum ſe ipſam primo producens. Quod ſi nec iſta repugnaret, etiamſi poſſet omnia producere, non eſſet Omnipotens, quia virtutem ab alio adciperet (*i*).

99 QUAESTIO III. Quid de *Aſeitate*? ADSERO I. Eſt ratio, qua Deus eſt neceſſitas, & ſufficientia ſui, & aliorum, independens ab alio, & a ſe. Quia Deus ſe ipſo reddit impoſſibilem omnem ſui cauſſam productivam (*k*). Hoc ſenſu dixerat Deus, *Ego ſum qui ſum* (*l*) II. Eſt grammaticaliter negativa, ſed philoſophice poſitiva; quia importat neceſſitatem abſolutam, ac poſitivam ſui ſufficentiam, a qua cetera dependent (*m*). Et quidem Deum ſibi ſufficere, nec ulla alia re indigere, Plato-

(*f*) Cetera in Philoſophicis, ubi de connexione Omnipotentiae cum poſſibilibus, & impoſſibilibus.

(*g*) V. *Mun.* d. 9. a n. 40.

(*h*) Ap. *Mun.* cit. n. 87.

(*i*) Rurſus de hoc argumento in Part. IV. Tr. I. L. III. C. IV. ubi de Chriſti potentia mirabilium operum effectrice.

(*k*) *Borrull.* d. 10. ſ. 2. n. 11.

(*l*) *Exod.* 3. 14. uti exponunt vulgo *PP.* cum *Naz.* orat. 24. & *Hilar.* 1. de Trinit.

(*m*) *Viva* p. 1. d. 1. q. 2. n. 4.

Platonicorum opinio fuit, eamque docuerunt *Porphyrius*, *Proclus*, *Alcinous*, *Jamblichus* (*n*); idem pariter *Ariſtoteles* (*o*) idem & *Lucretius* (*p*).

100 QUAESTIO IV. Quid de *AEternitate*? ADSERO 1. Eſt ratio, qua Deus eſt ſubſtantialiter ſemper, antea, nunc, & poſt &c. (*q*) Quia ſummo enti competit perfectiſſimus durandi modus. Id docent *Scripturae* cum *Exod.* 15. 18. *Deuter.* 32. 40. *Pſ.* 9. 8. & 11. 19. & 899. & 102. 17. *Baruch.* 4. 7. *Dan.* 13. 42. *Rom.* 16. 26. Tum *PP.* cum *Tertul.* (*r*) *Nazian.* (*s*) *Aug.* (*t*) *Anſel.* (*u*) *Ambr.* (*x*) *Caſſian.* (*y*) *Greg.* (*z*) *Iſidor.* (*a*) Quibus adcenſeas, licet, C. *Later.* (*b*) Et *C. Remenſe* ſub Eugenio III. Idem profecto noverunt, literiſque mandarunt ex Ethnicis *Plato* (*c*) *Plotinus* (*d*) *Ariſtoteles* (*e*) *Parmenides* (*f*) *Numenius* (*g*) *Tullius* (*h*) Sanctum denique Decretum teſtantur ſuppoſita documenta.

101 II. Futura non fuerunt phyſice (id eſt, pluſquam objective, ſeu intentionaliter) praeſentia divinae Aeternitati ab aeterno; eſto haec tota ſimul fuerit ab aeterno (*i*). Quia nihil ab aeterno coexiſtit phyſice Deo; qui tamen ut ſummum dici poteſt phyſice, praeſens futuris ab aeterno, quatenus correſpondet ab aeterno futurae durationi futurorum. Dicitur autem Divina Aeternitas tota ſimul, quia ſecum ſimul, & ſemper identificat omnes durationum differentias, explicari ſolitas a nobis per voces *nunc tunc*, *cras &c.* (*k*) III. Res ſunt praeteritae, aut futurae reſpectu Dei abſque ulla Dei mutatione (*l*). Quia Divina duratio eſt eſſentialiter permanens, nullam in ſe patiens intrinſecam mutationem, aut viciſſitudinem, uti creaturae patiuntur. Plura de aeternitate Dei *Petavius* (*m*) & *Thomaſſin.* (*n*).

LAPI.

(*n*) Ap. *Huet.* in Alnetanis QQ. l. 2. c. 2. n. 3.
(*o*) De Coelo l. 1. c. 9. & Mag. Mor. l. 2. c. 15.
(*p*) Lib. 1. & 2.
(*q*) *Bec.* cit. c. 8. cum communi.
(*r*) L. 1. contra Marcion. c. 8.
(*s*) Orat. 38. & 42.
(*t*) L. 19. Confeſſ. c. 19.
(*u*) In Proſol. c. 19.
(*x*) In Pſal. 43. n. 19.
(*y*) L. 5. de Incarnat. c. 8.
(*z*) In Job.
(*a*) L. 1. Sentent. c. 8.
(*b*) Cap. *Firmiter*.
(*c*) In Timaeo.
(*d*) Enn. 3. l. 7. c. 4.
(*e*) II. Metaph. c. 7. & l. 2. de Coelo c. 3.
(*f*) Ap. *Ammon.* l. de Interpretib.
(*g*) Ap. *Euſeb.* de praep. Evang. l. 11.
(*h*) L. 1. de nat. deor.
(*i*) *Noſtri.* cum *Vaz.* d. 64. a c. 3. cum *Scot. Alex. Dur.* & magna pars primitivorum Thomiſtarum cum *D. Th.* ap. *Vaz.* c. 3. & *Borr.* d. 9. a n. 15.
(k) *Ribaden. Quir. Thyrſ.* &c. ap. *Mun.* d. 13. n. 21.
(*l*) *Suar.* l. 2. c. 4.
(*m*) L. 3. de Deo c. 3. ſqq.
(*n*) De Deo l. 5. a c. 11.

LAPIDES CHRISTIANI.

MONUMENTA ANTIQUITATIS. CLASSIS VII.

1

D. M. AET
DEPOSI
TVS A SE
LIVS VI
XIT ANN. V.

In Vico Micciano Anglarienſis agri in Etruria ap. Murat. p.2102. 3. ex Laurentio Guazzeſio.

Formula haec D. M. AET. hoc eſt, DEO MAGNO AETERNO, raro reperitur apud Chriſtianos Lapides; hunc tamen Chriſtianum eſſe dubitare non finit ſubſequuta formula DEPOSITUS, quae, ut norunt Antiquarii, Chriſtiana penitus eſt. Conſentientem heic habemus *Muratorium*.

2

.... NEC SEPVLCRVM MEVM VIOLIS
NAM ANTE TRIBVNAL AETERNI IV
DICIS MECVM CAV
SAM DICIS

Ut ſupra Claſſe VI. *n.* 1. *p.* 95.

Animadvertis, reor, commendari ab Aeternitate Chriſtum Judicem, qui profecto qua Deus undecumque aeternus eſt.

3

DEO MAG
NO AETERN
L. STATIVS DI
ODORVS QVOT
SE PRECIBVS
COMPOTEM
FECISSET
V. S. L. M. *

* *Votum ſolvit merito.*

Vero-

Veronae prope S. Euphemiam ap. Gruter. p. 17. 7. *ex Saraynae ac Sculteti ſchedis, vel in aedibus Co: Juſti ap. Fabret. p.* 564. *n.* 104. *ex Blanchino.*

Marmoreum hunc Titulum Chriſtianis adcenſere dubitavit *Murat.* p. 106. 6. Sed ejus tamen dubium illico exſufflarunt *Maffei.* in Muſeo Veron. p. 188. *Mamach.* de Orig. & Antiq. Chriſt. l. 3. c. 1. §. 3, *Zachar.* in laud. ſaepius diſſert. c. 4. Et merito quidem; nam, eſto corona quoque & Palma in Paganicis ſaxis interdum occurrant, quemadmodum in hoc Votivo, nuſquam tamen, ut in ipſo, Bonus Paſtor, qui porro vulgo apud Antiquarios chriſtiani nominis, votique indubium ſignum eſt. Adde, haec omnia ſimul ſigna, Bonum Paſtorem, Coronam, Palmam, quamlibet vel tenuiſſimam evertere ſuſpicionem, quominus id Votum in paganum hominem ſit referendum.

Varie legitur ab Authoribus haec Inſcriptio. *Fabret.* legit MAGNO ET AETERN; *Maffei.* unum aut alterum adfert punctum; plura *Murat.* *Gruter.* plurima. Cui credendum firmiter? Lapidi, quem tuis oculis minime lippientibus obſervaveris. Idemque, experientia edoctus, monuerim erga ceteros modo exſtantes. Quod ſi non extent, raro cuiquam Lapides referenti fides integra.

PROFANI LAPIDES.

4

DEO. AETERNO
SACRVM
L. POMPONIVS
FVNDANVS
CVM. SVIS. OMNI
BVS. VOTVM. L.
SOLVIT Φ Φ

Valentiae in Hiſpania apud Petrum Pardum Equitem, teſtante eodem Grutero p. 17. 8. *e Schedis Schotti.*

DEO

DEO
AETERNO
PRO SALVTE
L. COMATI
DIONYSI
CLODIA
CHRYSA
V. S. L. M.

Aquilejae apud Sanctimoniales, teste Murat. ex Franc. Beretta Utinensi.

6

.... O . M .
....AETERNO
.... SERVATORI
.....
.... DEABVSQVE
.... VS . LOCI . .
.... P . P . RETIE
.... O . CVM . SVIS
.... NIBVS
.... III . NONAS .
.....

Angustiae Vindelicorum in hortis, qui e regione Collegii Societatis Jesu, ap. Grut. p. 4. 5. ex Velsero.

Nihil, opinor, prohibet quominus Semi-Tituli exordium ita legas, IOVI . OPTIMO . MAXIMO . DEO . AETERNO . CONSERVATORI .

I. O. M.

7



*Votum ſolverunt.

In Carolina in Dacia, ſive Tranſilvania ap. Murat. p. 3. 13. ubi adcuratam, ac eruditam Votivi Tituli lectionem indicat. Eum miſit Apoſtolus Zeno.

8



In Dacia ap. ipſum Murat. p. 4. 8. ex eodem Zenone. Merito heic conſulendus Murat. profanae Eruditionis ſtudioſo.

Jam vero, nullo docente, didiciſti, opinor, naturam ipſam in profanis hiſce Lapidibus ſacroſanctum dogma de Deo Aeterno profiteri.

SEGMENTA DIPLOMATICA.

9 *In nomine Domini Dei aeterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Carolus divina ordinante providentia Rex Francorum.*

Carolus Magnus in Diplomate Weomado Trevirorum Antiſtiti conceſſo ſub an. 773. (ap. *Brower.* in Annal. Trevirenſ. ad eum annum

num 208. ubi Diploma ipſum, quod in tom. 1. Stemmatum Loth. corruptum legebatur, ex pervetuſto MS. emendatum exhibet).

Porro, ni fallor, diplomatica haec & prooemialis formula, qua *Deum aeternum* invocat, unice in adlato Diplomate, e ceteris quibuſque Carolinis occurrit. Et ipſa quidem ex ejuſcemodi formulis fortaſſe prima, quam Carolus ut exemplar praeſcripſit poſteris Chriſtianis Principibus imitandum; nec enim aliam conſimilem vetuſtioremque reperio, prae illa, quam mox ſubjicio.

10 *Regnante Domino noſtro in ævum per ſecula cuncta, anno vero Incarnationis ejuſdem Salvatoris mundi Domini noſtri Jeſu Chriſti* 811.

KENULPHUS Merciorum Rex in prooemio Chartae de prima fundatione coenobii Winchelcumbenſis (ap. *Monaſt. Anglic.* t. 1. p. 189. ex Annal. Winchelcumbe in Bibliot. Cottoniana).

11 *Regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui mundi monarchiam ſua ſemper virtute gubernat in æternum: anno vero ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti* DCCCXXIIII.

BEORNULFUS Rex Merciorum in exordio Chartae cujuſdam Synodalis decreti (ibidem p. 125. ex regeſto Wigornienſis Eccleſiae apud ipſam Cottonianam Biblioth. fol. 47.)

12 *. . . Per hoc auguſtæ auctoritatis noſtræ præceptum Jeſu-Chriſto triumphatori noſtro, atque genetrici ipſius Domini Dei æterni . .*

LUDOVICUS PIUS Imp. in Praecepto, quo Mintriacus in pago Pariſienſi, Hilduino Abbati San-Dionyſiano conceditur, condito ſub an. 833. (ap. *Mabill.* de re dipl. l. 5. §. 76. p. 522. ex autographo).

Dedita opera heic mittimus aliud, quod circumfertur ejuſdem Ludovici Diploma, editum an. 814., confirmans pleraque jura monaſterii Novalicienſis ſub hoc exordio, *In nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti Dei æterni*. Quoniam ex ejus tenore, nonnulliſque ſub eo Seculo rarioribus, aut fortaſſe ignotis vocibus, quas lego in Diplomate, hoc plane ſuppoſititium, aut ſaltem maxime interpolatum, vel peſſime ex archetypo ſeu adcurato apographo exſcriptum reputo, cum *Murat.* de Antiq. Ital. t. 3. diſſ. 34. p. 32.

In

13



In nomine Dñi no ſtri IHV XPI Dī aeter ni

Lotharius I. Imp. in quodam Placito Aquiſgrani condito (ap. *Mabill.* de re dipl. tab. xxx. p. 402. ex archetypo Dionyſiano, ubi & adlatum Sigillum, ex autographo coenobii S. Manſueti prope Tullum hoc modo ſupplet, Xpe adjuva Hlotarium Aug.)

Idem Author in l. 2. c. 26. n. 15. p. 196. primae edit. corrigit Papebrochium, ubi in ſimilis Placiti ſpecimine praeferente Indictionem VIII., ei conſignat annum 843; quum tamen conſignare debuerit 845., quo nempe Indictio VIII. obtinebat.

Heic tamen obiter adnotaverim, Papebrochianum hoc ſpecimen aere caelatum in tom. 2. Aprilis, in Propyl. antiquar. par. 1. ante pag. XIII. eoſdem ſpecie praeferre caracteres cum iis, quos ex Mabilloniano ſpecimine adcurate recuſos tradimus. Ceterum ſi unum ſpecimen cum alio conferas, haud parum diſcriminis inter utrumque comperies quoad eorumdem formulas caracterum. Adeo iſtorum uſus ſub uno eodemque tempore, ac in ejuſdem Principis Placitorum conſcriptione diſcrepabat. Itaque ex varia duntaxat ejuſmodi caracterum forma ſub eodem Seculo, etiam comparate ad ipſius perſonae Diplomata, nequeunt iſta ſufficienti falſitatis ſuſpicione notari.

14 *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni ...*

BERENGARIUS Rex Italiae in Donatione Curtis Mercoriaticae facta Joanni Presbytero ſub an. 890. in exordio (ap. *Murat.* de Antiq. Ital. t. 3. diſſ. 34. col. 68. ex autographo, quod extat in archivo capituli Canonicorum Regienſium).

Vehementer de hujus autographi ſinceritate, nec quidem immerito, ſubdubitat ibidem *Murat.* Ejus itaque loco Diploma aliud penitus genuinum cum eodem exordio ſubjicimus ex ipſo Authore Rege.

15 *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni ...*

BERENGARIUS idem in Privilegio, quod conceſſit Egilulfo Epiſcopo Mantuano, ejuſque Eccleſiae ſub an. 894. (ap. laud. *Mur.* col. 5. e Collectaneis MSS. Peregrini Priſciani apud Eſtenſem Bibliothecam).

16 *In nomine Omnipotentis Dei æterni ...*

BERENGARIUS itidem in Diplomate privilegiorum, quae conceſſit monaſterio Placentino Sanctae Reſurrectionis, aut S. Sixti, ſub an. 905. ſeu 906. (Ibidem col. 8. ex autographo archivi Reip. Cremonenſis, quod exſcripſit idem *Mur.*)

17 *In nomine Domini Dei æterni ...*

RODULFUS Italiae Rex in exordio confirmationis privilegiorum & jurium Eccleſiae Patavinae factae Sibichoni ejuſdem Sedis Epiſcopo, ſub an. 924. (Ibid. col. 56. ex tabulario Capituli Canonicorum Patavii).

18 Eodem denique vel perſimili prooemio, Aeternum Deum exprimenti & commendanti, tria Placita inſignierunt bini ſimul Italiae Reges HUGO & LOTHARIUS: primum videlicet ſubſcriptum an. 936., alterum vero 937., tertium denique 942. (Ibid. a col. 55.).

OBJECTIONES.

ITERUM QQ. DOGM. SCHOL. 102 Obj. *primo* contra 11. Adſ. D. Th. docet oppoſitum ſaepiſſime, ut adlegatur a Thomiſtis, praeſertim heic q. 14. a. 13. *Secundo*. Dei Aeternitas eſt ſuprema & generalis totius creaturae menſura; ſed fuit ab aeterno: ergo in illa aliena menſura creaturae omnes fuerunt ab aeterno: ſicuti puncta omnia circumferentiae centro correſpondent. *Tertio*. Creaturae exiſtentes in tempore coexiſtunt Dei Aeternitati; ſed haec ex adagio deſumpto a Boetio, eſt *tota ſimul*: ergo huic coexiſtunt ab aeterno. *Quarto*. Aeternitas eſt adtributum de linea durationis, non vero cognitionis: ergo non efficit res ſibi praeſentes intention aliter, ſed phyſice.

℟. Ad

103 R. Ad *primum*. Nuſquam D. Th. id perſpicue docet; alioqui nobiſcum non convenirent primores Thomiſtae Dominicani *Capreol. Hervæ. Silveſt.* (*o*) Et vero in loco adlegato duplicem ſtatuit futurorum intentionalem praeſentiam ab aeterno; alteram ſcilicet in Scientia ſimplici, & in Scientia viſionis alteram. Ad *ſecundum*. Dei Aeternitas eſt menſura, non durative coaequalis creaturis, ſed iſtas ſuperexcedens: unde nec menſuravit creaturas ab aeterno, ſed ſucceſſive ſuo tempore. Neque vero puncta phyſice centro correſpondent, aut coexiſtunt, quin exiſtant phyſice in propria menſura.

104 Ad *tertium*. Inſto, in Dei Immenſitate, quae etiam eſt tota ſimul, & claudit omnem locum, uti Aeternitas omne tempus, quin propterea Paullus coexiſtens alicubi Immenſitati, coexiſtat in omni loco: unde aliud eſt coexiſtere Aeternitati, & aliud exiſtere ab aeterno. Equidem illa coexiſtentia in aliena menſura, nimium inperceptibilis eſt, quum haec menſura nec ſit Deus, nec quid aliud a Deo diſtinctum. Ad *quartum*. *N. Con.* Quia Dei Aeternitas efficit, ut ejus cognitiones ſint ab aeterno, adeoque ut per ipſas ſint futura ſibi objective praeſentia ab aeterno (*p*).

105 Ob. *quinto* contra III. Adſ. PP. ſaepe adſerunt, reſpectu Dei nihil eſſe praeteritum, aut futurum, ſed omnia eſſe praeſentia. *Sexto*. Ut res ſit futura reſpectu Dei, debet eſſe in aliqua parte Aternitatis, & in alia parte non eſſe; hoc non, quia Dei Aeternitas eſt tota ſimul: ergo.

106 R. Ad *quintum*. PP. ſolum intendunt nihil eſſe Deo praeteritum, uti eſt nobis, ſcilicet cum ſucceſſiva mutatione in ſe ipſo, quam nos patimur per variationem durationis, quae fluxa eſt. At ex *D. Th.* (*q*) *Deus eſt prior mundo duratione*: & quo quidem pacto, ſi mundus non fuerit vere futurus reſpectu Dei? Ad *ſextum*. *N. Ma.*, ſed ſufficit, ut tota ſimul Aeternitate conſiſtente, res aliquando fuerit & aliquando non ſit.

§. III.

De Immenſitate, Vita, Immutabilitate.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Dei Immenſitatem, Vitam, Immutabilitatem.

107 HAUD plane exiguum putaveris eorum numerum inſipientium, qui in terna definienda ſanctae Fidei dogmata impegerunt. Equidem HISTORIA POLEMICA.

Primum in Dei Ubiquitatem, ſeu Immenſitatem varie a variis peccatum eſt.

I. *Et-*

(*o*) Ap. *Mun.* cit. n. 19. diſp. 1. quaeſt. 4. art. 2.
(*p*) Conf. *Mun.* cit. a n. 14. & *Viva* heic
(*q*) Heic p. 1. q. 6. a. 10.

I. *Ethnici* quidam *Philoſophi* autumarunt, Deum, quem vere ſpiritum dicebant, in certo duntaxat coeli orbe conſiſtere, minime ubique; alii vero addiderunt, ibi quidem commorari, at intra ſphaeram quandam igneam. Et illis porro *Ariſtotelem*, iis vero *Platonem* adcenſuit *Juſtinus* (*r*) (*).

II. *Platonici nonnulli* dixerunt, Deum intra mundum contineri, qui nempe gubernatoris exemplo intra illum maneat, quem regat (*s*).

III. *Stoici* Deum extra mundum collocarunt, qui videlicet figuli modo molem hanc extrinſecus torqueat (*t*). Ceterum ex ſententia *Bruckeri* (*u*) apud *Stoicos* Deus mundi ambitu & connexione definitur atque circumſcribitur, utpote mundi anima intra eum latens. Fortaſſe tamen Tertullianus loquutus eſt de aliqua Stoicorum factione, de alia vero Bruckerus.

IV. *Quotquot* Deum, cum *Zenone*, cui rotundus fuit (*x*), effinxerunt corporeum (*y*), haud impari inſipientia ejus Immenſitatem offenderunt (*z*).

V. *Idololatrae Ethnici* plurimi, & Poëtae, & Philoſophi, & populares ita ſuos Deos finitimis locorum ſpatiis concludebant, ut Diis ſingulis ſedes proprias adſignarent; e. c. Jovi ſidera, Neptuno aquas, Vulcano ignem, Junoni aërem, Plutoni inferos (*a*).

VI. *Hebraei antiquiores* Deum Hieroſolymitani Templi finibus circumſcriptum crediderunt (*b*), quemadmodum & *Samaritani* ipſum Templi ſui Garizim terminis concluſerunt (*c*).

VII. *Ebionaei*, duce *Ebione*, e Beſanitidis vico, ſub an. circ. Seculi

(*r*) In Paraenitico, ſeu cohortat. ad Graecos n. 5. & 36. edit. Maurinae 1742.

ADNOTATIO.

(*) EXplicatius nonnulli addunt de Ariſtotele, quod is de coelo l. 1. c. 3. voluerit Deum primae duntaxat coelorum ſphaerae medio circulo inſiſtentem. Ita *Sext. Empir.* adv. Mathem. l. 10. ſect. 33. ibique Interpres *Joan. Albert. Fabricius*, tum *Claud. Berigardus* in praefat. Circul. Piſan. p. 1.

Enim vero Ariſtotelem jure vindicant, & recte de Immenſitate Dei ſenſiſſe tradunt plurimi cum *Toleto* 8. Phyſic. quaeſt 7. *Gilio* l. 2. de ſacra doctr. tr. 9. c. 1. a num. 8. *Albertino* coroll. 7. ex praedicam. ubi num. 3. *Raynaudo* tom. 5. de Theol. natur. diſt. 7. q. 1. art. 6. num. 84. ſub fin. qui conſulantur. Et quidem Juſtinus Ariſtoteleam illam opinionem deprompſit ex iis, quae dicuntur ab hoc Authore contra Platonem ſcripta in libro de mundo ad Alexandrum; at hic tamen liber apud Eruditos Ariſtoteli immerito adſcribitur. Quid? quod etiam catholice dicitur, Deum in ſolio viſum fuiſſe ab Iſaia, & in coelo Empyreo tanquam in ſede gloriae reſidere, quin ſubinde tamen deducatur, non ubique ſubſtantia adeſſe.

(*s*) Ap. *Tertul.* in Apologet.

(*t*) *Tertul.* ibid.

(*u*) In Hiſt. crit. Philoſ. tom. 1. par. 2. l. 2. c. 9. ſect. 1. §. 7. n. 11. p. m. 925.

(*x*) Ex *Ariſt.* l. 6. Phyſic. c. 9.

(*y*) Eos ſupra dedimus ubi de Dei Simplicitate.

(*z*) Conf. *Vazq.* in 1. p. diſp. 27. num. 1.

(*a*) Lege *Mythologos*.

(*b*) Conf. *Hieron.* in cap. 66. Iſaiae, ac *Cyril. Alexandr.* l. 2. cont. Julianum.

(*c*) Ex *Hilar.* l. 2. de Trinit. num. 31. edit. Maurinae 1693.

li I. Chriſtiani 74. emerſo, Hieroſolymam Urbem adorabant quaſi domum Dei, extra quam Dominus ſubſtantia non eſſet (*d*).

VIII. *Helxeus*, ex Judaeis oriundus, a quo *Helceſeitae*, qui & *Sampſei*, an. Chr. circ. 105. exorti ſunt, ſomniavit, Deum, ſive Chriſtum & Spiritum ſanctum habere menſuras milliariorum nonaginta ſex in longitudinem, & viginti quatuor in latitudinem (*e*).

IX. *Baſilides* Alexandrinus, qui erupit an. Chr. circ. 112., autumavit, Deum in Solis circulo contineri (*f*).

X. *Gnoſtici*, ac ferme ceteri, qui duo rerum principia ſtatuerunt, nempe bonum & malum, ea ſpatio & loco diviſerunt; bonum quippe in luminis, & malum in caliginis regione collocarunt (*g*). Ex iis autem *Manichaei* ulterius delirarunt, Deum tribus duntaxat quadris infinitum eſſe atque immenſum (*h*).

XI. *Pleromatici*, hoc eſt qui cum *Valentino* ac *Tatiano* Pleroma, ſeu inexſtricabilem illam plurium Deorum, quos *Aeonas* dicebant, ſeriem quaſi gradatim ſedentem cogitarunt, ſeu tenuerunt, pleniſſimam vero Deo Immenſitatem abjudicarunt (*i*). Addidit *Tatianus*, Deum non permeare materiam (*k*).

XII. *Authores & Sectatores Judaici Talmudis*, quod vulgo fertur perfectum tandem & abſolutum an. Chr. 509., Deo Immenſitatem abjudicare pluribus convincuntur. Primum enim ferunt Deum proficiſci ac manere; ire cum Iſraële in captivitatibus ac tranſmigrationibus (*l*). Hinc apud plures Judaeos uſui fuit carmen quoddam rhytmicum, quod decem tranſmigrationes, quas paſſa eſt Divinitas, concinebat (*m*).

Deinde negant, Deum in terris Gentilium reperiri (*n*). Aliqui demum ex Judaeis Deum in Occidente duntaxat conſiſtere arbitrati ſunt (*o*).

alii

(*d*) Ap. *Iren.* l. 1. adv. haereſ. c. 26. n. 2. p. m. 103. edit. Renati Maſſuet 1710.

(*e*) Ex *Epiphan.* haer. 53.

(*f*) Ita *Hieron.* in librum Amos. At de hoc tamen Baſilidis errore altum quidem ſilentium apud *Philoſtr. Epiphan. Auguſt.* ac reliquos vulgo Haereſeologos, ubi agunt de Errore Baſilide.

(*g*) Conf. *Epiph.* ubi de Gnoſticis, Valentinianis &c.

(*h*) Ap. *Auguſt.* l. contra epiſt. Fundam. cap. 21. & 23. & *Titum Boſtrenſem* l. 1. cont. Manich.

(*i*) Plura in hanc rem *Iren.* & *Epiph.* ubi de Valentino, Tatiano, Gnoſticis.

(*k*) In lib. cont. Graecos p. 144. ap. *Petav.* Theol. Dogm. l. 3. c. 7. n. 3., qui tamen error vulgo reticetur ab Haereſeologis, cum *Iren. Epiph. Philoſtr. Aug.* ubi de Tatiano.

(*l*) Sic in Talmudis *Ghemarà* (quod aliquibus ſonat *Miſchnae*, vel ſecundae Legis *commentarius*, aliis vero *Supplementum*) codice *Meghillà* cap. 4. pag. 29. longe poſt principium. Et ſic Rabbini alii, cum *R. Davide Kimchi* in Iſai. 43. 14.

(*m*) Illud protulit laud. *Bartolocc.* in Bibl. Rabbinica tom. 1. a p. m. 626. ex *Machazòr Bononienſi*.

(*n*) Ex *Talmude* Codice *Moed.*

(*o*) Ex *Talmude* Codice *Sanhedrin* cap. 11. pag. 91. 6. longe ab initio; idemque retulit *Petrus Alphonſus*, ipſorum olim partiarius, in dialogo Petri & Moſis, tit. 1.

alii vero crediderunt, in ſuo tantum Tabernaculo peculiariter atque circumſcriptive Deum fuiſſe (*q*) (*).

XIII. *Anonymi* quidam Deum ſubſtantia in coelo tantum conſiſtere commenti ſunt, in ceteris vero cunctis ſola energia ſeu efficacia operandi; & quidem ſpecie Deitatis a ſordibus, terrenaque colluvie ſecernendae. Eos confutarunt *Anaſtaſius Sinaita* (*r*) & *Hugo Victorinus* (*s*).

His addendi *Faſtidioſus*, ſecta Arianus, qui dicitur objurgari a Fulgentio in ſerm. contra Faſtidioſum: *Averrhoes*, Philoſophus Arabs, inſignis Ariſtotelis interpres, qui ajebat, cogitationem aliquorum, Deum in omnibus rebus eſſe exiſtimantium, puerilem eſſe (*t*): *Eraſmus*, apud nonnullos, dubiae religionis vir, qui dubitabat, ſit ne Deus in antro ſcarabaei, aliiſque obſcoenioribus locis (*u*).

XIV. *Valdenſes*, alias producti, cenſuere, Deum in templis reapſe non habitare, quum ſcriptum ſit *Act.* 17. 24. *non in manu factis templis habitat*; iccirco Eccleſias evertebant, omneſque ſacros ritus exſufflabant (*x*).

XV. *Steuchus Eugubinus* in ea fuit ſententia, ut Deus ſecundum ſubſtantiam in coelo tantum exiſtat, eo modo quo ſol orbe ſuo continetur,

(*q*) Id ex *R. Salomone* deducit laud. *Bartolocc.* p. m. 624. Num vero legitima illatione, alii judicent.

ADNOTATIO.

(*) DE famoſi Talmudis Authoribus, epocha, conſtructione, commentationibus, fabulis, nugis, ineptiis, haereſibus, fatis, quam variae ſunt Eruditorum ſententiae, quas equidem ad graviora feſtinantem nec indicare juvat. Unum dixero: Talmud, quod circumfertur, & citari ſolet, illud eſt, quod ex Hieroſolymitano ac Babilonico conflatum eſt atque perfectum, ex vulgatiſſima opinione, an. Chr. 500., juxta quod ab eo tempore Judaei omnes ſemper vixerunt, atque etiamnum vivunt. Ita cenſeo cum *Joan. Buxtorfio* in recenſione operis Talmudici p. m. 201. edit. Baſileens. 1610.

Cetera abunde dabunt Authores plurimi, & clari nominis, e. c. *R. Moyſes Maimonides*, extinctus an. Chr. 1104., in praefat. ad ſuum comment. in Miſchnam ap. *Guil. Surenhuſium* t. 1. Miſchnarum legum, *Petr. Alphonſus* in dialog. *Hieron. a S. Fide* l. 2. contra Judaeos, ap. *Bibl.* PP. Lugdun. t. 26. *Galatin.* l. 1. *Bartolocc.* in Biblioth. magna Rabbinica tomis v. ſparſim, *Joſeph de Voiſin* in prooemium pugionis fidei per Raymundum Martinium exarati, a p. m. 68. edit Lipſienſ. 1687. *Morinus* in Exercitationib. bibl. l. 2. exerc. 6. *Buxtorf.* in laud. Recenſione, & in Synagoga Judaica, *Joan. Chriſtoph VVolfius* in Biblioth. Hebraea par. 2. l. 4. *Bernard. Lamius* in adpar. biblico l. 1. c. 13. & alias, *Baſnagius* in hiſt. Judaeor. t. 2. l. 3. c. 6. per tot. *D'Argentr.* in collect. indic. de novis errorib. t. 1. ad an. 1238. a p. m. 146. edit. Pariſienſis 1728.

(*r*) In Orat. 2. de Incircumſcripto ap. *Bibl. Max.* Vet. PP. Lugdun. tom. 9. a p. m. 929. ubi Anaſtaſius errorem non adtribuit Arianis, quibus apud neſcio quem adtributam legiſſe memini, ſed anonymis; ait enim ille, quin Arianos nominet, *ſunt quidam &c.*

(*s*) In ſum. ſent. tom. 3. operum tr. 1. c. 4. p. m. 188. & de Sacram. fid. ibid. p. 3. c. 17. p. m. 230. & nec ipſe quidem Hugo Arianos tanquam erroris Adſertores adpellat.

(*t*) Diſp. 14. Metaph. adverſ. Algazelem, in reſponſ. ad ultimum dubium.

(*u*) Ap. *VVorſtium* lib. con. Becanum c. 1. §. 2.

(*x*) Ex laud. *Reinerol.* cont. Valdenſ. cap. 5. ap. *Bibl. M.* Vet. PP. Lugdun. tom. 25.

netur, ubique tamen ſecundum ſuam potentiam, quatenus omnia in omnibus operatur, non ſecus ac ſol influxus in iſthaec inferiora ex orbe ſuo diffundit *.

XVI. *Sociniani* cum ſuo *Crellio* (*y*), quibus praefulſit *Socinus* (*z*), negant acerrime Dei praeſentiam in rebus omnibus quoad eſſentiam, coelo eum contineri pertendentes. Eiſque ſubſcripſit Calvinianus *Worſtius*, qui ita ſuam de hac re diſputationem concludere non veretur (*a*). *Simpliciter igitur credamus, quod SS. Literae toties inculcant, Deum revera ſua ſubſtantia (quae ut ampliſſima & maxima, noſtrique reſpectu immenſa, ita ſimul ſumme glorioſa eſt) in coelo altiſſimo, eodemque capaciſſimo habitare: in terra vero ubique virtute & ſapientia ſua, ſive efficaci operatione & providentia ſua nobis adeſſe* (*).

Inſuper Deo viventi in ſecula vitam aperte pernegarunt occaecatiſſimi ſine numero *Idololatrae*, qui ſtatuam, ſimulacrum, ſolem, ſidera, ſeu quidpiam aliud inanime, tanquam Deum coluerunt, aut colendum praedicarunt. Ejuſmodi pene ex omni gente ſtultorum hominum quamprolixum exhibet cenſum praecitata *Hiſtoria Dogm. Polem.* (*b*). Conſuleſis interea *Calmetum* (*c*), *Joann. Boccaccium* (*d*), *Montfauconium* (*e*).

Poſtremo impii ac ſtolidi reperti ſunt, qui Dei Immutabilitatem exagitarent. Quoniam

* In expoſitione Pſalmi 138.

(*y*) Lib. de Deo c. & l. 1. de vera Relig. c. 27.

(*z*) In tract. Franciſci Davidis.

(*a*) In not. ad diſp. 3. ap. laud *Gaulter.* p. m. 833.

ADNOTATIONES.

(*) I. SUnt qui cum *Cyrillo* Glaphyr. in Geneſ. l. 4. ſuſpicentur, priſcis adeo, immo Patriarchicis illis Seculis Dei immenſitatem penitus ignotam fuiſſe; eo quod Jacob ex *Geneſ.* 8. 16. dixerit, *Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam*. Attamen evanida ſuſpicio eſt; non enim loquutus eſt Jacob de ſubſtantiali Dei praeſentia, immo potius de peculiari aliqua divinae Providentiae demonſtratione. Nec hercle fas eſt credere, eum, vel eo priores Patriarchas, lumine tanto coelitus perfuſos, dogma iſtud latuiſſe.

II. Erronibus hocce capite deſcriptis nonnulli adnumerare non renuunt tres Catholicos Doctores, pietate atque doctrina praeſtantes: videlicet *Clementem Alexandrinum*, qui dixit lib. 2. ſtrom. ſubſtantia nullibi, potentia ubique Deum eſſe; *Authorem* quaeſtionum & reſponſionum ad Orthodoxos inter opera Juſtino vulgo adſcripta, reſp. ad quaeſt. 11. ajentem, Deum ſua tantum voluntate hanc rerum univerſitatem continere; *Lactantium* denique, qui l. de opif. Dei c. 16. coelo Deum circumſcribere videtur.

Enim vero ſic eorum mens exponi poteſt, ut, fatentes aliunde Immenſitatem, noluerint ubi adlegantur, Dei ſubſtantiam, quemadmodum putarant Stoici, inſtar corporis cum rebus a ſe conditis permiſceri, & cum iis communicari; ſed ita omnibus ineſſe, ut etiam extra omnia ſit. Aut fortaſſe ipſi cenſuerant, nec Deum, nec rem ullam ſpiritualem ſubſtantia ſua ſtricte in loco eſſe, ſed actione tantum. Plura *Petav.* theol. dogm. tom. 1. l. 3. c. 7.

(*b*) In Sectione 1. Chiliade 111. & xv., utrobique Parte poſteriore, prout ſert operis methodus & ordo chronologicus.

(*c*) In Lexico Biblico, art. *Idololatria*.

(*d*) In Comment. de Genealogia Deorum.

(*e*) In Antiquit. illuſtrata.

I. *Stoici* (*f*) *Deum corruptioni obnoxium, & ejus naturam corpoream eamque mutabilem, & omnium formarum capacem inducunt*. Tum ipſi dixerunt, Deos minores in Deum magnum verti (*g*) (*).

II. *Tertullianus* (*h*), *Lactantius* (*i*), & *Author* libri de Trinitate, qui *Novatianus* inſcribitur (*k*), viſi ſunt *Petavio* (*l*), quem ſequitur & exſcribit *Aguirrius* (*m*), revera admiſiſſe in Deo quoſdam animi motus & adfectiones, divinae Immutabilitati repugnantes. Quid ſimile in nonnullis *Socinianis* reprehendit *Calovius* (*n*). Quid tamen de iis ſentiendum, alias (*o*) (**).

III. *Ariani* negarunt Verbo Divinitatem, quod crederent Verbum in carnem verſum ac mutatum (& haec Arianiſmi origo); quum tamen Deus, ut iidem optime ſupponebant, invertibilis ſit ac immutabilis (*p*). Et quidem dum Verbo mutabilitatem adfigebant, & Deo reapſe eamdem imputabant. Hinc

(*f*) Ap. *Orig.* l. 3. cont. Celſum num. 75. edit. Caroli de Larrue 1733. p. m. 497.

(*g*) Conf. *Plutarchus* in l. de communibus contra Stoicos notionibus c. 28.

ADNOTATIO.

(*) Similem huic inſaniam impegit Gerſonius *Joanni Rusbrochio*, qui florebat an. 1370. quod adſeruerit, beatitudinem noſtram ſitam eſſe in tranſitu vel converſione in eſſe increatum & ſupereſſentiale, quod habuimus in noſtra idea in Deo; id quod interpretatur Gerſonius de noſtra deſtitione ſecundum rem, & vera in Deum converſione.

Ceterum de myſtica tantum converſione loquutus eſt piiſſimus juxta ac doctiſſimus Author; quoniam ſaepe alias, praeſertim in Opuſc. inſcripto *Samuel*, ſeu Apologia de alta contemplatione, a cap. 3. ad 14. a p. m. 740. edit. Colonienſis 1609., ſibi adfictum a Gerſone ſenſum ut longe impium, & ipſi naturae lumini repugnantem tanquam ab aliis Erronibus tum temporis cooptatum, damnat, & pro viribus convellit. Conf. *Carthuſian.* de contempl. l. 3. c. ult. & *Leſſius* de ſum. bono l. 2. c. 1, num. 7.

(*h*) L. cont. Marcion. c. 26. & l. 2. c. 16.

(*i*) L. de Ira Dei c. 12. & 15.

(*k*) cap. 3.

(*l*) Tom. 1. l. 3. c. 2. a n. 14.

(*m*) In Theol. Anſelm. tom. 1. tr. 3. diſp. 33. ſect. 4. num. 41. & 42.

(*n*) In ſcriptis Anti-Socinianis tom. 2. p. m. 55.

(*o*) Ubi de divinae Voluntatis Adfectionibus Lib. III. Cap. I.

ADNOTATIO.

(**) Porro alias notatur *Tertullianus* haud recte penitus de divina Immutabilitate ſenſiſſe. Ubi enim l. 2. in Marcion. c. 24. hunc coarguit, quod prave interpretetur poenitentiam Dei, adſertam in ſacris literis, e. c. Geneſ. 6. 6. *poenituit eum quod hominem feciſſet in terra*, ac Jonae 3. 10. *& miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, ut faceret eis* (Ninivitis) *& non fecit*; ipſe tamen ſic quaeſtionem definit, ut eam Dei poenitentiam ſitam velit in ſimplici prioris ſententiae converſione, ac demutatione animi, non quidem profecta ex levitate, ſed pro rerum ſeſe variantium occurſu. Quidquid vero *Petavius* hoc Tertullianeum effatum benigne emollire contendat dogm. theol. t. 1. l. 3. c. 2. n. 18. mihi illud duriuſculum eſt. Secus quidem & rectius, abſque ulla in Deo mutatione, poenitentiam ejuſmodi explicarunt Patres. Conf. *Pſeudo-Juſtin.* quaeſt. 36. ad Orthodoxos, *Orig.* hom. 23. in Numer. *Auguſt.* 17. Civ. c. 7. & l. 1. cont. adverſ. leg. c. 20.

(*p*) Conf. *Athanaſ.* epiſt. ad Serap. fere ſub init. & *Ambroſ.* l. de fide contra Arianos c. 8.

Hinc *Menas*, Alexandrinae Eccleſiae Diaconus, Arianae factionis ſectator ſub an. circ. 315., una cum ſociis *Ario* altero Sarmata, *Euzonio*, *Lucio*, *Julio*, *Cajo* &c., roganti cuidam, anne Verbum Dei mutari poſſet, uti diabolus mutatus eſt? auſus eſt, nec erubuit poſtulatis adnuere, rem adfirmando (*q*). Verbum quippe, ex Arianorum dogmate, adeo mutabilitati fuit obnoxium, ut in libero ejus arbitrio fuerit, quamdiu vellet bonum permanere, atque in malum deflectere.

IV. *Apollinariſtae*, quos progerminarunt duo *Apollinares* Alexandrini, & Clerici, pater & filius, circ. Chr. an. 372., docuerunt, divinam Verbi ſubſtantiam in carnem fuiſſe converſam, Chriſti corpus Divinitati conſubſtantiale fingentes (*r*). Hos, reor, perſtrinxiſſe *Cyrillum Alex.* (*s*)

V. *Secundinus*, ſecta Manichaeus, Fauſti ac Felicis coaevus & ſocius, Manetis Magiſtri erroribus ſuum adjecit, Deo mutabilitatem adpingens (*t*). Floruiſſe dicitur ſub an. Chr. circ. 405.

VI. *Theophronius*, ſecta Eunomianus, ſuimet ingenii cavillis irretitus & captus, Deum eſſe mutabilem palam edocuit. Qua de cauſſa a ſuis popularibus repudiatus, novam *Theophroniorum*, ſeu *Agnoitarum* haereſim ac ſectam inſtituit IV. Chriſtiano Seculo vertente (*u*).

VII. *Eutychiani*, duce *Eutychio*, Presbytero & Archimandrita CP., ſub an. circ. 445. tenuerunt, Chriſtum ſecundum carnem minime nobis conſubſtantialem eſſe, quoniam natura carnis per Verbi adſumptionem in Dei naturam, ſeu Divinitatem converſa eſt (*x*).

His ex animo ſubſcripſit *Joan. Langus*, ſecta Lutheranus; admiſit quippe carnis Chriſti Deificationem, ejuſdemque creatae ſubſtantiae converſionem in divinam ſubſtantiam (*y*). Tum *Melchior Hofmannus*, Anti-Lutheranus, qui vixit an. 1532. (*z*), hic enim Argentinenſes Concionatores ad diſputationem provocavit ſuper hoc (inter alios) articulo: quod Deus ex ſe caro factus ſit, ita ut una eſſet in Chriſto natura.

VIII. *Theopaſchitae* novi, Authore *Petro Cnaphaeo*, vulgo *Fullone*, ſecta Eutychiano, & Antiochenae ſedis invaſore, eo Deum mutabilem fecerunt, quod tenuerint Unigeniti Filii Divinitatem reapſe cruci adfixam & paſſam fuiſſe: quocirca illum Triſagio adjiciebant articulum: *qui crucifixus es pro nobis*. Hanc Haereſim, qui eam tenacius defendit

(*q*) Ex *Niceph.* hiſt. eccl. l. 8. c. 8.

(*r*) Conf. *Athan.* l. de Incarnat. Chriſti cont. Appollin. *Greg. Nazianz.* epiſt. ad Nectarium, *Theodor.* haer. fab. l. 4. c. 8. & 9. *Eulog. Alexandrinus* ap. *Phot.* cod. 230. *Epiph.* haer. 77.

(*s*) In l. de recta fide ad Theodoſ. ſub init.

(*t*) Conf. *Auguſt.* lib. cont. Secundinum cap. 6. & 13.

(*u*) Lege laud. *Niceph.* l. 11. c. 11. & l. 12. c. 30. quem exſcripſit *Prateol.* in Theophronio.

(*x*) Ex *Facundo Hermianenſi* l. 1. c. 5. *Liberato* in breviario cauſſae Neſtorianae & Eutychianae cap. 11. & ſaepius, *Adpendice Gennadii* ad lib. de haereſibus, haer. 91. *S. Leone* P. epiſt. 45. ad Pulcheriam laud. *Theodoreto* in Eutychete ac in dialogo *In confuſus*.

(*y*) In ſuis de fidei expoſitione rapſodiis ad Juſtinum, & in Tract. adverſ. Staphylum.

(*z*) Ap. *Prateol.* in Melchioritis, ex *Lindano* in dialogo 11. ſui Dubitantii.

Jacobus, gente Syrus, adflaviſſe dicitur Armenis, qui propterea *Jacobitae* compellati ſunt (*a*).

IX. *Thalmudiſtae Judaei* tenuerunt, quod Deum reapſe poenituerit quatuor creaſſe, nempe tranſmigrationes Judaeorum, Chaldaeorum, Iſmaëlitarum, & pravam concupiſcentiam (*b*). Nugas alias & blaſphemias in Deum immutabilem commenti ſunt cum *Talmude*, quas vel innuere taedet. Eas videſis apud *Bartolocc.* (*c*)

X. *Lutherus* blaſphemam Theopaſchitarum haereſim ex orco revocavit (*d*). Et parenti adhaeſit *Andreas Muſculus* (*e*) cum aliis bene multis ex Lutheranico grege (*f*).

XI. *Theologaſter* quidam nuperus e Calviniana caula, ex poenitudine, quae Deo adſeritur in ſacro Codice, eum eſſe mutabilem dogmatizavit (*g*).

XII. *Socinus* ſtatuit (*h*), *Deum ſolere ſcientiam ſuam, quam adverſus aliquos ſancivit, revocare & reſcindere*. Tum alias (*i*) negat, *Deum ab aeterno futura contingentia ſcire, aut antequam eadem contingant, praeſcire*. Unde adfirmet, oportet, Deum a non ſciente in ſcientem reapſe mutari.

Et *Sociniani* generatim docent, *Deum in tempore decreta quaedam facere de his vel illis ſalvandis & damnandis, ut & de aliis rebus, de quibus ab aeterno nihil concluſum fuerit: tum in Deo adcidentia locum habere*; quae utique mutationem aliquam inferunt.

Speciatim vero ex ipſorum grege primipilus *Crellius* tenuit (*k*), *decreta divina in Deo non ſimul eſſe omnia, nec ab aeterno fuiſſe, decretum unum ſequutum aliud, ratione temporis, poſteriora prioribus eſſe ſaepe contraria*. Quin immo adſerere non erubuit *in Deo aliquam mutationem eſſe, immo niſi in Deo mutatio quaedam ſit, Deum fruſtra placari* ubi iratus eſt (*l*).

XIII. *Worſtius* ita fatur (*m*), *divina voluntas ſemper principium cujuſdam mutabilitatis eſt, etiam in ipſo Deo, quippe per quam Deus aliter atque aliter habere ſe & poteſt & ſolet, tum volendo, tum contemplando ... Non ſatis igitur circunſpecte loquuntur qui Deum ut eſſentia, ſic etiam voluntate prorſus immutabilem eſſe adfirmant*.

XIV.

(*a*) Conf. Acta *Concilii Conſtantinop.* II. *Niceph.* hiſt. eccl. l. 18. a c. 51. *Damaſc.* de fide l. 3. c. 10. *Prateol.* in Petro Cnaphaeo.

(*b*) Ex *Talmud.* codice *Succà* cap. 5. pag. 52. 6. paullo ante medium.

(*c*) In *Bibl. Rabbin.* ubi de Deo Rabbinico §. 12. a p. m. 603. & §. 17. p. 630.

(*d*) In l. de Conciliis, & in confeſſione de Coena Domini - Conf. *Poſſev.* l. de Atheiſmis haeretic. c. 8.

(*e*) Ap. *Prateol.* in Muſculanis, ex *Lindano*, & ex lib. *Lutheri* de Conciliis.

(*f*) Ap. *Cnoglerum* in art. 1. Symboli Lutherici.

(*g*) Ap. *Raynaud.* in Theol. nat. diſt. 7. nu. 62.

(*h*) De Servat. Chriſto c. 3. & in praelect. theol. c. 17.

(*i*) Ap. *Calov.* in Anti-Socin. ſcriptis tom. 2. p. m. 47.

(*k*) L. de Deo & Adtrib. div. p. 340. & 384.

(*l*) Ibid. p. 350.

(*m*) In not. ad diſp. 3. ap. laud. *Gaulter.* p. m. 833.

XIV. *Catholici Doctores* aliqui (*n*) cum *Lycheto* Brixienſi (*o*) *ac Delphino* (*p*) putarunt, probabiliter defendi poſſe, quod Deus in tempore aliqua re ipſa velit, quae antea noluit. At ex iis ſaltem *Lychetus*, quem unum evolvere licuit, ubi laudatur eam opinionem quamtrepide fert, & *ſine adſertione*, ut proteſtatur, ſubmittitque humillime inerranti Eccleſiae judicio & correctioni.

His jam vero poſitis, ad Dogmatico-Scholaſticas Quaeſtiones adcedimus.

---

108 QUAESTIO I. Quid de *Immenſitate*? ADSERO I. Eſt ratio, qua Deus virtuali quadam ſpirituali magnitudine, vel quaſi extenſionis ſui diffuſione eſt per ſuam eſſentiam praeſens, ac penetrative indiſtans ab omnibus creatis, & creabilibus (*q*). Ità perhibent *Scripturae* cum *Deuter.* 4. 39. *Bar.* 3. 25. *Job.* 11. 8. & 3. *Reg.* 8. 27. *Pſal.* 138. 7. *Joſ.* 2. 11. *Act.* 17. 27. Tum *PP.* cum *Cypr.* (*r*) *Orig.* (*s*) *Clem. Alex.* (*t*) *Athan.* (*u*) *Ambr.* (*x*) *Aug.* (*y*). *Arnob.* (*z*) *Baſil.* (*a*) *Hieron.* (*b*). Quibus adde *Conc. Later.* ſub Innoc. III. & aliud ſub Martino I. & Symbolum, quod dicimus Athanaſianum. QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

109 Praeterea Ratio naturalis ex eo quod Deus ſit undequaque infinitus & perfectiſſimus, ſuffragatur ſacro Dogmati; quod propterea noverunt ac confeſſi ſunt Sophiſtae Ethnici, inter quos percenſeas licet *Triſmegiſtum* (*c*), *Orpheum* (*d*), *Pythagoram* (*e*), *Heraclitum* (*f*), *Plotinum* (*g*), *Zenonem* (*h*), *Diogenem Cynicum* (*i*), *Ariſtotelem* (*k*), *Senecam* (*l*), *Virgilium* (*m*), *Proclum* (*n*), *Salluſthium Cynicum* (*o*), *Aeſchylum* (*p*).

110 II. Haec praeſentia non conſiſtit formaliter in divina operatione (*q*). Quia ſi fas utcumque eſſet aliquid abſque Dei operatione exiſtere, Deus tamen eſſet neceſſario in illo, ex vi Immenſitatis. 111. Deus non eſt actu in ſpatiis (ut vulgo dicitur) imaginariis (*r*) Quia in

(*n*) Ap. *Aguir.* in Theol. Anſelm. tom. 1. tr. 3. diſp. 32. n. 5.

(*o*) In 2. diſt. 1. q. 2. §. *Iſtis ergo.* p. m. 9.

(*p*) In Opuſc. de futurorum eventu.

(*q*) *Suar.* l. 2. c. 2. *Redi.* q. 3. a. 4.

(*r*) L. de vanit. idol.

(*s*) Hom. 12. in Geneſ.

(*t*) L. 7. ſtrom.

(*u*) Epiſt. ad Serapion.

(*x*) L. 1. de fid. c. 16.

(*y*) Ep. 187. alias 57. ad Dardan. c. 4.

(*z*) VI. in Gentes.

(*a*) In init. Evang. S. Joan.

(*b*) L. 1. in 2. Epheſ. 3.

(*c*) Cap. 11. Pimandri.

(*d*) Ap. *Cyril. Alex.* l. 1. in Julianum.

(*e*) Ap. *Juſtin.* in Paraen. circa med. quidquid oppoſitum de Pythagoreis adduxerit *Photius* cod. 249.

(*f*) Epiſt. ad Hermodorum.

(*g*) Ennead. 6. l. 4. c. 2. & 4.

(*h*) Ap. *Palacios* in 1. diſt. 37. diſp. 1.

(*i*) Ap. *Laert.* de vit. Philoſ. l. 6.

(*k*) L. 1. de partib. animal. c. 5. & 7.

(*l*) L. 4. de beneficiis c. 8.

(*m*) L. 4. *Georgic.*

(*n*) In Theol. Platon. l. 1. c. 19.

(*o*) De diis & mundo c. 2.

(*p*) Ap. *Clem. Alex.* 5. ſtrom.

(*q*) *Suar.* cit. *Red.* cit. cum *Iſambert.*

(*r*) *Mezger.* tr. 1. d. 5. art. 5. §. 1. & ſqq. *Juen.* part. 1. diſſ. 4. qu. 6. cap. 3. *Paull. a Con* heic d. 4. n. 24. cum *Vaz. Tanner. Banne. Contenſ. Scot.* &c. contra Viv. cit. q. 4. n. 1.

in nihilo nihil omnino eſt. At eſt potentialiter, quatenus habet virtutem inexiſtendi rebus, lociſque in infinitum imaginabilibus, aut poſſibilibus, ſi actu eſſent. Pluribus hoc Adtributum elucidat *Petav.* (*s*)

OBJECTIONES.

111 Obj. *primo* contra 11. Adſert. David probat Dei Ubiquitatem ex ſua ubique operatione Pſal. 138., *ſi adſcendero in coelum, tu illic es &c., etenim illuc manus tua deducet me*. Item Paullus praedicans de Deo Act. 17. *non longe abeſt ab unoquoque noſtrum; in ipſo enim vivimus, movemur, & ſumus*, ideſt per ipſum utique concurrentem operamur. *Secundo*. Secluſa operatione Dei creativa, ſeu conſervativa, imperceptibile eſt quod Deus rem intime contingat, & locus a Deo dependeat; quod tamen clare percipitur, admiſſo contactu operationis. *Tertio*. Ex operatione infertur evidenter praeſentia Dei in loco; nam ex Ariſtot. (*t*) *agens & paſſum debent eſſe ſimul*, ideſt tempore & loco, ſed Deus per creationem, & conſervationem eſt intimum agens omnium creaturarum. Hinc Nyſſen. (*u*) *Si ergo ab illo* [Deo] *ſunt omnia, & ille eſt in omnibus*; & alii PP. ſimiliter.

112 R. Ad *primum*. David ibi loquitur de Deo, ſua Providentia omnia videnti & gubernante. Paullus adfert operationem, non tanquam rationem formalem praeſentiae, ſed tanquam conjecturam mediate efficaciter probabilem: ac τό *in ipſo* intelligit *tanquam in loco* (*x*), ex quo recte infertur Dei praeſentia ad omnia; non ita vero ex operatione. Ad *ſecundum. N.A.*; nam ſat percipitur, Deum eſſe rei praeſentem, ex quo praeciſe correſpondeat indiviſibiliter loco reali, ſitque rei indiſtans, inſtar ſpiritus (*y*). Ad *tertium. N. Adſ.*; quia ſolum infertur indirecte & mediate probabiliter; eſt enim valde probabile, quod poſſit agens operari in diſtans. Hinc Nyſſen. aliique PP. ſolum intendunt inferri probabiliter Dei praeſentiam ex operatione (*z*).

113 Obj. *quarto* contra 111. Adſert. Ex Job. 11. Deus *excelſior coelo eſt*: unde Greg. (*a*) *ipſe manet intra omnia, ipſe extra omnia*, & ſimiliter ex aliis PP. (*b*); ergo Deus eſt actu in ſpatiis imaginariis de novo in aliquo loco, aut tempore, quo prius non exiſtebat. *Quinto*. Si Deus crearet hominem ab hoc mundo diſtantem, eſſet in homine, mundo, & ſpatio intermedio; ne dicamus, tunc habiturum praeſentias diſcretas, ac inter ſe diſtantes: ergo poteſt eſſe poſitive extra mundum.

114 R. Ad *quartum*. Per hos textus dicitur Deus eſſe *extra omnia*, quatenus eſt in mundo non tanquam limitatus, & contentus in illo, ſed potius tanquam continens, & potens eſſe in mundis infinitis, ſi eos crearet. Ad *Quintum*, Deus ſolum negative eſſet in illo ſpatio intermedio, quod quidem nec eſſet locus poſitivus, ſed mere negativus: hinc vero

(*s*) L. 3. de Deo c. 7. & ſeqq. Tr. I. L. II. Cap. I.
(*t*) L. 7. Pyſ. text. 10. 11. 12.
(*u*) Orat. Catech. c. 25.
(*x*) Ex *Aug.* ap *Alap.* in eum locum Act.
(*y*) Ut de Angelo adſerit ut *infra* Par. II.
(*z*) V. *Amic.* d. 8. a n. 16. *Durand.* p. 1. d. 4. q. 4.
(*a*) L. 2. Mor. c. 8.
(*b*) Ap. Paul. a Conc. heic d. 4. n. 26.

vero Deus haberet praeſentias ſolum terminative diſcretas, quatenus diſcretis locis praeſens eſſet (c).

115 QUAESTIO II. Quid de *Vita*? ADSERO I. Eſt ratio, qua Deus intellectu, & voluntate ſuos actus exercet immanenter metaphyſice, ſeu per identitatem (d). Quia eſt ſubſtantia ſpiritualis completa perfectiſſima. Hanc vitam oſtendunt *Scripturae* e. g. *Num.* 14. 18., *Pſ.* 83. 3., *Matt.* 16. 16., *Joan.* 5. 26., *Hebr.* 10. 21., *Apoc.* 10. 16. Adcinuntque PP. cum *Orig.* (e) *Nyſſen.* (f) *Clem. Alex.* (g) *Iren.* (h) *Epiph.* (i) *Cyril. Alex.* (k) *Mario Victorino* (l) *Aug.* (m) *Claudiano Mamerto* (n) *Bernard.* (o)

116 Tum ex Ethnicis *Plato* (p) *Ariſtot.* (q) *Tullius* (r) ceteri fere *Platonici* cum *Plotino* (s). Id quod evidenter plane concluditur ex Scientia, Libertate, Providentia, aliiſque praedicatis ſummo Deo alias adſerendis.

117 II. Deus eſt vivens in genere aliquo vitae notionalis per modum actus primi & ſecundi, realiter ac phyſice talium. Quia in Deo eſt verum principium phyſicum termini vitalis, qui eſt verus actus ſecundus, ut patet in vitalibus Perſonarum Originibus; nam in Patre eſt verum Principium Filii, & in Spiratore Spiritus S., per proprium vitae exercitium productorum, etiam vita condiſtincta ab intellectione & volitione, quas ſupponunt. Porro *Deus Deum genuit*, quemadmodum conceptis verbis protulerunt *Dionyſ.* (t) *Athan.* (u) *Baſil.* (x) *Epiph.* (y) Sicut ergo Deus generat & ſpirat realiter Deum, ita ſimiliter vivit notionaliter eam utramque vitam pro diverſitate Perſonarum (z). Plura & quidem ſelecta de vita Dei *Thomaſſin.* (a).

OBJECTIONES.

118 Ob. *primo* contra II. Adſer. Divinae productiones conſiſtunt adaequate in relativo, habentque terminum, qui producitur in ſuppoſito diſtincto: ergo non ſunt immanentes, & vitales. *Secundo*. In Patre poſſe eſſe Patrem, & in Spiratore poſſe ſpirare, quum ſit eorum quidditas, eſt potentialitas pure logica, non phyſica, uti in homine poſſe eſſe animal: ergo non eſt in eis verus actus primus phyſicus.

119 R. Ad *primum N. Con.*; quia etſi ſuppoſitum ſit diſtinctum, non tamen extraneum principio, a quo egreditur productio, cum ſint ejuſdem naturae: adeoque terminus ſic productus dicitur proprie manere

(c) V. *Paul. a Cone.* heic d. 4. a n. 26. *Duran.* tr. 1. d. 4. q. 5.
(d) *Mun.* d. 4. a n. 1. cum *Aug. Th. Hemelman.* &c.
(e) In Joannis Evang.
(f) L. de anima & reſurrect.
(g) Strom. l. 2.
(h) Dialog. cum Tryph.
(i) Haer. 64. n. 18.
(k) Dial. 5. de Trin. & alias.
(l) L. 4. adv. Arium.
(m) L. 15. de Trin. c. 5.
(n) De ſtatu animae l. 3.
(o) Serm. 81. in Cant.
(p) In definitionibus.
(q) L. 2. Metaph. c. 7.
(r) L. 1. de nat. deor.
(s) Ennead. 3. l. 8. c. 9. 10. & ſaepius.
(t) De div. nom. c. 2. ferme ſub init.
(u) l. 2. de Trin. cont. Anom.
(x) Orat. contra eos, qui calumniantur quod tres deos colamus, ſub fin.
(y) Haer. 76. adv. Aetium.
(z) Conf. *Herize* diſp. 2. n. 29.
(a) De Deo l. 3. c. 25. & 26.

nere in ſuo principio, ex illo Chriſti *Joan.* 10. *Pater in me eſt, & ego in Patre*. Unde *Ambr.* (*b*), *manet enim in Deo, qui ex Deo eſt*. Ad *ſecundum D. A.* relate ad Patrem, & Spiratorem, *C.*, relate ad Filium, & Spiratum, *N. A.* & *Con.* Sic enim Omnipotentia eſt poſſe per modum actus primi phyſici, non relate ad Omnipotentiam, ſed ad creaturas producendas.

120 QUAESTIO III. Quid de *Immutabilitate*? ADSERO 1. Eſt ratio, qua Deus a ſe poſitive excludit omnem intrinſecam mutabilitatem. Siquidem *Jacob.* 1. 27. *apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*. Idemque ferunt *Scripturae* aliae, e. g. *Num.* 23. 19. *Malach.* 3. 6. *Sap.* 7. 27. *Pſ.* 101. 28. & 1. *Reg.* 15. 29. *Iſai.* 46. 10. Tum *PP.* cum *Nazian.* (*c*) *Ambr.* (*d*) *Hilar.* (*e*) *Aug.* (*f*) *Athan.* (*g*) *Chryſ.* (*h*) *Fulgent.* (*i*) *Greg. M.* (*k*) *Cyril. Alex.* (*l*) Quibus addendum *C. Nicaenum* I. (*m*) necnon *Lateranenſe* (*n*). Ipſam deinde Immutabilitatem, ratione naturali ducti agnoverunt Gentiles Philoſophi, & ſcriptis teſtatam reliquere: e. g. *Triſmegiſtus* (*o*), *Philolaus* (*p*) *Plato* (*q*) *Ariſtoteles* (*r*) *Plotinus* (*s*) *Saluſtius* (*t*) *Jamblichus* (*u*) *Proclus* (*x*) *Alcinous* (*y*) *Simplicius* (*z*) Porro divinae Immutabilitatis indolem egregie exponit laud. *Petav.* (*a*)

121 II. Deus eſt immutabilis entitative; quia enti eſſentiali repugnat tranſire a non eſſe ad eſſe, vel ab eſſe ad non eſſe: & ad hoc poſterius revocatur ejus Immortalitas. Tum localiter; quia eſt immenſus, cuncta replens. Tum phyſice; quia eſt ſumme perfectus, & actualiſſimus: nequit ergo eſſe in potentia, ut fiat perfectior, aut imperfectior. Tum intentionaliter, aut moraliter; quia nequit mutare propoſitum, vel ex nova notitia ſuperveniente, vel ex novo placito voluntatis (*b*).

122 III. Intellectus Divinus eſt immutabilis quoad ſuos actus, quatenus ſemper eodem modo novit praeterita, praeſentia, & futura (*c*). Quia haec noſcit ſupereminentiſſimo quodam modo, ad temporum differentias non adligato, ut fert imperfectio noſtri limitati modi cognoſcendi. IV. Deus eſt immutabilis quoad ſuos actus, quibus e. g. Petrum juſtum

(*b*) In Symb. Apoſt. c. 2.
(*c*) Orat. 33.
(*d*) L. 1. de fid. c. 18.
(*e*) In fragmentis.
(*f*) Tr. 4. in Joan. & ſaepe alias.
(*g*) Orat. 2. cont. Arianos.
(*h*) In Pſ. 101. v. 28.
(*i*) L. de fide ad Petrum c. 3.
(*k*) L. 12. Moral. c. 17.
(*l*) Dial. 1.
(*m*) *Ambroſio* Interprete l. 5. de fide c. 9.
(*n*) In cap. *Firmiter*.
(*o*) In Pimandr. c. 4.
(*p*) Ap. *Philon.* Hebr. in Coſmopaeia.
(*q*) L. 2. de Rep. ap. *Euſeb.* praep. ev. l. 13.
(*r*) L. 1. de coelo c. 9. text. 100.
(*s*) Ennead. 6. l. 5. c. 3.
(*t*) In commentar. ad Platonis Remp.
(*u*) De Myſt. ſect. 1. c. 5. 9.
(*x*) In Theol. Platon. l. 1. c. 12. & l. 5. c. 34.
(*y*) Cap. 10.
(*z*) In Epictet.
(*a*) De Deo l. 3. c. 1. & 2.
(*b*) *D. Th.* q. 9. a. 1. 2. *Suar.* heic l. 2. c. 3. *Becan.* heic c. 7.
(*c*) *Mun.* cit. n. 21. cum, *Thyrſ.* ex *D. Aug.* l. 11. de Civit. c. 21.

juſtum amat, & injuſtum odit, quatenus ſemper Petrum pro quovis tempore juſtum amat, & pro quovis tempore injuſtum odit. Id autem nullam arguit in Deo, ſed in Petro mutationem (*d*).

OBJECTIONES.

123 Obj. *primo* contra I. & II. Adſert. Mutatio eſt tranſitus a non eſſe ad eſſe; ſed Verbum, & Spiritus S. tranſeunt a non producto ad productum, cum realiter producantur: ergo mutantur. *Secundo*. Divinum Verbum intrinſece unitum humanitati aliter ſe habet intrinſece, ac ſe habebat ante unionem, a qua utpote melioratur, & perficitur, quum ſit perfectio ſibi intrinſece ſuperaddita: ergo mutatum eſt. *Tertio*. Actus contingentes & liberi ſunt Deo perfectiones intrinſecae, ac defectibiles: ergo potuit Deus quoad illos mutari. *Quarto*. Si Dei decreta aeterna non ſint mutabilia, non ſunt libera, quum ſic nequeant non eſſe; nam non inciperent libere, quum nullatenus inciperent; nec libere permanerent, quum ſint neceſſario irrevocabilia: & quidem quidquid eſt, ex ſuppoſitione quod ſit, neceſſario eſt: ergo. *Quinto*. Deus dixit Gen. 6. *Poenitet me feciſſe hominem*, & ſimiliter alibi: ergo.

124 R. Ad *primum*. *N. Mi.* Quia ab aeterno nunquam non producuntur. Ad *ſecundum*. Verbum non melioratur, aut perficitur ab Unione, quia eam reſpicit ut purum terminum; & quum ſit ſimpliciter infinitum, eſt incapax augmenti & decrementi in perfectione, immo continet eminenter omnes Unionis perfectiones. Ad *tertium*. *D. A.* ac defectibiles, ſimulque identificati cum Eſſentia neceſſario indefectibili, *C.* ſecus, *N.* nam illos habet Deus per ſimplicem tendentiam cognitionis, & volitionis neceſſariae, quae ratione ſuae infinitae perfectionis ſufficiens eſt, ut ſine adceſſu illius entitatis ſe extendat libere & contingenter modo quodam divino ad objecta contingentia. Hinc *D. Conſ.* poteſt quoad illos mutari, modo quo illi ſunt defectibiles, *C.* ſecus, *N.*

125 Ad *quartum*. *N. Adſ.*, quia ſolum ſunt irrevocabilia ex ſuppoſitione quod ab aeterno primo extiterint: haec autem prima eorum exiſtentia fuit Deo libera, quum potuerit ab aeterno oppoſitum decernere: unde & ſemper idem poteſt: adeoque decreta ſemper abſolute libera ſunt. Quin etiam ex ſuppoſitione quod ſint, libere ſunt, quia ſunt eo modo quo ſunt: neque ſic neceſſario eſſe dixeris, niſi in ſenſu neceſſitatis logicae, quae libertati phyſicae nihil derogat; ſic autem erunt neceſſario libere. Ad *quintum*: illa verba, & ſimilia ſunt metaphorica, noſtro modo agendi & intelligendi adcommodata; etenim ex *Malach.* 3. *Ego Deus, & non mutor*.

126 Obj. *ſexto* contra III. Adſert. Deus diverſo modo cognoſcit quae heri extiterunt, quae hodie exiſtunt, quae cras exiſtent; falſo enim ipſe diceret, *hodie Adam exiſtit, nunc Anti-Chriſto coexiſto &c.* ergo quoad iſtas cognitiones mutatur. *Septimo* contra IV. Adſert. Dum quis eſt juſtus, certo tunc temporis eum Deus amat, & non odit;

(*d*) Ita expeditius cum *Amico R.* contra Mun. cit. n. 33. cum Ribad. Lumb. Gill. &c. aliter rem enodantibus.

ac vice versa, dum ipse est injustus: ergo quoad istos adfectus mutatur Deus.

127 R. Ad *sextum. N. A.* quia in Deo non sunt, ut in nobis, termini illi limitati *cras*, *nunc*, *tunc* &c. quum in se omnia tempora, temporumque differentias, & combinationes simpliciter comprehendat. Ad *septimum N. A.* quia ab aeterno, & semper amat Deus justum pro tempore quo sit justus, oditque pro tempore quo sit injustus: unde varietas est in objecto, quod pro diversa temporis differentia Dei adfectum diversimode terminat (*e*).

§. IV.

De Misericordia, Justitia, Invisibilitate, Incomprehensibilitate, Subsistentia absoluta.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Dei Justitiam, Invisibilitatem, Incomprehensibilitatem.

128 PRincipio sui aequissimi Conditoris Justitiae, de qua, naturae lumine dictante, nemo unus Gentilium dubitarat (*f*), perplures Heterodoxi vehementer injurii reperti sunt. Nimirum

I. *Sadocaei* Deo Justitiam adimebant, docentes, nullum post hanc vitam bonis operibus superfuturum praemium, aut iniquis supplicium (*g*).

II. *Sadocaei Recentes* quoad hunc errorem, & antiquiorum proles mihi habentur, quicumque negarunt animae Immortalitatem, tum Religionem a Deo libere revelatam, Carnis Resurrectionem, Purgatorium, Judicium tum particulare tum universale, coelestem Beatitudinem, poenamque gehennalem. Siquidem ii peraeque omnes divinae Justitiae enormiter derogant; & quidem sive eam dixeris commutativam, sive distributivam, sive vindicativam, uti loquuntur Scholae.

III. *Simon Magus* delirans docuit, secundum ipsius gratiam esse salvandos homines, non secundum justa ipsorum opera; quasi erga Deum nulla esset praemiandorum operum ratio (*h*).

IV. *Marcionitae* a Deo illo suo, quem bonum & optimum praedicabant, Justitiam vindicem, tanquam iniquam, ipsique indecentem removebant (*i*). At nonnulli tamen Doctores, cum *Vazquezio* Deo Justitiam stricte vindicativam catholice abjudicant. V. *Ar-*

(*e*) V. *Martinon.* d. 6. a n. 11.

(*f*) Teste *Juliano* Pelagiano ap. *August.* l. 1. contra 2. ejus responsum cap. 25.

(*g*) Conf. *Philastr.* de haeres. c. 5. cum notis *Galeardi* ibidem, & cum *Menasse Israelide* l. 1. de Resurrect. c. 6.

(*h*) Conf. *Ireu.* l. 1. c. 20. & *Epiph.* haer. 21.

(*i*) Conf. *Epiph.* haer. 42. ac *Tertull.* l. 2. cont. Marcion. c. 11. & 12. ubi dogma illud ut absurdissimum pluribus exagitat.

V. *Archontici*, authore quodam Anachoreta, ſub an. circ. 160., blaterarunt, Deum in coelo tyrannidem exercere. Ex *Auguſtino* haereſ. 20. (*).

VI. *Cajani* ſeu *Cainani*, e Marcionitarum faecibus exorti ſub an. circ. 160., ſic nuncupati, quod Cain fratricidam ſummo honore percolerent, decreverunt, Cain, Dathan, Abiron, Eſau, Sodomitas, ceteroſque populos, qui Deum Judaeorum, quem dicebant malum, non agnoſcebant, quamvis impii fuiſſent, ſalvos eſſe; Patriarchas vero, Prophetas, & Juſtos alios, qui hunc Deum pie coluerant, damnatos omnino fuiſſe. Atque adeo fabulabantur, in Deo injuſtitiam, vel potius tyrannidem in ſalvandis impiis, & in condemnandis juſtis reperiri. (**)

VII. *Talmudiſtae Judaei* Deum faciunt adceptorem perſonarum & injuſtum, ubi effutiunt eum Judaeorum quorumlibet peccata, etiam enormiſſima, diſſimulare, ipſaque leviſſime, minime pro meritis, judicare: quocirca ſalvos omnes futuros deblaterant, vel quidem ſceleſtiſſimos. Quibus impie ac impudentius addunt, quod Deus vi cujuſdam a ſe eliciti juramenti cogatur invitus contra animi ſui voluntatem non punire Iſraëlem, prout vellet (k).

VIII. *Stadinghi*, ſeu *Stedinghi*, inter Friſiae ac Saxoniae oras exorti

ADNOTATIO.

(*) ITa apud neſcio quem ex recentibus Haereſeologis legiſſe memini. At plane fallitur quicumque ille ſit. Nihil enim ejuſmodi in laudato *Auguſtino*. Et vero apud *Epiph.* haer. 40. ex dogmate Archonticorum, qui in unoquoque coelo Principem aut Poteſtatem cum Angelis aliquot adparitoribus collocant, Princeps Sabahot (apud ipſos Deus Judaeorum, ac Pater diaboli, ex *Theodor.* haer. fab. l. 1. c. 11. qui ſeptimo in orbe verſatur) tyrannidem exercet, ceteroſque violenter opprimit. Porro Anonymo illi fere prorſus conſentientem legi *Perrimezzium* tom. 1. diſſ. 37. minime vero Haereſeologos alios, nempe *Praedeſtinatum* Sirmondi, *Guidonem*, *Lutzemburgum*, *Prateolum*, *Gaulterum*, *Siandam*, ubi de Archonticis ſermonem inſtituunt.

ADNOTATIO.

(**) TOtidem fere verbis *Perrimezzius* mox laudatus Cajanorum haereſim exponit. Non ita vero qui ejus meminerunt, nempe *Tertullian.* de praeſcript. cont. haeret. c. 33. in *Scorpiac.* c. 1. lib. de Baptiſ. c. 1. & reliqui vulgo haereſeologi cum *Epiph. Praedeſtinato* Sirmondiano, *Philaſtr. Aug. Theodor. Guidon. Lutzemb. Prateol. Gault. Nourryo*. Hi ſiquidem, quod rem praeſentem ſpectat, id unum Cajanis adtribuunt; quod videlicet, quum impium reputarent Judaeorum Deum, illos percolerent tanquam juſtos ac beatos, qui ſuae legi ſe ſubducerent, Caini, ſibique ſimilium mores imitati; tanquam impios vero, ac in gehennam damnatos, qui legi eidem, quemadmodum priſci Patriarchae, obtemperarent.

Porro ipſi erronee bonum putarunt malum, & malum bonum, ſcilicet juſtos impios, ac impios juſtos; quo quidem poſito, nihilo intenderunt Dei ſua opinione veri Juſtitiam laedere. Nullus adtamen bene ſapiens inficias ibit, errorem illum adverſus Juſtitiam Dei injuriam tacite continere, aut ſaltem ex conſequenti ſubinferre. Et hoc quidem ſenſu minime aſpernenda perdocti Perrimezzii interpretatio.

(k) Ita *R. Salomon* in ſuis comment. in vetus Teſtamentum non ſemel, ex *Talmude* in cap. 11. codicis *Sanhedrim.* ap. laud. *Bartolocc.* tom. 1. a p. m. 618.

ſub an. circ. 1230., blaſphemarunt, quod Deus Luciferum violenter, injuſte, fraudulenterque ad inferos deſtruſerit (*l*).

IX. *Lolhardi*, duce *Lolhardo Waltero*, Coloniae combuſto ſub an. 1322., Auſtriam atque Bohemiam erroribus & flagitiis contaminantes, cum Stadinghis adverſus Dei Juſtitiam convenerunt; addideruntque per ſummam dementiam, Deum nec ſcire, nec caſtigare ſcelera, quae ſub terra perpetrantur (*m*).

X. *Lutherus* aſſerere non dubitavit, ex nulla Scriptura colligi poſſe, Dei Juſtitiam ſive poenam, ſive ſatisfactionem exigere de peccatore (*n*).

XI. *Zvvingliani*, authore *Ulderico Zvvinglio* famoſo Apoſtata, in bello contra Catholicos miſere interempto ſub an. 1531., impie docuerunt, infligere Deum poenas, non ſecundum demeritorum exigentiam, ſed more tyrannorum (*o*).

XII. *Calvinus* ubi ſtatuit decretum de impiorum reprobatione ante praeviſa demerita, ſimulque inferens peccandi neceſſitatem, cum Dei Juſtitia vehementiſſime pugnat (*p*).

XII. *Impoſſibiliſtae*, qui cum *Luthero*, *Calvino*, *Janſenio* ferunt, Deum impoſſibilia praecipere, ac nihilominus ejuſmodi praeceptorum inobſervantiam aeternis cruciatibus punire, divinae Juſtitiae injurii ſunt, quam qui maxime.

XIV. *Socinus* cum ſuis negat, Juſtitiam, vi cujus Deus peccata punit, eſſentialem Deo proprietatem eſſe (*q*) (*).

Deinde in Dei Inviſibilitatem non uno quidem modo erratum eſt.

I. *Co-*

(*l*) Conf. *Albertum* Abbat. Stadenſem in Chron. ad an. 1233. *Joan.* a *Leidis* in Chron. Belgico l. 22. c. 14. *Gregorium* P. IX. in ſuis literis ad Epiſcopos Mindenſem, Lubeccenſem, & Racemburgenſem datis, *Nat. Alex.* ad Sec. XIII. ubi de Stadinghis.

(*m*) Conf. *Trithem.* in Chron. Monaſt. Hirſaugienſis ad an. 1315. & *Spondan.* in Annal. ad ipſum annum.

(*n*) Eſt XIV. in ſerie errorum, qui Haereſiarchae imputari ſolent.

(*o*) Ita, quod tamen alii plerique ex adcuratioribus *Haereſeologis*, quos perluſtravimus, omnino reticent, *Joſeph de Turre* tr. 4. de inſtitut. biblicis in catal. haereticorum recentium, in Zvvinglianis num. XXVIII. Et ipſe quidem vir cetera eruditus, qui tamen quandoque nimium liberaliter errores abſque vade multiplicare videtur, ut ſuos titulos exornet & compleat.

(*p*) Conf. *Petav.* Theol. dogm. tom. 1. l. 10. c. 14. & 15.

(*q*) Part. 1. de Serv. Chriſt. cap. 1. ap. *Calov.* in Script. Anti-Soc. tom. 2. p. m. 51.

ADNOTATIO.

(*) *Honoratus Tournelyus*, clarus Sorbonae Theolgus, tr. de Deo & div. adtrib. q. 19. art. 1. putat, pro religione facere adverſus Socinianos, neceſſitatem ſatisfactionis Chriſti oppugnantes, ubi pro dignitate probare contendit, Juſtitiam Dei, qui neceſſitate ſuae naturae peccatum averſatur, non poſſe peccatum impunitum, inultumque dimittere, quoniam ejuſmodi Juſtitiae adtributum ſatisfactionem pro peccato neceſſario exigit. Id quod jam pridem mox laudatus *Calovius* ex profeſſo defenderat contra Sociniſtas.

Enim vero non adeo neceſſaria & urgens videtur nobis adſertio haec, ceteroqui utrinque probabilis, ad revincendos id genus Novatores; quippe qui ex eo validiſſime convelluntur, quod divina Juſtitia condignam pro culpa lethali ſatisfactionem libere (ut vulgo aſſeritur) poſtularit.

I. *Copiosa imperitorum turba* existimarunt, Deum, qui simplicissimus spiritus est, corporeis oculis actu videri, aut saltem sine ulla dubitatione videri posse. E. C. 1°. *Idololatrae Ethnici*, qui oculis quidquam sensile pro Deo coluerunt. Eos egregie confutavit *Athanasius* (r). 2.° *Sadocaei* & *Anthropomorphitae*, qui tenentes, Deum esse corporeum, sensu etiam corporeo percipi ex doctrinae cohaerentia dicere cogebantur. 3.° *Anonymus Episcopus* apud *August.* (s), vocatus nomine *Servidei* apud *Gennad.* (t). Hic autem ex epistolae Augustinianae contextu sensisse videtur cum Anthropomorphitis, qua de causa eum aspere objurgavit Augustinus (u).

4.° *Celsus* apud Origenem (x). 5.° *Augustinus* idem adcusatur aberrantis hujus turbae sententiam suo calculo saepius adprobasse, e. c. l. 22. Civ. c. 29. & epist. 147. c. 20. n. 48. & serm. 277. (y) Ex eo tamen vulgo defenditur S. Doctor, quod saepius adseruerit, Deum esse corporeis oculis invisibilem, e. g. l. 1. de Trinit. c. 6. & epist. olim 6. ad Italicam, & l. de serm. Dom. in monte c. 2. & epist. olim 111. & alias (z). 6.° *Anonymi* quidam commenti sunt, non modo Christum in hac vita carneis oculis vidisse Deum, verum etiam in altera & justos & impios eadem fore praerogativa donandos. Et hanc quidem opinionem ut insulsam, ac veram dementiam perstrinxit *August.* (a) (*).

II. *Pla-*

(r) Orat. contra Gentes; quae extat in tom. 1. ejusdem Operum sub init.

(s) Epist. 111. de Deo videndo.

(t) In catal. haeret. c. 87.

(u) Ita fere *Lovanienses Editores* Operum S. August. in prooemio ad hanc epistolam, quibus subscribo.

(x) Ita laud. *Perrimez.* dis. 58. At fallitur egregie. Immo Celsus illius erroris Christianos insimulabat, ut testatur *Origenes* l. 7. contra Celsum per haec verba: *Falso igitur nobis Celsus imponit, dicens, nos sperare corporis oculis esse visuros Deum.*

(y) Lege *Petav.* Theol. dogm. l. 7. c. 11. n. 3.

(z) Consule *Vazquezium* in 1. par. S.Th. disp. 40. c. 1. n. 1. *Juenin.* disser. 4. art. 3. *Thomassin.* l. 6. c. 15. *Tournel.* tom. 1. q. 10. art. 1. concl. 2. *Boucat.* tom. 2. diss. 1. ar. 7. *Bert.* l. 3. c. 5. prop. 1. 2. 3. *Perrimez.* diss. 58. quibus & nos lubenter adhaeremus.

(a) Epist. 92. edit. Maurinae 1680.

ADNOTATIONES.

(*) I. IN ejusmodi turbae Erronum censum vulgo referuntur nonnulli *Ariani*, qui, testantibus *Aug.* l. 2. de Trinit. c. 8. & *Greg. Nazianz.* l. de fide p. m. 1004. B., solum Deum Patrem volentes invisibilem, opinati sunt, Filium in veteri Testamento carneis oculis fuisse visum: tum *Anonymi* quidam antiquiores ex Catholicis idem penitus de Filio tenuerunt, apud *Iren.*, ut ajunt, l. 4. adv. haer. c. 37.

Ceterum in primis quicumque ille fuerit Arianorum error, ad praesentem locum minime spectare videtur, quoniam apud ipsos Verbum non erat Deus, sed creatura corpore constans, subindeque cohaerenter docebant, esse ipsum corporeis oculis visibilem, dum id ipsum de Deo insusiarentur. Lege *Frassen.* in Scoto Academico tr. 1. disp. 3. art. 7. sect. 1. q. 1. Deinde quod fertur de catholicis illis Anonymis satis perspicue fortasse non liquet ex toto illo quam prolixo capite 37. laudati Irenaei.

II. Placitum illud de Deo corporeis oculis visibili, tametsi nec sacri Codicis, nec Conciliorum, nec Patrum testimoniis, aut communi adsensu expresse uspiam ut haereticum reprobetur (quidquid adferat *Cacheranus* Barnabita in Theol. adsertiva tom. 1. tr. 1. l. 2. c. 8. §. 1. oppositum placitum esse fide sanctum) nihilo tamen secius inter errores ipsum vulgo adnumeratur. De iis nonnulla superius in Prolus. de Erronibus in Dei essentiam, ubi de Palamitis; tum inferius Parte II. ubi de Visione beata.

II. *Platonici* quidam, quibuſcum ſentiebat, priuſquam Chriſti fidem ſuſcepiſſet, *Juſtinus* Martyr, & ipſe tum Platonicus (*b*), tenuerunt, claram Dei viſionem creato intellectui naturaliter competere. Et ii fortaſſe illi ſunt Ethnici Philoſophi, quos pro ea ſententia *Turrianus* adlegavit (*c*) ex *Dionyſio Areop.* (*d*). Nec alii itidem fortaſſe ſunt Philoſophi, quos pro eadem retulit opinione *Nazianzenus* (*e*).

III. *Baſilides*, ſecundi Chriſtiani Seculi ineuntis Haereſiarches, aſſeruit, Deum a nobis *naturaliter ſciri* (*f*). Sed ea tamen phraſi fortaſſe intellexit, Deum a nobis naturaliter cognoſci, non autem perſpicue aut intuitive videri (*g*).

IV. *Beguardi* & *Beguinae*, incerto Authore, Fraticellorum furculi, in Germania exorti ſub an. circ. 1308., Platonicis mox laudatis adhaerentes, tenuerunt, rationalem creaturam poſſe in hac vita virtute ſua naturali, ſeu ingenita Deum videre ſicuti eſt, ac ita beari (*).

Ad extremum in Dei Incomprehenſibilitatem ſtricte ſumptam enormiter peccaſſe comprehenduntur

Anomaei, ſeu *Eunomiani*, parente *Eunomio* Ciziceno Antiſtite ſub an. circ. 359., vel, ut aliis placet, *Aëtio*, Diacono Ariano, Eunomii ſocio. Hi enim eo ſuperbiae, dementiaeque devenerunt, ut propalam jactitarent, ſe Deum adeo perfecte cognoſcere, quam ſemetipſos, immo quam ipſe Deus ſe cognoſcat (*h*) (**).

His

(*b*) Adteſtante eodem *Juſtino* in dial. cum Tryphone §. 4. a p. m. 115. edit. Maurinae 1742.

(*c*) In defenſione capitis 2. l. 6. conſt. apoſt.

(*d*) In myſt. Theol. c. 1.

(*e*) Orat. 42. quae eſt 2. in Paſcha ap. *Vazq.* in 1. p. diſp. 41. cap. 1.

(*f*) Ap. *Clem. Alex.* 5. ſtrom.

(*g*) Conf. *Petav.* Theol. dogm. tom. 1. l. 7. c. 1. n. 4.

ADNOTATIO.

(*) Hic eorundem poſitionis ſenſus plane liquet ex ipſius damnatione in Viennenſi Concilio ſub an. 1311., prout refertur in Clementina lib. 5. tit. 3. de haereticis cap. 3. *Ad noſtrum*. ubi proſcriptus refertur quintus hic Beguardorum articulus, *quaelibet intellectualis natura in ſe ipſa naturaliter eſt beata*; nec propterea *anima indiget lumine gloriae, ipſam elevante ad Deum videndum, & eo beate fruendum*. Iccirco rejiciendum ducimus ſenſum, ſub quo eum articulum expoſuit *Caſtrus* de haereſ. art. *Beatitudo*. haereſi 5. quatenus nempe eo intenderint Beguardi, creaturam rationalem, ſeorſim a qualibet operatione, ſola ſua ſubſtantia & natura eſſe proxime beatam. Conf. *Vazq.* 1. p. diſp. 41. c. 1.

(*h*) Conf. *Baſil.* epiſt. olim 168. ad Eunomium, *Chryſoſt.* homiliis 5. de incomprehenſ. natura Dei, *Epiph.* haer. 76. *Theodor.* haer. fab. in Aëtio & Eunomio, l. 4.

ADNOTATIO.

(**) Sunt qui velint, Anomaeos Beguardis praeluxiſſe, quatenus, quem aſſeruerunt, poſſe hominem in hac vita Deum comprehendere, de cognitione per naturae vires comparata loquuti fuerint. Et ita quidem, praeter alios, *Scotus* ſentire viſus eſt

in

His praejactis, rejectiſque tanquam hominum delirantium nugis, Dogmatico-Scholaſticas Quaeſtiones proferimus.

---

129 QUAESTIO I. Quid de *Miſericordia* ? ADSERO I. Eſt ratio, qua Deus vere diſplicet circa mortalium miſerias, vultque ab eis miſeros ſublevare: ex qua quidem voluntate ſubſequitur pro ſuo beneplacito effectiva ſublevatio, prout efficaciter decreta eſt. Dei Miſericordiam depraedicant perfrequenter *Scripturae*, e. g. 2. *Reg.* 24. 16. *Deuter.* 5. 10. *Sap.* 4. 15. *Eccl.* 17. 28. *Pſ.* 29. 11. *&* 68. 17. *Baruc* 3. 2. *Joel.* 2. 13. *Jon.* 4. 2. *Luc.* 6. 36. *Philip.* 2. 27. *Epheſ.* 2. 4. *Tit.* 3. 5. *&* 1. *Tim.* 1. 13. *Jacob.* 2. 13. *Judae* 21. Tum *PP.* cum *Clem. Al.*(*i*) *Tert.*(*k*) *Cypr.*(*l*) *Hier.*(*m*) *Chryſoſt.*(*n*) *Ambr.*(*o*) *Aug.*(*p*). QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

130 II. Eſt Deo ſtricte Miſericordia, ſecundum adfectum, non ſecundum paſſionis effectum (*q*). Quia adfectus ſub ſenſu expoſito nullam praefert imperfectionem; ſecus effectus, eo ſenſu, quo humana miſericordia (*r*) eſt *alienae miſeriae in noſtro corde compaſſio*.

131 III. Tametſi Miſericordia divina ſit praeter, non autem contra Juſtitiam eſt; quam utique Deus adtemperat benigniſſime juxta debitum ordinem Providentiae. Quocirca minime dicenda eſt Miſericordia Juſtitiae relaxatio. IV. Miſericordiae objectum non eſt malum duntaxat patienti involuntarium, alioqui peccatori, cui peccatum voluntarium eſt, non miſeraretur Deus. Equidem malum quodlibet etiam involuntarium reddit miſerum eum qui malum ſuffert; atque adeo ſimpliciter ſublevabilem a Miſericordia. Summe igitur Miſericors Deus eſt.

Et iſtud quidem nobis optatiſſimum juxta & amabiliſſimum Adtributum mirifice extollunt pervetuſta Monumenta, quae jam producimus.

RE

in 4. diſt. 49. quaeſt. 11. Immerito tamen; id enim nec ex Chryſoſtomo quidem, nec ex alio quopiam vetuſtiore inter plures eos, qui Anomaeorum errores memoriae prodiderunt, ſatis colligi poteſt. Immo ſi adcurate perpendatur *Hieronymus* in illud Matthaei 11. 27. *nemo novit Filium niſi Pater*, indicare videtur, eo ſuo adſerto Eunomium de cognitione per revelationem infuſa loquutum fuiſſe.

(*i*) L. 2. Strom.
(*k*) L. de Poenit. c. 2.
(*l*) L. de lapſis ſaepe.
(*m*) In cap. 2. Joel.
(*n*) Hom. 20. in c. 2. Matth., & ſerm. 5. de Poenitentia.
(*o*) Orat. de obitu Theodoſii.
(*p*) L. 1. contra adverſarium legis, & l. 2. ad Simplician.
(*q*) Ut loquitur *D. Th.* qu. 21. ar. 3.
(*r*) Ex *D. Aug.* lib. 9. de Civ. c. 5.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *CLASSIS VIII.*

E RE LAPIDARIA.

I

DŌ . ET XP̄O . MISERANTE . LIM . HOC
C . L . K . I . E . ANNO . IIII . CS . VALENTI
NIANO AV̄G . VI . III . FL . D . XVIII . AN-
NO . EPTVS . RVSTIC
RVSTICVS . EPV̄S . . . .

T.
KL. XVIII

Primum Minervae, vulgo Gallis Menerbe in Occitania inferiore, deinde Narbonae in ara marmorea apud palatium Archiepiſcopale, referente Gruter. p. 1059. 1. e *Scaligerianis.*

Hoc celeberrimae Inſcriptionis prooemium ita vulgo explicatur. *Deo & Chriſto miſerante* (en commendatum divinae adtributum Miſericordiae) *limen hoc collocatum eſt anno quarto, Conſule Valentiniano Auguſto ſextum, tertio Calendas Decembris, decimo nono anno Epiſcopatus Ruſtici.* *Ruſticus Epiſcopus* &c.

Porro annus, quo Fl. Placidius Valentinianus Aug. dicitur ſextum Conſul, congruit anno Chr. 445. uti habent Fafti Conſulares ad eum annum, ap. *Petav. Reland. Almeloveen.* Num vero annus quartus Conſulatus Valentiniani in adſignatum Ch. annum 445. re apſe incidat, aut potius in an. 448., gravis olim fuit apud eruditos Gallos controverſia. Primum propugnarunt *Queſnel.* in notis in epiſt. 2., olim 8., S. Leon. P. tom. 2. p. m. 415. ſqq. & *Pagius ſenior* in Critica Baron. ad ann. 445. p. 299. ac in diſſ. hypatica par. 3. c. 2. Secundum vero *Baluz.* in not. ad Capitularia Reg. Francor. tom. 2. col. 1252. ſqq., cui adſtipulari videntur *Maurini Editores* Galliae Chriſtianae tom. 6. p. 7. Utut vero de lite ſit, ſerius ut ſummum ad annum 448. ſpectaret hoc Marmor.

Unum obiter adnotaverim, quod omnes mox adpellati eandem Inſcriptionem recitant, tanquam primum e Grutero exſcriptam; ſinguli vero in aliquo diſcrepant. Adeo parum vel adcuratioribus typis fidendum cui nefas ſit Lapides propriis oculis obſervare. Lege *Maffei.* in Galliae Antiquit. epiſt. x. p. 55. & in Arte Critica Lapidaria lib. 3. cap. 4. per tot., tum *Chriſtoph. Saxium* in periculo animadverſionum in aliquot claſſica Marmorum ΣΙΝΤΑΓΜΑΤΑ, *Cannegieterum* in epiſt. ad Dorvilium de quibuſdam Inſcriptionibus ſylloges Muratorianae, *Bimardum* in obſervat. ad nonnulla loca Theſauri Muratoriani: haec autem ferme omnia habes ap. *Sebaſt. Donatum* in ſupplem. ad novum Theſaur. Muratorianum tom. 1. a col. 267.

Enim vero quae nos e Gruteriano ſchemate, heic adcuratiſſime tranſcripto, correximus, & ceteri uno adſenſu corrigenda duxerunt.

2 HIC REQVIESCIT IN PACE PETRVS
NOTAR. SCAE ECCL. RAV. QVEM MISERI
CORS DS IVSTVM RELIQVIT ANTEQVAM
MALITIA MVTARETVR COR EIVS ET QVAM
VIS GRAVEM LVCTVM SVIS RELIQVISSET
PARENTIBVS. IVVENALI SVSCRIPTVS IN
ALVO IPSE TAMEN PX VLIATII IPP QVA
M VIXIT IN BALCVELO ANN. XXVII. ET DIES
XIV. III. DES * XV. K IVL. IND. IIII. IMP. DN * *Depositus.*
IVSTINO PP. A * ANN. III. &c. * *Perpetuo Augusto.*

Ravennae in palatio Farsetti Archiepiscopi ap. Murat. p. 1924. 6. ex Dominico Vandellio.

Exesos caracteres supplevimus fere ex eodem *Murat.*, quocum pariter censemus, Lapidem spectare annum Ch. 571., hoc est VII. Imperii Justini junioris Augusti, in quem concurrit Indictio IIII., atque adeo non legendum in ultima linea ANN. III. sed ANN. VII. Vel, si mavis, erravit Marmorarius incaute ac infideliter adsignans Indictionem, non autem annum Imperii Justini.

3 IFOEDVLA QVAE MVNDVM DOMINO MISERANTE
RELIQVIT HOC IACET IN TVMVLO.. ..

Titulum hunc supra dedimus in Class. I. n. 6. p. 16.

Neque vero mirum seu taedio sum sit Lectori eadem saepe repeti documenta; quum enim ea concernunt plura dogmata, iis singulis illustrandis & illa debent etiam atque etiam adferri, vel saltem indicari. Et hoc quidem, praeter alia dogmata, divinae Misericordiae adtributum palam exprimit.

Id quod pro ceteris occurrentibus in Classium nostrarum Tabulis toto Operis decursu notatum velim.

4 ONNS QVI *INTRATIS*
IN HANC AVLAM *DEI AD O*
RATIONEM . ORATE PR ME
PECCATORE SI DMI ABEATIS
PROTECTOREM QVIA COD
ESTIS FVI . ET QVOD SVM
ESSERE ABETIS ET SI QVIS
SE PRESVPSERIT CONTRA
HOC TVMVLV MEV BIOLA
RE ABEA * INDE INQVISITIO * *Habeat*
NEM ANTE TRIBVNAL DNI NRI
IESV CHRI . BIV G... TV CV....
.....C....

Romae in Baſilica SS. Quatuor Coronatorum in pavimento ſecus portam primariam, ad dexteram ingredientium . Exſcripſi , ac tantiſper ſupplevi .

Tradidit ex *Wouwerio* ſepulcralem Epigraphen *Gruter.* p. 1062. 1., nimium tamen deformatam .

En ſimul exſculpta in Marmore , Dei Miſericordiae ac Juſtitiae adtributa , una cum dogmate de valore ſuffragiorum pro defunctis , ac de Judicio poſt mortem .

5 SEPVLCRV . QVI IN HANC AEDEM VENERANDÆ CHRISTI
MARTYRIS CAECILIAE SITVS EST IN QVO ET QVIESCIT IN PACE
MOSCHVS HVMILIS DIACONVS SCAE SEDIS APLICE
OMNES EXPOSCENS VT PRO ME DNM EXORETIS QVATENVS
EIDEM SACRATISSIMAE VIRGINIS INTERVENTIBVS
MERITIS CVNCTORV CONSEQVI MEREAR INDVLGENTIAM DELITORVM

Romae in aditu templi S Caeciliae . Exſcripſi .

Titulum recitarant plurimi cum *Murat.* p. 1914. 6. e ſchedis Donii ; ſed vitiatum tamen ii omnes, qui in hunc omnino modum non recitarunt .

De hoc Moſcho , poſteriore fortaſſe manu , ſubdit Marmor ,

CARD: QVI VIVEBAT TEMPORE GREGORII III. ANNO DOM. DCCXXXV.

videlicet S. R. E. Cardinalis Diaconus , a Gregorio P. III. creatus , uti vulgo ferunt S. R. E. Cardinalium biographi & collectores , ipſum adpel.

pellantes *Moſcum*, & *Muſcum*. Quin & *Ciaconius* in hiſt. Pont. & Card. ſub Greg. III. eum vocat Cardinalem in regione ſecunda; *Coronellus* vero in tabula ſinottica Cardinalem in regione tertia: cuinam deferendum? Eruditi Romani ſuarum Antiquitatum peritiſſimi nullo negotio nobis ediſſerent.

Dogmaticum dixeris literatum Marmor: quippe quod cum Dei Miſericordia, quam enixe Moſchus adprecatur, praefert etiam Chriſtum Dominum; Martyrii, Humilitatis, & Virginitatis commendationem; ſacrum Diaconatus Ordinem; ſalutares ad Deum preces pro defunctis; dolorem ac poenitentiam de peccatis commiſſis; Sanctorum invocationem & interceſſionem.

6 POSTQVAM PRIMVS HOMO PARADISI GAVDIA LIQVIT
ILLIVS OMNE GENVS MORS INIMICA TVLIT
. . . . . .
HANC LEGEM SEQVITVR TVMVLO QVI CLAVDITVR ISTO
NOMINE MEGINGOZ FONTE SACRANTE PIO
. . . . . .
QVAESO IGITVR FRATRI TITVLVM QVI LEGERIS ISTVM
DIC REQVIEM AETERNAM DONET EI DOMINVS *A. circ.* 896.

Moguntiae in aedis D. Albani parietinis ac ruderibus, fragmento turris inſertum reperit Brower., qui integrum dat Titulum, adſcribitque Megingozio Comiti ſeu Duci, in Annal. Trevir. t. 1. *l.* 9. *ad an.* 896. §. XXXV.

Divinam porro Miſericordiam teſtatur, & ad eam enixis viribus confugit, qui fidelium preces efflagitat, quae Deum flectant, ut eum, dimiſſa culpa, aeternum beet.

7 Huc ſpectant etiam complurima documenta, idem argumentum concernentia, quae tradet Pars II. ubi de Interceſſione Sanctorum, ac de Purgatorio.

E RE DIPLOMATICA.

8 . . . *Tibi venerabilis ſenex* EUSPICI, *tuoque* MAXIMINO *ut poſſitis, & hi qui vobis in ſancto propoſito ſuccedent, pro noſtra, dilectaeque conjugis & filiorum ſoſpitate divinam Miſericordiam precibus veſtris impetrare, Miciacum concedimus.*

CLODOVEUS MAGNUS Francorum Rex in Diplomate de conditione ſeu fundatione coenobii Miciacenſis prope Aurelianos ſub an. circ. 504. (ex *Spicilegii Dacheriani* tom. 5. p. m. 303. quem exſcripſit *Mabill.* de re dipl. l. 6. §. 2. & in Annal. Bened. t. 1. l. 1. §. 83. p. 34.)

Jure laud. *Dacher.* inter prima Chriſtianae religionis monumenta, quae Clodoveus I. feliciter erexit, praeclarum hoc Diploma connumerat; ipſumque e tenebris ſecure inquit eruere, criticorum etiam ſeveriorum nec linguam metuens, nec calamum (in Praefat. n.IX.) autographum vero, e quo illud deprompſit (quod optaremus) ne vel innuit quidem.

9 *... Benedicat anima mea dominum Jeſum Salvatorem meum, & coram omnibus viventibus confitear ei cum fratribus & ſororibus meis populiſque meis novo nuper baptiſmate iniciatis, quia ſol juſtitiæ ortus eſt nobis, qui nos de tenebris idolatriæ tranſtulit in admirabile lumen ſuæ agnitionis. Qui non ſolum reos paternis erroribus abſolvit, & advenas & pupillos ſuſcepit, ſed etiam in filios adoptionis credentes elegit ...*

Wulferus Rex Merciorum in Privilegio dotationis coenobii Petroburgenſis O. B. in agro Northamptonienſi ſub an. 664. (ap. *Monaſt. Anglic.* t. I. p. 64. ex Regeſt. ejuſdem Abbatiae Petroburg.)

Sollemniorem, religioſioremque divinae Miſericordiae penegyrim euchariſticam fortaſſe videris nullam. Porro prae ceteris,

Haec linenda cedro & laevi ſervanda cupreſſo.

10 *... quo ſiat ut & nobis ad mercidem perteniat, & ipſis ſervis Dei, qui ibihem deſervere vidintur, delectit pro animæ ſalutem, vel rigni noſtri conſtancia adtencius Domini miſericordia deprecare ...*

Theodericus Rex Francorum in Placito de Latiniaco villa, coenobio San-Dionyſiano conceſſa ſub an. 690. (ap. *Mab.* de re dipl. l. 6. §. XIII. p. 471. ex autographo).

Legis ſub barbara ſcribae Placiti grammatice & ortographia regiam illam & piiſſimam formulam, qua advocatur divina Miſericordia, ac praecipitur Dei ſervis exorari pro Regis, regnique incolumitate. Eam fortaſſe primus inſtituit Clodoveus Magnus in Diplomate proxime laudato, ac ipſa deinde primus, quod regia ſpectat Diplomata, hac utitur Theodericus; quoniam poſt Clodoveum illam proxime edidiſſe reperio Chrotildem matronam in charta de conditione parthenonis B. Mariae apud Brogarias in pago Stampenſi, ſub an. 670. (ap. laud. *Mab.* §. VIII. p. 468. ex archetypo Dionyſiano.)

Jam vero poſt Clodoveum ac Theodericum ejuſdem ſubinde formulae paſſim obtinuit uſus in ſubſcriptis Diplomatis uſque ad integrum Seculum Chriſtianum X. apud poſteros Reges; Francorum ſcilicet, Saxonum, Weſtſa-

Weſtſaxonum, Merciorum, Scotorum, Brittanorum; quibus addere licet non paucos ex Imperatoribus Romanorum, deducto initio a Carolo Magno. Aequo longior ero, ſi perſequar ſingula, quae adtento & alacri animo legiſſe fateor.

Ea quaerenti abunde dabunt ex archetypis, aliiſve ſinceris Mſs. (ſi eiſdem fides ſit) fideliter deprompta, *Alford.* in Annal. Eccl. Anglic. t. 1. *Baluz.* in Capitul. Reg. Franc. t. 1. & 2. *Roger. Dodsworth* & *Gulielm. Dugdale* in Monaſt. Anglic. t. 1. & 2. *Mabil.* de re dipl. l. 5. & 6. & in ſupplem. *Marten.* in theſauro novo anecdot. t. 1. *Ducheſn.* in hiſt. Franc. t. 1. & 2. *Ughell.* in Italia ſacra ſparſim, *Schannat.* hiſt. Fuldenſ. in codice probat. *Godefr.* in Chron. *Gotwic.* tom. 1. *Heumann.* de re dipl. Imperatorum & Auguſtarum Imperatricum tomis III.

11



Et quia per Dei miſericordiam regna terrae



gubernare videmur Oportet ea in Dei nomine

PIPPINUS Rex Francorum in Privilegio cuidam Fulrado Abbati conceſſo ſub an. 767. (ap. *Mab.* de re dipl. tab. XXIII. p. 386. ubi deſcriptum ſpecimen Privilegii protulit ex autographo Dionyſiano.)

Heic pro cultoribus rei diplomaticae nonnulla adpoſite notat *Mab.* in quibus diplomata ſecundae ſtirpis Francicae, ſeu Carolingicae, quae ab hoc Pippino initium duxit, e diplomatibus primae ſtirpis, aut Merovingorum diſcriminantur: quo nimirum regulas offerre nititur, quibus haec ab illis facile diſtinguas, immo in ſingulis a ſuppoſititio verum tuto diſcernas. Ipſe conſulitor.

12 ..... *etſi rependere quicquam ejus* (Dei) *beneficiis tenuitas humana non prævalet, quia eſt inæſtimabilis miſericordiæ Deus noſter* ....

CAROLUS MAGNUS in Conſtit. de emendat. librorum & offic. eccleſ., quae ſpectat an. 788. (ap. *Baluz.* in Capit. Reg. Franc. t. 1. col. 203.)

.... *Ego*

13 ..... *Ego Karolus gratia Dei, ejuſque miſericordia donante Rex & rector regni Francorum* .....

Carolus idem in Praefatione ad Capitulare Aquiſgranenſe primum ſub an. 789. (ap. laud. *Baluz.* col. 209.)

Saepius ipſe pietate Magnus Imperator Dei Miſericordiam advocat & confidenter adpellat in Mſs. e. c. in Commonitorio dato Angilberto Abbati Centulenſi Romam eunti ad Leonem P. III. ann. 796., in Epiſtola ad eundem Leonem, in Praecepto de Scholis graecis & latinis inſtituendis in Eccleſia Oſnabrugenſi ſub an. 804., in Epiſtola ad Pippinum filium Italiae Regem an. 807., in Epiſtola encyclica ad Archiepiſcopos regni Francorum an. 811. (ſingula haec documenta vide ſis ap. cit. *Baluz.*), praeterea in Placito adverſus Tingulfum an. 812., ac in Praecepto pro Adalrico Saxone ſub an. 813. (utrumque dat ex autographis *Mabill.* de re dipl. l. 6. §. 63. & 64. p. 512.)

14 Eo (Deo) *miſerante* .... *nobis divina ſuffragante gratia* .... *Deo diſpenſante* .... *Domino ſuffragante* .... *Deo opem ferente* .... *Deo opitulante* .... *Deo annuente* .... *Deo adjuvante* .... *Domino favente*.

Ludovicus Pius Imp. his, multiſque aliis conſimilibus formulis, quibus Dei Miſericordiam piiſſime invocat & commendat, ſaepenumero utitur in celebratiſſimo Capitulari, primum edito atque emendato a *Baluz.* ope 18. antiquorum Mſs. exemplarium, in Capitular. Reg. Franc. tom. 1.; necnon in Chartis, quas primum vulgavit laud *Carpent.* in Alphabeto Tiron. a p. 37.

15 ..... *Karolus ejudem Dī omnipotentis miſericordia Imperator Auguſtus* .....

Carolus Calvus Imp. in altero Placito ab eo quod ſupra laudavimus p. 105. Hoc autem una cum ejuſdem Caroli jam Imperatoris praeclariſſimo Sigil-

Sigillo expreſſum debemus laud. *Mabillonio* ad tab. XXXII. p. 409. ex archetypo Dionyſiano.

16 ..... *Hludovicus miſericordia Dei Rex.*

LUDOVICUS II. BALBUS Francorum Rex in Praecepto pro Widrado Monacho ſub an. 878., necnon in Praecepto alio de rebus Eccleſiae Nivernenſis an. eodem 873., tum in Placito pro Tullenſi Eccleſia ſub ipſum annum; In Praecepto demum pro coenobio S. Medardi Sueſſionenſi ſub an. 879. (Ea refert idem *Mab.* a p. 546. ex authographis, & cartharis.)

17 *chuonraduſ diuinæ largitatiſ munere rex.*

CONRADUS I. Imp. in Diplomate edito ſub an. 912. menſe Martio (ap. *Godefr.* in Chron. Gotvvic. l. 2. c. 1. n 8. p. 94. ubi integrum Placitum deſcribit ex autographo San-Gallenſis Abbatiae.)

Porro Conradiana haec formula ſub divinae Largitatis epitheto divinam mihi advocat Miſericordiam, qualem in formulis initialibus diplomaticis ſui praedeceſſores expreſſe ſaepius advocarant, ac praeprimis Carolus Magnus in utroque Placito proxime laudato; tum inſuper Carolomannus, Carolus Calvus &c.

Habes heic jam novos in ſcriptura caracteriſmos, antiquioribus tantiſper politiores. Fortaſſe quiſpiam eos adduxerit in normam & ſpecimen caracterum, qui generatim hoc Seculo X. obtinuerunt. Mea tamen opinione, falleret haec norma ſeu regula; tum quia plura habemus ab eodem Conrado ſubſcripta Diplomata (ap. laudatos *Mabillon.* & *Godefrid.*) cum aliis & aliis caracteriſmis; tum quia in uno quoque Seculo, ſicut in hocce noſtro, varii apud varias gentes, immo pene apud ſingulos Scriptores obtinuerunt caracteres, ac variae ſcriptionum formulae: id quod inculcare non piget.

18 His demum alios divinaæ Miſericordiae adſertores adjicere licet ex nonnullis teſtimoniis ſupra productis in Claſ. VI. ubi de Deo Omnipotente, quae recolas.

---

132 QUAESTIO II. Quid de *Juſtitia*? ADSERO 1. Eſt ratio, qua Deus jus ſuum cuique creaturae tribuit; quod nimirum competit creaturae dependenter a libera Dei providentia, & diſpenſatione. Dei Juſtitiam *Scripturae* paſſim ebuccinant, e. g. *Jud.* 5. 10., 2. *Eſdr.* 9. 15. *Tob.* 3. 2. *Eſth.* 14. 7. *Pſ.* 4. 2. & 10. 7. *Mich.* 6. 5. & 3. *Machab.* 1. 24. & 2. *Tim.* 4. 8. & 1. *Joan.* 1. 9. *Hebr aeor.* 6. 10. *Apoc.* 16. 5. & 7. Tum *PP.* cum *Tertul.* (*s*) *Cypr.* (*t*) *Chryſoſt.* (*u*) *Ambr.* (*x*). *Aug.* (*y*). Quod vero Gentiles Phi- RURSUS QQ. DOGM. SCHOL.

(*s*) L. 2. cont. Marcion. c. 12.
(*t*) L. de opere & eleemoſ.
(*u*) Hom. 8. in ep. ad Rom.
(*x*) In Pſ. 118. ſerm. 7.
(*y*) L. de nat. & grat. c. 2.

Philoſophi naturae lumine cognoverint Juſtitiam vindicativam Dei, conſpicue patet ex inferius adducendis. Conſule ſis interea *Stobaeum* (z) *Euſeb.* (a) *Theodoret.* (b).

133 II. Deus exercet in creaturas jus latum, vel juſtitiam diſtributivam, quae fertur in bonum communitatis, quam ſuperior gubernat; nam bonos praemiat, & malos punit (c): ſimulque jus ſtrictum, ſeu juſtitiam commutativam, quae verſatur circa jus ſtrictum proprietatis, quod ineſt unicuique ad res proprie ſuas (d). Quia ſi Deus bonis promiſſam gloriam denegaret, & infidelis eſſet, & injuſtus: ſic dicitur, *non enim eſt Deus, ut obliviſcatur operis veſtri, Hebrae. 6.*, ac ſaepe alibi: ergo donans gloriam, Juſtitiam ſtrictam exercet.

134 III. Non exercet erga creaturas Juſtitiam legalem, quia haec reſpicit formaliter jus & bonum alterius tanquam altius, & excellentius, quam proprium, ſcilicet ut bonum cujuſdam totius, & commune. Hic vero reſpectus Deo repugnat. At ejus tamen loco ineſt Deo Juſtitia providentialis, quae tantum reſpicit debitum providentiae modum, quem Deus rebus, vel potius ſuae Sapientiae debet, ſuppoſita rerum creatione (e). IV. Juſtitia vindicativa ſcelerum in Deo veroſimiliter revocatur ad diſtributivam; quia per illam obſervat Deus proportionem geometricam ſupplicii cum peccato, quia non punit citra condignum (f) (§).

OBJECTIONES.

135 Obj. *primo* contra 1. Adſert. Repugnat Deo quaecumque ſpecies obedientiae, & adorationis erga creaturas: ergo & Juſtitiae, praeſertim vindicativae, aut punitivae; eſt enim perſonarum adceptor; quoniam in hac vita bonos cruciat, malos recreat; & multos, qui minus peccarunt, in baratrum detrudit, ac aliquando indigniores ſublimiore gratia, & gloria coronat.

136 R. *N. Con.* Quia nulli poteſt Deus creaturae ſubjici tanquam ſuperiori: at quod exerceat Juſtitiam erga creaturam, nullam in ea infert ſupe-

(z) In eclogis phyſ. c. 7.
(a) De praep. c. ult. libri 11. & c. 13. libri 12.
(b) L. 6. & 11. cont. Graecos.
(c) *Suar.* opuſc. de Juſtit. Dei ſect. 3. *Les. Lug.* ap. & cum *Mun.* cit. d. 10. a n. 2.
(d) Communis cum *Arria.* d. 31. n. 16. *Suar.* &c. contra communem cum Vaz. Fraſſen &c.
(e) *Suar.* cit. ſect. 4. n. 8.
(f) *Cajet.* in 1. p. q. 21. a. 1.

OBSERVATIO.

(§) COmplura ſane ac multiplicis generis documenta heic proferre liceret, quae in oſtenſionem divinae Juſtitiae conſpirant. Quae videlicet e. c. Deum O. M. porendunt; aequiſſimum Angelorum, hominumque Judicem; Remuneratorem juſtorum coeleſti mercede; culparum Vindicem qua piacularibus Purgatorii flammis, qua ſuppliciis Gehennalibus; Ultorem lapſus Adami, & quorumcumque ſuae poſteritatis criminum, &c. Sed juvat tamen ac praeſtat ea ſingula hoc loco miſſa facere, atque in propriores quaſque ſedes poſtmodum revocare.

Id quod ſimili jure deinceps faciundum monuerim, quum alia occurrerint divina Attributa, e.g. Scientia, Voluntas, Praedeſtinatio; quae nimirum per eorumdem effecta clarius ſupponunt & confirmant varia e ſacra Veteſtate monumenta proprioribus in locis producenda.

ſuperioritatem erga Deum, qui propterea eſt proprie juſtus juſtitia legislativa, quum leges mundi bono condiderit, legumque obſervantiam adſidue urgeat minis, praemiis, ſuppliciis; quo pariter juſtitiam vindicativam in legifragos exercet. Neque vero ex adductis dicendus eſt adceptor perſonarum, quum illa omnia non ad injuſtitiam, ſed ad veneranda Providentiae abyſſos referenda ſint, ex *D. Aug.*

137 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. quoad Juſtitiam diſtributivam. Diſtributio neceſſario reſpicit plures perſonas, inter quas proportio geometrica ſervetur; at Deus cuivis juſto dat gloriam independenter ab aliis: ergo non exercet Juſtitiam diſtributivam. *Tertio*. Haec Juſtitia ideo ſervat proportionem geometricam, quia qui ſolvit ex illa non habet unde omnibus ſatisfaciat juxta debiti quantitatem, ideoque plus donat juxta potius jus perſonarum; at Deo ſunt infinita praemia ad ſolvendum ex integro cuilibet, independenter ab omni geometrica proportione.

138 R. Ad *ſecundum D. Conſ.* Non exercet, prout praeciſe largiens gloriam, ex juſtitia commutativa erga juſtum, C: prout elargiens gloriam reſpective ad juſti dignitatem erga bona communitatis, cui ſic conſulitur, N. Ad *tertium N. Ma.*; nec enim illa ad ſolvendum ex integro impotentia eſt de conceptu ejuſmodi juſtitiae: quod patet in republica, quae poſſet ex juſtitia diſtributiva praemia conferre civibus, eſto ejus aerarium non exhauriatur, ſed plus maneat, quod diſtribui poſſet, ſi velit reſpub. diſtribuere (*g*).

139 Obj. *quarto* contra 11. Adſ. quoad Juſtitiam commutativam. Ex D. Aug. (*h*) *Deus nulli debet aliquid*, & ſimiliter ex Baſil. Bernar. Anſel. D. Th.: ergo nulli obligatur, aut debitor eſt ex ſtricta juſtitia. *Quinto*. Nequit homo adquirere jus contra, vel erga Deum, quum ſit eſſentia ſua Dei ſervus quoad omnes actiones, quae, ſcilicet, hoc ipſo, quod fiant, ſunt Dei: unde jus domini eſſet contra Dominum: quod implicat.

140 R. Ad *quartum*. D. Aug. aliique PP. ſolum negant Deo debitum, & obligationem juſtitiae, ſeorſim a gratuito ipſius pacto; nam gloria vocatur *corona juſtitiae* 2. *Timoth.* 4. ubi *D. Bern.* (*i*) *promiſſum ex miſericordia, ſed ex juſtitia perſolvendum*: & ſimiliter alii textus, aliique PP. (*k*) Ad *quintum*. Dei ſervus poteſt interpoſito pacto, Deum Dominum obligare ex juſtitia, uti ex fidelitate, poſita promiſſione; jus tamen ſervi, quod eſſet jus Dei terminative & objective, non conſtitutive, eſſet contra, vel erga Deum; quod implicat (*l*).

141 QUAESTIO III. Quid de *Inviſibilitate*? ADSERO 1. Eſt ratio, qua Deus nec ab oculo corporeo (*m*), nec ab intellectu creato (*n*) poteſt naturaliter videri intuitive, ideſt per cognitionem clariſſimam, quaſi eum facie

(*g*) Conf. *Arri.* t. 1. diſp. 31. a n. 63.
(*h*) Tr. 1. de lib. arbit. cap. 16.
(*i*) Tr. de lib. arb.
(k) Eos protulit *Mun.* d. 10. n. 13.
(*l*) Vide ſis *Martin.* d. 14. a n. 27. *Arri*, d. 30. 31. *Mun.* d. 10. a n. 33.
(*m*) Etiam de potentia abſoluta contendit *Suar.* l. 1. c. 6. cum *D. Th. Scot.* &c.
(*n*) *Suar.* cit. c. 7.

facie ad faciem videndo. Quia Deus eſt ſpiritus, adeoque extra ſphaeram ſenſus materialis; ac deinde eſt incapax objici naturaliter intuitive potentiae creatae. Deum abſolute inviſibilem teſtantur *Scripturae*, cum *Exod.* 33. 20. *Iſai.* 64. 4. & 1. *Cor.* 13. 10. & 1. *Tim.* 1. 17. *Coloſ.* 1. 15. *Hebr.* 11. 27. Tum *PP.* cum *Iren.* (*o*) *Tertull.* (*p*) *Origen.* (*q*) *Athan.* (*r*) *Euſeb. Caeſar.* (*s*) *Nyſſen.* (*t*) *Ambr.* (*u*) *Auguſt.* (*x*) *Olimpiodor.* (*y*). Quod inſuper hanc Veritatem ex Ethnicis intellexerit *Plato*, diſerte perhibent *Tullius* (*z*) *Clem. Alex.* (*a*) *Nazianz.* (*b*).

Huic denique comprobando Dogmati unum ſuppetit e ſacra Diplomatices Vetuſtate documentum. Videlicet Privilegium IBBONIS Epiſcopi Turonenſis pro coenobio S. Martini Turonenſi ſub an. circ. 720. quod quidem hoc enitet exordio.

Conditor rerum omnium inviſibilis per Prophetarum linguas genus erudivit humanum .....

(Exſcripſit *Mabill.* e chartario S. Martini, ipſo teſte ubi de re Diplom. lib. 6. §. xxxv. pag. m. 487.)

142 II. Eſt ne conceſſa viſio Dei intuitiva tranſiens alicui mere viatori, e. g. Moyſi, D. Paullo, D. Ignatio? Negat *D. Th.* (*c*) de aliis Prophetis, concedit diſpenſative de Moyſe, & Paullo. *Vazq.* (*d*) de omnibus negat. Neſcias, quis probabilius (*e*). Excepta tamen Deipara, ex *inferius* adſerendis.

OBJECTIONES.

143 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Poteſt oculus corporeus Deum videre. Nam 1.° Job dixit c. 19. *In carne mea videbo Deum, quem oculi mei conſpecturi ſunt*; & 49. *nunc oculus meus videt te*: & Aug.(*f*) fert, oculos Beatorum videre incorporalia. 2.° Poteſt Deus videri viſione imaginaria, quae ſenſibilis eſt, & a ſenſu dependet: ergo. 3.° Ignis materialis gehennae torquet ſpiritus: ergo & oculus materialis poteſt Deum videre. 4.° Poteſt Deus creare oculum, ſeu viſum corporeum, qui habeat majorem ſphaeram, & objectum univerſalius, adeo ut poſſit immaterialia videre.

144 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Job, & Auguſtinus loquuntur de viſione Dei, non in ſe ipſo, ſed in aliquo corpore, ipſum oculis repraeſentante. Ad 2. Viſione imaginaria videtur Deus, non in ſe ipſo, ſed ſub for-

(*o*) L. 4. c. 37.
(*p*) In Apologet. c. 17.
(*q*) L. 1. Periarch. c. 1.
(*r*) Epiſt. ad Liberium.
(*s*) L. 8. de praepar. evang. c. 2.
(*t*) L. 12. cont. Eunomium.
(*u*) L. de bono mortis c. 11.
(*x*) L. 4. cont. duas epiſt. Pelagianorum c. 11.
(*y*) In c. 1. Job.
(*z*) In l. de Univerſitate.
(*a*) L. 5. Strom.
(*b*) Orat. 34.
(*c*) Q. 12. a. 11. Conſentiunt *Auguſt. Abulen.* &c. ap. *Vaz.* d. 55. n. 1.
(*d*) Heic, & ibid. a n. 4. cum *Diony. Orig. Nazian.* &c. Ita & *Suar.* heic l. 2. c. 30.
(*e*) V. *Vaz.* cit.
(*f*) Lib. 22. de Civ. c. 29.

forma exprimente Deum ſecundum aliquem ſimilitudinis modum. Ad 3. Ignis gehennae habet ad illud proportionem, expoſitam *infra* (*g*), non vero oculus ad iſtud. Ad 4. *N. A.* quia facultas corporea eſt eſſentialiter limitata ad objectum corporeum; atque adeo quaecumque illa fingatur, incapax eſt elevari ad percipiendum quid ſpirituale (*h*).

145 Obj. *ſecundo*. Poteſt intellectus creatus naturaliter intuitive Deum videre. Nam 1.° nulla in eo adparet efficax repugnantia. 2.° ideo Angelus naturaliter videt clare alium Angelum, quia hic non eſt extra illius ſphaeram; ſed nec Deus eſt extra ſphaeram intellectus creati, quippe qui ſe extendit ad omne cognoſcibile, tanquam ad ſui ſpecificativum formale: alias nec ſupernaturaliter poſſet Deum intueri, uti oculus corporeus; ergo. 3°. intellectus creatus adpetit procul dubio innate ac elicite finem, qui eum ultimo perficiat; hic vero conſiſtit in Dei poſſeſſione, quae includit claram viſionem Dei, ſaltem ut Authoris naturalis.

146 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* ex ratione tantum philoſophica, *Perm.* ex theologica, *N.* quia ex Scripturis, & Eccleſiae definitione conſtat oppoſitum (*i*). Ac deinde viſio clara Dei eſt ſua eſſentia entitative ſupernaturalis (*k*). Ad 2. Deus ut clare viſibilis eſt intra ſphaeram obedientialem intellectus creati; ut aliqualiter abſtractive viſibilis intra naturalem; ac intellectus ſe extendit ad omne cognoſcibile, modo quo ſibi cognoſcibile eſt. Neque vero docet fides, unum Angelum eſſe extra ſphaeram naturalem alterius Angeli. Ad 3. *D. Ma.* qui ultimo naturaliter perficiat, *C.* ſupernaturaliter, *N. Ma.* & *Mi.* (*l*).

147 QUAESTIO IV. Quid de *Incomprehenſibilitate*? ADSERO 1. Eſt ratio, qua Deus nequit ab intellectu creato penitus intelligi ſeu comprehendi; dicitur enim *incomprehenſibilis cogitatu* (*m*). Equidem Deum aliquo vero ſenſu incomprehenſibilem exhibent *Scripturae*, cum *Hier.* cit. *Job* 9. 10. *Rom.* 11. 33. Tum *PP.* cum *Tert.* (*n*) *Theophil. Antioch.* (*o*) *Iren.* (*p*) *Epiph.* (*q*) *Cyr. Alex.* (*r*) *Cyr. Jeroſ.* (*s*) *Damaſc.* (*t*) *Naz.* (*u*) *Ambr.* (*x*) *Aug.* (*y*) *Greg.* (*z*). Quibus adde *Conc. Later.* (*a*) 11. Repugnat metaphyſice cognitio creata intenſive comprehenſiva Dei, non vero extenſive talis (*b*). Quia illa debet eſſe tam intenſa in claritate, quam intenſus ſit Deus in perfectione, quem propterea debet cognoſcere

(*g*) Par. II. Tr. III.
(*h*) V. *D. Th.* heic q. 12. a. 3. ibique *Vaz.*
(*i*) Conf. *Suar.* l. 2. c. 8. *Vaz.* in D. Th. heic a. 4. *Viv.* p. 1. d. 2. q. 2. n. 1.
(*k*) Ex *infra* Par. III.
(*l*) Plura in hanc rem ubi de fine hominis.
(*m*) *Hierem.* 32. 19.
(*n*) In Apologet. c. 17.
(*o*) Lib. 1. ad Autolycum.
(*p*) L. 4. c. 36.
(*q*) Haereſi 70.
(*r*) L. 11. Theſau. c. 1.
(*s*) Catech. 6.
(*t*) L. 1. de fide c. 1. & 4.
(*u*) Orat. I.
(*x*) Tr. in Symbol. Apoſtol. c. 11.
(*y*) 4. Gen. ad lit. c. 6. & ſaepe alibi.
(*z*) 10. Moral. c. 7. alias 10.
(*a*) Cap. *Firmiter*.
(*b*) Conf. *Simonn.* tr. 1. d. 4. ar. 3.

omni modo, quo est cognoscibilis, adeoque per cognitionem simpliciter infinitam, quae implicat extra Deum (*c*). Ista vero solum est suo objecto aequalis in repraesentando, quatenus cognoscit quidquid est in objecto, nempe Deo; quae cognitio minime implicat, utpote Christi animae concessa (*d*).

OBJECTIONES.

148 Obj. *primo*. Ex Conc. Later. (*e*) Deus est absolute incomprehensibilis; at exposita divisio comprehensionis intensivae, & extensivae arbitraria est; nam hoc ipso, quod quis in objecto cognoscat quidquid cognoscibile est, objectum absolute comprehendit: ergo.

149 R. *N. Mi.* cum subj. prob. Illa divisio fundatur in *D. Aug.* & *D. Th.* quorum primus de extensiva dixit (*f*) *totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil ejus lateat videntem*; ac de intensiva adseruit (*g*) illam esse, *qua res cognoscitur quantum cognoscibilis est*, & (*h*) illud comprehendi, *quod videntis cognitione finitur*. Secundus vero saepe de utraque differit, praesertim de intensiva, tum heic (*i*) inquiens, *non propter hoc Deus incomprehensibilis dicitur, quasi aliquid ejus sit, quod non videatur, sed quia non ita perfecte videtur, sicut visibilis est*, idemque sparsim toto art. & alibi (*k*). Hinc cognitio intensive comprehendens, & objectum debent exaequari in ratione cognoscentis, & cognoscibilis, quod relate ad Deum non nisi cognitioni simpliciter infinitae competere potest.

150 Obj. *secundo*. Cognitio videns clare in Deo omnia possibilia, simulque omnia praedicata divina cum omnibus suis Relationibus, & respectibus, tum ad creaturas, tum ad eadem praedicata divina, est intensive comprehensiva; sed illam nos concedimus possibilem: ergo & istam. *Tertio*. Proprium est solius Dei omnia cognoscere ea claritate, qua creatura nequeat cognoscere: ergo etiam tot cognoscere objecta, quot nequeat creatura cognoscere. *Quarto*. Proprium est Dei posse omnia factibilia, ac omni loco & tempori correspondere: ergo & scire omnia scibilia. *Quinto*. Cognitio omnium possibilium cognosceret, ac excluderet omnes imperfectiones possibiles creatas, scilicet errores, dubia, falsitates in cognoscendo Deum: ergo includeret omnem perfectionem possibilem cognoscendi Deum; exclusio enim omnium imperfectionum est omnis perfectio: adeoque esset intensive comprehensiva.

151 R. Ad *secundum*. *N. Ma.* quia ex *D. Th.* (*l*) *quantitas scientiae non solum adtenditur secundum numerum scibilium, sed secundum claritatem cognitionis*. Ad *tertium*. *N. Con.* quia primum dicit perfectionem simpliciter infinitam, non secundum: immo non est paritas a *cognoscere infinite ad cognoscere infinitum*; nam sicut in Deo datur cognitio infinita rei finitae, ita in nobis datur cognitio finita rei infinitae. Ad *quartum*.

D. A.

(*c*) V. *Suar.* cit. l. 2. c. 5. a n. 6.
(*d*) Ex *infra* Par. IV. Tr. 1. L. III.
(*e*) Cap. *Firmiter*.
(*f*) Epist. 112. c. 8.
(*g*) L. 12. de Civ. c. 18.
(*h*) L. 83. qq. q. 14.
(*i*) Qu. 12. ar. 7. ad 2.
(*k*) Par. 3. q. 10. a. 1. ad 2. & q. 20. de Verit. a. 4. ad 4.
(*l*) 3. p. q. 10. a. 2. ad 3.

D. A. proprium eſt Dei &c. per virtutem ſibi connaturalem ab alio non adceptam, *C.* ſecus, *N.* & *D. Conſequens* ſimiliter.

152 Ad *quintum*. *D. A.* excluderet omnes imperfectiones poſitivas; cujuſmodi iſtae ſunt, *C.* omnem imperfectionem negativam, cujuſmodi eſt carentia majoris perfectionis in cognoſcendo Deum, *N.* quia adhuc eſt poſſibilis alia, aliaque cognitio clarior Dei; & *D. Conſ.* ſub hoc ſenſu. Ejuſmodi cognitio includeret omnem perfectionem negativam, ideſt, nullam poſitivam imperfectionem, non autem perfectionem quamlibet poſitivam (*m*).

153 QUAESTIO V. Quid de *Subſiſtentia abſoluta*, praeter tres Relativas? ADSERO. A Deo exſulat? (*n*). Quia equidem poſito, quod effectus formalis primarius, ac ſpeciale munus ſubſiſtentiae ſit conſtituere, & complere cum natura ſuppoſitum, ſubſiſtentia abſoluta conſtitueret cum Natura divina quartum Suppoſitum abſolutum, praeter tria Relativa, quod principiis fidei non ita conſonum videtur. Hinc merito dictum eſt a *Sophronio* (*o*) *in Deo neque ſubſtantiam confundi, neque ad unam ſubſiſtentiam poſſe reduci*.

OBJECTIONES.

154 Obj. *primo*. Nonnulla Concilia, multique PP. oppoſitum docent (*p*), praeſertim Agatho Papa in quadam epiſt. ubi, *confitemur trium Perſonarum, ſeu ſubſiſtentiarum unam ſubſiſtentiam*; D. Aug. (*q*) *hoc eſt Deo eſſe quod ſubſiſtere*; D. Th. (*r*) *in Deo ipſa Eſſentia ſubſiſtens*, & ſaepe alibi.

155 R. Concilia & PP. paſſim ſumunt ſubſiſtentiam pro ſubſtantia & eſſentia & exiſtentia; nec unus quidem eam adcipit pro vera ſubſiſtentia, conſtituente cum Natura divina ſuppoſitum incommunicabile, prout eſt quaeſtio. Codex emendatior, editus Coloniae Agrippinae an. 1606. t. 3. Conc. in epiſt. Agathonis, ſimulque Romanae Synodi, legit *unam ſubſtantiam*. D. Aug. & D. Th. per τὸ *ſubſiſtere* & *ſubſiſtens* intelligunt Dei Naturam neceſſario exiſtentem, & immutabilem. Et vero plurimi nobis aperte favent (*s*), ubi non aliam concedunt Deo ſubſiſtentiam, praeter triplicem perſonalem: immo poſt ſtatutam in Eccleſia ſignificationem verbi *Hypoſtaſis*, nuſquam invenitur ap. PP. Graecos hypoſtaſis, nec ap. Latinos ſubſiſtentia ſumpta pro abſoluto, ſed conſtanter pro perſonali. Hinc *D. Th.* (*t*) *circumſcribatur a Deo omnis ratio Perſonalitatis, ipſa Natura nec erit ſubſiſtens, nec erit in aliquo ſubſiſtente*.

156 Obj. *ſecundo*. Natura ſe ipſa eſt in genere ſubſtantiae completae, quum habeat omnem perfectionem ſimpliciter ſimplicem, Filiusque adcipiat a Patre Naturam completam; eſt item independens ab alieno ſuppoſito; immo eſt eſſentialiter ſubſiſtens; ac demum habet ſubſtantiam, & exi-

(*m*) Plura de Inviſibilitate ac Incomprehenſibilitate Dei laud. *Thomaſſ.* de Deo l. 6. c. 19.

(*n*) Communis, cum *Compt.* tom. 1. d. 57. ſect. 3. *Arſdek.* Theol. Specul. p. 1. c. 3. *Amic.* heic t. 1. d. 21. n. 18. cum *Vaz. Rui.* &c. contra communem, cum Borrull heic d. 3. n. 30. cum Ribad. God. Gon. &c.

(*o*) In VI. Synod. Act. II.

(*p*) Quos vide ſis ap. *Rui.* de Trin. d. 34. ſect. 8. 9.

(*q*) L. 7. de Trin. c. 5.

(*r*) In 3. diſ. 6. q. 2. a. 2. ad 2.

(*s*) Ap. *Rui.* cit. l. 5.

(*t*) In 3. diſ. 5. q. 2. a. 3.

& exiſtentiam abſolutam: ergo & ſubſiſtentiam abſolutam, ne dicatur emendicare ſubſiſtentiam a Perſonis, quae quidem quum ſint de linea relativa, non ſufficiunt, ut per eas Natura ſubſiſtat.

157 R. Natura eſt ſubſtantia completa per Relationes, quas dicit identice, etiam quum ab iſtis diſtinguitur virtualiter, non per aliud complementum chimaericum. Nec ſubſiſtentia eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, quum nulla Perſona ſit melior ipſa, quam non ipſa, ſeu quam alia Perſona. Filius quidem adcipit Naturam completam per Relativum, non per abſolutum. Deinde illa independentia, quae etiam competit Aſeitati, nequit eſſe conceptus formalis ſubſiſtentiae abſolutae. Eſt praeterea Natura *eſſentialiter* ſubſiſtens, ideſt neceſſario exigens ſubſiſtentias perſonales. Nec id eſt emendicare has ſubſiſtentias, quas utpote de ſuo habet, tanquam perfectiones ſibi identice debitas, & valde ſibi proportionatas, etſi ſint de alia linea, nempe perſonali; quis enim deneget ſummam proportionem inter materiam & formam, aut, ſi mavis, conſonas & adtemperatas combinationes, in idem compoſitum *?

Alia quidem ſunt Divina Adtributa, quae fuſiores ſibi vendicant tractationes, de quibus & nos, cum communi Doctorum ſtilo, in ſubſequentibus.

LIBER SECUNDUS

De Scientia Dei.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Dei Scientiam.

HISTORIA POLEMICA.

158 MUltifarie in Divinam Scientiam inſipientes homines, etiam naturae lumini enormiter obſiſtentes, impegerunt.

I. *Anonymi* ſceleſtiſſimi dixerunt apud *Job* c. 22. 13. *quid enim novit Deus? & quaſi per caliginem judicat*: & apud *Pſalm.* 93. 7. *non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob*.

II. *Xenophanes*, ſectae Eleaticae author circa Olympiadem LX., adfirmarat, Deum audire pariter & cernere omnia generaliter tantum & confuſe, minime ſigillatim. (*u*) Et hic quidem fuit etiam plurium error in illis quaſi primaevis Philoſophiae rudimentis. Ipſumque *Avicenna* & *Algazelis*, cum magna philoſophantium Arabum turba innovarunt ſub an. Chr. circ. 1150. (*x*)

III. *Ariſtoteles* adſeruiſſe adcuſatur, Deum extra ſe quidquam in aliqua

* Conf. *Ruiz.* cit. d. 34. ſect. 8. 9. 10. *Rhod.* t. 1. d. 6. q. 2. ſect. 6. *Amic.* d. 21. a n. 3. & 25. *Arria.* d. 51. a n. 8. *Tourn.* de Trinit. q. 5. ar. 1. concl. 2.

(*u*) Ap. *Euſeb.* de praep. Evang. l. 1. c. 8. ex *Plutarcho* in Stromatis, Euſebii interprete *Franciſco Vigero S. J.*

(*x*) Ap. *S. Th.* in 1. ſent. diſt. 36. q. 1. a. 1. O, ubi errorem illum convellit, uti & alias.

aliqua temporis differentia exiſtens ſigillatim ac diſtincte minime cognoſcere. Id quod colligitur ex ejus lib. 2. Magnorum Moralium, ex text. 51. libri 12. Metaph. ex lib. de Mundo ad Alexandr. cap. 6. alias 7. (*y*) (*).

IV. *Stoici* eam Deo ſcientiam de futuris contingentibus adtribuerunt, ex qua conſequitur neceſſario cujuſque creatae libertatis everſio. Quoniam, ajunt, ſi Deus ſua infallibili cognitione praeſciat quid homo facturus ſit, hoc ipſo hominis actio nequit non evenire, atque adeo neceſſario ac inevitabiliter eveniet; fatali utique neceſſitate, proveniente ac immiſſa a ſummi Conditoris praeſcientia (*z*) Ceterum iidem Philoſophi, ſua hypotheſi, primoque fundamento ſemel admiſſo, quod nempe *Deus omnia novit*, una manu quod extruere, altera dejiciunt, quemadmodum poſt alios philoſophatur *Bruckerus* (*a*) quidquid eos depraedicet, ac vindicare conetur *Juſtus Lipſius* (*b*)

Huic impiae opinioni nonnulli adhaeſiſſe feruntur, e. c. *Celſus* Philoſophus Epicureus (*c*) *Marcion* Haereſiarches (*d*) *Manichaei* aliquot (*e*) *Wicleffus* (*f*).

V. *Carneades*, gente Cyrenaeus, Academiae Novae conditor & Stoicorum adverſarius, negavit Apollinem, ſeu Deum ſuum alia praecognoſcere, niſi illa, quorum cauſſae vel praeceſſerunt, vel ſalem ita naturales, ac efficaces ſunt, ut nec cauſſae impediri, nec eventus ab aliis cauſſis proficiſci poſſint (*g*).

VI. *Tullius* vehementer anxius de ratione, qua Dei praeſcientia cum humana libertate conciliari poſſet, Deo futurorum contingentium praeſcientiam negare maluit, quam ſuam homini libertatem. (*h*) Et quidem

(*y*) Ita Scholaſticorum turba cum *Gregor.* in 1. Sent. diſt. 36. q. unica ſub init. & *Franciſco Georgio* in Harmon. cant. t. 1. c. 18.

ADNOTATIO.

(*) COpioſior equidem ex Scholaſticis, & Criticis compacta cohors Ariſtotelem vindicant ex aliis ejuſdem commentariis, in quibus Deum alia a ſe diſtincta clare cognoſcere vel adfirmavit, vel ſuppoſuit; e. c. ex 3. Metaph. text. 15. & 1. de anima tex. 80. & 10. Ethic. c. 8. Et ita quidem ſentiunt, compluribus omiſſis, *AEgidius* in l. de erroribus Philoſophorum, in Ariſtotele, *Henriquez* l. de fine hominis c. 5. §. 2. literâ *A. & C. Molina* in 1. p. q. 14. art. 5. diſp. unic. *Julius Sirenius* in comment. de Fato l. 4. c. 26. & l. 6. c. 12. *Hieron. Capraedonus Soncinas* in Theologia Ariſtotelis l. 3. a cap. 59. ad 85. *Raynaud.* t. 5. de Theol. nat. diſt. 8. q. 1. ar. 2. a n. 33. quibus & nos lubenter ſubſcribimus.

(*z*) Conf. laud. *Siren.* l. 1. c. 9. & l. 6. c. 1. & ſqq. & *Rayn.* a num. 20.

(*a*) In hiſt. crit. Philoſ. t. 1. ubi de ſecta Stoica p. m. 929.

(*b*) In Phyſiologia Stoicor. libris tribus.

(*c*) Ap. *Orig.* l. 2. cont. Celſ. n. 20. & *Euſeb.* de praep. evang. l. 6. c. 9.

(*d*) Ap. *Tertul.* l. 2. cont. Marcion. c. 5. & *Hieron.* l. 3. con. Pelagianos non multum ab initio, ubi etiam Marcioni adjicit *omnes haereticorum canes, qui vetus latrant Teſtamentum*, ut loquitur S. Doctor.

(*e*) Ap. *Moſem Barceph.* l. de Paradiſo part. 3. in 3. objectione Manichaeorum, ap. *Bibl. PP. Lugdunenſ.* t. 17. p. m. 497.

(*f*) Ap. *Valdenſ.* in doctrin. fid. l. 1. a. 1. c. 22. p. m. 68. edit. Venetae 1571. & alias.

(*g*) Conf. *Tulli.* de finib. l. 2. c. 11. & l. 5. c. 7. *Siren.* de fato l. 6. c. 9.

(*h*) Lib. 2. de divinat.

dem *ut homines faceret liberos*, *fecit sacrilegos* (*i*). Sunt enim vero qui putent, Tullium eam opinionem meliora sapientem revocasse (*k*).

VII. *Anonymi* sub I. Ecclesiae Chr. Seculum de nonnullis cognoscibilibus Deo ignorantiam adfixerunt. Adversus eos potentissime disputavit tum temporis *Dionys.* (*l*) ac deinceps *Ambros.* (*m*) & *August.* (*n*).

VIII. *Lucius Apuleius*, Madaurensis, Platonicus, qui fl. an. Chr. 160., cum aliis Ethnicis Philosophis, in ea fuit sententia, ut daemones sint internuntii, portitores & interpretes hominum, absque quibus interpretibus Deo ignota sint omnia - Eos perstrinxit *Augustinus* (*o*).

IX. *Maximus Tyrius*, etiam Platonicus, sub idem fere tempus ne minus digne de Deo loqui videretur, aperte negavit (*p*) Deum scire omnia, sive ea turpia aut honesta sint, sive digna aut indigna: ut e. g. eum scire arenarum numerum, maris spatium, & si quis in Lybia lebes coquitur.

X. *Origenes Adamantius*, post variam vitae, famaeque fortunam, fato functus an. Chr. circ. 252., adcusatur vehementer, male sensisse de divina Scientia, adserendo videlicet, quod nec Dei Filius perfecte videat, aut cognoscat Patrem, nec Spiritus Sanctus Filium. Erui videtur ex ejus commentario περὶ ἀρχῶν, seu de principiis, l. 2. c. 4. & l. 4. c. 1. Hujusce labis Adamantium permulti insimulant, cum *Epiphan.* (*q*) *Hieron.* (*r*) *Isidor.* (*s*) *Honor. Augustodun.* (*t*) *Castro* (*u*) quibus pene subscripsit *Huetius*. (*x*) (*).

XI. *Theophronius*, genere ac patria Cappadox, *Agnoëtarum* parens sub an. Chr. circ. 365., ex nominibus, quae in sacris literis posita sunt, imperite collegit, quod Deus praesciens id quod non extat, id quod extat sciens, atque id quod extitit memoria tenens, non eodem semper modo

(*i*) Ap. *August.* 5. Civ. c. 9.
(*k*) L. 3. de nat. deor. sub fin.
(*l*) De div. nom. c. 7.
(*m*) De offic. l. 1. c. 14.
(*n*) Serm. 10. de verbis Domini.
(*o*) 8. Civ. cap. 21. & 22.
(*p*) In Dissert. 3. n. 17.
(*q*) Haer. 64. & in Ancorato cap. 63. & in epist. ad Joan. Hierosol. c. 2.
(*r*) In ep. 16. ad Pammach. c. 3. & ep. 59. ad Avitum c. 4.
(*s*) L. 8. Orig. c. 5.
(*t*) In l. de haeres.
(*u*) De haeres. art. *Deus*. haeresi 9.
(*x*) In Origenian. l. 2. quaest. 2. §. 19.

ADNOTATIO.

(*) NOtum est apud eruditos viros, Origenem & multos habuisse doctrinae criminatores, & multos vindices. Ex iis autem a praefati erroris labe Doctorem hunc sigillatim pro viribus defendunt *Ruffinus* invectiva 1. in Hieronym. *Pamphilus* Martyr in Apolog. pro Orig. *Anonymus* in Apolog. de Orig. & ejus dogmatibus, ap. *Phot.* in Biblioth. Cod. 117. a p. m. 294. *Halloix* in Origene defenso l. 4. quaest. 4. §. 1. a p. m. 293. edit. Leodiensis 1648. ubi perplures & gravissimi Testes, & conspicui textus Origeniani pro sancto Dogmate quoad trium Personarum scientiam producuntur. Et quidem si quis singula horum vindicum documenta adcurate libret, ac ea conferat cum effatis Origenianis, praesertim in tr. de principiis l. 1. c. 3. & l. 2. c. 4., nullus dubito, pro recta Adamantii fide cum iisdem pene consensurum. Interea vero prudentis Lectoris sententiae litem dirimendam relinquamus, oportet.

do se habeat; utpote qui ad praesentia, futura & praeterita suam cognitionem transferat. (y)

XII. *Semipelagiani*, quorum primaevae in Africa & Galliis origini, ducibus *Cassiano*, aliisque *Massilienſibus* Doctoribus, *Vitale* Carthaginensi, *Adrumetinis* ac *Lerinensibus* monachis &c., annus Chr. 420. consignatur, in divinam conditionatorum scientiam vehementer impegerunt. Nimirum propugnarunt, scientiam conditionatam meritorum seu peccatorum, quae nempe, licet nunquam extitura sint, futura tamen sub aliqua posita conditione viderit, Deum agere ac movere ad definiendam aeternam hominum sortem, hos praedestinando, ac illos reprobando. Id vero placitum tanquam Dei Providentiae, Justitiae, Bonitati graviter injurium confutarunt plurimi, cum *Augusl.* (z) *Prosp.* (a) *Scythis Monach.* (b) *Fulgent.* (c) (*).

XIII. *Talmudistae* Deum faciunt ignarum, aut saltem non omniscium; quem nempe fabulantur, singulis quibusque diebus per aliquot horas suae Legis Judaicae studio vacare (d). Deinde *R. Abraham Aben Ezra* (e) aperte Deo abjudicat scientiam singularium, quoniam permanentia non sunt, sed contingentia & mutabilia. (f).

Insuper in *Talmude* (g) inducitur Deus disputans cum Angelis de quaestionibus legalibus, ac Rabbinus quidam advocatur in Judicem, cujus judicio, & Angelorum & Dei sententia subjicitur. Quo quid ridiculum magis, atque injurium Omniscienti? Tum idem *Talmud* (h) confingit in Deo admirationem, quae vel ex ignorantia nascitur vel ad eam devolvitur. Inquit enim, quod in die Judicii mirabitur Deus, quo pacto Justi,

(y) Conf. *Niceph.* hist. eccles. lib. 12. c. 30. & l. 18. c. 50.

(z) In libris de Praedest. SS. & de persev. dono.

(a) L. cont. collatorem, & in respp. ad objectiones Vincentianas.

(b) In comment. adv. Faust. Regiens.

(c) In l. de Grat. & lib. arb. & libris III. de veritate Praedestin. & grat. adv. Fausti sectatores.

ADNOTATIO.

(*) HAud pauci sunt ex Schola Theologi, vel partium studio abrepti, vel insciti laborantes, qui opinionem hanc Semipelagianam iis ex integro adfigunt, qui scientiam, quam vocant Mediam, propugnare pergunt. Verum quam immerito & quam inscite scientiae eiusmodi naevus hic obtrudatur, plurimi passim demonstrant, cum *Nat. Alexandro* in Hist. Eccl. Sec. v. cap. III. art. VIII. num. VI. Nec nos penitus praeterimus ubi infra sermo est de Scientia Media.

Alii itidem exadverso eos Erronibus adcensent, qui certam de conditionate futuris notitiam Deo abjudicant, cum pluribus ex antiquioribus Thomistis; nec ipsi quidem adserere permitescunt, hanc opinionem esse in fide periculosam. Enim vero jam plerique omnes ex illa Schola Doctores, urgentibus convicti momentis, Deo scientiam illam, esto a decreto pendentem, vulgo adscribunt.

(d) Ex *Talmude* Codice *Avode Zarà* cap. 1. pag. 4. b. paullo ante med.

(e) In Psal. 73. 12.

(f) Ap. laud. *Bartoloc.* tom. 1. p. m. 617.

(g) Codice *Bavà Metziàh* cap. 4. pag. 86. paullo post med.

(h) Codice *Succà* cap. 5. pag. 52. paullo ante med.

non autem improbi pravam concupiſcentiam, fomitemque peccati ſuperare potuerint.

XIV. *Mahumedes*, gente Cyrenaeus, Mahumedanae Sectae author, ac inſignis Pſeudo-propheta, extinctus, ut fertur, an. Chr. 631., non minus ſtulte, quam impie commentus eſt, Deo tanquam oblivioſo tabulam ſignandis praeteritis neceſſariam eſſe *(*).

XV.

* Ex *Joan. Ludov. Vive* de verit. fidei l. 4. c. 10. ap. *Rainaud.* in Theol. nat. diſt. 8. n. 31.

ADNOTATIONES.

(*) I. CEterum Mahumedem ipſum divinae Omniſcientiae adſertorem haud ſemel ſuo in Alcorano reperio. Equidem, aliis praetermiſſis, haec literis conſignavit in Sura, vel Azoara VI., cui titulus *Pecudes*, a commate 57. ap. *Ludov. Marraccium* in refutatione Alcorani a p. m. 147. edit. Patavinae 1698. ubi haec ex Arabico textu Latio donata fert „ & Deus eſt ſcientiſſimus, *qui ſint* „ Iniqui .... 58. Et apud eum ſunt claves Ar„ cani: neſcit illas *alius* praeter ipſum: & „ *ipſe* ſcit in terra & mari, neque cadit unum „ folium, quin ſciat illud, neque granum „ unicum in tenebris terrae ... 59. Et ipſe „ eſt qui ... ſcit, quid operemini in die ... „ tum enarrabit vobis quid fueritis operati ... „ 61. ... annon *competit* ipſi Judicium? Et „ ipſe eſt velociſſimus ratiocinantium ... „ 74. *Ipſe* eſt cognitor Arcani & manifeſti: „ & ipſe eſt ſapiens, peritus. Plura iis conſimilia conſcripſit in Sura XIII. cui titulus *Tonitru*, commate 10. 11. & 12. ibid. p. m. 368. Ita quidem Impoſtor ille in Alcorano, tametſi alias haereſibus, nugiſque confertiſſimo.

Adde doctrinam, quam ab ipſo loquente excepiſſe fertur *Ebn-Omar* apud *Albocharium*, qui eam tradit parte 30. Traditionum Mahu„ medicarum per haec verba; Claves Arcani „ ſunt quinque, quas nemo novit niſi Deus. „ Nemo novit, quantum a juſto facturae ter„ mino decreſcant uteri feminarum niſi Deus. „ Et nemo novit, quid cras futurum ſit niſi „ Deus. Et nemo novit, quando pluvia „ ventura ſit niſi Deus. Et nemo novit, in „ qua terra moriturus ſit niſi Deus. Et nemo „ novit, quando ventura ſit Hora (*hoc eſt* „ *dies Judicii*) niſi Deus.

Marraccius demum, in exquirendis, propalandis, inferendis, configendiſque vel etiam leviſſimis, immo ſaepe valde dubiis Alcorani erroribus diligentiſſimus, hunc, quem Vives adeo abſurdum protulit, non invenit. Ergo nulla Viveſio fides adhibenda videtur, donec perſpicuum pro ſuo effato documentum eluceat.

II. Vix tamen haec conſcripſeram, Vivem laudatum adii, legique in tomo II. ejus operum, editorum Baſileae an. 1555. Sedula praeſertim cura perluſtravi librum IV. de veritate fidei, qui dialogicus eſt adverſus Sectam Mahumedis. Nihil porro ibi de praefato, pinguique errore, quem dixerat Rainaudus plenius referre Vivem lib. 4. c. 10. Fortaſſe fefellit in ſiphris typotheta.

Ceterum alia duo in eodem libro ſuggerit Vives, quae Mahumedem in divinam Scientiam impegiſſe demonſtrant.

Nempe primum ſtatuit, quod Deo inopinanti obtulerit ſe in coelo mulier de repente, ibi §. *Jam inſpiciamus*. ſub fin. pag. 476. Deum itaque fecit ignarum eorum quae geruntur in mundo, & quae in coelo gerentur. Refert inſuper Pſeudo-Propheta, quod olim daemones ſoliti ſint coelum conſcendere, exploratum quid ageretur in conſilio Dei; ac quidem non ſemel, Deo inſcio, ac repugnante, ipſis divina arcana patefacta fuiſſe, ibid. §. *Eam*. p. 479. ſub fin.

Porro nec Viveſius cum teſte ullo loquitur, nec iſta effata, quod ſciam, Marraccius uſpiam memoravit; nec ipſa demum cohaerent teſtimoniis adlatis pro recta Haereſiarches ſententia erga Dei Omniſcientiam. Quid tum vero? Huic plane homini nihil videtur fuiſſe ſuavius, quam adſerere pugnantia, teſtante eodem *Viveſio* ibid. §. *Videamus*. p. 465. & iis omnibus, qui Alcoranum ſedulo evolverunt, cum *Petro Cluniacenſi*, *Petro Alphonſo*, *Thyrſo Gonzalez*, *Marraccio* &c. Excerpſiſſe praeterea potuit haſce theſes Viveſius e documentis aliis, quae non obtinuerit Marraccius, nec enim huic ſingula quaeque hanc rem concernentia videre licuit, ut idem candide fatetur in Praefationibus ad Prodromum & ad refutationem Alcorani.

Prae-

XV. *Albanenſes*, alias producti in ſcenam, docuerunt, Deum per ſe ipſum nullum praeſcire malum, ſed per daemonem. (*i*) Quid vero per τὸ malum intellexerint Albanenſes, dubium eſt: at vel culpae, vel poenae malum Deo incognitum dixerint, in Dei ſcientiam haeretice blaſphemarunt.

XVI. *Anonymus* Gallus in pago Bituricenſi ſub an. circ. 1140. tenuit, docuitque, eo quod res aliter evenire poſſint quam Deus providerit, Deum in earum cognitione falli poſſe. (*k*)

XVII. *Averrhoes*, Marrocanae Academiae profeſſor, ac Mahumedanos inter Arabes magni nominis Philoſophus Peripateticus ſub an Chr. circ. 1150., ſtatuit (*l*) a Deo nihil aliud cognoſci poſſe niſi Deum ipſum, ſubindeque nullam omnino creaturam intelligi.(*)

Ei adhaeſit *Anonymus* ille, cujus innovatos in divinam ſcientiam errores, una cum aliis, anathemate perſtrinxit alias laudatus Stephanus Epiſcopus Pariſienſis ſub an. 1270.

XVIII. *Anonymi* varie errantes proferuntur a *S. Thoma*. (*m*) Nimirum fuerunt qui adſererent, ſcientiam in Deo eſſe quaſi aliquam diſpoſitionem ejus eſſentiae ſuperadditam, quemadmodum & humana ſcientia in nobis eſt.

Alii inſuper tenuerunt, quod quum Deo ſcientiam adtribuimus, nihil in eo ponimus, ſed deſignamus duntaxat, ipſum eſſe cauſſam ſcientiae in rebus creatis; adeo ut eatenus dicatur Deus ſciens, quatenus ſcientiam creaturis infundit.

Poſtremo alii docuerunt, Deo ſcientiam ſolummodo tribui metaphorice,

Praeterquam quod Alcoranus, extincto Mahumede, fortunam variam paſſus eſt, ut vulgo fertur, cum permultis permutationibus, ac interpolationibus; confectis, ſcilicet, a Sergio quodam Monacho, a Iudaeis, ab Arabibus Sectatoribus. In hanc rem plura *Vives* ibid. p. m. 481. idemque *Marrac.* in Prodromo ſub init.

Ex quibus forte quiſpiam prudenter conjiciat, Pſeudo-Prophetam non ſibi conſtitiſſe; immo feciſſe utrumque, Dei videlicet Omniſcientiam & adſeruiſſe & oppugnaſſe.

(*i*) Ex *Guidone* in ſumma de haereſibus, ubi de erroribus Albanenſium cap. 8.

(*k*) Ap. *Abaelard.* in introd. theol. l. 2. c. 9. ubi de hoc impio Errone loquitur tanquam de Theologo ſibi ſynchrono.

(*l*) In l. 12. Metaph. text. 51. & in Deſtructione deſtructionis diſp. 12. dub. 3.

ADNOTATIO.

(*) HUjuſce erroris labem ab Averrhoe depellere nituntur plurimi, cum *Bacono* quodl. 1. q. 9. art. 1. & alias diligentiſſime, *Ferrarienſi* in 1. cont. Gentil. c. 50. ſub fin. *Palacio* in 1. ſent. diſt. 35. diſp. 1. *Pico* Mirandulano l. de provid. c. 8. Alii vero, ne quidem pauciores, tum e Scholaſticis cum *Molina* 1. p. q. 14. ar. 10., tum e Criticis cum *Marſil. Ficino* l. 2. de Immortalit. cap. 9. praefervide refragantur.

Neſcias profecto qui cenſeant probabilius. Pro & contra, hinc inde adferuntur ex Authore documenta. Forſan corcate ſentias, qui hariolando dixeris, virum hunc toties impium in Deum & in veritatem injurium, ut teſtatur *S. Thomas* opuſc. 16., hac in parte ſibi non conſtitiſſe.

(*m*) In tr. de Verit. quaeſt. 2. quae eſt de Scientia Dei, art. 1. O.

rice, ſeu per quandam proportionis ſimilitudinem; eo ſane pacto quo de Deo praedicatur ira, vel alia ſimilis paſſio; atque adeo ſcientem dici, quoniam effectum prodit ſimilem ſcientis effectui, quemadmodum iratus dicitur, quia effectus prodit ſimiles iratorum effectibus. (*n*)

XIX. *Lolhardi*, alias vocati, putarunt, Deum neſcire crimina, quae ſubter terram perpetrantur. Hinc convenieb*a*nt in cryptis, ſpeluncis, aliiſque ſubterraneis locis, ut nefandis obſcaenitatibus impune operam darent. (*o*)

XX. *Lutherus* adfirmavit, quod Abraham fuerit fide juſtus, priuſquam a Deo talis cognoſceretur. (*p*)

XXI. *Sociniani* vulgarunt in ſuo theologico ſyſtemate, vel potius errorum ſynopſi, Deo nullam ineſſe futurorum, quae ex hominum voluntate pendent, infallibilem praeſcientiam: quoniam futura haec, ajunt *Socinus* (*q*) *Crellius* (*r*) *Smalcius* (*s*) ceterique gregales, haud ſunt in genere ſcibilium, quum determinata veritate objectiva minime gaudeant (*t*).

Et hinc tandem ad Dogmatico-Scholaſticas de divina Scientia, cum generatim, tum ſingillatim adcepta Quaeſtiones noſtra procedat oratio.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

158 QUAESTIO PRAELIMINARIS. Quid praeſupponendum circa Dei Scientiam, quam humili, reverentique oratione balbutiendo explicare (ſi ſuperis placet) adgredimur? ADSERO 1. Hoc Deo ineſſe Adtributum, de fide eſt; illud enim ferunt, adtolluntque paſſim *Scripturae*, cum 1. *Reg.* 2. 3. *Eſth.* 14. 14. *Job* 12. 13. *Pſ.* 146. 5. *Sap.* 7. 15. & 16. *Ecclici* 15. 10. & 19. *Rom.* 11. 33. *Coloſ.* 2. 3. Tum *PP.* cum *Dionyſ.* (*u*) *Ireu.* (*x*) *Cyr.* Hieroſ. (*y*) *Nemeſ.* (*z*). *Athan.* (*a*) *Damaſc.* (*b*) *Aug.* (*c*) II. Eſt naturaliter demonſtrabile, quum evidens ſit nequire divinum Gubernatorem juſtos praemiare, ac injuſtos punire, ſi careat rerum Scientia, ſeu cognitione evidente (*d*).

159 Ethnici quidem Sapientes hanc Scientiam depraedicant. Sic enim *Orpheus* cecinit,

Omnia videt & omnia audit, & omnia remuneratur (*e*).

Sic *Heſiodus*, *Omnia*

(*n*) Conf. *Ruiz.* in comment. de Scient. Dei diſp. 1. ſect. 1.

(*o*) Conf. *Trithem.* in Chron. Hirſaugienſi ad an. 1315.

(*p*) Legitur in comment. ad cap. 22. Geneſeos ap. tom. 6. ſuorum operum edit. VVittemb. pag. 282.

(*q*) In theol. praelect. c. 11.

(*r*) L. 1. c. 24.

(*s*) Diſp. 12. adverſ. Franzium.

(*t*) Conf. Calovius in Script. anti-ſocin. t. 2. ubi de adtrib. div. ſubſect. 3. controv. 7. p. m. 49.

(*u*) De div. nom. c. 7.

(*x*) L. 2. c. 47.

(*y*) In Theſauro l. 32. & l. 2. in Joan.

(*z*) L. de Provident. c. 44.

(*a*) Dial. 1. contra Macedon.

(*b*) L. 1. de fid. c. 12.

(*c*) L. 1. de doctr. Chriſt. c. 7. & 8. & l. 2. ad Simplic. q. 2.

(*d*) *Arria.* t. 1. d. 15. n. 2. cum communi.

(*e*) V. *Cyril. Al.* l. 1. adverſ. Julianum

Omnia videt Jovis oculus, et omnia intelligit.

Sic *Plautus* in Captivis,

Est profecto Deus, qui quae nos gerimus auditque videtque.

160 Id ipsum ceciniſſe perhibentur *Philaemon, Menander, Euripides*, Poëtae (*f*) ac *Diphilus* Comoedus (*g*). Et iis quidem ſine dubio addendi Philoſophi plures, e. c. *Empedocles* (*h*) *Epictetus* (*i*) *Xenophanes* (*k*) *Thales* (*l*) *Parmenides* & *Plato* (*m*) *Aegyptii*, quibus *Deus erat totus oculus et totus mens* (*n*) *Ariſtoteles* (*o*) *Seneca* (*p*) cum ceteris *Stoicis* (*q*) *Tullius* denique (*r*) Ut plures mittam, quos in hanc rem laudavit *Theophilus Antiochenus* (*s*) tum *Huetius* (*t*).

161 III. Haec in Deo Scientia optime evincitur ex ratione entis ſimpliciter infiniti; cui nempe tribui debet omnis perfectio ſimpliciter ſimplex, qualis eſt vis cognoſcitiva (*u*): non ita vero ex Immaterialitate, ſeu Spiritualitate (*x*); quia haec ſuapte natura non eſt cauſſa exigens ſimpliciter producere intellectionem (*y*). Quin immo ſi liceat cum *Arriaga* laudato ſentire, non repugnat metaphyſice ſubſtantia ſpiritualis incapax producendi intellectionem.

162 IV. Definitur, *Ratio, qua Deus ſe, et reliqua perfectiſſime comprehendit* (*z*), multaque ſortitur nomina, e. g. Sapientiae, Prudentiae, Conſilii &c. (*a*). Plane eſt in Deo intellectus, aut vitalis potentia termini cognoſcitiva, ex qua quodammodo oritur Scientia; non vero tanquam ex potentia intellectiva, per modum actus primi phyſici intelligendi (*b*); quia univerſim potentia phyſica non datur, niſi ad actum realiter diſtinctum (*c*).

OBJECTIONES.

163 Obj. *primo*. Repugnant Deo *pati*, *et moveri*; ſed ex Ariſt. (*d*) intellectio eſt quoddam *pati*, & *motus* quidam intelligentis: ergo. *Secundo*. Si Scientia Dei eſſet lumine naturae evidens, ſimiliter eſſet evidens productio Divini Verbi, quia de ratione Scientis, vel intelligentis ſimpliciter infinite perfecti, eſt producere Verbum internum; hoc non: ergo.

R. Ad

(*f*) Ap. *Juſtin.* l. de Monarchia.
(*g*) Ap. *Clem. Al.* 5. ſtrom. c. 6. & 7. ac *Theodoret.* l. 6. cont. Graecos, pene ſub init.
(*h*) Ap. *Sext Empyr.* l. 1. adverſ. Mathem. c. 17.
(*i*) Ap. *Arrianum* l. 1. c. 12. & 14.
(*k*) Ap. *Laert.* l. 9.
(*l*) Ap. *Clem. Al.* 5. Strom. c. 6.
(*m*) Ap. *Siren.* de fato l. 1. a c. 9.
(*n*) Ap. laud. *Sextum. Empyr.* l. 8.
(*o*) XII. Metaph. a text. 36. & l. 10. Ethicor. c. 8.
(*p*) Epiſt. 25. 41. 74. 84.
(*q*) Ap. *Lipſium* 1. Phyſ. diſſert. 11.
(*r*) L. 3. de nat. deor.
(*s*) L. 2. ad Autolycum.
(*t*) In Alnet. qq. l. 2. cap. 2. n. 16.
(*u*) *Arri.* ibid.
(*x*) Ut contendunt Thomiſtae, pluresque Noſtri, cum *Herize* tr. 1. d. 1. c. 3. ex *D. Th.* heic q. 14. a. 1. Sic *Arria.* ibid. n. 17. cum *Aureol. Gabr. Okam.*
(*y*) *Arria.* ibid. n. 3. contra Viva heic d. 3. q. 2.
(*z*) V. *Eſpar.* l. 1. q. 15.
(*a*) Ap. *D. Th.* heic q. 14. a. 1.
(*b*) Conſentium heic *Viva* p. 1. d. 3. q. 1. n. 2. *Rhod.* tr. 1. d. 3. q. 1. ſ. 1. cum *Suar. Arrub.* &c. contra Scot. &c.
(*c*) Conf. *Thomaſſ.* de Deo l. 7. c. 1. & *Petav.* pariter de Deo l. 4. c. 1.
(*d*) III. de anima.

164 R. Ad *primum*. Ariſtot. loquitur de intelligente creato, qui non eſt actus puriſſimus, non de increato. Ad *ſecundum*. *N. Adſ.* cum prob. quia de ratione intelligentis ſolum eſt exprimere, ſen percipere objectum formaliter repraeſentative; etenim Filius, & Spiritus S. ſunt perfectiſſime intelligentes, quin Verbum producant. Neque vero eſt evidens, quod haec, aut alia requirantur ad ſummam perfectionem intelligentis ſimpliciter infinite perfecti; haec enim ex ſola fide novimus.

165 Obj. *tertio*. Quo major eſt immaterialitas, vel negatio materiae in aliqua forma, eo haec eſt aptior ad cognoſcendum: nam ideo anima rationalis eſt aptior, quam anima bruti; Angelus quam anima rationalis; & Deus, quam Angelus; quia enim ex iis quilibet eſt altero immaterialior: ergo immaterialitas eſt evidenter in Deo O. M. radix intellectivi. R. *N. Adſ.* quia negatio materiae, vel quantitatis perinde eſt in anima rationali, Angelo, & Deo: unde in eis major vis cognoſcitiva non provenit ex immaterialitate, ſed ex propria & ſpecifica eorum perfectione (*e*).

CAPUT PRIMUM.

De Scientia Dei generatim.

§. I.

Ejus Diviſiones, Actus, Proprietates.

166 QUAESTIO I. Quotuplex eſt in Deo Scientia? ADSERO. Multiplex. Dividitur in propriam, & extraneam: per 1. cognoſcit ſe, per 2. quidquid eſt extra ſe. Extranea ſubdividitur 1.° in naturalem, vel neceſſariam, quae antecedit omne decretum; & liberam, quae decretum ſupponit. 2.° in Abſtractivam ſimplicis Intelligentiae, quae adtingit poſſibilia; & Intuitivam Viſionis, quae rerum exiſtentias praeteritas, praeſentes, futuras. 3.° in Mediam directam, quae verſatur circa objectum contingens liberum, ut conditionate futurum ſub aliqua hypotheſi; & Mediam reflexam, quae ſupra directam ſe reflectit.

167 4.° In practicam, & ſpeculativam. Prima dirigit ad effectionem ſui objecti, proponens Deo ſaltem per ſcientiam naturalem praedicata ſui objecti modo ſufficiente, ut divina voluntas per decretum illud efficiat. Secunda ſiſtit in mera objecti contemplatione per ſcientiam Mediam reflexam, & viſionis. 5.° in adprobantem, quae fertur in objectum, quod

(*e*) Qui ſentiendum duxeris eum *Arriaga* proxime adducto, eum ibidem conſulas pro ſolutione objectionum, quae adverſus illam opinionem facile occurrent.

quod Deus adprobat, vel in quo complacet; & reprobantem, quae circa objectum, quod Deus reprobat, vel in quo displicet. (*f*)

168. QUAESTIO II. Quo pacto tres Scientiae, ad quas ceterae revocantur, nempe naturalis, libera, & media, inter se differant? ADSERO. Non necessario ex parte objecti, quia possunt idem prorsus objectum, seu actum respicere; sed saepe ex solo modo adtingendi objectum, scilicet vel ut absolute, vel ut conditionaliter existens (*g*). Quia hic diversus modus saepe satis est ad scientias discriminandas: quod patet in actu adfirmante & negante idem objectum. Et vero ubi de iis scientiis verificarentur contradictoria, & distinctionem virtualem maximam verificari par esset (*h*).

OBJECTIONES.

169. Obj. *primo*. Si scientia simplicis intelligentiae, & visionis non differant ex parte objecti, nec differre possunt ex parte modi tendendi in objectum: nam divina scientia adfirmat de objecto quidquid est de ipso adfirmabile; sed existente Petro v.g. est de ipso adfirmabilis existentia, & non existente est adfirmabilis non existentia: ergo. *Secundo*. Simplex intelligentia non adtingit Petrum ut existentem, bene vero scientia visionis. *Tertio*. Petrus ut possibilis est objectum simplicis intelligentiae; visionis vero ut existens; sed Petrus ut possibilis non est idem ac ut existens. *Quarto*. Objectum visionis est contingens; at simplicis intelligentiae est necessarium: ergo objecta Scientiarum diversa sunt.

170. R. *Ad primum N. Adf.* Ad prob. *D. Mi.* est ita adfirmabilis per adsertionem liberam sub expressione *Petrus existit*, & quidem a scientia visionis, *C.* quia hujus objectum est liberum & contingens: per adsertionem necessariam, sub eadem expressione, a simplici intelligentia, *N.* quia haec, utpote necessaria, solum exprimit quidditatem, & possibilitatem ejusdem existentiae Petri, sub termino *Petrus est possibilis*: unde diverso modo tendit una scientia, ac alia in eandem existentiam. Ad *secundum C. A.*; quia simplex intelligentia adtingit Petri existentiam solum quidditative, visio tamen adsertive absolute, quod tantum denotat discrimen in modo adtingendi: unde *N. Con.*

171. Ad *tertium D. Mi.*: ut possibilis non est idem, ac ut existens, ex parte modi adtingendi, *C.*; quia sub diverso termino adtingitur ut possibilis, ac ut existens: ex parte objecti adtacti, *N.*; quia eadem existentia, quae adtingitur ut possibilis, & adtingitur ut existens. Neque vero rei possibilitas, & existentia distinguntur (*i*) nisi penes status; adeo ut Petro existente, ejus possibilitas, & existentia sit simpliciter idem Petrus, ac eo non existente, peraeque omnia nihil sint; ac tantum sit verificabile, quod non repugnet Petrum existere.

172. Ad *quartum*. Idem Petrus, qui est utriusque scientiae objectum, quum ab utraque cognoscatur, est absolute contingens quoad suam praecisam

(*f*) *Nostri* communiter cum *Becan.* heic c. 10. q. 1. 2. *Amic.* heic D. 12. a. n. 2. *Rhod.* heic d. 3. q. 1. sect. 4.

(*g*) *RR.* nostri cum *Arria.* heic d. 22. n. 9.

(*h*) Eam admisit *Arria.* d. 22. sect. 2.

(*i*) Ut docuimus in Metaphysicis.

ciſam actualem exiſtentiam; ſimulque neceſſarius, quoad ſuam praeciſe quidditatem, & poſſibilitatem, quatenus utraque haec eſt de Petro neceſſario adfirmabilis: unde non ſtat in objecto diverſitas, ſed in modo, quo adtingitur a ſcientiis, nempe contingenter a viſione, & neceſſario a ſimplici intelligentia. Ex quibus ut ſummum probatur diſtinctio virtualis inter ſcientias, earumque modos adtingendi objectum.

173 QUAETSIO III. Quae divinae Scientiae Proprietates? ADSERO cum communi. Sunt ſeptem: Veritas, Certitudo, Evidentia, Univerſalitas, AEqualitas, Simplicitas, Invariabilitas. Hinc divina Scientia eſt *vera*, *certa*, *evidens*, utpote de linea intellectionis ſumme perfectae. *Univerſalis*, ſcilicet ſeſe extendit ad omnia objecta; alioqui Deus ignarus eſſet: & quidem cognoſcenda omni modo, quo ſunt cognoſcibilia; ne dicamus aliquanto imperfectam Dei cognitionem. *AEqualis*, ideſt omnes ſcientiae participant in eodem gradu ceteras ſex proprietates; quia omnes ex reali identitate cum Natura divina ſunt realiter infinite perfectae in adtingendo objectum. *Simplex*, uti diximus de Eſſentia (*k*). *Invariabilis*, ideſt, omnia ſemper eodem modo cognoſcit, abſque temporum differentia (*l*), quod quidem procedit ex divina Immutabilitate (*m*).

OBJECTIONES.

174 Obj. *primo* contra Veritatem. Non eſt vera propoſitio, quando non exiſtit ejus verificativum; ſed nunc in inſtanti *A* non exiſtit verificativum hujus Scientiae divinae, *Anti-Chriſtus exiſtit in inſtanti C*: ergo haec nunc non eſt vera. *Secundo* contra Certitudinem, & Evidentiam: inaequalia objecta arguunt inaequales actus, etiam in Deo: ergo nequit eſſe aequalis Certitudo, & Evidentia in omni cognitione divina. *Tertio* contra Univerſalitatem. Si Deus videret etiam omnia poſſibilia, haec in mente divina eſſent categorematice infinita, eſſent enim actu omnia ſimul; ſed repugnat, haec infinita actu eſſe: ergo & actu videri.

175 R. Ad *primum C. Ma.* ſi nullum exiſtat verificativum. Et *D. Mi.* nunc non exiſtit verificativum formale, conſiſtens adaequate in ipſa propoſitione vera, *N.* objectivum conſiſtens adaequate in objecto ſimul, & propoſitione vera, *C.* Et *N. Con.* Ad *ſecundum D. A.* inaequales actus in ratione alicujus perfectionis negativae, *Perm.*; quia cognitio de objecto perfectiori eſt fortaſſe objective perfectior: in ratione certitudinis, ac evidentiae, *N.* quia haec tantum deſumitur ex intellectus claritate. Sic enim Angelus e. c. formicam intuens, & alium Angelum, perinde certus evidenter eſt de utriuſque exiſtentia, etſi intuitus alius Angeli ſit objective perfectior intuitu formicae (*n*).

Ad

(k) Ex *ſupra* n. 88.
(l) Ex *ſupra* n. 120. ſqq.
(m) Conf. *Ruiz.* heic d. 2. per tot. *Amic.* d. 11. ſect. 18. *Suar.* l. 3. c. 1. *Martin.* t. 1. d. 12. ſect. 1. *Arria.* d. 7. per tot. *Petav.* de Deo l. 4. c. 2.
(n) V. *Arria.* d. 17. ſect. 4.

176 Ad *tertium* Ea ſunt omnia ſimul in mente divina, ſimultate intentionali, licet non ſimultate phyſicae coexiſtentiae in ſe ipſis: haec autem ſimultas repugnat, quum repugnet infinitum categorematicum in ſe ipſo; non vero illa ſimultas; nam alioqui Deus omnia poſſibilia non comprehenderet, immo aliquod ex eis ignoraret, nec haberet ſibi praeſens (*n*).

§. II.

Ejus Objectum.

177 QUAESTIO I. Quodnam ejus Objectum materiale? Objectum materiale eſt quod adtingitur ratione alterius; formale, quod ratione ſui. ADSERO I. Divina omnia praedicata ſunt objectum materiale primarium divinae Scientiae (*o*). Quia Deus ſe perfectiſſime amat: ergo & cognoſcit. Idque liquido eruitur ex *Matth.* 11. 27. *Joan.* 10. 15. & 1. *Cor.* 2. 10. & 11. II. Omne aliud cognoſcibile eſt ejus objectum materiale ſecundarium (*p*). Quia eſt id quod terminat divinam Scientiam, vel quod per iſtam a Deo cognoſcitur. Hinc III. Cognoſcit Deus creaturas in ſe ipſis, vel ſecundum eſſe proprium, & formale ipſarum; & non ſolum aequivalenter, aut ſecundum eſſe eminentiale ipſarum, quatenus cognoſcit Deitatem, ſeu Omnipotentiam, creaturas eminenter continentem: nam quo pacto Omnipotentiam comprehendet, ſi creaturas, quae ſunt, & prout ſunt ejus termini, non adtingat? (*q*) Ita Scripturae, e. g. *Job* 28. 3. & 24. *Eccl.* 1. 2. *Pſ.* 138. 5. *Rom.* 11. 33. *Hebr.* 4. 13. At nec carentias paſſivas, ut vocant, nec impoſſibile diſtinctum ab omni poſſibili cognoſcit, quum nihil ſint (*r*).

OBJECTIONES.

178 Obj. *primo* contra I. Adſ. Deus nequit ſe comprehendere. Nam 1.° ex Aug. (*s*) *quod comprehendit ſe, finitum eſt ſibi: illud comprehenditur, cujus fines circunſpici poſſunt*: ergo Deus eſſet abſolute ens finitum. 2.° infinitum ex conceptu ſuo eſt ignotum, & incomprehenſibile: ergo aliquid ejus ſemper eſt extra; adeoque nequit totum intra cognitionem aliquam contineri: ergo.

179 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ad mentem Aug. res comprehenſa finitur per comprehenſionem negative tantum, quatenus res comprehenſa ultra cognitionem non protenditur. Ad 2. *N. A.* de infinito increato reſpectu Dei, cujus perfectiſſima cognitio totum Deum adaequat: quidquid fuerit de infinito creato, ſi actu eſſet, cujus aliquid ſemper eſſet extra (*t*); adeoque incapax intra limites materiales contineri.

180 Obj. *ſecundo* contra II. Adſert. Habac. 1. 13. dicitur de Deo, *mun-*

(*n*) Conf. *Amic.* d. 12. a n. 333. & n. 349. *Aran.* l. 1. d. 5. a n. 292.

(*o*) *Rui.* d. 5. ſ. 1. *Rhod.* d. 3. ſ. 2. §. 1. cum communi.

(*p*) *D. Thom.* q. 14. a. 5. 6. *Suar.* cit. c. 2. *Rui* d. 9. per tot, *Rhod.* cit. §. 2. *Petav.* l. 4. de Deo c. 3.

(*q*) V. *Rui.* d. 11. ſ. 3. n. 16. fere *Amic.* d. 12. n. 139. Conf. *Marin.* heic d. 5. ſect. 1. a n. 4.

(*r*) Contra Rhod. cit. Rui. d. 17. per tot. Arria. d. 19. n. 35.

(*s*) Civ. 12. c. 18.

(*t*) Sic loquitur *Ariſt.* 3. phyſic. tex. 63.

mundi sunt oculi tui, ne videas malum: ergo non habet de malo Scientiam. Et ibi Hieron. *absurdum est ad hoc Dei deducere majestatem, ut sciat per momenta singula, quot nascantur culices, quotve moriantur*. Insuper D. Aug. (*u*) inquit de Deo, *non enim extra se quidquam positum intuebatur* &c.: ergo.

181 R. *D. Conf.* Scientiam adprobationis, *C.* reprobationis, *N.* Si enim mala penitus nesciret, quo pacto ea permitteret, ac-puniret? D. Hier. heic solum negat specialem Dei intuitum, & Providentiam circa irrationalia, quam circa rationalia porrò exercet. Hinc idem (*x*) adserit, quod Deus *et praeteritorum, et praesentium, et futurorum conscius est*. Aug. ibi loquitur de divinis ideis, & exemplaribus, de quibus adserit, intra, non extra Deum existere, licet per earum intuitum dirigatur Deus ad producendas creaturas extituras extra Deum (*y*).

182 Obj. *tertio* contra 111. Adf. Res nequit a Deo cognosci, nisi eo modo, quo res est in se; sed mere possibile, praeteritum, & futurum non est in se, quia simpliciter & absolute nihil est: ergo. *Quarto*. Hinc Deus disceret ex creaturis, quod illae sint, & sumeret notitiam quidditatis ipsarum ex se ipsis, & in ipsis reperiret objectum primarium specificativum sui intellectus: quae absona sunt, quum Deo imperfectionem adfingant.

183 R. Ad *tertium D. Ma.* se tenente τὸ *eo modo* ex parte modi cognoscendi. *C.* secus, *N.* Et *D. Mi.* mere possibile &c. non est in se, id est non existit, *C;* adeoque nequit ut tale cognosci: id est non habet veram rationem possibilis, praeteriti, & futuri, *N:* unde potest sub hac ratione in se ipso, vel immediate cognosci. Ad *quartum N. A.*; quia haec cognitio tota in Deo, & ex Deo est, cui nempe inest virtus infinita ad omnia cognoscenda omni modo, quo absque imperfectione cognosci possunt. Quin & divinam Scientiam sumere speciem, aut specificari extrinsece a creatura, tanquam ab objecto secundario, nullam praefert imperfectionem; id enim nihil aliud est quam creaturae praedicata terminare immediate divinam cognitionem, adeo ut istam terminarent, etiamsi a Deo reapse non viderentur (*z*).

184 QUAESTIO II. Quodnam Objectum formale? ADSERO I. Omnia divina praedicata (*a*). Quia a divina Scientia adtinguntur propter se, vel ratione sui; habent enim intrinsecam veritatem, & sunt singula propter se summe cognoscibilia: hinc (*b*) Deus *sua omnia per se ipsum immediate intuetur*. II. Omnis veritas creata (*c*). Quia essentia hominis e. g. est id, propter quod huic Deus adsentitur veritati, *homo*

(*u*) L. 83. quaest. q. 46.
(*x*) Super Zachar. c. 4.
(*y*) V. *Rui.* d. 9. sect. 2.
(*z*) Conf. *Marin* heic d. 3. sect. 3. ad d. 5. & 6. per tot.
(*a*) *Nostri* communiter cum *Amic.* d. 12. I. 1. *Arria*, d. 18. n. 25.
(*b*) *Ex Synesio*, ap. *Rhod.* cit. §. 1.
(*c*) *Nostri* communiter cum *Marin* heic d. 3. n. 44. contra Thomistas, cum Paul. a Conc. tr. 3. d. 1. n. 78.

homo est animal rationale. Deinde potest divina voluntas pro objecto formali ad volendum habere aliquid creatum: ergo & divinus intellectus ad cogcoscendum. III. Nullum objectum formale ex iis est physice motivum. Quia nullum movet per physicum influxum ad productionem divinae Scientiae improducibilis (*e*).

185 IV. Praedicata divina libera sunt objectum intentionaliter determinative motivum divinae Scientiae de ipsis. Quia Scientia libera e. g. decreti de existentia mundi, sic decretum adtingit, ut tollat divini intellectus indifferentiam ad eam Scientiam habendam; adeo ut verum sit, quod existit Scientia Deum denominans scientem, quia existit decretum, potius quam e contrario: nec enim Deus ideo decernit, quia videt decretum, sed e converso (*f*).

OBJECTIONES.

186 Obj. *primo* contra 1. Ads. divina Essentia est tota ratio adtingendi Relationes; istae enim praesupponunt Essentiam, ad quam spectat Scientia necessaria: unde pro signo priori Essentiae, Relationes non sunt in se ipsis, adeoque nec sunt cognoscibiles in se, vel propter se: ergo nec sunt objectum formale. *Secundo*. Eodem modo divina essentia est species impressa Beatis ad Dei visionem, ac intellectui ad intellectionem; nam illis,& huic repraesentat,& unitur ratione sui ad objecti cognitionem; atqui hoc ipso Essentia non adtingit Relationes nisi ratione sui ipsius, quum sit primo, & per se ordinata ad essendum, & secundo ad repraesentandum alia ratione sui, vel quia in illis imbibitur, vel quia cum illis identificatur: ergo. *Tertio*. Nihil apud antiquos Scholasticos frequentius, quam quod divina essentia, ut abstrahens a Relationibus, sit objectnm formale divinae Scientiae.

187 R. Ad *primum*. Identitas unius cum alio ostendit unum, & aliud; & quamprimum adpareat veritas, est a Deo cognoscibilis: quum ergo in signo Essentiae sit hujus identitas cum Relationibus, & harum veritas adpareat, ideo Deus pro signo Essentiae videt etiam Relationes ratione veritatis propriae, scilicet tanquam quid pertinens ad signum posterius seu ad Essentiae terminum: ideoque Relationes sunt in signo priori cognoscibiles pro signo posteriori: unde & objectum formale. Ad *secundum N.* totam ejus doctrinam Thomistis familiarem. Quod si permittatur, divinam Essentiam esse speciem Beatis, seu virtualem Dei repraesentationem, quatenus concurrit cum intellectu beato, ex se insufficiente ad visionem, distincta scilicet realiter tum ab eo intellectu, tum a visione; at nequit permitti, esse speciem divino intellectui, quum hic sit ex se infinite sufficiens, idemque realiter cum Dei essentia, & visione.

188 Ad *tertium*. Etiam plures antiqui voluerunt objectum formale Deum sub voce, *divinae essentiae*, quae saepe sumitur pro tota reali Dei entitate, ut notavit *Ruiz* ex *CC.Florent.* & *Tolet.*& ex *PP. Dionys. Cyril. Nazianz. Aug.* &c. (*g*)

(*e*) Id certum ap. omnes, nisi lis sit de voce.

(*f*) Ex doctrina NN.RR. contra Thomisticam Scholam.

(*g*) Heic d. 5. s. 6. a n. 5. Conf. *Arau.* l. 1. d. 3. a n. 251.

189 Obj. *quarto* contra II. Adſ. Implicat creaturam eſſe objectum divinae Scientiae motivum. Nam 1.° eſſet hujus formale ſpecificativum, & menſura, unde perficeret divinam cognitionem. 2.° objectum formale divinae Scientiae debet eſſe actualiſſimum, ipſi utique proportionatum; quale non eſt creatura. 3.° Deus alioqui haud ſibi ſufficeret in linea cognoſcentis, quum veritate creata quaſi egeret ad cognoſcendum.

190 R. *N. Adſ.*; quia Deus debet cognoſcere creaturam omni modo, quo poſſit. Ad 1. prob. *D. A.* ſpecificativum intrinſecum cauſſans conſtitutive, & productive divinam cognitionem, aut immediate, aut per ſpeciem ſui, *N.* extrinſecum, illam terminans, & pure intentionaliter determinans; quapropter Deus ſub conceptu cognoſcentis ſuſcipit hanc ſpecie denominationem eb objecto creato, *C.* Hinc vero nec opus eſt, ut divina Scientia ſuam hauriat a creatura perfectionem, nec ut ab iſta commenſuretur, ſeu conſtituatur in certa perfectionis menſura. Sic enim viſio qua talis ſpecificatur extrinſece a colore, quin ab iſto ſuum hauriat eſſe, vel aliquam perfectionis menſuram.

191 Ad 2. *D. A.* formale primarium, quod dicit identice, *C.* ſecundarium, *N.* Hoc autem ſat divinae Scientiae proportionatum eſt, ſcilicet proportione non entitativa, ſed geometrica, quae conſiſtit in ratione obiectiva, propter quam intellectus poteſt ſecure adſenſum objecto materiali praebere. Neque vero divina Scientia infinita eſſet, ſi obiectum finitum non cognoſceret omni modo, adeoque etiam propter ſe, aut ratione ſui. Ad 3. *N. Adſ.* quia non movetur ex incomplemento capacitatis ad intelligendum, ſed ex neceſſitate, qua debet quodpiam cognoſcibile omni modo cognoſcere.

192 Obj. *quinto* contra IV. Adſ. Implicat divinam Scientiam a decretis determinari. Nam 1.° neceſſaria, & libera in Deo ſunt realiter idem; ſed neceſſaria divinam Scientiam non determinant: ergo nec libera. 2.° divinus intellectus eſt ex ſe determinatus neceſſario ad cognoſcenda neceſſaria: ergo & contingentar determinatus ad cognoſcenda contingentia.

193 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* Id oritur ex diſtinctione virtuali, quae eſt inter neceſſaria, & libera Deo; itemque forte inter Scientiam contingentem, & decretum, ſi de iis ſermo ſit. Ad 2. *D. Conſ.* contingenter conditionate, & quaſi in actu primo determinatus, *C.* quia divinus intellectus intelligitur capax cognoſcendi omnia quocumque modo, & pro omni ſigno, quo poſſint cognoſci: contingenter abſolute, & quaſi in actu ſecundo determinatus, *N.* quia ſic ſolum poteſt determinari ab actuali, & abſoluta ſui obiecti exiſtentia; qua plane deficiente, ut deficere poteſt, nequiret iſtud ab ulla Scientia abſolute cognoſci.

§. III.

§. III.

Cetera relate ad Deum percurrit.

194 QUAESTIO I. Quo pacto Deus se cognoscat intra se? ANSERO 1. Cognoscit Personalitates in Essentia, & hanc in illis (*h*); quia hanc, & illas comprehendens, cognoscit in hac, & illis necessariam mutuam identitatem; debet enim cognoscere quidquid haec, & illae in se habent; at nequit cognosci identitas qua talis, quin ea, quorum est identitas, cognoscantur. Deinde Essentia virtualiter a Personalitatibus distincta, est quaedem necessitas illarum, sine quibus esse nequit: ergo est virtualiter cum illis connexa, adeoque virtuale medium, quo illae cognoscantur. Idem puta de Personalitatibus, ab Essentia virtualiter distinctis. II. Deus cognoscit Relationes in se ipsis (*i*). Quia in se formaliter sunt ens relativum: ergo in se sunt immediate cognoscibiles.

195 III. Haud videt Deus suos actus liberos, quatenus dicunt contingentiam, in Essentia, seu in altero praedicato divino necessario, sed in se ipsis. Quia sunt ratione sui cognoscibiles. Et aliunde Essentia nullam dicit connexionem ad hunc actum contingentem prae aliis: quocirca in ea praecise cognita eiusmodi actus adspici nequeunt.

OBJECTIONES.

196 Obj. contra 1. Adsert. Nec Deus cognoscit Personalitates in Essentia, nec istam in illis. Nam 1.° e rebus creatis realiter identificatis nequit proprie una in altera cognosci, nec una proprie in altera contineri: ergo nec e rebus increatis &c. 2.° Relationes non sunt radix, sed proprietates Essentiae: ergo istam nec eminenter continent. 3.° ejusmodi cognitio sic exprimit, *mea Essentia est Relatio*; sed in hac cognoscitur in recto Relatio: ergo non in obliquo, & in Essentia, ut in medio.

197 R. *N. Adj.* Ad 1. prob. *N. Con.* quia in creatis non est distinctio virtualis, ut in divinis, in quibus propterea in eodem realiter sunt unum, & aliud virtualiter. Ad 2. *N. Con.*; nam identitas est sufficiens titulus continentiae eminentialis. Ad 3. illa cognitio facit hunc sensum, *mea Essentia eminenter continens Relationes, & ab eis virtualiter distincta, est realiter ipsae Relationes*: sic autem dupliciter cognoscitur Relatio; scilicet in recto, tanquam praedicatum identificatum cum Essentia, & in obliquo, quatenus cognoscitur ut terminus, contentus in Essentia, & ab ipsa virtualiter distinctus: unde cognoscitur in se, & in alio tanquam in medio.

198 QUAESTIO II. Num insit Deo memoria, seu memoratio, quae est actus intellectus? NEGO de memoria stricte sumpta (*k*). Quia haec

(*h*) *Ribas.* tr. 4. d. 3. c. 2. *Arria.* d. 18. n. 25.

(*i*) *Arria.* cit.

(*k*) *Rui.* d. 4. f. 5. a n. 11. cum communi.

haec eſt cognitio de praeterito, quod ante fuerat, & nunc non eſt, etiam reſpectu cognoſcentis; ſed nihil poteſt eſſe Deo ſic ſtricte praeteritum. Deinde memoratio ſupponit aliquam oblivionem, quae Deo repugnat.

OBJECTIONES.

199 Obj. Deus memoria preſſe adcepta praeditus eſt. Nam 1.° Ex Geneſ. 8. *recordatus eſt Dominus Noë*. Pſal. 113. *Dominus memor fuit noſtri*. Pſal. 41. *quare oblitus es mei?* Et quid ſimile ſaepe alibi. 2.° D. Aug. Mag. Bonav. Scot. aliique (*l*) adcommodant Patri divinam memoriam ſecundam; & hominem volunt Trinitatis imaginem ob memoriam, intellectionem, volitionem. 3.° Praeterita etiam reſpectu Dei praeterita ſunt: ergo de iis eſt Deo recordatio.

200 R. *N.* Adſ. Ad 1. prob. Textus loquuntur metaphorice, ac noſtro captui adcomodate. Ad 2. PP. & TT. memoriam heic ſumunt pro intellectione Patris, ex qua Verbum procedit, non pro ſtricta memoria. Hinc *Greg.* (*m*) *recordari Deus nequaquam proprie dicitur: qui enim obliviſci non poteſt, quo pacto recordari poteſt?* Homo vero per memoriam quadantenus adumbrat Patris ſecunditatem, uti per intellectionem, & volitionem, Filii & Spiritus S. proprietates notionales. Ad 3. *D. A.* praeterita ſunt in ſe, *C.* quia fuerunt, & non ſunt: intentionaliter objective, *N.*; quia de iis eſt Deo Scientia aeterna, & invariabilis (*n*).

201 QUAESTIO III. Quid de divinis Ideis? ADSERO 1. Idem ſunt, ac cognitio repraeſentans divino intellectui creaturas ut poſſibiles, ipſumque dirigens ad earum productionem, ut in eis, & per eas Naturam divinam adſimilative diffundat (*o*). Quia Idea, ſeu exemplar (*p*) eſt *illud, in quod operans inſpiciendo operatur*. Et quidem Idea, ex mente SS. PP. (*q*) ideo requiritur neceſſario in Deo ad creaturarum productionem, ut Deus ex Scientia, & arte, non caſu operetur.

202 II. Ideae iſtae reducuntur ad Scientiam naturalem, ſeu practicam (*r*). Quia feruntur in creaturas ut producibiles, ſimulque in cauſſam efficientem; quia exemplar eſt velut forma, per quam artifex operatur. III. Sunt Ideae rerum omnium, quas Deus facit, aut facere poteſt, ne unquam coeco modo procedat (*s*). Et vero licet Ideae unica ſit realiter divina cognitio, ſunt, ac nominantur formaliter plures in ordine ad diverſa objecta (*t*).

OBJECTIONES.

203 Obj. *primo.* Ideae ſunt res creabiles ſecundum eſſe quod habent, prout a divina cognitione concipiuntur, & a divina eſſentia objective

(*l*) Ap. *Rui.* d. 4. ſ. 5.
(*m*) L. 17. Moral. c. 2.
(*n*) V. *Rui.* cit.
(*o*) Ex *Suar.* heic l. 3. c. 5.
(*p*) Ex *Ariſtot.* 1. met. c. 7. tex. 32.
(*q*) Cum *D. Th.* q. 15. a. 1.
(*r*) *Suar.* heic l. 3. c. 5.
(*s*) *Suar.* ibid.
(*t*) V. *Suar.* cit. *Rui.* heic a d. 81. ad 84. *Comp.* heic d. 25. *Fraſſen* tr. 2. d. 1. art. 3. q. un.

ve repraeſentantur. Nam 1.° creaturae ſic a Deo cognitae, ſunt objectum, ad cuius imitationem ipſae producuntur; Deus enim tales intendit eas producere, quales praeconcepit. 2.° in mente artificis creati res arte fabricanda, ut praeconcepta rationem Ideae ſortitur: ergo pariter in mente Artificis divini. 3.° in eo differt agens rationale a naturali, quod illud praeconcipit opus, quod producit; iſtud vero non praeconcipit effectum: ergo Idea illius ſolum eſt res praeconcepta, quam imitatur ipſamet ut producta.

204 R. *N. Adſ.* nam teſte *D. Maximo* (*u*) *has formas, ſive Ideas Dionyſius, ceterique Sancti adpellant per ſe ipſam bonitatem, per ſe ipſam eſſentiam, per ſe ipſam vitam*. Ad 1. prob. *N. A.* nam idem non fit ad ſui ipſius imitationem. Et *D.* rationem adj: quales praeconcepit ad divinae Eſſentiae imitationem, *C*; ſecus, *N.* Ad 2. *Perm. A. & N. Con.*; quia artifici creato cognitio rei fabricandae eſt objectum primarium, & unicum exemplar, ad cujus imitationem, & ſimilitudinem res fabricanda ſuam deſumat perfectionem: non ita artifici divino. Ad 3. *D. A.* in eo ſolum differt, *N.* & in eo, quod Idea ſit obiectum formale primario cognitum ad cujus participationem, & imitationem artis intentio, & exſequutio dirigatur, *C.* & *N. Con.*

205 Obj. *ſecundo*. Idea ex communi ſenſu hominum, debet eſſe ſumma ſimilitudo in omnibus, quae habet opus ideatum; ſed creaturae ſumme diſtant, ſuntque ſumme diſſimiles divinae eſſentiae, & cognitioni: ergo non ſunt earum Idea. *Tertio*. Idea nunquam ſumitur in creatis pro cognitione, ſed pro objecto diſtincto, quod cognoſcitur, & ad cujus imitationem res fit exterius: ergo pariter in divinis.

206 R. Ad *ſecundum D. Ma.* ſumma ſimilitudo ſecundum ideati capacitatem, *C.* citra iſtam, *N.* Et *D. Mi.* & aliunde conveniunt, & adſimilantur, ſcilicet in praedicatis, quae habent participative a Deo, *C.* ſecus, *N. Mi.* & *Con.* Ad *tertium*. *N. A.* nam Ideae definitio, ex *Ariſt.* etiam imbibit cognitionem, qua praelucente, ſecundum exemplar ideatum & arte factum evadat (*v*).

CAPUT SECUNDUM.

De Scientia Dei ſigillatim.

207 QUatuor ſunt celebriores Scientiae, ſuper quibus *AA.* praecipuas quaeſtiones inſtituunt: nimirum Scientia naturalis, vel *Simplicis intelligentiae*; libera, ſeu *Viſionis*; *Media directa*; *Media reflexa*. Differunt iſtae in Deo ea diſtinctione, qua in ipſo differunt praedicata libera, & contingentia a neceſſariis. Rurſus ex iis ſaltem prima & ſecunda ſunt certiſſima Fidei Dogmata, quae paſſim ex Scripturis & Patribus comprobamus.

§. I.

(*u*) Comment. ad Dionyſ. c. 5.
(*v*) Super divinis Ideis conf. *Petav.* l. 4. *de Deo* c. 9. 10. & 11. ac *Simonn.* tr. 1. d 5. q. 6. art. 3.

§. I.

De Scientia Simplicis Intelligentiae.

208 QUAESTIO I. Quid ſit haec Scientia? ADSERO 1. Eſt cognitio neceſſaria, qua Deus videt res poſſibiles, ſimulque omnia praedicata quidditativa, poſſibilibus convenientia. Hic enim modus perfectiſſime cognoſcendi neceſſario competit intellectui omnimodis perfecto (*x*). Colligitur haec Scientia ex *Eccli.* 23. 29. & *Rom.* 4. 17. & urgente ratione probatur ab *Auguſt.* (*y*). II. Haec divina cognitio adtingit poſſibilia, non modo conditionate, ſic e. g. *ſi ſecundus mundus exiſteret, eſſet poſſibilis*; ſed etiam determinate ſic, *ſecundus mundus eſt poſſibilis* (*z*). Quia (*a*) ut praedicatio abſoluta ſit actu vera per verbum *eſt* quidditativum, & ſubſtantivum, non requiritur, quod eius verificativum ſit aliquid, dummodo praedicatio id non ſupponat, aut adfirmet. Quo ſenſu (*b*) *tria, et quatuor eſſe ſeptem, perpetuo verum eſt, etſi nihil ſit quod numeretur.* (*c*)

OBJECTIONES.

209 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Deus non tenetur amare creaturas omni amore perfectiſſimo: ergo nec cognoſcere omni cognitione perfectiſſima. *Secundo.* Ex ſuppoſitione quod creatura ſit, non tenetur Deus eam amare perfectiſſime, ſcilicet efficaciter, & propter ſe ipſum: ergo nec perfectiſſime cognoſcere. *Tertio.* Saepe nobis bonum eſt mala ignorare: ergo & Deo.

210 R. Ad *primum N. Con.*; quia voluntas eſt potentia libera; adeoque poteſt abſque imperfectione amorem omittere, remittere, ac intendere: at intellectus, quum ſit potentia neceſſaria, debet operari quantum poteſt; alioqui cognitio minus perfecta de obiecto, illius defectui tribueretur. Ad *ſecundum N. Con.* quia aliter, ex dictis, nec Dei voluntas eſſet libera, nec intellectus neceſſarius. Ad *tertium N. Con.* quia nobis adferre poſſunt moleſtiam, non Deo, qui etiam aliunde tenetur omnia mala ſcire, ut illa puniat, & ipſis provideat.

211 Obj. *quarto* contra 11. Adſertum. Ab eo quod res eſt, vel non eſt, propoſitio dicitur vera, vel falſa, ex proloquio; ſed nunc ſecundi mundi poſſibilitas non eſt abſolute: ergo nec eſt adfirmabilis abſolute, ſed ſolum conditionate: eo maxime, quod nequeat propoſitio eſſe vera actu, & ab aeterno, abſque verificativo actuali, & aeterno.

212 R. *D. Ma.* ab eo, quod res eſt, vel non eſt, modo quo per propoſitionem adfirmatur, *C.* ſub alio ſenſu, *N.* Et *C. Mi.* & *N. Con.* quia propoſitio illa ſolum adfirmat, praedicatum eſſe de ratione, ſeu quidditate ſubjecti; idque abſolute ab aeterno, & neceſſario verum eſt. Inſuper ut

(*x*) Conf. *Arria.* heic d. 19. n. 1.
(*y*) II. Civ. c. 10.
(*z*) Contra Amic. R. heic in Mſſ.
(*a*) Uti docui in Metaphyſicis cum *Suar.* & communiore.
(*b*) Ap. *D. Aug.* 2. de lib. arbitr. c. 3.
(*c*) Conf. *Reding.* heic q. 5, ar. 3, controverſ. 1.

ut ſit verificativum, id eſt, ut objectum actu verificet propoſitionem de ſenſu abſolute quidditativo, ſat eſt, quod actu ſit propoſitio abſoluta, & quod objectum ita ſe habeat, ut per illam adſeritur, ſcilicet quod praedicatum ſit de conceptu quidditativo, & identico ſubiecti.

213 QUAESTIO II. Quo pacto cognoſcat Deus creaturas poſſibiles? ADSERO 1. In ſe ipſo, ut in medio demonſtrationis: & quidem tot titulis, quot cum poſſibilibus eſſentialiter connectitur (*d*). Ratio primae partis; quia Deus connectitur eſſentialiter cum poſſibilibus (*e*); ac inſuper comprehendit virtutem, quam habet, poſſibilium productivam; at medium eſſentialiter connexum cum termino, & virtus productiva effectus nequit comprehendi, quin cognoſcantur in ejuſmodi medio terminus, & effectus. Ratio ſecundae colligitur ex prima; ex eo ſcilicet, quod praefata connexio ſit ratio objective demonſtrativa termini.

214 II. Non in unico Adtributo, ſed in pluribus videt Deus creaturas poſſibiles ſecundum diverſos reſpectus ad diverſa Adtributa (*f*). Quia haec ſub iis reſpectibus ſunt media, & quaſi ſpecula valde proportionata, in quibus divino intellectui ſui termini repraeſententur, e. g. in Omnipotentia, a qua poſſunt produci; in Aſeitate, a qua dependent. Hoc pacto intelligitur Deus formaliter adaequate ſciens per omnia Adtributa, quae circa creaturas poſſibiles quoquo modo verſantur.

215 III. Videt Deus creaturas poſſibiles in ſe ipſis, tanquam in objecto cognito, id eſt, ex vi propriae cognoſcibilitatis, ita ut haec ſit ratio objectiva, per quam adtingitur (*g*). Quia poſſibilia poſſunt ita cognoſci, uti a nobis cognoſcuntur, quin id ullam arguat imperfectionem in Deo, qui aliunde tenetur neceſſario res omnes cognoſcere omni modo, quo ſunt cognoſcibiles.

OBJECTIONES.

216 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Deitas non mediat inter divinam cognitionem, & creaturam cognitam: ergo iſtam non cognoſcit mediate in ſe ipſa. *Secundo*. Divina Scientia praeit Omnipotentiae, Deum quippe illuminat, & conſtituit proxime potentem producere creaturas; nec enim ideo Deus ſcit omnia, quia eſt Omnipotens, ſed e converſo: ergo non ſcit in Omnipotentia. *Tertio*. Ceterae Dei perfectiones praeter Omnipotentiam, non continent poſsibilia: ergo nec ſunt medium ad ea cognoſcenda.

217 R. Ad *primum*. *D. A.* non mediat per modium medii realis interpoſiti, *C.* per modum objecti cogniti, quod ratione ſummae cognoſcibilitatis manifeſtat ſe, & alia ſecum connexa, *N. A.* & *Con.* Ad *ſecundum*. Imprimis *N. A.* quia inter perfectiones neceſſarias, utpote virtualiter in-

(*d*) *Viv.* heic q. 3. n. 2. cum *D. Th. Suar.* contra Vaz. V. *Amic.* heic d. 12. a n. 19. & *Simonn.* tr. 1. d. 5. art. 2.

(*e*) Ut docui in Philoſ. cum commun. RR. NN.

(*f*) *Joan. a S. Th.* in 1. p. d. 18. a. 3. §. *Itaque in cognitione* & *Arriag.* d. 19. n. 17.

(*g*) *Arri.* cit. n. 22. cum *Nominal. Vaz. Heriz. Bec.* heic c. 10. q. 4. n. 4. *Viv.* cit. &c. contra totam Scholam Thomiſticam cum Pau. a Corc. heic d. 1. n. 78.

distinctas, nulla est praecessio. Deinde *Perm. A.* & *N. Con.* quia objectum terminative motivum solum debet esse ratio objectiva, ut a Scientia adtingatur, quin debeat sui Scientiam praecedere. Ad *tertium*. *Perm. A.* & *N. Con.* quia ad rationem medii sufficit ratio connexionis, quidquid sit de continentia.

218 Obj. *quarto* contra III. Adst. SS. Dionys. Ambr. Aug. Th. docent (*h*) Deum cognoscere in se ipso creaturas, non vero extra se, in propriis naturis. Et ex D. Aug. (*i*) *cognitio creaturae in se ipsa decoloratior est, quam quum in Dei Sapientia cognoscitur*. At Deo repugnat duplex cognitio, haec illa perfectior.

219 R. Ad *quartum*: citati DD. solum volunt, Deum non cognoscere res in se ipsis, tanquam in principio cognitionis; haud vero tanquam in objecto cognito. Patet: nam *Dionys.* (*k*) *Deus ab his, quae sunt, ipsorum notitiam non adcipit, sed singulis sui, & aliorum notitiam impertit.* Ac *D. Th.* (*l*) Deus *per id, quod in se ipso continet res, cognoscit eas in propria natura*. Ac ibid. (*m*) loquens de contingentibus, addit; *Deus autem cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout unumquodque eorum est in actu in se ipso*. Et (*n*) *ab aeterno Deus cognovit res in propriis naturis*. Aug. loquitur de duplici diversa Beatorum cognitione, alia *Matutina*, scilicet, creaturarum in Deo, habente pro comprincipio lumen gloriae; & alia *Vespertina*, scilicet, creaturarum in se ipsis, habente pro comprincipio species proprias creaturarum: ex iis porro prima perfectior est. Non ita in Deo, cui una est cognitio, & unus realiter cognoscendi modus.

220 QUAESTIO III. Num haec Scientia sit causa directiva rerum, quatenus divina voluntas earum productionem decernens, aliquam dirigentem praerequirit Scientiam, ne feratur in incognitum, aut ne coeco modo in decernendo procedat? ADSERO. Haec Scientia, non autem Visionis, est causa rerum. Schola Jesuitica (*o*) contra Thomisticam (*p*). Quia res ut producatur non debet dirigi, aut videri ut facta, sed ut factibilis; ergo superflua est ad hoc munus Scientia Visionis, & sufficit Simplicis intelligentiae. Et quidem Visio quae imaginem factam intuetur, nequit esse imaginis causa, nec pictorem ad ejus delineationem dirigere. Tandem haec est falsa; *ideo res existit, quia a Deo videtur*, & haec vera, *ideo Deus rem videt, quia res existit*: ergo Deus ut rem existentem videns non est eius causa. Hinc scientia visionis dicitur speculativa, quia non efficit, ut res sit futura, sed supponit, eam esse futuram; Scientia vero simplicis intelligentiae est practica, quia habet adnexum divinae voluntatis decretum (*q*). OBJE-

(*h*) Ap. *Gon.* heic d. 2. a n. 47.
(*i*) L. 11. de Civ. c. 7.
(k) De Div. nom. c. 1.
(*l*) Heic q. 14. a. 6.
(*m*) A. 13. O.
(*n*) Q. 20. a. 2. ad 2.
(*o*) Cum *Magist.* 1. Sent. dist. 38. *Petav.* Dogm. Theol. t. 1. l. 4. c. 7. *Comp.* heic d. 22. s. 14. *Suar.* l. 3. c. 4. *Marin.* heic d. 9. sect. 1. *Tourn.* de Sc. D. q. 16. art. 4. *Viv.* heic d. 3. q. 5. n. 4. cum *D. Th.* &c. consentit *Venerius* t. 2. ubi de Dei Scient. circa futura disp. un. ar. 7.
(*p*) Cum *Pau. a Conc.* heic d. 2. n. 37. & *Mezg.* tr. 1. d. 12. art. 2. a §. 1.
(*q*) *Bec.* heic c. 10. q 15. n. 2.

OBJECTIONES.

221 Obj. *primo*. SS. Aug. Greg. Chryſol. (*r*) Boët. Mag. Th. Bonav. Dur. (*s*) multique alii teſtantur, ſcientiam viſionis eſſe cauſſam rerum, quae propterea ideo ſunt, quia a Deo videntur. R. In primis PP. Scientiam ſimplicis intelligentiae vocant ſcientiam viſionis (*t*) quia illa huic aequivalet in certitudine, & claritate: in quo ſenſu *τό quia* verum eſt; niſi enim creaturae praeviderentur poſſibiles, non exiſterent. Deinde ſub hoc ſenſu clarius rem noſtram teſtantur alii PP. & TT., ſcilicet, *Athan. Cyril. Euſeb. Aug. Hieron. Anſel. Mag. Th. Capreol.* &c. (*u*). Ex quibus *Hieron.* (*x*) *non enim ex eo, quod Deus ſcit futurum aliquid, iccirco futurum eſt, ſed quia futurum eſt Deus novit, quaſi praeſcius futurorum.*

222 Tum *Damaſc.* (*y*) *quin potius quia hoc, vel illud facturi ſumus, iccirco praenoſcit.* Item *Anſel.* totum librum de concordia praeſcientiae, ac liberi arbitrii in hoc fundat principio, quod Deus ideo praeſcit futura, quia futura ſunt, non contra. *D. Th.* (*z*) inquit, *Scientiam Dei eſſe cauſſam rerum, ſecundum quod habet voluntatem conjunctam*; haec vero eſt Scientia ſimplex non viſionis. Et ibidem, & alibi Scientiam Dei, quae eſt cauſſa rerum, explicat per cognitionem artificis, & per cauſſalitatem, quam habet in artefacta; haec autem cauſſalitas non provenit a cognitione, qua illa videt ut facta, ſed qua videt ut factibilia.

223 Obj. *ſecundo*. Implicat, quod Scientia ſimplex ſit cauſſa directiva rerum. Nam. 1.° haec eſt indifferens, & terminatur ad ſola poſſibilia; adeoque indiget praevio determinante, quo Deus operans ad extra, terminetur ad rem aliquando exiſtentem; at eiuſmodi determinans eſt Scientia Viſionis, ſeu actus intellectus, qui dicitur imperium dictans rem eſſe faciendam. 2.° haec Scientia eſt neceſſaria, & fertur aequaliter ad omnes res: ergo ſi ſit earum cauſſa, neceſſario, & aequaliter omnes cauſſat. 3.° haec antecedit omne Dei decretum: ergo nequit res libere producendas cauſſare. 4. haec non eſt Scientia adprobationis, nec practica, qualis debet eſſe cauſſa rerum.

224 R. *N. Adſ.* Quia per eam conſtituitur Deus proxime potens decernere res. Ad 1. prob. *D. Conſ* ad rem aliquando exiſtentem, cauſſans eius exiſtentiam, *C.* eam praeſupponens ut obiectum, *D. Con.* & *Mi.* ſubſumptam; quia ſat determinatur ad operandum ab actu divinae voluntatis: unde ſuperfluum eſt illud imperium. Ad 2. *D. A.* neceſſaria in eſſendo, & cognoſcendo poſſibilia, *C.* in cauſſando, *N. A.* & *Con.* Quia etiam divina libertas eſt quid neceſſarium in eſſendo, & liberum in cauſſando. Fit autem libera illa Scientia per decretum liberum, cui ad ungitur.

225 Ad 3. *N. Con.* quia ut illas cauſſet, ſat eſt, quod illis praecedat tanquam ſuo effectui. Ad 4. *N.* illam; eſt enim adprobationis, quia fertur in obiectum, quod Deus adprobat, uti eſt rerum poſſibilitas, &

(*r*) Ap. *Gon.* heic d. 3. a n. 24.
(*s*) Ap. *Rui.* heic d 15. ſ. 3.
(*t*) Ap. *D. Th.* q. 2. de verit. a. 9.
(*u*) Ap. *Rui.* cit. ſ. 4.
(*x*) In c. 26. Hierem.
(*y*) Dial. contra Manich.
(*z*) Heic q. 14. a 8.

quidditas, simulque jungitur decreto, quod est sui objecti adprobatio; ac est practica, quia est practicum dictamen, potius quam scientia visionis, utpote dirigens ad effectionem sui objecti, non ut facti, sed ut factibilis.

226 Obj. *tertio*. Licet Scientia Simplex sit causa rerum in actu primo, at sola Scientia visionis, non quatenus formaliter visionis est, sed quatenus est adprobationis, & adplicata per decretum efficax, est causa in actu secundo. Nam 1.° est ex se efficax ad causandum objectum creatum, secundum suum esse physicum, sicut Visio Patris Aeterni producit Filium. 2.° Scientia, quae actu producit res, debet supponere decreti adplicationem, quam certe sola Scientia visionis supponit 3.° omnis causa tendit ad dandam suo effectui existentiam; sed ita tendit sola Visio. 4.° Scientia rem causans, debet proponere objectum decreti, prout in eo statu contingente, in quo per decretum moraliter efficienter, seu efficienter permissive ponitur; at hoc soli Visioni competit, prout est Scientia adprobationis, supponens decretum.

227 R. *N. Adf.* Quia Scientia visionis semper est posterior re existente, a qua suam adcipit denominationem. Ad 1. prob. *N. A.* nec valet paritas. Nam visio Filii, ut pro signo posteriori existentis, & procedentis a Patre, non se tenet ex parte principii dirigentis decretum (quod nullum est) de existentia Filii, sed solum ex parte principii physice productivi, tanquam conditio, vel praerequisitum complens actum primum productivum in Patre, in esse complete intelligentis, ut possit Verbum produci plenum de pleno. At oppositum reperitur in Scientia, quae sit causa rerum, adeoque dirigens, non supponens, decretum de re producenda. Ad 2. *N. A.* quoad 1. partem. Ad 3. *D. Ma.* eam existentiam cognoscendo ut actualem, *N.* ut possibilem, *C.* Et *N. Mi.* quia ut prudenter procedat Deus in causando, sat est, quod antecedenter ad decretum cognoscat existentiam, & cetera rei praedicata ut possibilia, & a se producibilia.

228 Obj. *quarto*. In sensu illativo, & causali, *ideo res existit, quia scitur a Deo*, non contra; adeoque Scientia visionis est causa rerum. Nam 1.° sic expresse adserunt multi PP. (*a*). Nec intelligi valet PP. loquutio de Scientia Simplici; alioqui verum esset, *res existit quia scitur a Deo per Simplicem intelligentiam*: quod repugnat. 2.° alioqui res existens esset divinae Scientiae causa, Deus a creaturis suam adciperet Scientiam, & huic aliquid ex illis adcresceret 3.° Deus non vult futura, quia futura sunt; nec scit possibilia, nec conditionate futura, quia talia sunt, sed contra: ergo pariter. 4.° Ceteroqui divina Scientia quoad sui veritatem, & certitudinem dependeret, ac mensuraretur a creaturis: quod absonum valde.

229 R. *N. Adf.* quia Scientia visionis suum obiectum supponit. Ad 1. prob. alii *PP.* oppositum docent (*b*), & ad concordiam optime rediguntur, si intelligantur loqui de Scientia Simplici: adducta enim pro-

posi-

(*a*) Ap. Gon. cit. a n. 60. & Pau. a Conc. hic tr. 3. d. 2. a n. 46. (*b*) Ex *supra* n. 221.

poſitio vera eſt, ſi addatur: *per Simplicem Scientiam cum decreto conjunctam*. Ad 2. *N. A.* Quia propoſitio prout a nobis adſeritur, ſolum denotat, ex parte obiecti materialis praeſupponi exiſtentiam, ut haec qua talis a Deo ſciatur. Ad 3. Deus non vult futura, quia futura ſunt, quoniam iſta non ſupponit, ſed cauſſat: ſcit poſſibilia, quia talia ſunt; quia haec, ſi non eſſent poſſibilia, non ſciret: ſcit conditionate futura nobis libera, quia talia ſunt, quoniam haec Divinam Scientiam determinant, quam propterea antecedunt, uti futura abſoluta Scientiam viſionis. Ad 4. *N. A.* (*c*). Id ut ſummum probat, quod creaturae cognitae ſunt conditio neceſſaria, ut in divina Scientia repraeſententur, ut haec ſortiatur Scientiae denominationem (*d*).

§. II.

De Scientia Viſionis.

230 QUAESTIO I. Quid ſit haec Scientia? ADSERO I. Eſt cognitio undecumque libera, qua Deus videt contingentia abſoluta qua talia, ſcilicet praeterita, praeſentia, futura, & quidem omnino ſingula diſtincte & clariſſime. Fide ſanctum ex *Gen.* 1. 31. *Job* 28. *Eſth.* 14. *Pſ.* 7. 10. *Prov.* 16. 2. *Eccleſi* 23. 25. Tum ex *PP.* cum *Iren.* (*e*) *Nazian.* (*f*) *Nyſſ.* (*g*) *Athan.* (*h*) *Ambr.* (*i*) *Auguſt.* (*k*)

231 II. Eſt libera, quatenus eſt Deo liberum res producere, & conſequenter habere Scientiam de earum exiſtentia (*l*). III. Eſt intuitiva, quatenus intuitio eſt circa rem actu exiſtentem, non quando exiſtit cognitio, ſed pro ſua temporis differentia (*m*). IV. Dependet ab actuali decreto de ipſa, deque rerum productione, quatenus eſt quaſi a poſteriori metaphyſice connexa cum decreto, ipſam, rerumque productionem decernente: valet enim, *ideo Deus videt futura, quia Deus decrevit futura, eorumque viſionem*: non autem, *ideo futura talia ſunt, ex Dei decreto, quia Deus illa videt* (*n*). De ſolis futuris heic controvertitur.

232 QUAESTIO II. Quo pacto videat Deus futura abſoluta contingentia? In primis quod Deus haec perſpicue intelligat, eſt fide ſanctum ex *Pſ.* 138. 3. *Sap.* 8. 8. *Eccli.* 23. 28. *Iſai.* 48. 8. *Jerem.* 1. 5. *Joan.* 6. 65. Tum ex *PP.* cum *Nyſſen.* (*o*) *Hil.* (*p*) *Ambr.* (*q*) *Hiero.* (*r*) *Aug.* (*s*) *Greg.* (*t*) *Damaſc.* (*u*) Deinde ADSERO I. Generatim videt haec futura, tum creaturae,

(*c*) Ex *ſuperius* adſertis.
(*d*) V. *Rui.* d. 15. ſ. 3. 6. *Martinon* d. 12. ſ. 9. *Arria.* d. 18. a n. 15.
(*e*) L. 2. c. 45. poſt med.
(*f*) Ep. 14. ad Bolporium Coloniae Epiſc.
(*g*) L. de infantibus, qui praemature abripiuntur.
(*h*) Orat. 3. cont. Arian.
(*i*) L. 1. offic. c. 13 & 14.
(*k*) L. 15. de Trin. c. 13. & 14. & 10. de Civ. c. 14. & alias.
(*l*) *Arria.* heic d. 20. n. 19.
(*m*) *Arria.* cit. num. 10. contra recent. anonym.
(*n*) *Rib.* heic tr. 4. d. 5. n. 53. cum *Suar. Mol. Vaz.* &c. contra Thomiſtas cum Paul. a Conc. heic d. 2. n. 46.
(*o*) Orat. catech. c. 8.
(*p*) IX. de Trin.
(*q*) I. offic. c. 14.
(*r*) In c. 4. Zachar.
(*s*) X. civ. c. 12.
(*t*) XX. moral. c. 23.
(*u*) I. de fide c. 12. & 19.

turae, tum ſoli Deo libera, immediate in ſe ipſis, ut ſuo tempore extiturus, eo modo quo immediate lucentem ignem tu intueris (*x*). Quia id poſtulat infinita vis divinae intelligentiae. Et patet a paritate Scientiae naturalis erga poſſibilia (*y*). II. Non ea videt in praeſentia reali, quam habuerint ab aeterno in *nunc* aeternitatis (*z*). Quia implicat videri ut actu exiſtens, quod nullum habet eſſe actuale, menſurae, ac durationi alienae coexiſtens, cujuſmodi ſunt ab aeterno futura.

233 III. Etſi daremus, futura fuiſſe Deo phyſice praeſentia ab aeterno; haec tamen praeſentia nequit Deo eſſe ratio prima cognoſcendi certo futura: immo eſſet prorſus inutilis ad ejuſmodi effectum (*a*). Quia non minus certo cognoſcit Deus non futura, quam futura; ſed non futura certo cognoſcit abſque reali eorum praeſentia in aeternitate: ergo & futura: adeoque &c. Deinde poſito decreto rem producendi, ſtatim intelligitur Deus cognoſcere rem eſſe futuram, quoniam illico qua talis eſt cognoſcibilis: ergo abſque dependentia a reali ejus praeſentia in aeternitate (*b*). IV. Videt Deus futura ſibi tantum libera in ſe ipſo id eſt in ſuis decretis connexis cum rei productione, non item in Omnipotentia, ſeu alio Adtributo formaliter inconnexo cum re futura (*c*). Quia ſolum in medio connexo, non autem in indifferenti poteſt tanquam in cognito intelligi terminus, etſi aliunde certo futurus.

OBJECTIONES.

234 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Nequit Deus cognoſcere futura creaturae libera abſoluta in ſe ipſis, ſeu in veritate objectiva antecedenter ad divinum decretum intrinſece efficax, ſeu quin Deus ulla egeat aeterna praevia determinatione, ut docet Schola Jeſuitica. Nam 1.° D.Aug. (*d*) *Ideo* (an aliquid ſit futurum) *neſcio, quia quid habeat de hac re voluntas Dei me latet: illud me tamen non latet, ſine dubio futurum, ſi hoc Dei voluntas habet*. Ubi rerum futuritionem in divinae voluntatis decretum, & determinatio em revocat, tanquam ad primam cauſſam: hinc futurum definitur, *quod eſt determinatum in cauſſa ad habendum exiſtentiam pro duratione ſequenti*: ergo nequit a Deo cognoſci futurum, independenter a ſua praevia determinatione. 2.° Futura, quum ſint Deo libera, ſolum ſunt futura dependenter ab actuali Dei decreto: ergo nequeunt independenter ab iſto cognoſci: adeoque nec in ſe ipſis. 3.° aeque Deus cognoſcit omnia poſſibilia in ſe ipſo ut potente producere: ergo & aeque cognoſcit omnia futura in ſe ipſo, ut decernente producere.

235 R. *N. Adſ.* Ad vim infinite intellectivam ſpectat omnia immediate videre, prout in ſe ſunt conſtitutive, etiam independenter, aut ſine reſpectu ad ſuam cauſſam; adeo, ut ſubinde ſi fieri poſſet ut futura

(*x*) NN. cum *D. Th.* q. 14. a 13. & q. 57. a 30. *Martin.* heic d. 11. n. 2. cum *Suar. Mol. Vaz Becan. Simonu.* tr. 1. d. 5. q. 3. art. 5. contra Thomiſt. cum Pau. a Conc heic d. 3. n. 28.

(*y*) Ex *ſupra* a n. 213.

(*z*) *Vaz.* heic d 64. c. 3. cum *Scot. Dur.* multiſque antiquis Thomiſtis, *Amic.* d. 12. n. 70. *Martin.* cit. n. 72. cum *Suar. Heri* &c. contra RR. Thomiſtas, cum Cajet.

(*a*) *Amic.* cit n.77. *Rib.* tr. 4. d. 5. c.2.

(*b*) Conf. *Thyrſ. Gonzalez* in ſelectis diſp. ſcholaſt. d. 10. tom o 1.

(*c*) *Rib.* cit. c. 6 *Viv.* heic q. 4. n. 3.

(*d*) L. 26. contra Fauſt. c. 4.

tura eſſent futura citra Dei decretum, adhuc in ſe ipſis viderentur a Deo. Ad 1. prob. Aug. loquitur de futuri cauſſa vulgariter ſumpta; etenim futuritio eſt denominatio pure extrinſeca rei praeſentis, connotantis ſui negationem pro tempore antecedente; quoniam futurum omnino nihil eſt; nam res non exiſtens nihil eſt, & quum exiſtit, non eſt futura, ſed praeſens (*e*). Hinc quidquid de futuro dicitur, improprie, verbaliter, alienative dicitur; quo ſenſu definitur futurum, *quod non eſt, & erit*; nec enim divinum decretum eſt formale conſtitutivum futuri, quum ſit ipſi tantum futuritio illativa, quae utique transfert rem poſſibilem ſolum fundamentaliter ad objectivam futuri denominationem, quatenus, illa poſita, eſt fundamentum ad adſerendum de re poſſibili, eſſe poſt extituram.

236 Ad 2. *D. A.* ſunt futura formaliter conſtitutive, dependenter &c. *N.* quia non definiuntur per hanc dependentiam: radicaliter, illative, dependenter &c. *C.*; quia nec poſſunt exiſtere abſque decreto; & hoc poſito, inferimus futuri denominationem. Et *N. Con.*: quia licet cognoſci nequeant, ut independentia a decreto, tanquam cauſſa efficiente, poſſunt tamen cognoſci ſeorſim, & nullo habito reſpectu ad decretum, tanquam determinans. Ad 3. *N. Con.* Quia Deus aeque connectitur cum omnibus poſſibilibus; at non aequae decernit omnia futura; alia enim decernit, determinando, ut futura ſibi tantum libera, quae proinde in ſuo decreto videt; alia ſinendo determinari a nobis; alia pure permittendo.

237 Obj. *ſecundo* contra II. Adſertum quae objecta, & ſoluta ſunt *ſupra* ubi de Aeternitate n. 102. ſqq.

238 Obj. *tertio* contra III. Adſertum. PP. ut Aug. Greg. Boët. Bed. Anſel. (*f*) ex phyſica futurorum aeternitate inferunt in Deo eorum notitiam aeternam, invariabilem, & intuitivam. Immo D. Aug. (*g*) negat Deo propriam futurorum praeſcientiam, ne ipſi variata, vel duplex Scientia concedenda ſit, altera futurorum, exiſtentium altera. *Quarto*. Cognitio intuitiva rei non eſt niſi de re actu exiſtente; ſed cognitio futurorum in Deo eſt intuitiva: ergo. *Quinto*. Si futura non ſint ſemper Deo phyſice coexiſtentia, quum ipſa tranſibunt de futuris in praeſentia, etiam variabitur Scientia de ipſis in Deo: quod implicat: ergo illa coexiſtentia requiritur, ut poſſit Deus invariabiliter adfirmare de praeſenti pro toto ſuo *nunc* aeternitatis exiſtentiam rei, quae exiſtet. *Sexto*. Sic aptius concipimus, quod Deus videat ab aeterno futura in ſe ipſis.

239 Ad *tertium*. *N. A.* quia nullus eorum hanc praeſentiam novit, aut indicavit: nec aliud ex eorum verbis eruitur, quam quod divina Scientia adeo clare penetrat ſingulas rerum exiſtentias pro ſua temporis differentia, ac ſi ipſi phyſice coexiſterent. D. Aug. ibi negat, Deo adtribuendas more humano duas Scientias, alteram ſubobſcuram de futuris

(*e*) Ut docuimus in Metaphyſicis.
(*f*) Ap. *Vaz.* heic d. 64. c. 2. a n. 7.
(*g*) L. 2. ad Simplic. q. 2.

turis, claram alteram de praeſentibus. Quin idem (*h*) frequenter Scientiam Dei de futuris *Praeſcientiam* vocat.

240 Ad *quartum*. *N. Ma.* quia intuitio ſolum exigit adeo claram penetrationem objecti, ut exiſtentis pro ſua temporis differentia, ac ſi cognoſcenti eſſet phyſice praeſens. Ad *quintum*. *N. A.* Nec enim modus cognoſcendi divinus, quemadmodum noſter, habet imperfectiones adfirmandi de praeſenti, praeterito, futuro. Ad *ſextum N. A.* Quia, rejecta illa impenetrabili praeſentialitate, ſatis idonee concipimus cum *D. Th.* ſic loquente (*i*) *alio modo cognoſcuntur futura in ſe ipſis, & ſic ſolius Dei eſt futura cognoſcere* (*k*).

241 Obj. *ſeptimo* contra IV. Adſertum. Decretum Dei formaliter conſtituitur per reſpectum rationis conſequentem rem futuram, in qua utpote fundatur; ſed hoc ipſo nequit eſſe medium, in quo tanquam ut cognito, & prius intelligibili, videatur res decreta, & futura: ergo. *Octavo*. Omnipotentia continet omnia futura: ergo haec poſſunt in illa cognoſci.

242 R. Ad *ſeptimum N. Ma.* nam nulla cauſſa, qualis eſt decretum relate ad futurum, effectum conſequitur, ſed antecedit (*l*). Ad *octavum*. *D. A.* continet futura, ut poſſibilia, *C.* ut futura, *N.*; connectitur enim cum poſſibilibus, non cum exiſtentibus. Lt *D.* ſimiliter *Con.*

243 QUAESTIO III. Quo ſigillatim pacto cognoſcat Deus futura nobis libera? ADSERO I. Nequit ea certo cognoſcere in proximis eorum cauſſis (*m*). Quia cauſſa libera ſupponitur indifferens ad actum, & non actum: ergo nequit in ipſa praevideri actus ut certo futurus. II. Nec in divinis Ideis (*n*). Quia ſimplex Intelligentia, ad quam Ideae revocantur, abſtrahit a futuris. III. Nequit cognoſcere peccatum futurum in decreto ejuſdem permiſſivo (*o*). Quia permiſſio per ſe ſumpta non eſt medium ſufficiens cognoſcendi peccatum futurum, quum illa includat duntaxat voluntatem concurrendi cum creatura, & nolitionem auxilii efficacis: ergo intellecta unice permiſſione, peccatum futurum minime intelligitur. Id propterea ſolum in ſe ipſo videri poteſt, quum nequeat ad ipſum ullum excogitari decretum, ſalva Dei bonitate (*p*). IV. Illa Deus videt in complexione Scientiae Mediae de conditionata actus futuritione, & decreti de conferendo ad illum auxilio (*q*). Quia poſita hac complexione, habetur infallibiliter actus liber, abſque libertatis detrimento. V. Videt actum bonum futurum in decreto ejuſdem prae-

(*h*) L. 5. de Civ. c. 9. cui titulus, *de Praeſcientia Dei* &c.

(*i*) I. p. q 57. a 3.

(k) Conf. *Aran.* l 4. d. 22. a n. 255. *Vaz.* d. 64. a c. 2. *Herize* tr. 1. d. 6. c. 5.

(*l*) V. *infra* L. III. ubi de libertate Dei in actu ſecundo.

(*m*) *Martinon* cit. n. 12. cum *Scot. Suar. Leſ.* &c. contra *Mol. Becan.* & Thomiſtas antiq. & Amic. cit. n. 108.

(*n*) *Amic.* cit. n. 121. cum *Scot. Suar.* &c.

(*o*) *Compt.* d. 22. ſ. 5. *Rib.* cit. tr. 4. d. 5. c. 6. n. 4.

(*p*) *Comp.* hic ſ. 5. n. 12.

(*q*) *Viv.* heic q. 4. n. 6. cum *Platel.* & *Lumb.*

praefinitivo (*r*). Quia id decretum, quum velit efficaciter illum actum, cum eo eſſentialiter connectitur (*s*).

OBJECTIONES.

244 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Deus cognoſcit actus ſuos liberos in cauſſis proximis creatis, tanquam in medio ſupercomprehenſo. Nam 1.° poteſt Angelus conjectura moraliter certa cognoſcere, quid aget voluntas creata; praeſertim inſpectis ejus indole, & propenſione: ergo & Deus poteſt evidenter cognoſcere. 2.° nequit haberi ſupercomprehenſio voluntatis, quae Deo ineſt, quin ad omnes ejus actus futuros liberos extendatur. 3.° Tyriorum, & Sidoniorum poenitentia videtur praedici Matt. 11. ut futura ex vi ſpecialium virtutum, & miraculorum, ſi in ipſis facta fuiſſent. 4.° Deus praemovet efficaciter omnes cauſſas liberas: ergo in iis, ita praemotis, liberos effectus cognoſcit. Heinc D. Th. (*t*) *Deus cognoſcit omnia contingentia, non ſolum prout ſunt in ſuis cauſſis, ſed* &c., & (*u*) *ſicut ex cauſſa neceſſaria ſequitur effectus certitudinaliter, ita ex cauſſa contingenti completa, ſi non impediatur.*

245 R. *D. Adſ.* ſi τὸ *ſupercomprehenſo* includat cauſſae quidditatem, omneſque ſuos actus liberos adventitios, *C.* ſed de hoc non eſt quaeſtio: ſi ſolam cauſſae quidditatem in actu primo proximo conſtitutam, de quo lis eſt, *N.* Ad 1. prob. *N. Con.* quia implicat, intellectum, etiam divinum cognoſcere infallibiliter effectum in medio indifferenti. Ad 2. *N. A.* ſi loquamur in ſenſu quaeſtionis. Ad 3. *N. A.* ſed praedicitur ex vi Scientiae Mediae de eorum poenitentia, ſub illis virtutibus, & miraculis.

246 Ad 4. *N. A.* implicatorium, de quo alibi. D. Th. primo adlegatus, intendit, cognoſci contingentia, prout ſunt in ſuis cauſſis, id eſt prout ſunt ab eis producibilia; nec enim aliter in eis ſunt: ac ideo in ſuis cauſſis *ſolum conjecturaliter* cognoſcuntur, ut ait ibidem. Secundo adlegatus, loquitur de effectibus contingentibus tantum ſecundum quid, quatenus poſſunt ab aliqua cauſſa libera impediri; ſed alioqui a ſua cauſſa neceſſario prodeuntibus, ſi non impediantur (*x*).

247 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Deus cognoſcit futura in ſuis Ideis. Nam 1.° ex D. Th. (*y*) Deus cognoſcit futura, quia habet eorum Ideas: ergo in iis illa cognoſcit. Et (*z*) Idea divina qua talis non eſt exemplar, niſi futurorum: ergo iſthaec in illa repraeſentat, & videt, antecedenter ad decretum, a quo independet Idea, utpote praedicatum neceſſarium. 2.° Idea eſt infinita in repraeſentando, pro priori ad decretum: ergo pro illo priori debet etiam repraeſentare futura libera.

248 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. D. Th. q. 14. intendit, Deum cognoſcere futura in Ideis, modo quo repraeſentantur, ſcilicet ut poſſibilia.

(*r*) *Martinez* ap. & cum *Viv.* cit.

(*s*) Conſulantur *Suar.* opuſc. de ſcient. futur. *Martinon* d. 11. *Amic.* d. 12. *Arria.* d. 20.

(*t*) Heic q. 14. a 13. O.

(*u*) 1. contra Gent. c. 67.

(*x*) V. *Rui.* d. 73. ſ. 6. *Heric.* heic d. 6. c. 2. a n. 26. *Martinon* d. 11. a n. 17. *Paul. a Conc.* heic d. 3. a n. 24.

(*y*) Heic q. 14. a 13.

(*z*) Q. 15. a 3.

Et q. 15. vult, Ideam, ut Decreto conjunctam esse futurorum exemplar: sic enim Idea, quae respectu possibilium est necessaria, & quasi practica in actu primo, respectu liberorum est contingens, & practica in actu secundo. Ad 2. *D. A.* quod potest repraesentare in signo Ideae, scilicet possibilia, *C.* etiam futura, *N.*; quia non sunt in eo signo (*a*).

249 Obj. *tertio* contra III. Adsertum. Deus in decreto permissivo peccati istud videt, tanquam in medio demonstrativo peccati. Nam 1.° hoc decretum est metaphysice connexum cum peccato, nam posito decreto, non potest non esse peccatum; alioqui deficeret decreto objectum: ergo. 2.° per hoc decretum vult Deus concurrere cum creatura ad determinatum in individuo peccatum; adeoque decretum importat necessariam relationem ad hoc peccatum, saltem tanquam ad sui terminum; sed hoc ipso videtur in decreto hoc peccatum, sicuti in caussa creante Petrum videtur Petrus: ergo. 3.° nolitio auxilii efficacis, quam praefert hoc decretum, est volitio auxilii pure sufficientis, aut inefficacis; sed hoc auxilium ex parte inefficaciae dicit essentialiter peccatum: ergo in simili volitione, seu decreto videtur peccatum. 4.° hoc decretum est absolutum, efficax, & antecedens futuritionem effectus: ergo hic in illo videtur. 5.° hoc decretum praedeterminat saltem ad materiale peccati, quatenus hoc est ens, & actus vitalis; nam qua talis nullam habet malitiam formalem: ergo. 6.° hoc decretum supponit Scientiam Mediam de peccato futuro sub adpositis circunstantiis: ergo peccatum in decreto videtur.

250 R. *N. Adj.* Ad 1. prob. *N. A.*; est enim indifferens, utpote collativum libertatis, & praeparativum divini concursus ad actum, quem creatura volet: unde etiam decreto posito, ex vi illius, potest adesse & abesse peccatum, quum objectum decreti sit volitio concurrendi cum creatura, & nolitio impediendi eius peccatum. Ad 2. *D. Ma.* vult Deus absolute concurrere, *N.* conditionate, si creatura volet, huiusque expectando determinationem, *C.* ac eodem pacto, scilicet conditionate tantum importat relationem ad hoc peccatum, quod proinde nequit in decreto absolute videri. Hoc autem decretum conditionatum, posita conditione, transit virtualiter in absolutum, id est perinde movet, aut influit, ac si esset absolutum; quaelibet enim conditionata voluntas, posita conditione, fit absoluta, ut patet in voto, praecepto &c.

251 Ad 3. decretum hoc praefert nolitionem negativam, & conditionatam auxilii efficacis, si creatura ipsum reddat inefficax; positive vero, & absolute praefert collationem auxilii nude sumpti, tanquam comprincipii libertatis, quo adimpleat praecise munus caussae primae supernaturalis; unde decretum ratione sui nec vult auxilium efficax, nec inefficax. Ad 4. hoc decretum conditionatum est absolutum, & efficax, posita conditione determinationis creaturae ad peccatum, a qua dependet, & qua est posterior: adeoque nequit haec determinatio peccaminosa pro priori ad se videri in decreto, tanquam in medio antecedenti se. Ad 5. *N. A.*

(*a*) V. *Amic.* d. 12. s. 7. *Pau.* 2 *Conc.* heic d. 3. a n. 10.

N. A. Nam quum materiale, & formale peccati re ipſa idem ſint, ſi Deus praedecernat, & praedeterminet materiale peccati per decretum permiſſivum, erit plane author totius peccati, etiam formalis. Ad 6. *D. Conſ.* in decreto, tanquam in medio, ſeu ratione decreti, *N.* ratione Scientiae Mediae praeſuppoſitae, *C.* at lis eſt de decreto ſolitarie adcepto (*b*).

252 Obj. *quarto* contra v. Adſ. Nequit Deus videre actum honeſtum liberum creaturae in decreto praefinitivo. Nam 1.° volitio efficax finis, uti eſt hoc decretum, ut ſit prudens, debet praebere cognitionem mediorum, quam propterea habet hoc decretum per Scientiam Mediam ſibi praelucentem: ergo non decretum, ſed Scientia Media eſt primum medium cognoſcendi actum liberum. 2.° poſito decreto, poteſt creatura actum honeſtum non adponere: ergo hic non praevidetur infallibiliter in decreto. 3.° hoc decretum habet cum objecto connexionem adfectivam, id eſt quantum eſt ex parte volentis; non exſequutivam, & effectivam, ne alioqui laedat creatam libertatem; ſed praefata connexio non certo infert actum futurum: ergo. 4.° tota decreti connexio cum objecto praefinito, eſt ex ſuppoſitione quaſi extrinſeca Scientiae praelucentis; non vero ratione ſui, quatenus volitio eſt: ergo neque qua talis eſt medium, quod demonſtret actum futurum.

253 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Conſ.* eſt primum medium cognoſcendi conditionate, *C.* abſolute, *N.* Ad 2. *D. A.* poteſt, & non adponet, *N.*, & adponet infallibiliter, ex ſua determinatione, uti Deus praevidit, *C.* Ad 3. *D. A.* connexionem adfectivam, id eſt citra conceptum determinandi, *C.* citra conceptum metaphyſicae connexionis, tum ex parte volentis, tum ex parte rei, quae non niſi ex ſuppoſitione libera ſuae determinationis amatur a decreto, *N.* Ad 4. *N. A.* Nam decretum connectitur cum objecto ſolum radicaliter ex parte Scientiae, quam exigit, uti adtemperatam ſibi, & creatae libertati; formaliter vero ratione ſui, quum per ſe velit efficaciter actum honeſtum: alioqui omnis actus voluntatis creatae, qui praeſupponit eſſentialiter cognitionem, per iſtam protinus cum objecto ſuo connecteretur, praetergrediendo lineam volitionis & non ratione ſui: quod nemo docuit (*c*).

§. III.

De Scientia Media directa.

254 QUAESTIO I. Quid generatim de hac Scientia? ADSERO 1. Eſt cognitio, qua Deus videt actus creaturae liberos conditionate futuros: e. g. ſic tendens, *ſi Petro conferam auxilium, conſentiet*. Et quidem quod Deo inſit, non conjecturalis, ſed certa & evidens ejuſmodi conditionatorum cognitio, liquet perſpicue ex *Scripturis* & *Patribus* mox

 laudan-

(*b*) Conf. *Heriz.* d. 6. c. 3. *Martinon* d. 11. a n. 58. *Rhod.* heic q. 3. ſ. 2. §. 1.
(*c*) V. *Aran.* l. 4. d. 22. a n. 286.

laudandis; quibus praemittere liceat *Nyſſen.* (*d*) *Chryſoſ.* (*e*) *Cyril. Alex.* (*f*) *Greg.* (*g*) *Damaſc.* (*h*) *Anſel.* (*i*).

255 II. Ejus objectum eſt actus creatus liber, vel moralis, ſeu reſpiciens formaliter honeſtum. Etenim alia objecta conditionata, quae habent eſſentialem cum conditione praevia connexionem, ſpectant ad ſimplicem intelligentiam, ut iſta conditionalis, *ſi ſol eſt, dies eſt*. Ac deinde quae habent naturalem connexionem cum conditione, v. g. *ſi ignis debite paſſo adplicetur, comburet*; & quae ex Dei decreto, cum ipſo neceſſario connectuntur, ex. g. *ſi Petrus oret, a me praemiabitur*, pertinent ad Scientiam viſionis, tanquam objectum directum, vel indirectum (*k*). Hinc ad hanc Scientiam ſolum ſpectant futura conditionata, in quibus conditio tum ex parte Dei, tum ex parte ipſius rei eſt ad utramque partem contradictionis indifferens.

256 III. Vocatur Scientia Media, quia eſt media inter duas alias, & aliquid de utraque participat: ſcilicet de Scientia ſimplicis intelligentiae, quia antecedit omne decretum, & eſt pacto aliquo neceſſaria, quum Deus neceſſario videat quid ſub quavis hypotheſi ſit eventurum; tum de Scientia viſionis, quia Media contingens eſt ex objecto contingenti, quoniam contingens eſt, quod potius videat conſenſum meum conditionatum, quam diſſenſum (*l*).

257 IV. Dicitur *ſubjective abſoluta*, quia abſolute denominat ſubjectum, aut Deum ſcientem; & *objective conditionata*, quia adſerit objectum dependenter ab aliqua conditione. Heinc modus tendendi Scientiae Mediae eſt proprie, ac formaliter conditionatus, ſcilicet certo adtingit determinatum eventum, v. g. tuum conſenſum, at ſub hypotheſi, vel conditione aliqua, expreſſa per ſyncategorema *ſi*, e. c. ſi auxilium confertur, aut ſi collatum fuiſſet, aut ſi conferretur; quia etiam in ſtatu conditionato res eadem reſpective ad diverſa tempora erit praeterita, praeſens, futura ſub conditione (*m*).

OBJECTIONES.

258 Obj. generatim *primo*. Nefas eſt, hanc Scientiam ita expoſitam admittere. Nam 1.° quum re, & nomine nova ſit, nec valet probari ex Scriptura, nec ex PP., nec ex Scholaſticis, nec ex ratione antiqui-

(*d*) Or. de infantib. immatura morte ſublatis.

(*e*) L. 1. ad Stagirium.

(*f*) L. 3. cont. Julian.

(*g*) L. 33. Mor. c. 19. alias 17.

(*h*) Dial. contr. Manich. ſub fin.

(*i*) In Elucidario col. 9.

(*k*) *Viv.* cit. q. 6. n. 1.

(*l*) *Arria.* d. 21. n. 3. *Viv.* cit. ex communi NN.

(*m*) *NN.* communit. cum *Borru.* tr. de Scient. Med. d. 3. praeſertim a n. 162. & *Ulloa* t. 1. d. 3. c. 2. a n. 22. contra Thomiſt. cum Pau. a Conc. heic d. 5. per tot.

Porro *Renat. Billuart* ubi de Scient. Media, diſſ. 6. ar. 6. §. 1., religioſae, immo chriſtianae caritatis, urbanitatis ac modeſtiae plane immemor, inter alia ſeveriore correctione digniſſima, petulanter effutire non erubuit, Scientiam Mediam *ex ipſis Semipolagianis hauſtam fuiſſe*. Sed eam tamen a Semipelagianiſmo ſolide & comiter vindicat *Theologia Seminarii Petrocorienſis* t. 1. l. 3. q. 5. §. *haec opinio*, licet eam alias rejiciat ut minus probabilem. (p. 206.) Quanta vero ſoliditate, nervoque gaudeat haec noſtra opinio, palam fiet ex ſubjecta praecipuarum objectionum ſolutione. Veram, celeberrimamque ejus Hiſtoriam dedimus *Tom. I.* a p. 33.

tiquitati innixa. 2.° Eſt inutilis ad explicanda Theologiae arcana; quippe quae abſque ea a PP. & TT. feliciter explicata ſunt. 3.° Eſt Deo otioſa, quum Scientia de conditionate futuris revocetur vel ad ſimplicem intelligentiam apud Vaz., vel ad Scientiam viſionis apud Suar.: nec enim alia diviſionis Scientiae divinae membra noverant hucuſque TT. cum Mag. & S. Th. 4.° Eſt male parta; ſuo enim ortu atrociſſimas peperit rixas inter Dominicanos, & Jeſuitas: quin etiam iſti plurimum inter ſe rixantur ſuper ipſam Scientiam, quam ſinu fovent.

259 R. Primum inſto in Scientia Media Thomiſtica, quam, ſcilicet, admittunt Thomiſtae, videntem conditionate futura, & innixam ſuo decreto praedeterminanti; ipſa enim re, & nomine nova eſt. Deinde *N. Adſ.* Eam quippe ſic admittit, tanquam Theſſeram, univerſa Societas, adjectis ultro undequaque Sociis ex omnibus Ordinibus ſecularibus, & regularibus (*n*). Ad 1. prob. *N. A.* Eſt enim re, & ſubſtantia antiqua, & nova accidentali nomine, & explicatione, quod minime obſtat (*o*), ſiquidem eruta eſt (*p*) ex Scripturae, PP., Scholaſticorum; & priſcorum argumentorum viſceribus, in quibus implicite continebatur.

260 Jam vero adſerta Scientia conſtat 1.° ex Scriptura. Nam 2. *Reg.* 23. Davidi quaerenti a Deo, num viri Ceilitae eum eſſent tradituri Saüli, *ſi apud ipſos maneret*, reſpondit Deus *tradent*: ubi fit revelatio traditionis conditionate futurae. *Sap.* 4. 11. *raptus eſt* (juſtus) *ne malitia mutaret intellectum ejus*: ad tollendum ergo e vivis juſtum, dirigitur Deus ex praenotitia peccatorum, quae iuſtus, *ſi diutius viveret*, perpetraret. *Matt.* 11. ait Chriſtus: *vae tibi Corozaim, vae tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone factae eſſent virtutes, quae factae ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere poenitentiam egiſſent*: dum ergo Chriſtus ore profert conditionatam Tyri, & Sidonis converſionem, hanc mente retinet (*q*).

261 Conſtat ex PP.; hi enim plures paſſim inſtituunt cum haereticis

(*n*) Ap. *Henao* in Hiſt. Scien. Med. ſparſim.

Quibus adde ſingillatim ex clariſſima PP. Minimorum Familia *Marin. Merſennum, Claudium Rangolium, Emman. Maignanum, Gabriel. Filorama, Joan. Saguens, Anton. Urſaja*, perplurimoſque cum in Editis, tum in Mſſ. ap. & cum doctiſſimo *Perrimezzio* t. 1. diſſ. 86. ipſiſque adhaeſit nuper, & idem Minimus, *Boucat* tr. 3. diſſ. 3. art. 3. tum ex Barnabitis Congregat. S. Paulli nuperrimus D. *Fortunatus Venerius* in Theol. t. 2. ubi de div. Scient. circa futura diſp. unic. art. 8. n. 76.

Ex Minoritis vero recens *Creſcentius Kriſper* eam problematice docuit in t. 1. tr. 1. diſt. 14. q. 1. & quidem, ni fallor, in partem ipſe adfirmantem vehementer propendet. Quin & idem e ſuis pro adfirmante laudat *Cavellum* & *Poncium*, e quibus tamen *Poncius* negantem aperte tradere videtur diſp. 5. n. 37. edit. Pariſienſ. 1652.

Nec inſuper omittendi, & ii quidem plurimi, qui cum *Bertio*, infra addu. cendo Part. III. ubi de Gratia efficaci, ſcientiam ſtricte mediam lubentiſſime admittunt in ſtatu naturae innocentis. Nec demum praetereundus *Tournelyus* de Scientia Dei quaeſt. 16. art. 5. ubi, licet videatur quaeſtionem de Scientia Media problematice commentari, nullus tamen, qui integrum percurrat commentarium, non videt, eum ſtare pro Scientia Media; quam ob rem a *Billuartio* graviter ac peracerbe exagitatur.

(*o*) Ex *Rui.* d. 60.

(*p*) Ap. AA. NN. *Rui.* a d. 61. *Herize* heic d. 7. *Annatum* de Scient. Med. ſparſim. *Henao.* cit. alioſque heic ſparſim.

(*q*) Multa alia dat *Rui.* a d. 62. ad 64.

ticis & catholicis quaeſtiones, quae negata Scientia conditionata, nullae eſſent: e. c. cur Deus, praeſciens, malos Angelos, Adamum, alioſque homines in peccatum lapſuros, eos tamen creaverit, & quidem liberos? cur permittat tentari, quem novit ſuperandum? & ſimilia; in quibus porro praenotitia potens ita ab iis Deum retrahere, ſeu ad ea adlicere, non eſt abſoluta, ſed conditionata. Hinc *Aug.* (r) l. de dono perſev. c. 6. ſcribit, Deum his, *quos praevidit, ſi apud eos facta eſſent, ſuis miraculis credituros, quibus noluit ſubvenire, non ſubveniſſe*. Praevidit ergo conditionate. Idemque diſputat toto cap. 9. & 10. eiuſdem libri. Et l. de praedeſt. SS. cap. 10. *Praedeſtinatio* (quae heic idem valet, ac decretum efficax, ut liquet ex contextu) *eſt, quae ſine praeſcientia eſſe non poteſt; poteſt autem eſſe ſine praedeſtinatione praeſcientia* &c. Praeſcientia heic ſumitur apud Aug. pro Scientia futurorum: quae autem eſt haec ſua praeſcientia independens a decreto efficaci? Non plane Scientia abſolute futuri, quod in decreto videri debet (ſi non ſit peccatum) ſed conditionate futuri (s).

262 Item *D. Th.* (t) *omnes autem exteriores motus a divina Providentia moderantur, ſecundum quod ipſe judicat, aliquem eſſe excitandum ad bonum iis, vel illis actionibus*. Illud autem judicium praecedit decretum, quo excitatio decernatur: eſt ergo Scientia conditionata, non Viſionis, quae decretum ſupponit. Et (u) *praedeſtinatio ſupponit praeſcientiam futurorum*, & propterea adſerit, ex nullo decreto extituram Verbi I carnationem, Adamo non peccante.

263 Cenſet igitur, quamcumque praedeſtinationem unionis hypoſtaticae ſupponere illam praeſcientiam: at quaecumque poſſibilis ejuſmodi praedeſtinatio non ſupponit praeſcientiam abſolute futurorum; quoniam Adamo non peccante, potuiſſet unio hypoſtatica praedeſtinari ex motivo independente a quovis abſolute futuro: igitur praeſcientia illa, quam ſupponit decretum praedeſtinans, eſt Media, ſeu conditionate futurorum. Propugnat inſuper Sanctus Doctor praecipuum fundamentum Scientiae Mediae, ſcilicet voluntatem non a Deo, ſed a ſe determinari ad operandum (x) *determinatio actionis, & finis in poteſtate liberi arbitrii conſtituitur*. Et (y) *quod determinate exeat* (voluntas) *in hunc actum, vel illum, non eſt ab alio determinante, ſed ab ipſa voluntate*. Et alibi (z). His permulti alii PP. adnectuntur (a).

264 Conſtat ex Scholaſticis. Nam *Magiſter* (b), cum Interpretibus, adducit Scientiam conditionatam de poenitentia Tyri, & Sidonis, ſi in

(r) Quem pro hac Scien. *Fonſe. Suar. Vaz.* ſaepe adlegarant in ſcriptis prelo datis, ante controverſias de Auxiliis, teſte *Annat.* cit. d. 4. c. 1. n. 7.

(s) Plura ex Aug. *Annatus* cit. d. 1. c. 3. §. 3. *Borrull.* de Scien. Med. d 7. per tot. *Herize.* d. 7. c. 5 per tot. *Rui* d. 66 l. 5. *Vaz* heic d. 67 c. 1. n. 6. 8. *Quadr.* Caduc. t. 1. p. 1. pun. 12. a n. 165.

(t) De Verit. q. 24. a 14. O.

(u) III. p. q. 1. a 3. ad 4.

(x) In 2. diſt. 25. q. 1. a 1. ad 3.

(y) Ibid. diſt. 39. q. 1. a 1. O.

(z) Plura ex D. Th. *Rui.* d. 67. ſ 2. *Herize.* cit. c. 6. *Borru.* d. 8.

(a) A *Vaz.* cit. *Rui.* d. 65. 66. *Annat.* ſparſim, *Petav.* dogm. Theol. t. 1. l. 4. c. 8. *Quadr.* in Caduc. t. 1. p. 1. pu. 10. a num. 131.

(b) I. diſt. 43. c. ult.

ſi in eis virtutes factae fuiſſent: quo ſuae quaeſtioni facit ſatis, & quieſcit. *Alex. Richar.* & alii quaerunt de divinae Incarnationis convenientia, Adam non peccante, ſub aliquibus conditionibus: adeoque ſupponunt in Deo Scientiam de eo conditionatam, & a decreto Incarnationis independentem. Ceteri nobiliores Scholaſtici, ut *Bonav. Scot. Henric. Duran. Carthuſ. Adrian.* aliique antiquiores (*c*) multoque plures iuniores, cum *S. Franciſco Saleſio*, *V. Bellarm.* &c. (*d*) immo XXXIII. graviſſimi Scriptores *Dominicani* (*e*) noſtram Scientiam Mediam vel ſupponunt, vel inſinuant, vel adſerunt.

265 Conſtat ex ratione antiquitati innixa. Nihil enim antiquius aliquibus veritatibus, quae imbibunt, ſeu liquido inferunt Scientiam hanc. E. g. quod Deus ab aeterno adtingere debeat quidquid quocumque modo eſt adfirmabile, ſeu negabile, quale eſt quodvis conditionate futurum, independenter a purificatione conditionis, adeoque & a quovis decreto abſoluto. Tum quia ad divinam Providentiam ſpectat praecognoſcere, independenter a decreto operationis, ea omnia, quae operantem retrahere poſſunt a decernendo, vel adlicere ad decretum; uti poteſt adlicere, ſeu retrahere eventus bonus, aut malus Angeli, vel hominis, ſi creetur. Tum quod ſit prudens ad Deum recurſus ante ſtatus electionem, ut eam inſpiret, ſi eventura ſit bene, aut avertat, ſi male; qui tamen vanus eſſet, negata Deo Scientia conditionata. Tum quod Deus libere permittat peccatum, denegando auxilium efficax; ſcit igitur evitandum fore peccatum, ſi det auxilium, quod denegat. Tum quod peccatum ſit impedibile a creatura; non autem eſſet ejuſmodi, negata Scientia Media, quae creaturae ſit determinative libera, & Deo pure contingens; quod enim ex inimpedibili ſequitur per bonam conſequentiam, inimpedibile eſt (*f*). Plures inſuper ſuppetunt rationes (*g*).

266 Ad 2. prob: eſt utiliſſima ad conciliandam noſtram libertatem cum efficacia gratiae, praedeſtinatione, reprobatione, praefinitione bonorum actuum. Ac ea Scientia, quoad rem uſi ſunt PP. & TT. a primis Eccleſiae crepundiis uſque modo, data occaſione, in ſuis diſſertationibus (*h*). Ad 3. non eſt otioſa, quae Deum probat omniſcium, & perfecte providum. Nec incongrue tandem *Media* vocatur, quum ipſa adeo clarius inventa ſit Deo pure contingens. Ad 4. rixae in ejus partu ſubortae ſunt cum exteris, non culpa ſua, quum tandem poſt tot probationes omni labe immunis evaſerit. Quod vero Jeſuitae, his poſitis, in alias dividantur ſuper hac Scientia quaeſtiones, ex ipſius Scientiae feracitate provenit, & ad ejus explicationem, ornatumque ſubſervit.

267 QUAESTIO II. Num reapſe ſit in Deo Scientia late Media, ſeu infallibilis cognitio de contingentibus conditionate futuris? ADFIRMO cum Scho-

(*c*) Ap. *Rui.* d. 67. tot.
(*d*) Ap. *Henao* cit. ab Eventil. 43. ad 45.
(*e*) Ibid. Eventil. 43. pag mihi 291.
(*f*) Rurſus de hoc argumento in L. III. ubi de Praefinitionibus.
(*g*) Ap. *Rui.* a d. 61. *Annat. Heriz.* citt. *Aran* heic l. 5. per tot. *Thyrſ.* in ſelect. t. 1. d. 12. & alias &c.
(*h*) Ap. *Quadr.* cit. p. 1. pu. 10. a num. 132.

Schola noſtra [*i*], & communi Thomiſtarum [*k*], qui nobiſcum ſentiunt. Immo theſis haec ita ſimpliciter adſerta, de fide eſt ap. *Amic.* [*l*], quum ſit aperte in Scripturis revelata [*m*]. Ratio Theſis; quia noſcere quid creatura unaquaeque ſit libere operatura, ſub quavis occaſione poſita; maxima perfectio eſt, & confert ad exactam providentiam Dei erga rationalia: ergo haec ei perperam denegatur.

268 Praeterea actus liberi creaturae, tum praeſentes, tum abſolute futuri, prius ratione cognoſcuntur a Deo ut conditionate, quam ut abſolute futuri, ſeu exiſtentes (*n*). Quia actui libero prius ratione convenit, quod poſita conditione ponatur, quam quod ſit abſolute futurus aut exiſtens. Haec praeterea conditionalium Scientia eſt in primis Deo formaliter, non virtualiter (*o*). Quia eſt formalis, non virtualis expreſſio objecti. Ac eſt deinde infallibilis, non modo ex parte cognoſcentis, ſed etiam ex parte rei cognitae (*p*). Secus enim fieri poſſet, ut objectum aliter eſſet in ſe, atque a Deo noſcitur, ac enuntiatur. Fertur tandem ad omnia conditionate futura poſſibilia (*q*). Quia perfectius eſt haec ſcire, quam aliqua determinate. Et quidem tum illa quae aliquando, tum quae numquam abſolute exiſtent (*r*), ob eandem rationem.

OBJECTIONES.

269 Obj. *primo*. Adſertum repugnat Scripturis, & PP. Nam 1.° ſaepe Deus enuntiat effectus conditionate futuros ſub particulis *forte*, *forſitan*, quae incertitudinem ex parte objecti denotant, ut Gen. 3. Ex. 4 Deut. 4. Matt. 11. 2.° multi PP. oppoſitum docent. Aug. (*s*) exponens Sap. c. 14. *raptus eſt*, *ne malitia* &c. ait: *dictum hoc, eſt ſecundum pericula hujus vitae, non ſecundum praeſcientiam Dei, qui hoc praeſcivit quod futurum erat, non quod futurum non erat*. Idem (*t*) *quomodo enim dicitur praeſciri futurum, quod non eſt futurum?* Et ſimiliter alibi (*u*). Quibus aperte Deo denegat Scientiam conditionatam futurorum. D. Thom. (*x*) adprobat retractationem D. Aug. in l. de dono perſev. ſuper Scientiam Mediam, quam adprobarat l. de 6. qq. paganorum.

270 Idem ſaepe docet, Deum non niſi conjecturaliter ſcire futura contingentia (*y*). Et (*z*) pro certitudine praedeſtinationis, recurrit ad indeterminatum cumulum auxiliorum, adeo ut praedeſtinatus, ſi prioribus

(*i*) Cum *AA.* cit. *Suar.* opuſc. 2. *Annato* t. 1. *Rui.* heic a d. 61. ad 81. *Petav.* l. 4. de Deo c. 8. *San-Gallenſ.* tr. 2. q. 5. *Theol. Petrocorienſi* t. 1. l. 3. q. 4.

(*k*) Ap. & cum *Pau. a Conc.* heic d. 4. n. 7. *Gon.* heic d. 5. *Mezg.* tr. 1. d. 14. §. 1. quibus vulgo adhaerent Scotiſtae cum *Henno* tr. de Deo d. 5. q. 5. *Fraſſen.* tr. 2. d. 1. art. 1. ſect. 3. q. 1. *Poncio* d. 5. q. 6. concl. 2.

(*l*) Diſp. 12. n. 162.

(*m*) Ex variis locis ibidem.

(*n*) *Rhod.* q. 4. ſ. 3. §. 3. cum *Suar. Rui. Heri. Viv.* cit. n. 4.

(*o*) *Amic.* cit. n. 172.

(*p*) Ibid. n. 174.

(*q*) Ibid. n. 166. contra Henriq

(*r*) *Aran.* Schol. Scien. Med. l. 5. d. 24. a n. 5.

(*s*) De Praedeſt SS. c. 14.

(*t*) De Anima & ejus orig. l. 1. c. 12.

(*u*) Ap. *Rui.* d. 66. ſ. 8. & *Borrull* d. 7. ſ. 4. 5.

(*x*) III. p. q. 1. a 5. ad 2.

(*y*) Ut heic q. 14. a 3. de verit. q. 12. a. 10. in 1. dif. 38. q. 1. a. 5.

(*z*) De verit. q. 6. a. 3.

ribus reſtitit, poſterioribus adquieſcat: unde nec agnovit Scientiam conditionatam, nec eam neceſſariam putavit ad praedeſtinationem. Fulgentius (*a*) ſcribit, *Deum non praeſciviſſe, quae futura non eſſent*. Quid ſimile Damaſc. (*b*) inquiens, ejuſmodi Scientiam *non eſſe praeſcientiam, ſed impoſturam*. Idem ferme Greg. (*c*) Boët. (*d*) atque Anſel. (*e*) ſcribens, *hoc ipſo quod praeſciri aliquid dicitur, futurum eſſe pronuntiatur*, hiſque aperte ſuffragari videntur Hug. (*f*) Mag. (*g*), alii.

271 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. ſentio cum *D. Hier.* (*h*) quod *verbum ambiguum* forſitan *Majeſtati divinae non poteſt convenire, ſed noſtro loquitur adfectu, ut liberum hominis ſervetur arbitrium*. Ad 2. *N. A.* Aug. primo adlegatus ſolum vult contra Maſſilienſes, quod nemo mereri poteſt, aut demeriri per opera, quae faceret ſub hypotheſi; ſed per opera, quae actu fecit. Idem vult ſecundo adlegatus; ſubjungit enim, nullatenus praeſciri ut punienda, crimina, quae nunquam erunt actu. Nec alibi Scientiam conditionatam ex mente propria denegare potuit, qui ſibi ubilibet conſtans eſt.

272 D.Th. probat retractationem Aug., quatenus hic refert Chriſti praedicationem his, & non illis, ad ſecretum Dei judicium, non ad Scientiam conditionatam, de horum, & non illorum audientium converſione, contra id, quod prius docuerat. Quid tum vero? Deinde quod Deo ſola inſit illa conjecturalis Scientia, Calvini ſolutio eſt, & doctrina (*i*), quae propterea longe diſtat a S. Doctoris mente, quae ſolum potuit illam intendere Scientiam erga futura contingentia, prout cognita in ſuis cauſſis proximis. Recurrit tandem ad cumulum auxiliorum indifferentium pro certitudine morali, quum ſit moraliter impoſſibile, illo aliquem non converti, ac praedeſtinari; non pro formali, quae habetur ex decreto praedeſtinante, regulato per Scientiam Mediam de conſenſu ſub auxilio determinato (*k*).

273 Fulgent. loquitur de Scientia Viſionis, ex qua ſola id poſſit fieri, quod Deum ex illa praeſcientia facere Pelagiani putabant. Damaſc. redarguit Manichaeos, & Marcionem, ſi loquantur de Scientia peccati conditionaliter futuri, ſub conceptu, & ex ſuppoſitione, quod futurum ſit. Greg. eo ſenſu negat Deo praeſcientiam futurorum, quo ſenſu dicuntur omnia ſibi praeſentia. De Boët. idem omnino dixeris. Anſel. loquitur de Scientia ſtricte futurorum, nec enim ſimplicem intelligentiam ignorarat. Hug. & Mag. praeſcientiam ſumunt pro Scientia abſolute futurorum: quare illam Deo negant de non futuris, non vero Scientiam ſimplicem, & conditionatam (*l*).

274 Obj. *ſecundo*. Scientia haec multiplicem praefert imperfectio-

(*a*) De verit. praedeſt. l. 1.
(*b*) Dial. contra Manich.
(*c*) L. 20. Mor. c. 23. alias 24.
(*d*) L. 5. de conſol. proſ. 6.
(*e*) De concor. lib. arbi. c. 2.
(*f*) De Sacram. l. 1. p. 2. c. 16.
(*g*) I. Sent. diſt. 35. §. *Ad hoc*.
(*h*) In c. 26. Jerem.
(*i*) In Antidoto ad c. 11. Matt. ap. *Rhod.* heic q. 4. ſ. 1. §. 1.
(*k*) V. *Rui.* cit. d. 66. ſ. 8. *Borrull.* d. 7. *Herize* d. 7. c. 6. a n. 31.
(*l*) Conf. *Rui.* d. 66. ſ. 9.

nem. Nam 1.° importat compoſitionem; quia componit conditionatum cum conditione; diſcurſum, quia idem eſt, *ſi Sol lucet, dies eſt*, ac *Sol lucet: ergo dies eſt*; abſtractionem, quum nihil adfirmet, aut neget; ineptitudinem; nam videns Solem, inepte adderet, *ſi Solem videam, gaudebo*; otioſitatem, quum judicium ſuapte natura practicum, ſi nullum ſortiatur effectum, otioſum ſit. 2.° dicit inverſionem in modo cognoſcendi; nam adtingit ut diſtincta quae identica ſunt, nimirum exiſtentiam conditionis abſque coexiſtentia cum conditionato; quae tamen exiſtentia & coexiſtentia idem ſunt. 3.° imbibit ſuperfluitatem, quum Scientia ſimplex, & viſio abunde ſufficiant pro omni objecto, quod fuit, eſt, vel erit; aut nec fuit, nec eſt, nec erit, ſed eſſe poteſt.

275 R. *N. Adſ.* quia, eſto multas imperfectiones occludat Scientia conditionata creata, non tamen quae identica Deo eſt. Ad 1. prob. *N. A.* Nec enim importat compoſitionem; quia conditionem, & conditionatum ſimplici intuitu videt. Nec diſcurſum, quia non facit progreſſum ab uno ad aliud. Et quidem in propoſitione conditionata τὸ *ſi* non ſignificat illationem mentalem, ſed tantum concomitantiam duorum enuntiabilium, cum dependentia unius ab alio vel libera, vel neceſſaria. Nec ſuſpenſionem, quia jam adfirmat, aut negat de objecto, quod poteſt pro ſigno ſtatus conditionati. Nec ineptitudinem, quia haec Scientia habetur pro ſigno priori ad Scientiam viſionis. Nec otioſitatem, quia judicium conditionatum, ex indole ſua, non niſi ſub conditione poteſt effectum ſortiri. Ad 2. *N. A.* nam utrumque adtingit modo conformi; nimirum conditionem, ejuſque exiſtentiam, penetrando aptitudinem ad eventum, iſtumque adfirmando ſub illa conditione. Ad 3. *N. A.* quia ulterius ad adtingendam veritatem conditionatam, ad Scientiam conditionalem recurrendum eſt, priorem, ſcilicet, Scientia abſoluta prioritate independentiae (*m*).

276 QUAESTIO III. Num Scientia Media praevideat futura libera conditionata, independenter ab actuali decreto? En cardinem graviſſimae controverſiae. ADSERO 1. Ita praevidet. Sic univerſa Schola Jeſuitica (*n*) contra Thomiſticam (*o*). Quia ejuſmodi decretum, in quo Deus illa futura intueretur, deberet eſſe praedeterminans, aut condeterminans; alioqui non connecteretur cum conſenſu conditionato; ſed ejuſmodi decretum everteret libertatem ejus conſenſus (*p*): ergo. Deinde hoc decretum eſſentialiter ſuperfluit: quoniam ad veritatem propoſitionis conditionatae eſſentialiter verae, qualis eſt omnis divina propoſitio, non requiritur adeſſe aliquid aliud; quum ſimilis propoſitio in eſſe verae non connectatur abſolute, ſed conditionate duntaxat cum eo, quod adfirmat (*q*).

Heinc

(*m*) Plura dabunt objecta & ſoluta praelaudati Scriptores, quos adeas.

(*n*) Ap. & cum *Amic.* d. 12. ſ. 12. *Marin* heic d. 10. per tot. *Rib.* d. 6. a c. 1. cum reliquis nuper citt.

(*o*) Cum Pan. a Conc. cit. d. 2. & Mezg. tr. 1. d. 14. art. 1. & ſeqq. ac Scotiſtis communius cum Ponc. Fraſſ. Henno.

(*p*) Ex *infra* L. III. ubi de Praefinitionibus.

(*q*) Conf. *Viva* cit. q. 4. a n. 7. *Rhod.* cit. q. 4. ſ. 2. §. 2. *Borr.* cit. a d. 6. ad 12. *Thyrſ.* in ſelect. d. 13. a n. 12.

277 II. Heinc ruit penitus ſententia Thomiſtica, ubi docet, Deum per ſolam ſimplicem intelligentiam illuminatum, concipere decretum ſubjective abſolutum, id eſt exiſtens, & objective conditionatum, id eſt tendentiae conditionatae, v. g. ejuſmodi: *volo, ut Tyrii, ſi videant virtutes Chriſti, phyſice ad converſionem praedeterminentur, ac convertantur*; quo quidem poſito, & infallibiliter connexo cum conditionato Tyriorum conſenſu, hic videatur per Scientiam viſionis, qua videntur omnia cum divinis decretis connexa (*r*). Quid autem ejuſmodi tendentiae decreto magis implicatorium, & ſuperfluum? Adſertum noſtrum nervoſe promovet ſingillatim adverſus Janſeniſtas *Simonn.* (*s*) Quantum vero haec bina Adſerta Scripturis, Patribus, & Rationi cohaereant, planum fiet ex ſolutione objectionum, quas fuſiore tantiſper calamo ſubjicimus.

OBJECTIONES.

278 Obj. *primo* contra primum Adſ. quod Scholae Jeſuiticae Caracter eſt. Haec Scientia, ab omni divino Decreto actuali independens, ex nullo capite probari poteſt. Non 1.° ex Scripturis, in quibus altum de hac independentia ſilentium. Non 2.° ex PP. ob eandem rationem. Non 3.° ex aliqua ratione ſolida: ergo nefas eſt eam propugnari.

279 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Scripturae ſupra datae pro Scientia conditionata, iſtam quoque probant a decreto independentem: eo maxime, quod aliunde praebent Scripturae noſtrae libertati determinationem ad bonum, & malum, *Joſ.* 24. 15. & 22. *Judic.* 5. 9. & 1. *Paral.* 21. 10. *Eccli.* 15. 14. *Iſai.* 5. 2. & 4. *Matt.* 11. 21. & 23. 37. (*t*) adeoque implicite evidenter eam denegant cuicumque divino decreto praedeterminanti; a quo propterea, conſequitur, independere, & abhorrere Scientiam conditionatam (*u*).

280 Ad 2. multi PP. quos per Secula recenſet *Quadr.* (*x*) Scientiam ſtricte Mediam, ſeu a decreto independentem, agnoverunt & uſurparunt. Alios ſparſim profert *Rui.* cit. Prae ceteris clarius loquuti ſunt SS. Aug. & Th. ubi *ſupra* (*y*). Tum ſignanter Aug. (*z*) *cujus autem miſeretur* (Deus) *ſic eum vocat, quomodo ſcit ei congruere, ut vocantem non reſpuat*, & alibi (*a*); ac D. Th. (*b*) *praeſcientia praedeſtinationem excedit, non in malis ſolum, ſed etiam in omnibus bonis, quae non fiunt ſola virtute divina*: praeſcit ergo Deus multa etiam bona, ad quae cum creatura concurreret, quin ea decernat. Et alibi (*c*).

281 Ad 3. en rationes potiſſimas, quae hanc Scientiam directe probant. Prima Ratio: conditionate futura habent, ſeorſim ab omni decreto, veritatem conditionate enuntiabilem: ergo iſtam Deus ſcit, ſeorſim ab omni decreto. Secunda: haec Scientia eſt ſimpliciter impedibi-

(*r*) Ita Thomiſtae cum Pau. a Conc. cit. d. 3. n. 41.
(*s*) Tr. 1. d. 5. q. 5. art. v. reſp. 3.
(*t*) Uti exponit *Borr.* d. 6. ſ. 1. 2.
(*u*) Plura *Rui.* a d. 62.
(*x*) Caduc. p. 1. pu. 10. n. 131.
(*y*) N. 225.
(*z*) L. 1. ad Simpl. q. 2.
(*a*) Ap. *Quadr.* cit. pu. 12. §. 1. *Aran.* l. 5. d. 26. n. 118.
(*b*) De verit. q. 12. a. 10. ad 3.
(*c*) Ap. *Quadr.* cit. §. 3. *Aran.* cit. n. 119.

lis, & evitabilis; quoniam poteſt a creatura adponi impedimentum efficax illius, nimirum omiſſio poſitiva conſenſus, ab ipſa conditionate praevifi: ergo eſt Scientia Media. Tertia: haec Scientia eſt in exiſtendo determinabilis a conſenſu conditionate futuro; quoniam omnis, & ſola Scientia a libertate determinabilis poteſt eſſe de objecto a libertate determinabili, uti e contrario omnis, & ſola Scientia indeterminabilis poteſt eſſe de objecto indeterminabili; at omnis, & ſola Scientia de objecto determinabili a libertate, eſt cum iſta compoſſibilis: ergo.

282 Quarta: homo habet poteſtatem abſolutam, & antecedentem, ut quaevis adſertio de ſuo conſenſu contingenti vera non ſit: ergo & ne ſit in Deo notitia de ipſo conſenſu, prout actu eſt: & en Scientiam Mediam. Quinta: ante omne decretum de futuro conditionato poſſunt efformari contradictoriae, quarum una ſit determinate vera, & altera determinate falſa; ſed quaecumque vera ſit, arguit futurum ſub conditione determinate verum: ergo hoc debet a Deo cognoſci per Scientiam Mediam. Sexta: eſt reapſe in Deo praeſcientia peccati quoad malitiam formalem conditionate futuram, abſque ullo decreto praedeterminante: ergo illam ſcit Deus in ſe ipſa per Scientiam Mediam (*d*).

283 Obj. *ſecundo*. Hujus Scientiae doctrina Pelagianiſmo favere videtur. Nam 1.° inducit objectum independens tum a Praedeſtinatione, quia haec, per nos, vel connectitur, vel ſubſequitur Scientiam Mediam; tum a gratia efficaci, quae conſtituitur ex praeſcientia operis, ſub illa, & non ex illa futuri; tum a concurſu Dei, cui prius eſt praeſcire, quid voluntas ageret ſub hac, vel illa hypotheſi, quam velle cum illa concurrere. Haec vero pelagiana ſunt. 2.° in via Scientiae Mediae, creaturae determinatio, quae eſt tota ejus libertas, & origo laudis, & meriti, quaſi expectatur a Deo, ut cooperetur: ergo independet a Dei voluntate, gratia, & concurſu: quod Pelagianiſmum redolet. 3.° Pelagius negavit gratiam praedeterminantem, quae, ſcilicet dat actu velle, & actu agere, timens ex ea everſionem libertatis, ac evacuationem laudis, & meriti: ut patet ex ſuo hoſte Auguſt. (*e*); at doctrina Scientiae Mediae idem timet ex thomiſtica gratia, quam propterea negat.

284 R. *N. Adſ.* quod inculcant Praedeterminantes, quibus nos potiori jure poſſemus obtrudere, ſuum decretum praedeterminans Luthero, Calvino, Janſenio favere; quippe quibus illud non valde diſplicet, ubi Scientia Media vehementer exoſa eſt: id quod ſaltem de Janſenio, ac Lutheri, Calvinique Sectatoribus a pertiſſime liquet. Ad 1. prob. *N. A.* quia ejus objectum ex parte eventus dependet a Praedeſtinatione, quam importat; uti & a gratia efficaci, ſumpta pro operatione, hujuſque praeſcientia, ob eandem rationem; tum a concurſu Dei, quem ſic pariter includit; praeſcit enim Deus, quid voluntas ageret, non ſe ſola, ſed Deo concurrente. Et vero conſenſus, qui eſt eventus Scientiae Mediae, ſolum dependet ab iis, tanquam a cauſſa neceſſario concurrente, non

(*d*) V. *Aran.* cit. a n. 124. ad 145. *Borru.* d. 13. ſ. 1. 2. *Thyrſus* t. 1. d. 15. ſqq.
(*e*) L. 1. de Grat. Chriſti.

non tanquam a determinativa, & electiva: non enim illa ſunt, ſed creaturae determinatio eſt ratio, cur exiſtat conſenſus. Ad 2. *C. A.* ſi τὸ *expectatur a Deo* ſonet Dei adtemperationem ad liberam creaturae determinationem. Et *D. Conſ.* independet tanquam a cauſſa determinante, *C.* tanquam a neceſſario concurrente, *N.* At nihil in hoc pelagianum.

285 Ad 3. Pelagius negavit omnem gratiam internam, diſtinctam a libero arbitrio, & ab externa Dei Lege (*f*); at ſaepe convictus eſt ab Aug. ad gratiam aliquam ſupernam admittendam, qua poſſimus, & velimus agere. Sed quo pacto? En adſertum Aug. (*g*) *Miſericordia Dei praevenit nos: conſentire autem vocationi Dei, vel ab ea diſſentire, noſtrae voluntatis eſt.* Timuerit Pelagius libertatis jacturam ex Gratia efficaci, ſeu dante ipſum *velle*: at occurrit ei Aug. *cujus miſeretur Deus, ſic eum vocat, quo modo ſcit ei congruere, ut vocantem non reſpuat*: haec autem minime cohaerent cum Gratia praedeterminante, immo potius cum Scientia Media, quam aptius dixeris objeciſſe Auguſtinum Pelagio, ut clarius, & facilius Gratiae internae concederet efficaciam, libertati creatae adtemperatam, neutiquam praedeterminantem (*h*).

286 Obj. *tertio.* Scientia haec excuſari nequit a Semipelagianiſmo. Nam 1.° Semipelagiani, ut ſuum errorem protegerent, ad merita, & demerita conditionate praeviſa recurrerunt. 2.° juxta hujus Scientiae doctrinam nec ad gratiam, nec ad gloriam quempiam Deus praedeſtinat, abſque praeviſione ſaltem conditionata meriti: quod Semipelagianiſmo cohaeret. 3.° converſio e. g. D. Paulli conditionate praeviſa ſub auxilio indifferenti, & ſolum moraliter excitanti, praecederet decretum converſionis: ergo converſio eſſet opus, non a gratia, ſed a natura, & libero arbitrio, a quo illa initium ſumeret: id autem adſerebant Semipelagiani, contenti ſcilicet gratia indifferenti, illuminationis, & adfectionis, etiam ad incipiendum ſalutis negotium.

287 R. *N. Adſ.* Equidem Semipelagianiſmus duobus praeſertim erroribus nititur; quod nempe cuncta opera bona, etſi perficienda per gratiam forent, initium ſumunt a natura, ſuis viribus conante, & pulſante, ſine gratia, & ſic gratiam merente; ac deinde per bona opera ſic incoepta, conditionate praeviſa, a parvulis, qui rapiuntur, efficienda, ſi viverent, mereri gratiam Baptiſmi; uti & hanc demereri per demerita conditionate praeviſa, ab ipſis efficienda, ſi viverent. Haec autem a Scientiae Mediae Schola longiſſime exſulant. Heinc ad 1. prob: illi recurrerunt ad Scientiam conditionatam male architectatam: ſed quid inde contra nos, probe illam intelligentes?

288 Ad 2. *C. A.* dummodo ejuſmodi praeviſio non ſit ſufficiens titulus ad merendum, & demerendum, uti Semipelagianiſmus ſomniabat. Ad 3. *N. Con.*; quia non praevidetur converſio voluntatis ſecundum ſe ſumptae, ſed prout conſtitutae in actu primo, & elevatae per gratiam; ſic

(*f*) Ap. *Gaulter* in tabul. chronograph. Pelag. c. 34. Sec. 5. collat. vet. error. c. 3.

(*g*) L. de Spir. & lit. qui eſt contra

(*h*) V. *Aran.* cit. l. 5. a n. 179.

ſic enim voluntas ſimul cum gratia, ſe, gratiam, & Deum determinat. Semipelagiani id adſerebant in ſuo ſenſu nuper expoſito, & quidem haeretico, ut definitum eſt contra Janſenium, & ſuam prop. 4. (*i*) Doctrinam hanc Maſſilienſium toto coelo a noſtra diverſam eſſe demonſtrat *Annat.* ex Aug. & Proſp. (*k*) Damnatur ergo in eis non uſus, ſed abuſus Scientiae Mediae.

289 Obj. *quarto*. Scientia haec deſtruit Dei libertatem. Nam 1.° Deus per eam praevidens, me diſſenſurum ſub auxilio *A.*, non eſt liber ad ponendum meum conſenſum ſub hoc auxilio; nam alioqui ſi Deo liberum ſit impedire, vel non impedire abſolute conſenſum, etiam liberum eſt impedire, vel non impedire Scientiam Mediam de conſenſu; res enim eo modo, quo eſt futura in ſtatu abſoluto, futura erat in ſtatu conditionato: ergo. 2.° Scientia Media de conſenſu Petri ſub auxilio *A.* non proponit divinae voluntati conſenſum cum indifferentia, ſed cum determinatione ad exiſtendum.

290 R. *N. Adj.* Immo illam conſtituit in ordine ad Providentiam erga creaturas rationales, utpote ſciens liberos earum eventus ſub quacumque hypotheſi. Sic enim auxilium, etſi non liberum creaturae, ejus libertatem conſtituit, non deſtruit. Ad 1. prob. *D. A.* quoad primam partem: Deus non eſt liber libertate determinandi conſenſum, ſalva ejus libertate, *C.* libertate impediendi, & non impediendi conſenſum, ut abſolute ponendum, *N.* quia ſic poteſt eum impedire negando ſuum concurſum; & non impedire, nolendo efficaciter eum ſic impedire. Et *N.* quoad ſecundam partem cum prob. ſubj.

291 Conſenſus enim futurus in ſtatu abſoluto dicit formaliter conſenſum, Deique concurſum, abſolute exiſtentes, a quibus tamen praeſcindit conſenſus futurus in ſtatu conditionato; ſiquidem ad effectum, qui non eſt, ſed eſſet, ſufficiunt cauſſa creata, & Omnipotentiae adplicatio, quae non ſint, ſed eſſent, ſi produceretur effectus. Heinc libera Deo eſt impeditio conſenſus abſoluti, non conditionati; adeoque nec Scientiae Mediae, quae a conditionate futuro neceſſario conſurgit, & determinatur. Ad 2. Scientia Media proponit conſenſum, ut determinate libere exſtiturum; adeoque cum indifferentia libertatis.

292 Obj. *quinto*. Scientia haec evertit libertatem creatam. Nam 1.° complexio ex Scientia Media, & decreto collativo auxilii eſt efficaciter connexa cum conſenſu: ergo hic liber non eſt. 2.° eadem complexio eſt inimpedibilis a voluntate conſentientis; tum in ſtatu conditionato, in quo voluntas nihil eſt; tum in ſtatu abſoluto, in quo voluntas eſt poſterior Scientia Media, quin ſit ejus objectum; quum tamen actus voluntatis, per nos, ſolum objective determinando poſſit Scientiam Mediam impedire. 3°. libertas divina conſiſtens in divino decreto, eſt principium, & radix libertatis creatae; adeo ut implicet intelligi ante ipſum libertatem creatam; at Scientia Media ſupponit res eſſe conditionate futuras ante omne decretum: ergo tollit libertatem creatam.

R. *N. Adj.*

(*i*) Ap. Viv. heic. (*k*) D. 3. c. 4. per tot.

293 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* eſt connexa connexione conſequente conſenſum, *C.* antecedente, *N.* Quia conſenſus determinat Scientiam Mediam, & indifferentiam decreti collativi auxilii. Ad 2. *N. A.* quia imprimis eſt impedibilis in ſtatu conditionato per diſſenſum, non qui eſt, ſed qui eſſet, quem nimirum, ſi vellet, poneret voluntas, ſi conditio poneretur. Deinde eſt impedibilis in ſtatu abſoluto per diſſenſum, qui potuit eſſe; hic enim, ſi eſſet, impediret, ne unquam illa complexio in Deo praeceſſiſſet. Inſuper conſenſus abſolute futurus eſt idem ac conditionate futurus; adeoque etiam in ſtatu abſoluto eſt objectum Scientiae Mediae, ipſum conditionate adtingentis: unde & eſt ipſa prior prioritate determinationis objectivae, etſi poſterior durationis poſterioritate.

294 Ad 3. *D. Mi.* ante omne decretum praedeterminans, *C.* indifferens, collativum libertatis, quod quidem includit ipſa Scientia, *N.* Ab hoc decreto, terminato ad ſingulos actus liberos creatos in individuo, liber conſenſus fluit, & cauſſatur phyſice, non determinative; implicat enim conſenſus liber ex aliena determinatione.

295 Obj. *ſexto*. Scientia haec ex aliis titulis repugnat. Nam 1.° eſt Deo caſualis; cum Deo caſu adeidat, quod Petrus potius conſentiret, quam diſſentiret; & quum aliunde nec Deus praefiniat, nec permittat conſenſum conditionatum Petri. 2.° Deus eſſet author peccati; nam poneret libere hominem in circunſtantiis, ſub quibus per eam Scientiam videret infallibiliter hominem peccaturum. Immo ſic Deus ſequeretur nutum hominis, ſive bene, ſive male operantis: adeoque ad bonum, & ad malum aeque concurreret, tanquam author utriuſlibet. 3.° ſi creatura praevideatur per Scientiam Mediam diſſenſura ſub auxilio *A.*, nequit Deus efficaciter amare, & inducere complexionem ex auxilio *A.*, & conſenſu ſalutari; tametſi haec complexio pro omni caſu bona ſit: quod implicat.

296 R. *N Adſ.* Ad 1. prob. *N. A* nam Deus neceſſario ſcit omnia, & omni modo, quo ſciri poſſunt ab eo. Neque conſenſus, ut ſciatur a Deo tanquam pure conditionatus, requirit ejus praefinitionem, aut permiſſionem; bene vero ut ſciatur tanquam abſolute exiſtens. Ad 2. *N. A.* Nam per eam Scientiam videret hominem peccaturum ex propria electione, non ex poſitione praeviſa in illis circunſtantiis. Ac licet Deus nutum quoquo modo operantis ſequatur, at diverſimode, ſcilicet adfective erga bonum, pure permiſſive erga malum, cujus propterea minime eſt author. Ad 3. *C. A.* quod ſequitur neceſſario ex decreto, volente creaturas liberas: quare quod Deus ex conditionata creaturae determinatione fiat proxime impotens inducere, ac amare terminum, quem praeviſi ſumus impedituri, eſt quid conſequens voluntatem divinam, quae nos liberos creavit (*l*).

297 Obj. *ſeptimo* contra 11. Adſ. Decretum Thomiſticum, a quo dependet Scientia conditionata contingentium liberorum, eſt ſimpliciter neceſ-

(*l*) V. *Annat.* ſparſim, praeſertim d. 4. c. 3. *Borr.* ſparſim, praeſertim d. 6. ſ. 3. d. 7. ſ. 4. & d. 10. a ſ. 6. *Aran.* cit. l. 5. d. 26. ſ. 5.

neceſſarium. Nam 1.° converſio Tyriorum v. g. ab ſtatu neceſſario poſſibilitatis tranſit ab aeterno ad ſtatum contingentem futuritionis conditionatae; ſed quod ita tranſit, exigit, quod ab aeterno exiſtat ratio determinans eum tranſitum, ſcilicet divinum decretum, quod eſt prima radix futuritionis: ergo hoc abſolute exiſtit ab aeterno. 2.° exiſtentiae conditionatae proportionatum eſt decretum conditionatum, ſicut exiſtentiae abſolutae decretum abſolutum, & exiſtentiae poſſibili decretum poſſibile. 3.° effectus eſt conditionate futurus, non vero decretum: ergo ne ſit minor exiſtentia cauſſae, quam effectus, ſtatuendum eſt decretum ſubjective abſolutum, & objective conditionatum.

298 R. *N. A.* Quia in primis hoc decretum, etiam apud varios doctiſſimos Thomiſtas (*m*) adpellatur profecto fictitium, frivolum, falſum, improbabile, inintelligibile, otioſum, Deum imperficiens, D. Thomae contrarium. Deinde ipſum repugnat, uti Thomiſtica praemotio, quam inducit. Tum quia laedit divinam Sanctitatem; eo enim Deus decerneret, & per ſe vellet peccatum quoad materiale & quoad formale; quum hoc utrumque ſit conditionate futurum. Tum quia obſtat divinae Providentiae, quae, ne coeco modo procedat in decernendo, debet pro priori ad omne decretum, noſcere eventus libertatis creatae, & auxilium conditionate futurum. Tum quia cohaeret cum Fato, quod PP. impugnabant (*n*), utpote, apud Fatidicos, connexum cum opere, & ab uſu libertatis independens. Tum quia auxilio diſſentiens injuſte increparetur, quum diſſenſus eſſet conſequens neceſſarium ad defectum decreti praedeterminantis, ſoli Deo liberi.

299 Tum quia *Act.* 22. dixit Deus Paullo, *feſtina, & exi velociter de Hieruſalem, quoniam non recipiunt teſtimonium tuum de me*: ubi haec imbibitur conditio: ſi Hieroſolymis pradicaveris, non credent tibi. Haec autem veritas conditionalis niti nequit decreto actuali, quo Deus decreverit ne Judaei crederent, ſi Paullus praedicaret; etenim ex *Proſp.* (*o*) *non eſt catholicum dicere, quod qui non credunt evangelicae praedicationi, ex Dei praedeſtinatione, & conſtitutione non credant*: ergo.

300 Ad 1. prob. *D. Ma.* tranſit phyſice, & abſolute, *N.* logice, & conditionate, *C.* Et *D.* reſp. *Mi.* Futura conditionata non ſunt ſimpliciter futura, ſed eſſent; adeoque nec requirunt cauſſam aliquam exiſtentem pluſquam conditionaliter. Ad 2. *D. A.* decretum ſubjective, & objective conditionatum, *C.*, quia ejuſmodi exiſtentiae ſufficit decretum, quod eſſet: ſubjective abſolutum, & tantum objective conditionatum, *N.* Ad 3. *N. A.* quia ſub eadem conditione, qua eſt verum, quod exiſteret effectus, eſt verum, quod decretum exiſteret; etſi diverſimode; nam ſub conditione libertatis eſſet contingenter modo verum, quod effectus liber exiſteret: at eſſet neceſſario conſequenter verum, quod exiſteret decretum. Haec igitur conditionata decreti futuritio, quae cognoſcitur per ipſam Scientiam Mediam, nullam importat ſubceſſionem, ſed tantummodo hanc veritatem: *ſi exiſteret terminus, exiſteret decretum.*

Obj.

(*m*) Ap. *Henao* cit. event. 2. a n. 58. (*n*) Ap. *Aran.* cit. n. 89. (*o*) Sent. 14. ad Gallos.

301 Obj. *octavo* Scientia conditionata eſt Deo libera, & quidem non immediate ratione ſui, quum ſit actus intellectus, ſed mediate ratione decreti Thomiſtici, cui illa innititur. Nam 1.° haec Scientia orta eſt ab intellectu divino ita indifferenti, ut non ſupponat praeviam determinationem: ergo eſt operatio Deo libera. 2.° intellectus divinus ſe exercet per Scientiam hanc, ad quam eſt indifferens: ergo ad eam pro ſuo libito ſe determinat. 3.° nunc libere amo Deum, etſi ad amorem poſtea praedeterminer in Patria; quia, ſcilicet, amor nunc eſt operatio contingens, orta ex principio indifferenti, ſine praevia determinatione: ergo idem dicendum de hac Scientia. 4.° quidquid eſt contingens, & poſitivam dicit perfectionem (uti Scientia haec) eſt Deo liberum, quoad exiſtentiam ſui.

302 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.*, praeviam determinationem in genere phyſico, *C.* in genere intentionali objectivo, *N.* quia libertas excludit alterius determinationem, quae electionem operantis impediat; at Scientia Media non excludit, ſed ſupponit intentionalem ſui determinationem in genere objectivo: atque adeo ſupponit extra Deum determinativum ſui, Dei libertatem impediens ad habendam Scientiam Mediam. Ad 2. *D. A.* ad quam eſt indifferens indifferentia electionis, *N.* purae contingentiae, & capacitatis, ut ab objecto nobis libero determinetur, *C.*

303 Ad 3. *N Con.*, quia praedeterminatio amoris in Patria non determinat primam exiſtentiam amoris in via; at noſter actus liber determinat objective primam Scientiae Mediae exiſtentiam. Ad 4. *N. A.* de pure contingenti, uti eſt haec Scientia; quia ſicut eſt Dei perfectio condere creaturas liberas, ita & liberos earum actus cognoſcere per Scientiam creatae libertati adtemperatam, adeoque impedibilem, ac determinabilem pro libito creaturae, non Dei (*p*).

304 QUAESTIO IV. In quo videat Deus futura libera conditionata? ADSERO. In ſe ipſis, non ſecus ac futura libera abſoluta (*q*). Quia non videt in aliquo decreto; nam ſi aliquod daretur, non plane praedeterminans, ſed praefiniens, quod jam ſupponit Scientiam conditionatam (*r*): non in cauſſis proximis, utpote indifferentibus: non in aliquo Adtributo per ſe ſumpto; ſic enim nullum eſt, quod cum ejuſmodi futuris connectatur: ergo.

OBJECTIONES.

305 Obj. Minime novit Deus ejuſmodi futura in ſe ipſis. Nam 1.° Futurum conditionatum non eſt, ſed eſſet: ergo nec eſt, ſed eſſet cognoſcibile a Deo in ſe ipſo. 2.° Pure conditionatum nunquam extitu-

(*p*) V. *AA.* proxime citt. at nec ultimo tamen loco conferendus *Thyrſ.* t. 1. d. 36. 37. 38. ubi habes Adpendicem ſolutionum ad omnia, quae juniores Thomiſtae congeſſerant contra Mediam directam.

(*q*) NN. cum *Marin.* heic d. 11. a ſect. 1. *Thyrſ.* t. 1. d. 11. ſect. 15. *San Gallenſ.* tr. 2. ſect. 4. q. 6. *Viva* cit. aliiſque plus ducenti ap. ipſum, ex *Henao* & *Patel.* cum multis Scotiſtis, multiſque Univerſitatibus, aliiſque ex omni genere ap. *Aran.* cit. l. 5. d. 26. a n. 116.

(*r*) *Kib.* cit. c. 1. n. 49. contra Thomiſt. cum Pau. a Conc. cit. d. 3. n. 28.

rum eſt: ergo nunquam cognoſci poteſt in ſe ipſo. 3.° Si futurum conditionatum conſideretur pro priori ad decretum, praeſcindit ab eſſe, vel non eſſe; ſi vero pro poſteriori, determinationem habet a decreto, non a ſe ipſo: ergo nequit videri a Deo in ſe ipſo, ſed in decreto, tanquam in unico medio. 4.° Futurum hoc nihil eſt: ergo nequit terminare cognitionem divinam. 5.° Determinatio hujus futuri ad exiſtendum potius, quam ad non exiſtendum, eſt nunc; ſed nunc non eſt in ſe ipſo hoc futurum: ergo nequit nunc cognoſci a Deo in ſe ipſo, ſed in decreto actuali. 6.° Omnis actus liber creatus ſupponit Dei decretum, in quo videtur; at futurum conditionatum eſt actus liber creatus.

306 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Conſ.* non eſt cognoſcibile, quatenus ſit abſolute, *C.* quatenus eſſet poſita conditione, *N.* Ad 2. *D. A.* & inſuper habet veritatem ſuam in ordine ad exiſtentiam, quam haberet, ſi conditio poneretur, *C.* ſecus, *N.* Ad 3. futurum conditionatum non conſideratur pro priori ad decretum, quod eſſet ex parte hypotheſis, ſed pro priori ad decretum, quod actu ſit. At pro ſigno poſteriori ad illud decretum, & pro ſigno priori ad iſtud habet jam eſſe determinatum, non quidem a decreto conditionato, utpote indifferenti, ſed ratione ſui quatenus pro quovis inſtanti vel debet determinate eſſe, vel determinate non eſſe.

307 Ad 4. *D. A.* nihil eſt actualiter, *C.* conditionate, *N. A.* & *Con.* Ad 5. *N. Ma.* quia voluntatis determinatio non eſt nuuc, ſed tantum eſſet, ſi conditio adtacta actu eſſet, at vero nunc eſt conditionate futura, & hoc modo futurum iſtud eſt nunc in ſe ipſo. Ad 6. *D. Ma.* omnis actus exiſtens, vel abſolute futurus, *C.* conditionate futurus, qua talis, *N.* Et *D. Mi.* reſp. Et *N. Con.* Plura huc referri poſſunt ex dictis ubi de divina cognitione poſſibilium, & futurorum abſolutorum in ſe ipſis.

308 QUAESTIO V. Quid haec Scientia adtingat ex parte hypotheſis: quid ex parte eventus? ADSERO circa primum. Adtingit totam libertatem (*s*). Quia adtingit plenam ſufficientiam ad eventus determinationem. Hinc ex parte hypotheſis ſolum importatur eſſentia libertatis creatae proximae ad eligendum; non vero libertas divina, quippe quae eventum determinare non debet; nec aliquid connexum cum altero libertatis extremo; quia indifferentia non patitur conſtitutive connexionem.

309 ADSERO circa ſecundum. Adtingit praeter electionem arbitrii quidquid ipſa electio determinat in exiſtendo (*t*). Quia haec Scientia, utpote comprehenſiva, adtingit quidquid eventus eſſentialiter infert, ſcilicet quidquid ipſe determinat in exiſtendo. Hinc quoque adtingit ipſam Scientiam Mediam, & in ipſa disjunctivam neceſſitatem, vel non exſequendi conditionem, vel exſequendi per decretum ab ipſa directum (*u*).

310 QUAESTIO VI. Ad quid deſerviat uſus Scientiae Mediae directae

(*s*) *Aran.* cit. d. 27. n. 214. (*t*) *Aran.* cit. n. 222. (*u*) Conf. *Aran.* cit.

rectae? ADSERO. Ad multiplicem effectum. Ac praecipue 1.° ad conciliandam efficaciam decreti praefinitivi, & divinae Gratiae cum noſtra libertate. 2.° ut Deus ſit formaliter Omniſcius; nam qua talis debet praecognoſcere conditionata contingentia, quae pravidere nequit per Scientiam neceſſariam, nec per innixam actuali decreto. 3.° ut Deus conferat provide auxilium, praeſciens futurorum eventum, & ne nobis incertus conferat libertatem. Haec, & plura aegre conciliantur, abſque expoſito Scientiae Mediae directae interventu (*w*).

§. IV.

De Scientia Media reflexa.

311 QUAESTIO I. Quid generatim de hac Scientia? ADSERO I. Eſt cognitio, qua Deus videt actus ſuos liberos conditionate futuros. II. Duplex eſt: 1. adtingit tantum ex parte eventus actum divinum liberum, v. g. ſic tendens, *ſi Adam non peccaſſet, voluiſſem incarnari*. 2. adtingit etiam ex parte hypotheſis Scientiam Mediam relate ad actum liberum creaturae. v. g. ſic, *ſi haberem Scientiam Mediam de conſenſu Pauli ſub auxilio, decernerem ei conferre auxilium*. III. De utralibet indifferenter agunt AA. noſtri (*y*). Et vero licet 2. dicatur ſtricte Scientia Media reflexa, quia reflectit ſupra directam ex parte conditionis adtactam; at neutra ſtricte talis eſt, ſed tantum ſimilitudinarie; utraque enim eſt Deo non pure contingens, uti Media directa, ſed libera, determinabilis, & impedibilis, utpote de objecto, ſeu decreto ſibi libero.

312 QUAESTIO II. Num, & quo pacto ſit in Deo? ADSERO. Eſt Scientia Media reflexa, qua cognoſcit in ſe ipſis decreta ſua conditionata, independenter ab ullo actuali decreto ſubjective abſoluto, & objective conditionato (*z*). Quia eſt in Deo Scientia Media directa (*a*): ergo & reflexa: haec enim, exceptis congruentibus differentiis, eſt directae ſimillima. Neque vero eſt Deus minus idoneus cognoſcendis ſuis actibus liberis, quam noſtris. Et alioqui celerius noſtros, quam ſuos videret Deus; noſtros, ſcilicet in ſigno Scientiae Mediae, pro priori ad decretum, vel Scientiam Viſionis; & ſuos in ſigno Scientiae Viſionis, pro priori ad Scientiam Mediam. Nec tamen exinde divina libertas laeditur, aut humana.

313 Non divina; quia ſcientia, qua quis novit, quid ipſe eſſet facturus ſub aliqua hypotheſi, non eſt incompoſſibilis cum

(*x*) NN. vulgo cum *Aran.* cit. n. 234.

(*y*) *Rhod.* cit. ſ. 3. §. 1. *Amic.* d. 12. ſ. 14. 15. *Comp.* d. 24. ſ. 9. *Bori.* d. 14. a n. 820. *Arri.* d. 21. ſ. 4. *Suar.* opuſc. 2. c. 8. *Mol.* concord. q. 14. a. 3. d. 52. *Aran.* heic l. 4. d. 20. a n. 199. *Rib.* heic d. 6. c. 8. *Viva* heic q. 7. per tot. &c.

(*z*) *Suar.* cit. n. 5. *Arrub.* heic d. 47. c. 7. *Amic. Comp. Borr. Arria, Rib. Viva* proxime citt. cum *Fonſec. Vaz.* &c. *Marin.* d. 13. ſect. 1. ſqq. Item ex Exteris *Perrimezzius* differt. 87. tom. 1. ac problematice *Kriſper* t. 1. tr. 1. diſt 14. q. 2. contra Mol. Aran. Ant. Per. Eſp. &c.

(*a*) Ex §. praecedente.

ſua libertate in faciendo, ſed libertatem ſupponit: dum enim quis libere vult, ſcit, ſe libere velle, & dum libere facit, ſcit actu ſe libere facere: ergo licet Deus noſcat per Scientiam reflexam, quid ſub conditione aliqua eſſet facturus, non hoc ipſo libertatem in faciendo deperdit. Adde quod (*b*) ipſi quaevis Scientia ſit virtualiter amor ſui, uti quaevis volitio virtualiter Scientia ſui.

314 Non humana; a paritate, ſcilicet, Mediae directae, quae comparatur cum divina libertate, ſicut reflexa cum libertate creata. Nam eandem connexionem, quam habet directa reſpectu ſuae hypotheſis, vel collationis auxilii, & incompoſſibilitatem cum hujus negatione, quae ſunt actus liberi Dei, habet reflexa ſtricta cum ſua hypotheſi, vel Media directa, & mediante hac, cum conſenſu, vel diſſenſu, qui ſunt actus liberi creaturae: ſed licet Media directa ſit a Deo inimpedibilis, & connexa cum actu libero Dei conditionato, non tollit Dei libertatem ad abſolutam auxilii collationem, & negationem: ergo licet reflexa ſtricta ſit connexa cum conſenſu, vel diſſenſu, mediante Scientia Media directa, non tollit creaturae libertatem.

OBJECTIONES.

315 Obj. *primo*. Scientia haec everteret libertatem divinam. Nam 1.° Deus per eam Scientiam ſciret infallibiliter ante omne decretum quid ipſe eſſet decreturus ſub hac, vel illa conditione: ergo hac poſita, neceſſario poneret decretum praevium. 2.° haec Scientia eſt praevia Dei determinatio ad unum prae alio, adficiens ſuam voluntatem, & eam adligans phyſice ad unum prae alio: ergo Dei libertatem evertit. 3.° tollit pariter perfectionem, & libertatem Providentiae Dei.

316. R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* ſciret Scientia objective determinata per decretum futurum ſub tali conditione, ac impedibili per decretum oppoſitum, *C.* ſecus, *N.* Et *D. Conſ.* neceſſario neceſſitate conſequente, ideſt ſuppoſito, quod vellet ad id ſe determinare, *C.* antecedente, *N.* Sic enim Scientia Media directa eſt neceſſitas conſequens, ut creatura, poſita conditione, eventum ponat. Sic etiam D. Petrus, poſita revelatione, non potuit non negare Chriſtum. Ad 2. *N. A.* Nam Deus libere actu, & abſolute eligit, quod praevidit electurum fore. Neque vero Scientia reflexa conſtituit actum primum talis electionis, neque ad iſtam Deum dirigit. Ad 3. *N. A.* Nec enim illa Scientia conducit ad Providentiam de divinis actibus liberis, quum Deus non ſibi, ſed nobis provideat.

317 Obj. *ſecundo*. Haec Scientia officeret libertati creatae. Nam 1.° eſt inimpedibilis a voluntate creata, uti Scientia Media directa eſt inimpedibilis a voluntate divina; ſcientia enim conditionata ab eo ſolum eſt immediate impedibilis, a quo eſt libere impedibilis eventus, ſuppoſita conditione, eſto ſit mediate impedibilis ab eo, cui libera eſt hypotheſis; poſita autem conditione Scientiae Mediae reflexae, non creatura, ſed ſolus Deus poteſt eventum impedire. Tum ſic: ſed quaelibet res inimpedibilis a creata libertate, eſt ab ea inevitabilis, & cum ea incompoſſibi-

(*b*) Ex *Ribadeneyra*, & *Eſpar.* aliiſque *RR.*

poſſibils per aliud libertatis extremum, atque adeo ei officit: ergo. 2.° eſt connexa cum uno extremo libertatis creatae, v. g. cum conſenſu, & incompoſſibilis cum alio, v. g. cum diſſenſu; nam haec Scientia reflexa, *ſi viderem auxilium A. efficax, conferrem; ſi viderem inefficax, non conferrem*, petit eſſentialiter ad ſui veritatem, quod auxilium, ſi conferatur, conjungatur cum conſenſu, & non cum diſſenſu: ergo connectitur eſſentialiter cum conſenſu, eſtque incompoſſibilis cum inefficacia vel cum diſſenſu. At haec connexio eſt antecedens, & inimpedibilis a creatura; a qua nempe inimpedibile eſt, quod auxilium, ſi conferatur, cum conſenſu coujungatur, non vero cum diſſenſu: ergo.

318 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *C. Ma.*, illa enim Scientia ſupponitur ob rationem ſubjunctam, immediate inevitabilis a creatura, quippe quae evitare nequit auxilii collationem, uni Deo liberam. Et *D. Mi.* ſubj. quoad ſecundam partem: ei officit, ſi praefata inevitabilitas, & incompoſſibilitas nullatenus pendeat a Scientia Media directa, determinabili, & impedibili a creata libertate, nec permittat aliunde conferri auxilium & libertatem, *C.* ſi aliquo modo pendeat ab hac Scientia Media directa, & poteſt ſupponere creatam libertatem, *N.* Nequit enim huic officere, quod hanc ſupponit. Et quidem quandocumque ſit auxilium, ex quocumque fine conferatur, ſcilicet vel ex ſufficientiae, vel ex efficaiae motivo, erit libertas ad conſenſum, & diſſenſum, etſi detur ſimul quaelibet Scientia Media reflexa; haec enim nec libertatem conſtituit, nec laedit; ſed vel ſupponit, vel negat.

319 Ad 2. *D. Adſ.* eſt connexa extrinſece conditionate cum conſenſu conditionato, & extrinſece abſolute cum conſenſu abſoluto; ac ſub hoc ſenſu incompoſſibilis cum diſſenſu, *C.* ſecus, *N.* Siquidem ſtare poteſt Scientia reflexa, quin ſtet directa de conſenſu, immo ſtante directa de diſſenſu: ac licet reflexa ſit abſolute intrinſece connexa cum decreto conditionato, non ita eſt cum conſenſu conditionato; poteſt enim eſſe decretum conditionate exiſtens, quin conſenſus ſit conditionate extiturus ſub auxilio *A.* Haec autem connexio nihil aliud eſt, quam Scientiam reflexam in conſortio directae, & decreti conferendi auxilium *A.* quia efficax, connecti cum conſenſu: adeo, ut haec abſoluta connexio non oriatur ex abſoluta poſitione ſolius Scientiae reflexae, ſed ex poſitione abſoluta directae de efficacia, ſimulque decreti collativi auxilii qua efficacis. Ubi videris, totam difficultatem Scientiae Mediae reflexae oriri a difficultate, quae eſt in ipſius objecto, ſcilicet in ſuſtinenda ſumma Dei libertate ad conferendum, ſeu negandum auxilium.

320 Ad prob. adj. *C. A.* & *Con.* loquendo de auxilio, quod detur, non per quodcumque decretum, ſed per decretum, directum a Scientia Media de conſenſu. Et *N. Mi.* ſubj. quia ejuſmodi decretum eſt ſimpliciter conſequens, & evitabile, utpote directum a Scientia Media, per creatam libertatem determinata: atque adeo ejus connexio cum conſenſu, qui Scientiam Mediam determinavit, conſequens eſt, neutiquam oppoſita libertati creatae; haec enim, licet impedire non poſſit collationem

nem, aut denegationem auxilii, hujus tamen efficaciam, aut inefficaciam impedire poteſt. Sic enim licet Scientia Media directa non ſit impedibilis a Deo, nec impedibilis conſenſus, poſita hypotheſi; quia tamen haec eſt impedibilis, nec Scientia, nec conjunctum ex Scientia, & conſenſu opponitur libertati divinae: ſimiliter in caſu, reſpective ad libertatem creatam (*c*).

321 QUAESTIO III. In quo ſigno collocanda intelligatur haec Scientia? Ordo ſignorum eſt quaedam ſeries divinorum praedicatorum, quae quaſi ordinate exiſtentia mente noſtra concipimus, id eſt unum poſt aliud, vel unum prius alio, prioritate logica, ſeu in ſubſiſtendi conſequentia (*d*). ADSERO 1. Apud Scholam noſtram, extra hanc quaeſtionem, tria inſtituuntur ſigna in ſerie divinarum Scientiarum: nempe 1. Scientiae ſimplicis intelligentiae, 2. Mediae directae, 3. Viſionis & decretorum. At in hac quaeſtione paullo aliter ſtatuenda ſunt ſigna; adeo ut 1. ſit neceſſariorum; 2. liberorum, quae actuale decretum non important; 3. pure contingentium, a ſola creata libertate determinabilium; 4. liberorum, quae aut decretum actuale ſupponunt, aut important.

322 Hinc II. Signum Mediae reflexae eſt 2. id eſt ſignum immediate ſubſequens ſignum neceſſariorum (*e*). Quia valde congruum eſt, ut Deus concipiatur cognoſcere prius quid ipſe faceret conſtitutus ſub hac, vel illa libertate, quam quid ageret creatura, ſi ſub hac, vel illa libertate conſtituatur. Quid? quod tendentia Scientiae reflexae, v. g. *ſi praevidero, Paullum diſſenſurum auxilio, illud non conferam*, ita debet praeſcindere a conditione, quam adſumit, ut ad illam praeſupponi debeat; quum ejuſmodi ſit naturae, ut nequeat Mediam directam comitari, ac multo minus praeſupponere.

OBJECTIONES.

323 Obj. contra 1. Adſert. Inepte, ac inutiliter fingimus in Deo hunc (& alios ſimiles) ordinem ſignorum, cum prioritate, & poſterioritate inter divina praedicata. Nam 1.° hic ordo praefert imperfectiones diviſionis, ſubceſſionis, dependentiae, & alias, quas praeferunt noſtrae intellectiones, & volitiones, a quibus ille divinus ordo deſumptus eſt: ergo non niſi valde improprie, & per denominationem extrinſecam, petitam ab ordine, qui reperitur in objectis extrinſecis ipſarum intellectionum, & volitionum Dei, huic tribui poteſt. 2.° hic ordo eſt mera noſtri intellectus idea, & re quidem nihil eſt. 3.° fuit incognitus Patribus, & antiquis Theologis; immo eum tanquam improprium habent Nominales Ok. Gabr. Capreol. aliique (*f*). 4. nihil juvat, immo mentes confundit, ad explicanda Theologiae Myſteria. 5.° varietas, & di-

(*c*) Conf. *Herrera* heic q. 16. ſect. 2. & 3. *Viva* heic d. 3. q. 7. a n. 3.

(*d*) Scholae communiter, quidquid reclamet *Nonnius Norbot*, Author anonymus, in lib. de Ordine, deque Priori & Poſteriori.

(*e*) Ex communi doctrina Patronorum hujus Scientiae, cum *Viva* cit. contra Maur. & Haunold.

(*f*) Ap. Anonym. l. cit. c. 36.

& diſcrepantia inter admittentes eum ordinem ſignorum, ipſius inutilitatem commonſtrat.

324 R. *N. Adſ.* tum quia tot praedicatis divinis nulla confuſio, ſed ordo optimus adcenſendus eſt. Tum quia plura ex illis praedicatis diſtinguuntur virtualiter maxime: quid ergo importent ordinem prioris, & poſterioris plura alia? Tum quia ordinate volens, ut Deus, finem prius vult, quam media, & ex mediis prius vult viciniora fini, quam remotiora. Tum quia in Sacris Scripturis ſaepe innuitur ordo, prioritas, praecedentia, praeordinatio inter divinos cognitionis, & electionis actus: e. c. *Act.* 22. 14. *Deus Patrum noſtrorum praeordinavit te, ut cognoſceres voluntates ejus*: rurſus *Rom.* 8. 29. *quos praeſcivit, & praedeſtinavit*; necnon *Prov.* 8. 22. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*.

325 Ad 1. prob. *N. A.* quia haec prioritas, & poſterioritas ſolum eſt in ſubſiſtendi conſequentia, quatenus unum praedicatum eſt propter aliud, ſive eſt ſeorſim ab alio, non contra: quod quidem nullam imbibit imperfectionem realis divinorum actuum diviſionis, ſucceſſionis, & dependentiae: nec enim in omnibus aequiparari debent divini actus cum noſtris. Et *N. Con.* Tum quia alioqui etiam libertas formalis, & denominatio volitionis liberae eſſet Deo tantum extrinſeca. Tum quia ordo intellectionum, & volitionum divinarum eſſet contrarius ordini rerum extra Deum; poteſt enim Deus velle pro libito hoc eſſe prius illo, vel hoc non dependere ab illo, a quo dependet.

326 Ad 2. *N. A.* eſt enim idea noſtra cum fundamento in re, uti dicitur de diſtinctione formali ex parte actus inter divina adtributa, cum fundamento in re: ſiquidem, nemine cogitante, verum eſt, non eſſe futuram actus liberi praefinitionem, ſi non eſſet ejuſmodi Scientia Media; hanc vero futuram eſſe, tametſi non eſſet praefinitio: unde & verum eſt, Scientiam illam Mediam eſſe re vera priorem praefinitione. Ad 3. *N. A.* Nam ex PP. tam graecis, quam latinis aliqui exiſtimarunt, electionem hominum ad gloriam eſſe ante, alii eſſe poſt praeviſa merita: PP. item communiter cauſſam divinae voluntatis in conferenda hominibus, Angeliſque gratia, & gloria, ad merita Chriſti revocant: quod eſt eſſe poſteriorem illorum praeſcientia; & ita de aliis. Idem plane ſentiunt antiqui TT. duce *D. Th.* qui (*g*) ait, *praedeſtinationem praeſupponere praeſcientiam futurorum*. TT. tandem RR. cum *Suar. Vaz. Leſ. Didaco Alvar. Rui.* &c. porro unanimes ſunt in aliqua divinorum actuum ſerie admittenda.

327 Ad 4. *N. A.* quia plurimum juvat ad ſolutionem quaeſtionum de Praedeſtinatione, gratia efficaci, Verbi Incarnatione Adamo non peccante, ac ſimilibus toto Syſtemate ſparſis. Ad 5. *N. A.* quia illa varietas ſolum probat, diverſimode opinari doctos ſuper numero, aut fixa ſignorum collocatione, quo quis ſuam ſententiam expeditius tueatur. Id evenit in pene infinitis quaeſtionibus, enatis ex aliquo communi adſerto (*h*).

QUAE-

(*g*) P. 3. q. 1. a 3. ad 4.

(*h*) V. *Suar.* 3. p. d. 5. ſ. 1. *Rui.* de Volunt. Dei d. 22. 23. 24. & de Praedeſt. d. 59. *Vaz.* in 1. d. 32. a c. 3. ad 6. *Annat.* d. 2. c. 2. a n. 40. ad 43.

328 QUAESTIO IV. Quo pacto haec Scientia libera ſit, independenter ab omni voluntatis actu abſolute exiſtente, ac libero? ADSERO. Eſt Deo libera, denominative ab actu ſuo libero ſub conditione futuro, qui eſt illius Scientiae determinativum (*i*). Hinc iſta eſt actu libera, non tamen per libertatem actu exercitam, ſed per exercendam ſub caſu hypotheſis purificatae: immo per Dei libertatem, quam Scientia ſupponit, quin ſupponat actu exiſtentem divinae libertatis actum, ſed ut conditionaliter modo extiturum.

LIBER TERTIUS.

De Voluntate Dei.

PROLUSIO BREVIS POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Dei Voluntatem.

HISTORIA POLEMICA

329 VIdelicet in Voluntatem Dei O. M. generatim & abſtracte cognitam, hoc eſt ſumptam pro virtute volendi, amandi & operandi, Deo inexiſtente. De iis autem, qui in aliqua ejuſdem divinae Voluntatis adtributa, varioſque ſingillatim actus ſtolide impegerunt, inferius ſuis in locis ſermonem inſtituimus. Itaque

I. *Athei* huc adducuntur a laudato *Perrimezio* (*k*) quippe qui quum Deum negaverint, omne quoque divinum negarunt. At eodem pariter jure poſſet ipſos enumerare inter hoſtes omnium quorumcumque Dogmatum. Enim vero nos heic non curamus de ejuſmodi generalibus hoſtibus; ſed eos tamen duntaxat quaerimus, qui ſummi cujuſdam Numinis exiſtentiam faſſi, Voluntatem ab eo depulerint.

II. *Peripatetici* nonnulli, variis ducti rationum momentis, negarunt in Deo Voluntatem eſſe. Nimirum *Ariſtoteles*, *Theophraſtus*, *Porphyrius*, *Averrhoes*, *Avicenna*. Ita *Albertus* M. (*l*) (*).

III. *Mo-*

(*i*) Hujus Scientiae Adſertores cum *Marin.* d. 13. de Sc. divina a ſ. 1. *Ruiz Martinez.*

(*k*) In tom. 1. diſſert. 88.

(*l*) In comment. de cauſſis & proceſſu univerſitatis l. 1. tr. 3. c. 2. p. m. 548. in tom. 5. ejuſdem operum edit. Lugdun. 1651.

ADNOTATIO.

(*) NOn protulit Albertus eorum Philoſophorum pro ejuſmodi dogmate teſtimonia. At ex iis tamen ſaltem omnium princeps Ariſtoteles oppoſitum cum bene ſapientibus perſpicue docuit. Nam primum II. Metaph. c. 6. p. 740, interprete *Thoma Stanlejo*, apud *Brucker.* in Hiſt. Philoſ. t. 1. ubi de ſecta Peripat. p. m. 829. haec de

III. *Monothelitae*, qui unam voluntatem in Chriſto agnoverunt, enumerantur a quibuſdam inter hujuſce capitis Errones. At immerito; non enim illi negarunt voluntatem Dei in Chriſto, ſed voluntatem hominis: & voluntatem illam unam, quam admittebant, divinam fuiſſe, non humanam, omnes fatentur. Totidem fere verbis proxime laudatus *Perrimezzius* (*).

Quid jam vero ulteriores proferamus hoſtes in Dei Voluntatem directa acie pugnantes? At nec unum alium ita ſtolide inſipientem reperire licuit. Immo nec unum, re adcurate diſcuſſa, prodidit haec Diſſertatio. Ac inde quidem alacrius & expeditius ad Dogmatico-Scholaſticas Quaeſtiones gradum facimus.

---

330 QUAESTIO PRAELIMINARIS. Quid prae primis ſtatuendum circa hoc divinum Adtributum? ADSERO 1. Eſt ipſum fide ſanctum. Liquet ex Scripturis, cum *Gen.* 50. 19. & 4. *Reg.* 18. 25. & 2. *Paral.* 22. 7. *Pſ* 142. 10. & 134. 6. *Prov.* 19. 21. *Matt.* 7. 21. *Joan.* 4. 41. *Rom.* 12. 2. & 1. *Theſſal.* 4. 3. *Epheſ.* 1. 11. & 5. 10. & 1. *Petr.* 2. 15. Quibus adcinunt uno adſenſu *PP.* cum *Aug.* (*m*). 11. Eſt inſuper naturaliter demonſtrabile ex infinita, & neceſſaria Dei perfectione. QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

331 Et quidem ex Ethnicis Philoſophis Dei Voluntatem agnoviſſe cenſendi ſunt, qui Deum dixerunt perfectum, pulcherrimum, bonum ipſum & optimum, necnon cujuſque boni ac pulcritudinis fontem; quemad-

de Deo protulit, *primus ille motor movet adpetendo & intelligendo, etſi ipſe non moveatur*. Quis autem voluntatis expers adpetere poſſit?

Tenet praeterea 9. Metaph. tex. 10. ac 3. de anima a tex. 40 ad 54. ibi eſſe voluntatem, ubicumque ſit intellectus; & hunc inſuper Deo ulterius adſcribit, nempe 12. Met. a tex. 36. ad 40. tum 51. & 52. Lege *Soncinatem* in Theol. Ariſtotelis l. 3. a c. 108. Sibi igitur eſt plane Vindex Ariſtoteles.

Quid autem de ceteris? Et vero ita vulgo ii omnes exponuntur, ut loquuti ſint de voluntate anxia, mobili, imperfecta, quae quidem longe a Dee abeſt; non autem de voluntate illa pacata, immobili, perfectiſſima, rerum omnium conditore ſumme digna. Conf. *Dion. Carthuſian* in 1. ſent. diſt. 45. q. 1. *Ruiz* de volunt. Dei diſp. 1. ſect. 1 *Raynaud* in Theol. nat. diſt. 8 num. 56.

Mitto, a laudato *Alberto* Porphyrium, quem Auguſtinus dixerat Platonicum, vocari Peripateticum; quoniam, ut recte notatum eſt a citato *Carthuſiano*, Philoſophus ille partim Platonicus fuit, ac partim Peripateticus.

ADNOTATIO.

(*) QUi tamen illi *quidam* ſint, quos perdoctus Author optimo quidem jure premit & convincit, ex doctrina de Monotheliſmi Dogmatis, cunctis vel tenui eruditione tinctis probatiſſima, nec idem nominatim profert, nec unus alter ex Scriptoribus bene multis, praeſertim Haereſeologis, cum antiquis, tum junioribus, quos ſedulo evolvere libuit. Adduci nequeo ut credam, finxiſſe Authorem imperitam illam de Monotheliticis opinionem ut ſuppleret ſterilem ſui capitis materiem, expleretque paginam. Immo ſuſpicor, eam deprompſiſſe Authorem ab Anonymis parum eruditis, quorum ſcripta, vel effata nuſquam prelo commiſa ſint.

(*m*) In Enchir. c. 96.

madmodum, praeter *Pythagoram*, *Anaxagoram*, *Platonem*, *Pseudo-Zoroastrum*, *Plotinum*, tenuerunt *Proclus* (*n*) *Jamblichus* (*o*) *Numenius* (*p*) *Alcinous* (*q*) *Simplicius* (*r*) *Cleanthes* (*s*) *Sallustius* (*t*). Quis enim ea finxerit adtributa, seorsim a quapiam voluntate consistentia? Tum qui eas supremo Numini adscripserunt proprietates, virtutes, adfectiones, quae absque voluntate in spiritu perfectissimo concipi nequeunt, puta Misericordiam, Justitiam, Sanctimoniam, Gaudium, Iram, & alias, de quibus in hac Parte I. frequens occurrit sermo. Nullo demum pacto praetereundus *Aristoteles*, in proxima Prolusione laudatus, pag. 200. & 201.

332 III. Dei Voluntas est *potentia vitalis adfectiva erga terminum*, scilicet adprobando quod vult, reprobando quod non vult: unde volitio, seu actus Voluntatis divinae est *adfectio, qua divina potentia vitalis ad terminum fertur*.

333 Hanc autem Volitionem quasi a divina Voluntate nasci concipimus: non vero tamquam actum secundum ex actu primo volendi, quum sit actus purissimus volendi (*u*); uti statuimus de Scientia relate ad divinum intellectum (*x*) IV. Divinae Voluntati convenit ratio Adpetitus innati, orti a sua natura, absque media cognitione; quatenus hic est quaedam nativa propensio, vel inclinatio ad aliquid: & quidem est adpetitus tum ad propriam perfectionem intrinsecam, tum in ordine ad res alias extra se (*y*). Quia Deus maxime propendet in perfectionem intrinsecam, itemque ad se communicandum creaturis.

OBJECTIONES.

334 Obj. conta IV. Adst. Repugnat Deo hic metaphoricus adpetitus. Nam 1.° hic supponit distinctionem inter adpetentem, & rem adpetitam; tumque indigentiam rei adpetitae in adpetente; haec Deo repugnant: ergo & adpetitus ad praedicata Dei identica, tum absoluta, & relativa; tum necessaria, & contingentia. 2.° hic adpetitus est inclinatio in bonum sibi conveniens; at nulla creatura aut possibilis, aut existens est Deo ejusmodi bonum: ergo nec Deus inclinat ad se eis communicandum, utpote sine quibus est aeque felix.

335 R. *N. Adst.* sumpto adpetitu in sensu latiore, & nullam adferente Deo adpetenti imperfectionem. Ad 1. prob. *N. Ma.* quoad utramque partem; quia etiam res quaelibet dicitur adpetere quasi adpetitu gaudii suum esse, suique conservationem. Hinc *N. Con.*, adpetit enim Deus absolute sua praedicata absoluta necessaria, & relativa, quum sint ipsi bona, & divinam includant perfectionem; & disjunctive praedicata contingentia; adpetit enim vel mundi volitionem, vel nolitionem, quo-

(*n*) In Theol. Platon. l. 1. c. 15. & l. 2. c. 11. & l. 3. c. 1.
(*o*) In Myst. sect. 1. & 8.
(*p*) Ap. *Euseb.* praep. evang. l. 11. c. 21.
(*q*) In Isag. c. 10.
(*r*) In comment. in Epictet.
(*s*) In poëm. de Deo.
(*t*) Cap. 1.
(*u*) *Rib.* heic d. 1. c. 3. cum *Suar. Red.* heic q. 6. contr. 2. *Mun.* de Adtrib. d. 4. s. 6. contra Arria. heic d. 24. s. 2.
(*x*) *Supra* n. 162.
(*y*) *Rib.* cit. a n. 6. cum *Suar. Rhod.* heic d. 4. q. 1. s. 1. fere *Amic.* d. 14. n. 3. *Henno* heic d. 6. q. 1. concl. 2.

quoniam eſt ad utrumlibet indifferens, ac utrumlibet aliunde eſt identice Deus.

336 Ad 2. *D. Ma.* ſibi conveniens convenientia utilitatis, *N.* decentiae, *C.* & hoc ſenſu dicitur, *te decet hymnus, Deus, in Sion*; itemque dicitur Deus ſumme pronus ad miſerendum, & benefaciendum creaturis; ipſum decuiſſe divini Verbi Incarnationem, & id genus plurima, ap. PP. Haec autem intelligas, oportet, quoad actus externos divinae Beneficentiae, in quibus ex vi ſuae bonitatis concipitur ſumme complacere; nam quatenus haec beneficentia eſt praedicatum Dei contingens, ad illud, ejuſque oppoſitum disjunctive inclinat Deus. Hinc *D.* reſp. *Mi.* & *Con.* (z).

CAPUT PRIMUM

De Perfectione divinae Voluntatis generatim.

§. I.

Ejus Diviſiones, Proprietates, Adfectiones.

337 QUAESTIO I. Quid de *Diviſionibus*? ADSERO. Multiplex eſt divina Voluntas (a). Dividitur 1.° in neceſſariam, qua Deus vult quid neceſſarium, ut ſe ipſum; & contingentem, qua quid contingens, ut ſolem. 2.° in abſolutam, quae fertur abſolute in objectum, & conditionatam, quae conditionate. 3.° in antecedentem, quae vult pro priori ad quamlibet ſuppoſitionem; & conſequentem, quae modo vult ex ſuppoſitione. Hanc diviſionem deſumpſit Schola ex *Damaſceno* (b) hic vero hauſerat ex *Chriſoſtomo* (c). 4.° in efficacem, quae effectum habet, & inefficacem, quae non habet, quin haec propterea ſit velleitas, quae eſt quaedam adfectio imperfecta. Et quidem efficax liquet ex *Pſ.* 113. 3. *Geneſ.* 50. 19. *Iſai.* 46. 10. Tum inefficax ex *Ezech.* 24. 13. *Iſa.* 5. 4. *Matt.* 23. 13. *Act.* 7. 51. & 2. *Petr.* 3. 9.

338 5.° in voluntatem beneplaciti, & voluntatem ſigni: illa Deo ineſt proprie; haec vero metaphorice; immo eſt quid creatum, ſignificans voluntatem increatam; & dividitur in quinque membra, ſcilicet in praeceptum, prohibitionem, conſilium, permiſſionem, operationem; quia haec omnia in Sacra Scriptura vocari ſolent voluntates Dei, ac etiam inter homines ſolent eſſe ſigna voluntatis. Voluntas beneplaciti deſignatur *Rom.* 12. 2. *ut probetis quae ſit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta*: & voluntas ſigni, ſeu potius quinque divinae voluntatis ſigna, quae innuimus, hoc verſu exprimi ſolent; *Praecipit & prohibet, permit-*

(z) Conf. *Ruiz.* heic d. 1. ſ. 2. & d. 10. ſ. 6. *Kib.* heic tr. 5. d. 1. c. 2. *Herize.* heic tr. 2. d. 12. c. 4. *Borru.* heic d. 2. per tot. *Arria.* heic d. 24. ſ. 3.

(a) Ap. *D. Th.* q. 19. a ſ. 11. 12. *Suar.* heic. l. 3. c. 8. *Amic.* d. 14. ſ. 4. *Rhod.* cit. q. l. ſ. 1. *Martinon.* d. 15. pert ot. &c.

(b) L. 2. de fid. orth. c. 29.

(c) Hom. 1. in epiſt. ad Epheſ.

mittit, *consulit*, *implet*. Plane volitio signi semper significat voluntatem efficacem beneplaciti, quae terminetur ad ipsum signum, non vero ad rem significatam: Deus enim vult efficaciter signum, e. g. praeceptum, & permissionem; non vero rem significatam, e. g. virtutem praeceptam, & peccatum permissum (*d*). Plura de divisionibus *Martinon* (*e*).

OBJECTIONES.

339 Obj. *primo* Repugnat Deo Voluntas inefficax. Nam 1.° haec includit aliquod desiderium rei; at implicat, Deum desiderare quod scit non esse futurum. 2.° haec voluntas non impletur, immo fit contra illam; sed hoc ipso Deus nequit esse usquequaque contentus. 3.° haec voluntas careret objecto; quum neque respiceret rem ut possibilem, quia complacentia rei ut possibilis, necessaria est Deo; nec ut futuram, quum vere futura non sit, ut conversio Pharaonis, quam Deus vellet inefficaciter. 4.° Voluntas inefficax e. g. salvandi omnes homines, redderetur a reprobis cassa, & irrita: quod Deo indecorum videtur. Immo ejusmodi voluntas non esset seria, sed mera velleitas, Deo indigna: quippe qui potens facile illam voluntatem adsequi, adplicando media, quae certo sciret fore efficacia, haec omittit, & illam non adsequitur: ergo praefata voluntas, & quaecumque similis, non est vere in Deo, sed ut summum m taphorice.

340 R. *N. Adf.* quia eam voluntatem, signanter erga omnium salutem, etiam reproborum, Deo adscribunt Scripturae, praesertim 1. *Tim.* 2. Deus *vult omnes homines salvos fieri*, & *PP. Aug. Chrysost. Damasc. Hilar.* &c. (*f*). Et quoque ratio efficax; tum quia Deus providit media generalia pro salute omnium, scilicet Verbi Incarnationem, Redemptionem, Sacramenta: tum quia D. Paulus, (*g*) Ecclesia, & PP. jubent, & excitant nos, ut oremus Deum pro omnium salute: ergo hujusmodi voluntas inefficax reapse Deo inest.

341 Ad 1. prob. *N Mi.* quia hoc desiderium, etsi inefficax, est per se bonum, & est ratio praebendi creaturae occasionem agendi aliquid, quod ad ejus perfectionem pertineat; esto sua malitia valeat divinam intentionem frustrare. Ad 2. *N. Mi.* nam Deus sic illa vult, ut tamen oppositum velit permittere. Ad 3. *N. A.* nam quum sit voluntas conditionata ex parte objecti, habet pro objecto rem conditionate futuram, quae tamen nunquam erit, quia nunquam a creata libertate adponetur conditio.

342 Ad 4. *C. A.* & *N.* quod illud sit Deo indecorum. Illa enim inefficacia non provenit ex impotentia, sed ex mera libertate divina; libere enim eligitur a Deo voluntas resistibilis, quum posset aliunde eligi voluntas efficax, & infrustrabilis. Ad 2. partem *N. Adf.* Nam haec voluntas ita ex suo modo tendendi Deum adficit, & excitat, ut disponat

(*d*) *Rhod.* heic q. 1. f. 1. ex *D. Th.* heic q. 19.
(*e*) Cit. d. 15. per tot.
(*f*) Eos profert *Rui.* heic d. 19. per tot.
(*g*) Ubi supra.

nat quantum eſt ex ſe, media ſufficientia & proportionata, ut objectum exiſtat, ni creaturae abuſus eorum efficaciam eluderet: hinc iſta voluntas ab aliquibus ex ſe efficax, ſecundum quid efficax, ſemi-efficax adpellatur. Et *N.* prob. Quia Deus non tenetur velle efficaciter illum finem: immo ex titulo ſupremi Domini, & perfectiſſimi Proviſoris, poteſt permittere fruſtrationem mediorum ex alienae libertatis abuſu (*h*).

343 Obj. *ſecundo*. Deus nec vult omnia, quae praecipit, nec omnia non vult, quae prohibet. Nam Deus ex Gen. 22. praecepit Abrahae, ut filium interficeret, quod tamen noluit, & impedivit. Et Chriſtus Marc. 1. prohibuit leproſo, quem ſanaverat, ne cui diceret; quod tamen volebat. *Tertio*. Deus nequit velle permiſſionem peccati, ne dicatur iſtud amare: neque ſuum conſilium, quum iſtud non obliget, velle poteſt. *Quarto*. Plura ſunt ſigna divinae Voluntatis, e. g. impedire aliquid, aut ponendo cauſſas contrarias, ne fiat, aut non ponendo cauſſas neceſſarias; quod quidem diverſum eſt a permiſſione: item non facere, ac ſimilia: ergo diviſio in quinque membra non eſt adaequata.

344 R. Ad *ſecundum N. Adſ.* quia praeceptum conſiſtit eſſentialiter in declaratione voluntatis, cunjunctae cum legitima poteſtate, & authoritate, qua vult ſuperior, ut ſubditus aliquid agat, vel omittat: adeoque voluntas beneplaciti ſuperioris eſt efficax reſpectu praecepti, & ſaltem inefficax reſpectu rei praeceptae. Ad prob Deus praecepit Abrahamo, ut filium occideret, quatenus in ſe erat; idque voluit Deus, dum ſimul conatum Abrahae impedivit. Chriſtus item voluit, quantum ad ſe ſpectabat, ne miraculum a leproſo evulgaretur.

345 Ad *tertium*. Deus vult permiſſionem activam, vel decretum permiſſivum peccati, quin proinde velit rem permiſſam, quam utpote non tenetur impedire, tametſi poſſit. Deinde conſilium non eſt ſignum Voluntatis Dei obligantis, ſed divini judicii decernentis eſſe melius id quod conſulit, quod propterea vult exſequutioni mandari quantum eſt ex parte ſua. Ad *quartum C. A & Con.* Nec enim D. Th. qui eam excogitavit diviſionem (*i*) adaequatam voluit, ſed congruam, reſpondentem, ſcilicet, illis ſignis, quibus homines frequentius internas indicant volitiones (*k*).

346 QUAESTIO II. Quid de *Proprietatibus*? ADSERO. Septem adſignari vulgo conſueverunt (*l*): Bonitas, Honeſtas, Sanctitas, Voluntarietas, Invariabilitas, Simplicitas, Aequalitas. Heinc omnis divina Volitio eſt bona, id eſt adficiens divinam Voluntatem ad ſuum objectum prout hoc dignum eſt. Honeſta, id eſt volens quod a ſe adprobatum eſt. Sancta, id eſt prorſus immaculatiſſima. Voluntaria, id eſt volens juxta neceſſariam Dei inclinationem. Invariabilis, id eſt, ſemper eodem modo volens,

(*h*) V. *Rui.* cit. *Arria.* heic d. 25. ſ. 3. *Duran.* heic tr. 4. d. 4.

(*i*) Heic q. 19. a. 12.

(*k*) Lege *Rui.* cit. d. 17. ſ. 1. *Martin.* d. 15. ſ. 3.

(*l*) Ap. *AA.* citt. cum *Rhad.* heic q. 3. per tot.

lens, ac nolens. Simplex, id eſt una, eademque realiter cum Deo. Aequalis, id eſt cuivis divinae Volitioni ſex aliae ſub eodem gradu conveniunt.

347 QUAESTIO III. Quid de *Adfectionibus*? Iſtae Deo adtribui ſolent ex quadam ſimilitudine cum Paſſionibus, quae homini inſunt (*m*); illae, ſcilicet quae ſecundum diverſum modum opinandi, ac definiendi paſſiones, nullam Deo inferunt imperfectionem, immo perfectionem adducunt. ADSERO I. Deo ineſt proprie Amor, quo ſe, & creaturas amat, itemque odium, quo mala odit (*n*). Quia amor eſt adfectio, adprobans objectum cum pondere adprobativo; odium vero eſt adfectio, reprobans objectum cum pondere averſativo; ſed hae adfectiones dicunt in creaturis perfectionem, reſpective ad bonum, & malum: ergo & in Deo.

348 II. Item ſtrictum Deſiderium circa bonum noſtrum poſſibile, aut futurum; & Fuga circa malum poſſibile, aut futurum (*o*). Quia Deſiderium eſt adfectio boni nondum habiti (hucque revocatur volitio inefficax omnes ſalvandi) ac fuga eſt odium mali nondum habiti (hucque reducitur nolitio inefficax cujuſque peccati) quas quidem Deo denegat nullus. III. Stricte Gaudium, ſeu delectatio de bono praeſenti, tum proprio, tum alieno; ac Recuſatio, ſeu diſplicentia de malo alieno (*p*). Quia hae adfectiones haud parvam continent perfectionem.

349 IV. Stricte Ira (*q*); nempe quatenus haec eſt motus animi, ad coercenda peccata inſurgentis (*r*); ac juſta Vindicta (*s*). Quia ii conceptus nullam praeferunt imperfectionem: & alioqui Iram ſaepe divinae litterae Deo adtribuunt. At dicta intelligito reſpective de Volitione divina neceſſaria, aut contingente (*t*). V. Non ineſt Deo Triſtitia (*u*). Quia eſt incapax ullius ſtricti maeroris dolorifici. Hinc VI. Omnes ſex Adfectiones adpetitus *concupiſcibilis*, excepta triſtitia, proprie Deo adtribuuntur; ac omnes quinque *iraſcibilis*, ira dempta, a Deo relegantur (*x*). Quia illae ſuapte natura perfectionem aliquam involvunt: iſtae imperfectionem.

OBJECTIONES.

350 Obj. *primo* contra II. Adſ. Repugnat Deo deſiderium ſtrictum. Nam 1.° D. Thom. (*y*) comparat deſiderium cum ſpe quoad imperfectionem reſpiciendi bonum non obtentum, ſed obtinendum; at ſpes repugnat Deo: ergo & deſiderium. 2.° qui deſiderat quod poteſt efficaciter obtinere, ſi vult, abſolute non vult; at Deus, quum ſit Omnipotens poteſt efficaciter obtinere quidquid efficaciter vult. 3.° repugnat, Deum, ab aeterno deſiderare, quod ipſe facturus eſt ſuo tempore, e. g. mundi crea-

(*m*) Dequib. *infra* Par. III. Tr. III. L. I. *Comp.* cit. ſ. 5. n. 6. contra Vaz. Tann. Rib.
(*n*) *Suar* heic l. 3. c. 7. *Martin.* d. 16. (*r*) Ex *Luctant.* l. de ira Dei c. 3.
ſ. 1. *Pau. a Conc.* tr. 4. d. 1. n. 12. (*s*) Ex *D. Aug.* l. 13. de Trin. c. 16.
(*o*) *Suar.* cit c. 7. *Rib.* heic d. 25. n. 5. (*t*) V. *Martin.* d. 16. ſ. 1.
Comp. heic d. 28. ſ. 1. cum *Vaz. Martin.* cit. (*u*) *Suar.* cit. *Arri.* d. 25. n. 1.
d. 16. n. 29. contra Mol. Rui. Caprcol. (*x*) *Suar.* cit.
(*p*) *Suar.* cit. *Pau. a Conc.* cit. n. 56. (*y*) I. contra Gent. c. 89. ratione. 7.
(*q*) *Suar.* cit. & opuſc. de Juſt. Dei ſ. 5. (*z*) V. *Martin.* d. 16. a n. 30. ad 33.

creationem. 4.° desiderium respicit objectum ut absens comparatione desiderantis; sed omnia sunt ab aeterno praesentia Deo. 5°. nequit desiderari bonum eo tempore, quo videtur praesens boni negatio; sed Deo pro quovis temporis intervallo praesens est negatio creatae libertatis circa operationes, quae sunt ad salvationem necessariae: ergo nequit unquam desiderare salvationem eorum, qui non salvantur.

351 R. *N. Adf.* Ad 1. prob. spes versatur inter bonum arduum, & difficulter obtinendum, & ideo repugnat Deo, cui facilimum est quidquid velit, non vero ex eo, quod praecise futurum sit; ac ita intelligenda comparatio D. Thomae. Ad 2. *N. Ma*; quia potest quis vere, sincere, ac serio desiderare quod vult inefficaciter. Ad 3. *N. A.* quia nos etiam multa desideramus quae suo tempore faciemus. Ad 4. *D. Mi:* sunt Deo ab aeterno praesentia physice, *N.* objective, quatenus scit fore infallibiter futura, *C.* Et quidem tum in se, tum respectu Dei sunt futura, ex supra adsertis: adeoque & absentia. Quid? quod Christus *Luc.* 22. desiderio desideravit, id est vehementer, manducare Pascha Eucharisticum, quod praesciebat infallibiliter futurum. Ad 5. *N. Ma.* quia potest etiam tunc quis optare, ac inefficaciter velle, ut pro tunc adesset boni exsequutio. (zz)

352 Obj. *secundo* contra IV. Adsert. Non est stricte Ira in Deo. Nam 1.° haec solum metaphorice adtribuitur a PP. Nazian. Nyss. Basil. Chrysos. Ambr. &c. (*a*). 2.° ira quidditative supponit laesionem, cruciatum, dolorem, seu tristitiam illatam, cujus vicem rependat: unde ex Nemesio (*b*) est *adpetitus recruciationis*, & ex Possidonio (*c*) *cupiditas ejus, a quo te inique putes laesum*; at Deo repugnant laesio, cruciatus, tristitia: &c.: ergo.

353 R. *N. Adf.* Ad 1. prob. PP. ibi iram sumunt secundum passionem animi, quae multas patitur imperfectiones, non secundum judicium justitiae, prout vult vindictam facere de peccato; quo sensu eam Deo adtribuit *D. Th.* (*d*) Ad 2. *N. Ma.* Nam ira (*e*) nihil est aliud ex conceptu suo, quam adpetitus nocendi alteri sub ratione justae vindictae. Quod si Misericordia proprie Deo conceditur in creatis, cur denegetur ira, secluso dolore, ex quo increatis ira caussatur? (*f*)

§. II.

Ejus Actus, & Virtutes.

353 QUAESTIO I. Quid de *Actibus*, in divina Voluntate formaliter repertis? ADSERO 1. Quatuor adsignantur (*g*). *Intentio*, id est voluntas efficax finis, relate ad operationes ad extra. *Electio* mediorum, qua unum aliis praefert, ut finem intentum obtineat. *Usus*, id est volitio

(zz) V. *Martinon.* d. 16. a n. 30. ad 33.
(*a*) Ap. *Rui.* heic d. 54. s. 5. a n. 6.
(*b*) L. 4. Philos. c. 13.
(*c*) Ap. *Lactant.* l. de ira Dei, c. 17.
(*d*) I. 2. q. 47. a. 1. ad 1.
(*e*) Ex *D. Th.* q. 46. a. 6. & 7.
(*f*) V. *Suar.* cit.
(*g*) Commun. ap. & cum *Comp.* d. 28. s. 1. n. 7.

litio exſequutiva medii electi. *Fruitio*, id eſt delectatio in fine poſſeſſo, nimirum Deo, qui ſe ut fine omnium creatorum fruitur. II. Inter hos actus eſt aliquis ordo fundamentalis (*h*). Quia poſſunt ſaepe a nobis cum fundamento concipi alii aliis priores, & poſteriores, ſi tendant in eundem finem; ſeu concomitantes, ſi diſparatae ſint volitiones. Deus enim proprie dicitur unum velle propter aliud: tunc autem volitio illius, propter quod unum vult, eſt prior volitione alterius, ſcilicet in ſubſiſtendi conſequentia (*i*). At vero volitiones diſparatae, e. g. creationis Pauli, & ſalvationis Joannis, nullum dicunt ordinem; adeoque concomitantes adpellantur (*k*).

OBJECTIONES.

355 Obj. contra II. Adſ. Inter actus divinae Voluntatis nullus eſt ordo. Nam 1.° hic ordo ſolum eſt penes noſtros conceptus; at ſine fundamento in re, hoc enim nequit explicari, in quo conſiſtat, quum omnes actus in Deo ſint ipſa Dei ſimplicitas. 2. hic ordo in noſtris actibus dicit imperfectiones plurimas: ergo nequit Deo adtribui. 3.° nulla neceſſitas, aut utilitas cogit actus divinos, noſtra ſolum ratione diſtinctos, ordinare, & ſecundum prius, ac poſterius quaſi ſubceſſivos diſponere.

356 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Fundamentum in re, in eo conſiſtit, quod actus divinus aequivaleat multis diſtinctis actibus in creaturis, & ita ſe habentibus ad invicem, ut unus ab alio pendeat, illumque praeſupponat ordine cauſalitatis: Deus enim vult unum propter aliud; adeoque eſt in Deo unum prius, & aliud poſterius, ſcilicet in ſubſiſtendi conſequentia. Ad 2. *N. Con.* quia Deo adtribuitur, prout importat aequivalentiam ad multos actus noſtros: quae aequivalentia eſt magna Dei perfectio. Ad 3. *N. A.* Nec enim abſque praeſuppoſitione virtuali, ſeu aequivalenti unius actus divini ad alium, poſſet apte intelligi, nolle Deum aliquem damnare, niſi propter peccatum; nullum praefinire meritum noſtrum, niſi per Scientiam Mediam praevium, & id genus plura (*l*).

357 QUAESTIO II. Quid de *Virtutibus*, quae ſint in divina Voluntate, prout Virtus ex D. Th. eſt perfecta voluntatis inclinatio ad res rationi conſentaneas, habens pro objecto formali id, quod creatis virtutibus ſpeciem tribuit? ADSERO I. Sunt proprie Virtutes (*m*). Quia divina Voluntas eſt regula recte agendi, & vult quod Sapientia dictat. Et licet omnia pro ſua voluntate faciat, omnia tamen juſte facit. Habet ergo virtutes omnes, quae in ſuis conceptibus imperfectionem Deo non adjudicant. Hinc II. Ex virtutibus theologicis una caritas Deo ineſt. Quia

(*h*) Communius contra Nonn. Norbot l. de Ordine, quem jam refutarunt *Martin. Rhod. Aran.* hicque ſimul confundens Gonetum.

(*i*) Ex *Suar.* cit. l. 3. c. 7.

(*k*) Conf. *Rui.* heic a d. 22. *Alarc.* tr. 3. d. 3. c. 6. *Arri.* d. 24. ſ. 9. *Compt.* d. 27. ſ. 5.

(*l*) V. *Martin.* d. 14. ſ. 8. *Rui.* cit. d. 22. ſ. 4. a n. 21.

(*m*) *D. Th.* q. 21. per tot. *Suar.* cit. *Rhod* d. 4. ſ. 4. cum communi.

Quia ſe, & nos perfecte diligit: immo *Deus caritas eſt*, 1. *Joan.*4.16. (*n*) Haec autem caritas, prout eſt inter divinas Perſonas eſt ſtricte amicitia (*o*). Quia eſt amor ad alteram Perſonam, ac in tribus communis. Et vero Fidei, & Spei aperte Deus expers eſt.

358 III. Ex Virtutibus Moralibus, ſtricte Deo tribuuntur aliquae; nimirum Juſtitia, & Miſericordia, quas ſupra etiam inter Adtributa recenſuimus (*p*). Item Magnificentia (*q*); quia nobis maxima dona confert: Liberalitas (*r*); quia ea confert, ob honeſtatem in largiendo relucentem: Fidelitas (*s*); quia fiat promiſſis: aliaeque innumerae (*t*). Non vero gratitudo (*u*); quia a nullo poteſt adcipere beneficium, quod rependat: nec obedientia (*x*); quia nullum poteſt ut Superiorem reſpicere: nec plures ſimiles, quae ob imperfectiones, quas formaliter imbibunt, non niſi metaphorice de Deo praedicantur (*y*).

OBJECTIONES.

359 Obj. *primo* contra II. Adſ. Inter divinas Perſonas non eſt ſtricta amicitia. Nam 1.° amicitia, ex Ariſt. (*z*) eſt ad alterum redamantem, id eſt reſpondentem altero, ſeu diſtincto amore: ergo amor unicus, quo ſe diligunt tres Perſonae, nequit conſtituere redamationem, aut ſtrictam amicitiam. 2.° non minus amicitia eſt ad alterum, quam juſtitia; ſed haec in divinis Perſonis implicat ex defectu alteritatis, ſeu diſtinctionis: ergo & illa. 3.° amicitia requirit communicationem bonorum, qua duo ſibi ſua bona, & conſilia communicant, ex proloquio *anima una*, *& amicorum omnia ſunt communia*; ſed Perſonae divinae non habent bona, aut conſilia diſtincta: & aliunde licet Pater communicet ſua bona Filio, & uterque Spiritui; at nec Filius communicat ſua bona Patri, nec Spiritus Patri & Filio.

360 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Ariſt. loquitur de amicitia ſibi nota, non de amicitia Perſonarum, quas non noverat, ad quam nempe ſufficit realis Perſonarum diſtinctio, cum amore communi, & eſſentiali, quo ſe mutuo diligunt. Ad 2. *N. Ma.* Nam juſtitia non tendit ad unitatem amantium, ut amicitia; nec natura eadem poteſt quidquam ſibi debere ex rigore juſtitiae, poteſt vero ſeſe amare cum pluralitate Perſonarum. Ad 3. ad ſtrictam amicitiam ſat eſt communicatio in bonis, id eſt, quod bona unius ſint etiam alterius bona, quoad ejus fieri poſſit, quod recte ſalvatur in divinis Perſonis, in quibus omnia bona Dei ſunt communia (*a*).

461 Obj. *ſecundo* contra III. Adſ. Ratio ſtrictae liberalitatis Deo repugnat. Nam 1.° Ariſt. (*b*) negat diis virtutes, nominatim liberalitatem, tanquam ipſis indignam. 2.° ex D. Th. (*c*) liberalitas verſatur.

(*n*) Communit. ap. & cum *Rui.* d.52. n.15. cum *Scot. Dur.* &c.
(*o*) *Rui.* cit. n. 9. ex *Script.* & *PP. Borr.* d. 4. cum. *Ripal. Rib.* &c.
(*p*) Numm. 129 & 132.
(*q*) Ex *D. Th.* q. 21. a. 1.
(*r*) *Compton* d. 31. ſ.2. *Rib.*d.13. n.61.
(*s*) *Rib.* cit. n. 58.
(*t*) Ap.*Rhod.*q.3.ſ.4.*Redi*,q.7.a.2,a n.30.
(*u*) *Rib.* n. 33. cum. *D. Th.* contra Vaz.
(*x*) Ap. *Rhod. Redi.*cit. & *Herinx* heic t. 1. tr. 1. d.7. a n.55.
(*y*) Conſ.*Leſſ.*tr.de div. Moribus,& Virt.
(*z*) VIII. *Ethic.* c.2. & alibi.
(*a*) Conf. *Rui.* d. 53 ſ. 5. *Martin.* d. 16, a n.19. *Borru.* d. 4. a n.43.
(*b*) L. 10. Ethic. c. 8.
(*c*) In 2. 2. q. 117. a. 2.

circa largitionem pecuniae, vel etiam rerum omnium, quae pecunia aeſtimantur; at Dei liberalitas potiſſimum adtenditur ex largitione bonorum ſpiritualium. 3.° ex D. Th. cit. (*d*) *datio divina provenit ex eo, quod amat homines, quibus dat .... & ideo magis videtur pertinere ad caritatem, quam ad liberalitatem.* 4.° homines liberaliter donantes, privant ſe dominio rerum, quas donant; ſed non ita Deus: ergo quia non eſt ſtricte liberalis.

362 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: negat diis virtutes politicas id eſt circa civiles actiones, quales ſunt humanae emptiones, & venditiones, non circa operationes Deo proprias. Ad 2. liberalitas Dei, utpote univerſalior, & altior humana, verſatur in largitione temporalium, & ſpiritualium; naturalium, & ſupernaturalium. Ad 3. omnis donatio divina quoad ſpeciem phyſicam, & objectum formale pertinet ad caritatem, quia primarium motivum eſt Dei bonitas; at ſpeciem moralem liberalitatis habet ex eo, quod gratis abſque intuitu proprii commodi bona largiter eroget. Ad 4. *N. Con.*, hoc enim non eſt de intrinſeco liberalitatis conceptu, quum ſit imperfectio, proveniens ex limitatione creati dominii (*e*).

363 Obj. *tertio*. Deo ineſt ſtricta gratitudo. Nam 1.° herus contrahit obligationem gratitudinis erga ſervum, qui praeſtat obſequia nec imperata, nec debita: ergo & Deus erga hominem, qui praeſtat opera ſupererogatoria. 2.° juſtis facientibus quod Deo gratum eſt, retribuit Deus quae grata ſunt juſtis: ergo quia exercet gratitudinem. 3.° Filius debet Patri ſuam generationem, & Spiritus ſuam ſpirationem Patri, & Filio; ſed quicumque debet, hoc ipſo contrahit obligationem ex gratitudine, ſi non debeat ex juſtitia: ergo ſaltem in duabus Perſonis reperitur gratitudo.

364 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.*, tum quia illa opera ſunt debita Deo, tanquam Creatori, & principaliter agenti; tum quia illis operibus nullum Deus adcipit beneficium; hoc enim eſt eſſentialiter utile adcipienti, quippe cui indigenti ſubvenit beneficium, quod deerat: Deus vero nullius indigus, nullius eſt capax beneficii, cujus receptionem dicit quidditative gratitudo. Ad 2. *D. Conſ.* gratitudinem ſtrictam, *N.* latiſſimam, *C.* Ad 3. Perſonarum productio eſt naturaliter, ac neceſſario debita, non gratuita: adeoque nequit ipſa cogere ad gratitudinem, ſeu gratiarum actionem. Unde *Richar. Vict.* (*f*) *in divina Natura nihil eſt, vel eſſe poteſt ex operante gratia* (*g*).

§. III.

Ejus Objectum.

365 QUAESTIO I. Quid de objecto materiali terminativo? ADSERO 1. Adaequatum, eſt omne bonum tam increatum, quam creatum, ac etiam

(*d*) Art. 6. ad 1.
(*e*) V. *Rui.* d. 55. ſ. 2. a n. 8.
(*f*) L. de Trinit. c. 1.
(*g*) V. *Rui.* cit. ſ. 4. a n. 15.

etiam omne malum (*h*). Quia Dei voluntas non minus late patet, quam intellectus; ſed hic adtingit omne increatum, & creatum, quatenus induere poteſt rationem objecti intelligibilis, reſpectu illius: ergo & voluntas omne bonum, & malum, quatenus illud terminare poteſt complacentiam, ſeu actum divinae Volitionis, hoc vero diſplicentiam, ſeu actum divinae Nolitionis, aut Permiſſionis.

366 II. Deus quoad omnia ſua praedicata eſt objectum primarium, quatenus ea primario, neceſſario, & comprehenſive amat (*i*). Quia ita amare tenetur quidquid realiter Deus eſt; hic enim, utpote bonum in omni genere ſimpliciter infinitum, rapit neceſſario voluntatem ſuam, ac in ſui amore indeſinenter retinet. Hic autem divinus Amor eſt ſtricte talis, ut formaliter a gaudio diſtinctus (*k*). Quia verus amor non neceſſario praeſcindit ab objecti praeſentia: immo eam reſpicere poteſt materialiter. Eſt inſuper neceſſarius, tum quoad ſpecificationem, id eſt nequit Deus ſe odiſſe; tum quoad exercitium, id eſt nequit ſe non amare (*l*), quia alioqui non eſſet divina Voluntas ſumme recta; tum quoad individuum, id eſt nequit ſe amare alio amore individualiter diſtincto; quia alioqui poſſet alia gaudere Scientia, alio Filio &c. Ac eatenus modo liber dici poteſt, quatenus ſpontaneus eſt, aut liber a coactione (*m*). Dici demum poteſt amor amicitiae minus proprius (*n*); quatenus hic ad ſe ipſum terminari valet, quum quis vult ſibi bona, quia dignus eſt (*o*).

367 III. Omnes creaturae bonae, ac malae ſunt objectum ſecundarium. Quia Deus eſt Omnivolens, uti Omniſcius, & Omnipotens (*p*). Id quod pater ex *Sap.* II. 12. Et in primis amat Deus bona poſſibilia, qua talia, ſimplici adfectu complacentiae, non actu efficaci (*q*). Quia qua talia a Deo cognoſcuntur: ergo & diliguntur. Unde e converſo mala poſſibilia ſimplici diſplicentia odit. Haec autem Dei Voluntas, quae neceſſaria eſt (*r*), cum ſit de objecto neceſſario, amat illa bona immediate in ſe ipſis, tanquam in objecto amato; iſtaque mala odit in ſe ipſis immediate, tanquam in objecto odio habito (*s*). Quia illa, & iſta adtinguntur in ſe ipſis a divino intellectu: ergo & a divina voluntate.

368 Deinde amat, vel odit Deus ſimiliter bona, & mala ut exiſtentia (*t*); quatenus habent connexionem, aut repugnantiam cum ſua Sanctitate: & quidem neceſſario ſub hypotheſi exiſtentiae (*u*). Quia

(*h*) *Rib.* d. 2. n. 5.

(*i*) *Rhod.* heic q. 1. ſ. 2. §. 1. *Pau. a Conc.* tr. 4. d. 1. n. 37. & d. 2. n. 2. *Suar.* l. 3. c. 6. *Simonn.* tr. 1. d. 6. art. 5.

(*k*) Communit. cum *Suar. Vaz.* contra Herize heic d. 13.

(*l*) *Borru.* d. 3. n. 33.

(*m*) *Comp.* d. 26. ſ. 1. n. 5.

(*n*) *Rhod.* heic q. 1. ſ. 2. §. 1.

(*o*) V. *D. Th.* q. 20. a. 1. *Rui.* d. 4. ſ. 2. *Borr.* d. 3. 4.

(*p*) *Rui.* d. 6. ſ. 4. n. 9.

(*q*) *Rib.* d. 2. n. 10. cum. *Scot. Vaz.* &c. *Tourn.* q. 17. ar. 3. *Mezg.* tr. 1. d. 15. art. 2. §. 1. *San-Gall.* tr. 2. ſect. 4. q. 13. concl. 2. contra Thomiſt. cum Pau. a Conc heic d. 2. n. 24. & Saguens de perfect. div. t. 2. diſp. 2. art. 2. adſert. unica.

(*r*) *Rui* d. 6. ſ. 2. n. 1. cum *Arrub.* &c. *Borr.* d. 5. n. 46. contra Baun. Zumel &c.

(*s*) *NN.* communius cum *Rui.* ex *D. Th. Hnric.* &c.

(*t*) *Suar.* heic. c. 6. *Rui.* d. 5. ſ. 2. ex *Scripturis*, *Rhod.* heic. q. 1. ſ. 2. §. 1.

(*u*) *Suar.* cit.

quod Deus ſemel vult, aut odit, neceſſario ſemper vult, & odit. Vult inſuper malum poenae, ratione alicujus boni: at malum culpae non niſi permiſſive; alioqui poſſet iſtud creatura etiam amare, ſub aliqua ratione, quod nemo dixerit (*x*). Demum erga futura conditionata fertur etiam aliquomodo divina Voluntas. Quia ad hujus perfectionem pertinet amare, & odiſſe quidquid quovis pacto ſit bonum, aut malum (*y*). Et quidem poſita Scientia Media, aliqua ſunt decreta conditionata, quae nonnihil conferunt ad ordinem, & conſilia divinae Providentiae: e. g. decretum, quo Deus vult omnes ſalvos fieri, ſi velint; ac decretum de concurrendo ad omnia peccata, etiam quae nunquam fient (*z*). Abs dubio tamen amat Deus ſimplici complacentia futura conditionata bona, & mala odit ſimplici diſplicentia.

OBJECTIONES.

369 Obj. *primo* contra III. Adſ. Deus non amat creaturas mere poſſibiles. Nam 1.° D. Th. (*a*) ait, *Deum cognoſcere omne verum, non tamen velle omne bonum, niſi in quantum vult ſe, in quo virtualiter continetur omne bonum*. 2.° hoc poſſibile eſt nihil: ergo nullam habet bonitatem amabilem. 3. *amare eſt velle bonum alicui*, ex adagio; ſed Deus nullum bonum vult mere poſſibili, quum fundamentum, & radix totius boni ſit exiſtentia: ergo. 4.° hinc Deus decerneret involuntarie ſaltem ſecundum quid non exiſtentiam ſecundi mundi, quia eam decerneret cum adfectu ad oppoſitum, ſcilicet cum adfectu complacentiae de poſſibili exiſtentia ſecundi mundi: quod abſonum nimis.

370 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: D. Th. ſolum negat Deo amorem efficacem circa omne bonum, non vero inefficacem, aut ſimplicem complacentiam. Ad 2. *D. A.* eſt nihil exiſtentialiter, *C.* quidditative, ita ut praedicatum non poſſit verificari, & adfirmari de ſubjecto, *N.* Haec autem bonitas quidditativa terminare poteſt divinam Voluntatem: alioqui nec Deus amaret ab aeterno futura, quae ab aeterno nihil ſunt; nec poſſet quis ambire honorem mere poſsibilem, qui nunquam erit.

371 Ad 3. *D. Adagium*: amare amore benevolentiae, quaſi practico, & intenſivo, eſt velle bonum alicui, *C.* amare amore ſtricto, ſpeculativo, quo quis mere complacet in objecti bonitate, *N.* Et *D. Mi.* reſp. (*b*).

372 Obj. *ſecundo*. Deus non amat neceſſario poſſibile qua tale. Nam 1.° ex D. Th. (*c*) non eſt neceſſarium abſolute, quod Deus velit alia a ſe. 2.° bonitas finita poſſibilium nequit cogere Deum ad ſui amorem; id enim eſt proprium Bonitatis infinitae.

373 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* quod Deus velit alia a ſe efficaciter, aut ut exiſtentia, *C.* per ſimplicem complacentiam, & ut poſſibilia, *N.* Ad 2. *D. A.* nequit cogere ex merito ſui, *C.* ex merito Dei, *N.* Deus

(*x*) *Rib.* proxime cit. d. 2. n. 28. 29. 30. cum *Mol.* &c.

(*y*) *Rib.* cit. cum *Vaz.*

(*z*) *Rib.* cit. n. 20. cum. *Suar.* &c. *Quidam* heic tr. 5. d. 75. ſect. 2. qui conſulitor.

(*a*) Heic q. 19. a. 6. ad 2.

(*b*) V. *Rui.* d. 6. ſ. 3. *Borr.* d. 5. ſ. 3.

(*c*) Q. 19. a. 3. O.

N. Deus enim quum ſit perfectiſſime omnivolens, nequit non amare, quod eſt abſolute, & ante omnem ſuppoſitionem amabile, uti eſt poſſibile qua tale; ſicut ex quo ſit perfectiſſime omniſcius, nequit non cognoſcere per ſimplicem intelligentiam quod eſt abſolute, & ante omnem ſuppoſitionem cognoſcibile, uti eſt ipſum poſſibile. Res autem exiſtentes libere amat, quia ſolum ſunt amabiles conſequenter, & ex ſuppoſitione ſui decreti liberi (*d*).

374 Obj. *tertio*. Deus vult poſitive peccatum poſſibile, quoad formale, aut ſaltem quoad materiale peccati. Nam 1.° Deus amat proximam libertatem ad peccandum, ſed in ea involvitur peccatum poſſibile, hoc enim ſine illa ſtare nequit: ergo Deus amat peccatum poſſibile. 2.° Deus vult, quod peccatum ſit malum, Dei offenſa, & injuria; hoc autem eſt amare quidditatem peccati. 3.° peccatum poſſibile eſt neceſſarium ad Dei potentiam permiſſivam, punitivam, & condonativam; ſed iſtam Deus amat: ergo & illud. 4.° peccatum poſſibile non eſt malum morale; nulla enim in eo eſt libertas, & contingentia: immo neceſſarium eſt, quod ſit poſſibile: ergo illud Deus non odit, ſed amat.

375 R. *N. Adſ.* quia divinae Sanctitati repugnat. Ad 1. prob. *D. Mi.* involvitur tanquam conſtitutivum, *N.* tanquam purus terminus eſſentialiter a potentia libera connotatus, uti poſſibilitas effectus involvitur in cauſſa in actu primo proximo cauſſante, *C.* Ad 2: nec Deus vult, nec non vult amore, ſeu pondere proſequutivo, quod peccatum ſit malum &c.; quia id velle repugnat ſummae rectitudini Voluntatis divinae; immo illa quidditas potius Dei diſplicentiam excitat, quam complacentiam; ac eam nolle, eſſet intendere impoſſibile. Ad 3. *N. Con.* quia ſicut neceſſitas peccati ad divinae Perfectionis exiſtentiam non reddit illud bonum, nec reddit amabile. Et alioqui amans poenitentiam de peccato ad illam neceſſario, peccatum amaret. Ad 4. peccatum poſſibile eſt quidditative malum morale, & exercitium libertatis; ac licet neceſſario poſſibile ſit, eſt tamen poſſibile, quod ſit liberum, & contingens, quod ſat eſt ad ſtrictum Dei odium excitandum (*e*).

376 Obj. *quarto*. Repugnat Deo hujuſmodi decretum conditionatum. Nam 1.° ſi ſit de objecto, & conditione futuris, inutile eſt, quum tunc ſufficiat decretum abſolutum: ſi de illis non futuris, fruſtraneum eſt, quum nullum ſit habiturum effectum; & impoſſibile, quum implicet voluntas abſoluta de aliquo, ſimulque voluntas conditionata de contradictorio. 2.° ſtultum eſt velle conditionate quod quis abſolute, & ſimpliciter velle & facere poteſt, uti poteſt Deus omnium ſalvationem. 3.° futurum conditionatum pure tale non eſt vere futurum: ergo nec decretum conditionatum eſt vere decretum.

377 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: non eſt inutile, quia movet Deum ad conferenda media, creaturam juvantia ad adponendam conditionem a crea-

(*d*) V. *Borr.* d. 5. ſect. 5. (*e*) Conf. *Borrull* d. 5. ſect. 3. ac *Thyrſus* t. 1. d. 26. ſect. 5. ſqq.

a creatura pendentem; & quidem pro priori, independenter a quovis decreto abſoluto. Non eſt fruſtraneum, quia poteſt ſortiri effectum, quem intendit inefficaciter, & conditionate. Non eſt impoſſibile; quia volens abſolute aliquid non eſſe, ex occaſione ſibi diſplicente, quam vellet non evenire, poteſt ſimul habere adfectum illud ponendi, ſi ejuſmodi occaſio non impediret.

378 Ad 2. *N. A.* quia ad ſuavem Dei Providentiam, volentem nos beare dependenter a noſtra cooperatione, pertinet, velle conditionate noſtram beatitudinem pro priori ad cooperationis praeviſionem: nec aliter ſalvaretur ſua voluntas ſalvandi omnes. Ad 3. *N. Con.*; quia vere futurum conſtituitur per exiſtentiam rei, quae ſub conditione adfirmatur, & quae, deficiente conditione, deficeret; adeoque requirit neceſſario poſitionem conditionis: non ita vero decretum, quia poteſt quis eſſe poſitive adfectus, & determinatus ad rem ponendam, ſi conditio adeſſet (*f*).

379 QUAESTIO II. Quid de Objecto formali? ADSERO I. Ratio formalis primaria divinae Volitionis eſt Bonitas Dei, qui ſe, & creaturas amat primario propter ſe (*g*). Quia perfectiſſimae volitionis eſſe debet perfectiſſimum objectum formale, & perfectiſſimus modus illud volendi. Ac inſuper nequit divina Volitio habere motivum a ſe diſtinctum, a quo ſpecificetur, ac finaliter cauſſetur. Hic autem divinus amor ſeſe amat abſque virtualibus reflexionibus in ſe ipſum (*h*); ut quid enim hae reflexiones admittantur in amore, ſui formaliter comprehenſivo? Praeterea *univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*, ex *Proverb.* 16. 4. utpote A & Ω, *Alpha & Omega*, *principium*, & *finis* omnis creaturae, ex *Apoc.* 22. 13. ergo.

380 II. Etiam creata bona, & mala ſunt objectum formale proximum, & directum inadaequatum divinae volitionis (*i*). Quia illa in ſe ipſis adtingit divinus intellectus, ut objectum formale: ergo & divina Voluntas; quippe non habet minus perfectum tendendi modum in proprium objectum. Inſuper Deus amat hominum virtutes, ob formalem honeſtatem in ſe ipſis repertam; ac deteſtatur proxime peccatum, propter ipſius malitiam (*k*). III. Seſe Deus amat propter creaturas, id eſt ſe amat, ut finem *qui* creaturis, & iſtas ut finem *cui* (*l*). Quia finis *qui*, vel *cujus gratia*, eſt id quod amatur; & finis *cui* eſt perſona cui, ſeu in cujus utilitatem id amatur; at Deus vult creaturis rationalibus beatitudinem, adeoque vult ſe illis ut ſummum illarum bonum: ergo ſe amat ut bonum creaturarum. IV. Poſſunt creaturae eſſe cauſſa moralis

(*f*) Conſulendi *Ruiz.* d. 20. ſ. 4. *Martin.* d. 14. a n. 81. *Quir.* heic d. 75. ſ. 3 *Rib.* heic d. 2. c. 3. a n. 24.

(*g*) *Rui.* d. 3. ſ. 1. cum *Mag. D. Th. Suar.* &c. ex *Script.* & *PP. Rhod.* proxime cit.

(*h*) *Borr.* d. 3. n. 5. contra Rui. d. 3. ſ. 5. n. 2.

(*i*) *Borru.* d. 5. n. 85. ex *Script.* & *PP.* cum *Scot. Dur. Vaz. Ripal.* &c. contra Mol. Val. Grau. Hemelm. & Thomiſt. cum Pau. a Conc. tr. 4. d. 1. n. 33.

(*k*) V. *Borru.* cit. a n. 91. ad 100.

(*l*) *Heriz.* tr. 2. d. 15. c. 3. *Comp.* d. 27. ſ. 1. ſed videatur *Rui.* d. 15. ſ. 5.

ralis divinae volitionis (*m*). Quia bona opera praeviſa movent Deum, ut ea praemiet, malaque ut ea puniat; ſed quandocumque facit Deus unum propter aliud praeviſum, datur moralis cauſſa: ergo.

OBJECTIONES.

381 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Saltem bonitas, quae eſt motivum formale divini amoris, conſiſtit in Dei Exiſtentia, non in Perſonis. Nam 1.° ſola divina Eſſentia eſt id, in quo ſumme quieſcit divina Voluntas; quae utpote ſufficit ſatiare, & beare Deum. 2.° in ſola Eſſentia ſtat ratio ultimi finis; hic enim unus eſt, uti Eſſentia, & non tres, uti Perſonae: ergo & ratio objecti formalis. 3.° pro ſigno amoris neceſſarii nec intelliguntur Perſonalitates, nec earum bonitas (eſto ſint ex ſe bonae, & perfectae) ſed bonitas pro ſigno, quo non eſt, nequit eſſe objectum formale: ergo.

382 R. *N. A.* Nam quum Deus non minus ſit bonus per bonitatem Relationum, quam per Eſſentiae bonitatem, non eſt, cur ab iſta moveatur ad ſe amandum, non ab illa. Ad 1. prob. *N. A.* quia in eo Deus quieſcit, idque Deum beat, quod Deus eſt, qui ſimul eſt Eſſentia, & Perſonae. Ad 2 *N. A.* quia ultimus creaturae finis eſt Deus unus & Trinus. Nec heic loquimur de fine, ſed de motivo divini amoris. At eo permiſſo, *N. Con.* quia dummodo in Perſonis reluceat bonitas, haec ſufficit, ut Perſonae amentur propter ſe a Deo. Ad 3. *D. Mi.* pro ſigno, quo non eſt, nec videtur exiſtens in ſuo ſigno, *C.* quo tamen videtur exiſtens in ſuo ſigno, *N.* In Eſſentiae, & amoris neceſſarii ſigno proponitur Perſonarum bonitas ut exiſtens pro ſuo ſigno poſteriori, adeoque ut per ſe amabilis, & qua gaudeat Eſſentia in ſuo ſigno priori [*n*].

383 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Deus nequit amare creaturas propter ſe ipſas. Nam 1. actus divinus ſpecificaretur a creatura, ſeu ab iſta ſpeciem ſumeret. 2.° Deus quieſceret in creatura tanquam in centro, & fine; ſed finis eſt profecto cauſſa realis ejus, cujus eſt finis: ergo creatura eſſet cauſſa realis divini amoris: quo quid abſurdum magis? 3.° creatura moveret, ac adliceret Dei amorem; ſed ex D. Bonav. (*o*) *amor divinus non eſt amor inclinans ad alterum, ſed potius alia inclinans, & trahens ad ſe ipſum.*

384 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: divina voluntas ſpecificaretur extrinſece, non intrinſece, a bonitate creata; uti diximus, ſpecificari divinum intellectum a creata veritate. Ad 2. *N. Ma.*; nam ſolum quieſceret in creatura tanquam in objecto formali ſecundario, quatenus in bonitate creata reperiret amabilitatem, terminabilem ad ipſum Deum, tanquam ad finem ultimum. Reſpicit plane Deus creatam bonitatem, ut finem aliquem, id eſt, ut cauſſam intentionalem terminative motivam divini amoris, in qua propterea ipſe ſiſtit: quod minime implicat. Ad 3. *C. Ma.* quia *Joan.* 16. ait Chriſtus Diſcipulis, *ipſe Pater amat vos, quia vos amatis*. Unde D. Bonav. velle intelligitur, divinum amo-

(*m*) *Arria* d. 24. n. 58. cum *Suar. Tanner.* (*n*) V. *Rui.* d. 3. ſ. 4.
(*o*) In 3. diſ. 32. q. 1

amorem non inclinari ad creaturam, tanquam ad ultimum finem; non vero ad eam non inclinari naturali quodam pondere profequutivo (*p*).

385 Obj. *tertio* contra IV. Adſ. Implicat divinam volitionem a creatura moveri. Nam 1.° actus Dei non producitur a Deo: ergo noſtra opera non ſunt cauſſa moralis illius actus. 2.° ejuſmodi cauſſalitas dicit imperfectionem in Deo. 3.° actus Dei ſunt multo antea quam exiſtant noſtra opera: ergo non poſſunt ab iis moraliter cauſſari.

386 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N Con.* quia nihilominus poteſt Deus ex Judae malitia e. g. adlici ad eum puniendum. Ad 2. *N. A.* quia eſt magna Dei perfectio, quod ex intuitu boni operis moveatur ad illud praemiandum. Ad 3. *N. Con.* quia haec moralis cauſſalitas fit media cognitione boni praemiabilis v. g. hoc autem poteſt a Deo cognoſci ab aeterno; atque adeo poteſt & Deum ab aeterno movere ad praemium ſuo tempore conferendum (*pp*).

§. IV.

Cetera leviora.

387 QUAESTIO I. Quo pacto divina voluntas ſit cauſſa rerum? ADSERO I. Deus producit formaliter creaturas per volitionem, non immediate, ac praeciſe per Naturam divinam ut Natura eſt (*q*). Fide certum (*r*). Quia Deus *operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuae* xe *Epheſ.* 1. & ex *Pſ.* 113. *omnia quaecumque voluit, fecit*, & ex *Sap.* 11. *quomodo poſſet aliquod permanere, niſi tu voluiſſes?* Alioqui Deus ageret neceſſario: unde produceret quantum poteſt producere, ſicuti producunt cauſſae naturales, utpote quibus nulla voluntas menſuram praeſcribit. Adcinunt *PP.* cum *Juſtin.* (*s*) *Hilar.* (*t*) *Aug.* (*u*) *Cyr. Alex.* (*x*) *Fulgent.* (*y*) *Anſel.* (*z*)

388 II. Divina voluntas eſt proxima rerum cauſſa, divinus autem intellectus remota (*a*). Quia poſtquam voluntas, praehabita intellectus ſcientia, vult, ac decernit efficaciter, nulla ſubſequens intellectus operatio requiritur, quae ſit imperium deferens impetum efficacem voluntatis: ergo haec proxime, ac immediate cauſſat, etſi praeſupponat intellectus ſcientiam, ne caeco modo velit.

389 III. Voluntati divinae potius quam intellectui, ſeu Omnipotentiae operationes tranſeuntes adtribuuntur (*b*). Quia *Voluntas Dei rerum menſura eſt* (*c*). Et plane dominium, aut principatus, quo Deus ſui juris eſt, ac rerum omnium moderator, reſidet formaliter in Voluntate, cui

(*p*) V. *Rui.* d. 15. ſ. 5. *Heriz.* tr. 2. d. 15. c. 4.
(*pp*) Conf. *Arria.* cit. d. 24. a n. 60.
(*q*) *Rui.* d. 14. ſ. 1.
(*r*) Ap. *Vaz.* heic d. 81. c. 1. & *Rui.* cit.
(*s*) Q. 3. Chriſtiana ad Gentil. prope medium.
(*t*) L. de Synod. circ. med.
(*u*) III. de Trin. c. 2. 3. & alias.
(*x*) L. 2. & 3. cont. Julian.
(*y*) L. 1. ad Monim. c. 12. 13.
(*z*) L. de volunt. Dei fere per tot.
(*a*) *Vaz.* proxime cit. c. 2. cum *Duran.*
(*b*) Commun. TT. antiqui, & juniores, ap. *Rui.* d. 14. ſ. 3.
(*c*) Ap. *D. Ambr.* l. 2. Hexaëmer. c. 2.

cui propterea regulatae per Scientiam, ſubeſt Omnipotentia, tanquam moventi, determinanti, ac praeſcribenti menſuram.

OBJECTIONES.

390 Obj. *primo*. contra 1. Adſ. Ex Dionyſ. (*d*) ſicut Sol non praeeligens, ſed per ſuum eſſe res illuminat, ita Deus per ſuam Eſſentiam Bonitatis ſuae radios rebus immittit. *Secundo* contra II. Deus per imperium intellectuale Thomiſticum proxime providet circa ſuorum decretorum exſequutionem. *Tertio* contra III. Opera Dei ad extra tribuuntur divino intellectui, Pſ. 103. *omnia in Sapientia feciſti*, & Prov. 3. *Dominus Sapientia fundavit terram*, & alibi.

391 R. Ad *primum*. Ibi Deus Soli comparatur ob providentiam ſuam generalem in ordine naturae, & gratiae, qua indiſcriminatim omnia illuminat, uti Sol in ſua linea. Ad *ſecundum N. A.* ex *infra* (*e*). Ad *tertium*. Tribuuntur divino intellectui tanquam dirigenti ad illa, non tanquam exſequenti (*f*).

392 QUAESTIO II. Num Dei Amor ſit aequalis reſpectu omnium creaturarum? ADSERO negative de amore adpretiativo, tam reſpectu poſſibilium, quam exiſtentium (*g*). Quia magis rem hanc prae illa adpretiat, ſeu adfective ei adhaeret, majoreque, ut ita loquar, pondere in eam fertur. Adeo rem unam, juxta majorem ſibi inſitam perfectionem, alteri praefert; quo enim excellentior res quaeque ſit in praedicatis eſſentialibus, eo amabilior eſt, digniorque Dei complacentia (*h*).

OBJECTIONES.

394 Obj. *primo*. Ex Sap. 6. *aequaliter eſt ei cura de omnibus*; ſed haec cura, aut Providentia Dei eſt ex amore, quo res amat: ergo omnes amat aequaliter. *Secundo*. Sicut Dei amor ſe extendit ad creaturas, ita & Scientia; ſed Deus non dicitur has ſcire magis quam alias: ergo nec amare. *Tertio* Tum Deus magis amaret, cui vellet majus bonum; ſed circa mere poſſibilia nequit uni velle majus bonum, quam alii; quippe quae nullum poſſunt donum recipere, quum complacentia de illis non ſit operativa ſuorum objectorum: ergo Deus aeque amat omnia poſſibilia, & perfectiſſimum Angelum, & imperfectiſſimum culicem: quod valde abſonum. *Quarto*. Imperceptibilis eſt major Dei amor ad meliora praecipue qua talia, quum amor ad omnia ſit unus, & indiviſibilis actus: immo magis illa amat, quibus majora dat dona: unde licet ſit melior natura Angelica, quam humana, tamen plus Deus amat naturam humanam Chriſti, Deiparam, & plures homines, quam Angelos, quia plura illis dona dedit gratiae, & gloriae: item licet juſtus damnandus ſit melior, quam peccator praedeſtinatus, plus iſtum amat, quum iſti velit aeternam gloriam, non illi: ergo illa ſunt meliora, quae majora dona a Deo adcipiunt; ac propterea magis amantur.

(*d*) De div. nom. c. 4.
(*e*) Tr. II. L. I. C II. §. I.
(*f*) V. *D. Th.* heic q. 19. a 4. *Rui.* d. 14. ſ. 1. 3. *Vaz.* cit. d. 81. c. 1. 2.
(*g*) *Arria.* heic d. 24. ſ. 7. *Comp.* heic d. 27. ſ. 8.
(*h*) V. *Rui.* d. 53. per tot.

394 R. Ad *primum*. Sermo eſt de providentia generali, quae nullam admittit perſonarum adceptionem: pro omnibus enim conditae ſunt leges, & adhibita remedia univerſalia, & omnia Deus aequali cura generali gubernat. Ad *ſecundum. N. Ma.* nam per Scientiam praeciſe cognoſcuntur creaturae, ſine praeferentia unius ad aliam in ratione cogniti; amor vero praefert digniores minus dignis, eas ſcilicet volendo majori pondere proſequutivo, ſeu adpretiativo: unde falſum eſt *ut ſicut*.

395 Ad *tertium*. *D. Ma.* magis amaret majore amore adfectivo, ſeu purae complacentiae, *N.*; heic enim ſolum reſpicit majorem objecti dignitatem, in qua complaceat, & delectetur, ſive majora illi conferat beneficia, ſive non; alioqui nec Deus ſe magis amaret, quam alia, quum ſibi nullum praeſtet beneficium: majore amore effectivo, ſeu operativo *C.* quia heic reſpicit majora dona, quae objecto conferat. Ex quibus Deus magis amat amore adfectivo, non effectivo, poſſibilia perfectiora. Hinc

396 Ad *quartum*. idem actus contritionis eſt amor Dei, & odium peccati: quidni ergo idem actus amoris comparatus ad diverſa objecta actualia eſſentialiter meliora, inſpecta a Deo quoad ſuam eſſentiam, amantur majore amore adfectivo; majore tamen effectivo, quatenus majoribus ditantur donis? ac iſte amor quidem in ſola Dei Voluntate conſiſtit; ideo enim Deus alios majoribus cumulat donis, quia vult: unde oritur amor quaſi reflexus, plus eum amans, qui pluribus donis nitere videtur. Hinc patet quid dicendum ad exempla oppoſita (*i*).

397 QUAESTIO III. Num in divina Voluntate ſit ſtrictum odium inimicitiae adverſus peccatores, praeſertim reprobos in gehenna? NEGO (*k*). Quia ejuſmodi odium vult alteri malum, quia ipſi malum: Deus autem non vult Judae v. g. poenam, quia ipſi mala eſt, ſed quia bona; quoniam bonum eſt ei redigi ad ordinem juſtitiae modo poſſibili in eo ſtatu; ſuamque poenam cum tota Univerſi gubernatione conſonare. Heinc potius Deus erga Judam adficitur quadam benevolentia, quantam patitur ille ſtatus, adeo ut totam ejus capacitatem repleat. Conf. *Aug.* (*l*) & *D. Th.* (*m*).

OBJECTIONES.

398 Obj. *primo* Peccatores ſunt proprie inimici Dei, ex Jacobo. 14. *qui voluerit amicus eſſe ſeculi hujus, inimicus Dei conſtituitur* &c.: ergo divina Voluntas tendit in illos ut inimicos, ſubindeque odio inimicitiae eos proſequitur. *Secundo* Ex Eccli. 12. *Altiſſimus odio habet peccatores*. Sap. 12. *quos exhorruiſti, Domine, quoniam odibilia tibi opera faciebant*. Et ſimiliter alibi. *Tertio*. Deus vult ſaltem damnatis malum prout habet rationem poenae; ſed poena, qua talis, eſt malum ejus, qui punitur: ergo Deus

(*i*) V. *Arria*. d. 24. a n. 49. & conferatur *Cienfuegos* in Aenigm. theol. t. 2. Diſp. 13. per tot.

(*K*) Cum *Rui*. d. 54. ſ. 3. *Simonn*. tr. 1. d. 6. art. 7. *Tourn*. q. 18. concl. ſecunda loco 2. contra Vaz. Arrub.

(*l*) Tr. 110. in Joan.

(*m*) I. p. q. 20. ar. 2. ad 4. & 1. cont. Gent. c. 96.

Deus vult malum damnatis, quatenus eſt ipſis malum. *Quarto*. Licet damnatus ut creatura Dei, Deo non diſpliceat, diſplicet ut peccato faedatus: ergo Deus vult illi malum ex perſonae diſplicentia. *Quinto*. Deus ex complacentia in Beatis ratione juſtitiae, vult illis gloriam, quia illis bona eſt: ergo & ex diſplicentia in damnatis ratione peccati, vult illis poenam quia ipſis mala eſt.

399 R. Ad *primum N. Con.* Nam licet eis Deus non ſit amicus, non eſt inimicus; nec enim inimicitia debet eſſe reciproca, ut amicitia. Nec decet, eum, qui nobis praecipit diligere inimicos, ſuos odio inimicabili proſequi. Ad *ſecundum*: illi textus, & ſimiles loquuntur de odio abominationis, quo Deus averſive adficitur erga peccatorem, ex diſplicentia in ſuo peccato; non vero de odio inimicabili, ex dictis: illud enim Dei juſtitiam, ac Sanctitatem decet; hoc autem ejus benigniſſimam bonitatem minueret.

400 Ad *tertium*: in poena duplex habetur ratio, quod nempe ſit malum ei, cui infligitur, & quod ſit manifeſtativa Divinae Juſtitiae, ſimulque ad pulchritudinem ordinis Univerſi conducens: Deus autem vult damnatis poenam primario ſub ſecunda ratione, ſecundario & conſequenter ſub prima. Ad *quartum D. Conſ.* vult malum ex diſplicentia perſonae peccato faedatae, primario ut ſibi malum, *N.* ſecundario, & conſequenter, ex dictis, *C.* Eo, ſcilicet, pacto, quo Pater vult filio delinquenti ſupplicium, & Judex reo, nimirum abſque ullo odio inimicabili erga perſonam filii, & rei. Ad *quintum N. Con.* quia primum commendat divinam Bonitatem, ſecundum deprimit (*n*).

CAPUT SECUNDUM.

De Libertate Voluntatis Divinae.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in divinae Voluntatis Libertatem, Sanctimoniam, Aequitatem.

401 PRincipio nonnulli in Libertatem divinae Voluntatis injurii deprehenduntur. Nimirum HISTORIA POLEMICA.

I. *Ethnici* plerique *Philoſophi*, atque *Poëtae* divinam Libertatem erga creaturas & quidquid ad extra, ut ajunt, producitur, abrogarunt: propterea enim deos ſuos Parcis ſubditos, Fatoque obnoxios fabulabantur (*nn*). Sic equidem Philoſophi *Heſiodus*, *Democritus*, *Empedocles*, *Heraeli-*

(*n*) V. *Rui* d. 54. ſ. 3. a n. 3. *Gon.* heic tr. 4. d. 6. a n. 41.

(*nn*) Ex *Max. Tyrio* deorum irriſore diſſ. 30. n. 179. in Jove reprehenſo, & ex *Ludov. Vive* in cap. 1. libri 5. S. Aug. de Civ. Dei.

raclitus; ſic Poëtae *Homerus*, *Herodotus*, *Philemon*, *Virgilius*, *Martialis*, *Ovidius*; ſic inſtar omnium haec concinens *Lucanus* (*o*).

Sive parens rerum primum informia regna
Materiamque rudem flamma cedente recepit,
Finxit in aeternum cauſſas, qua cuncta coërcet,
Se quoque Lege tenens, & ſecula juſſa ferentem,
Fatorum immoto diviſit limine mundum (*p*).

II. *Triſmegiſtus* (*q*) palam edixit, nefarium eſſe ſuſpicari, Deum a rerum molitione aliquando ceſſare: ſic enim, ait, Deus non eſſet. Non ergo potuit unquam non agere. (*)

III. *Zoroaſter* deorum voluntatem, neceſſitatem adpellavit, quum de coelo inquit ἀιδιῷ βελῇ φέρεται ἀὶ τρέχει ἔργῳ ἀνάγκης id eſt *ſempiterna voluntate fertur, ſemper neceſſitatis opera currit* (*r*).

IV. *Plato* negaſſe Deo liberam erga creaturas volitionem & operationem arguitur ab *Euſtratio* (*s*) & a Cardinali *Cuſano* (*t*). Ab eo ſiquidem illud pronuntiatum fertur, *neceſſitati ne deos quidem reſiſtere*. (*u*) (**)

V. *Ari-*

(*o*) Lib. 2.
(*p*) Conf. *Euſeb.* de praep. evang. l. 6. c. 2. & 3. *Lactant.* div. Inſt. l. 1. c. 11. *Gaſſend.* l. 3. Ethices cap. 2.
(*q*) In Pimandro c. 11. & 14.

ADNOTATIO.

(*) SI tamen laudati Triſmegiſti ſententia perpendatur, haud incongrue in benignum ſenſum trahi poteſt; quod nempe intenderit ipſe, Deum non fore Deum, ſi a rerum conſtructione ceſſaret, videlicet rebus ipſis nihilofecius permanentibus. En ejus verba. Num cenſes arduum quiddam & laborioſum Deo vitam, animam, immortalitatem, mutationemque efficere? Tu enim tot, tantaque potes, vides, audis, odoras, guſtas, tangis, loqueris, gradieris, ſpiras, intelligis: neque alter eſt in te qui videt, quive audit alter, nec loquitur unus, graditur alius, hic odorat, ille guſtat, hic ſpirat, intelligit ille; at unus haec omnia praeſtat, neque etiam poſſibile eſt illa ſine Dei natura fieri. Ut enim qui ceſſat ab iis, non eſt amplius animal, ſic qui ab illorum conſtructione ceſſaret, minime Deus eſſet: id autem ſuſpicari nefarium. Conf. *Raynaud.* in Theol. nat. d. 8. n. 75.

(*r*) Totidem verbis *Siremius* de fato l. 3. c. 6. Ex hoc tamen effato nullus, me judice, colliget neceſſitatem in Deorum voluntate, ſed duntaxat in coelo, utpote ad perpetuum motum coacto, diis volentibus & agentibus.
(*s*) Ethic. 1. c. 6.
(*t*) L. de Beryllo c. 23.
(*u*) Ap. *Viveſium* in cap. 1. libri 5. de civ. S. Auguſt.

ADNOTATIO.

(**) PLatonem nonnulli jure vindicant, cum *Ruizio* in tr. de volunt. Dei diſp. 7. ſ. 5 n. 1. & laudato *Raynaudo* in Theol. nat. diſt. 8. n. 72. & alias. Quoniam, ut alia praeteream, adſeruit in Timaeo ante medium, Deo poteſtatem fuiſſe Angelos, quos crearat, annihilandi; tum potuiſſe ſolo producere omnia animalia, quorum productionem, ſua falſa opinione, Angelis commiſerat.

V. *Ariſtoteles* quoque inter negantes Deo libertatem erga creaturarum productionem (*x*) recenſetur a plurimis (*y*). (*)

VI. *Stoici* univerſim libertatem Deo apertiſſime abjudicarunt, eum Fato, ſeu inevitabili in operando neceſſitati, quemadmodum & creata cetera, ſubjicientes. Heinc apud ipſos, nec libera voluntatis determinatione ad condendum mundum adceſſit Deus, nec ipſe aliter poteſt agere, quam requirit natura totius univerſi, ſeu cauſſarum omnium naturalium miro quodam vinculo concatenatarum complexio. (*yy*) (**)

VII. *Tul-*

(*x*) Ex iis quae docuit l. 8. Phyſic. tex. 9. & 13. & l. 2. de coelo tex. 21. & 25. & Metaph. l. 9. tex. 17. & alias.

(*y*) Cum *R. Moſe* 2. Directoris dubitantium c. 20. *Scoto* in 1. Sent. diſt. 3. q. 4. ſub init. *Cuſano* in Beryllo c. 23. ſub fin. *Pico* concl. 14. & 71. philoſoph. ex propriis, *Siren.* de fato l. 3. c. 10. *Vive* de verit. relig. chriſt. l. 1. c. 10. *Cano* de loc. l. 10. c. 5. *Moſhemio* in notis ad Cudvvorthum tom. 1. c. 4. §. 24. num. 21.

ADNOTATIO.

(*) AT alii quoque pro Ariſtotele pugnant cum *Cajet.* q. de infinitate Dei, *Iolceto* 8. Phyſic. q. 3. *Ruiz.* mox laudato, a n. 8. *Soncinate* in Theol. Ariſt. l. 3. c. 104. ſqq. Et jure quidem. Nam, pluribus praetermiſſis, in lib. 2. Magnor. Moral. cap 8. tribuit ipſe Deo, quod bona & mala pro meritis diſtribuat; id autem abſque libertatis uſu aegre quidem intellexeris. Tum ex ejuſdem ſententia dixit *Alexander Aphrodiſeus* in lib. de fato, poſtulanda eſſe a Deo beneficia, quippe qui poſſit ea concedere ſeu negare.

Quid? quod, ſi fides *Laertio* de vit. & placit. Philoſ. in Ariſtot; liberum eſſe Deum cenſuit ac ex animo ſuppoſuit Ariſtoteles, ubi morti proximus a prima cauſſa miſericordiam imploravit. Ex quibus porro id ſaltem colligere licet, quod perſpicaciſſimus hic Philoſophus in vitae termino definiit certo Dei libertatem, quam ſaepe alias, ob ſummam arcani dogmatis arduitatem, nutanti, inconſtantique animo verſarat.

(*yy*) Conf. *Voſſius* in theol. gent. l. 2. *Gaſſend.* in Ethices l. 3. c. 2. *Cudvvorth.* in Syſt. int. c. 1. §. 3. ibique *Moſhem.* num. 7. *Jac. Thomaſius* de exuſtione mundi ſtoica diſſ. 13. *Budde.* in analectis hiſtor. philoſophicae, ubi de erroribus Stoicor. in philoſ. morali §. 6. & 7. *Brucker.* hiſt. phil. ubi de Secta Stoica tom. 1. ſect. 1. p. m. 930.

ADNOTATIO.

(**) JUſtus *Lipſius* Stoicorum Phyſiologiam ea qua pollebat ingenii vi, & eruditionis praeſtantia illuſtrare adgreſſus in Manuductione ad ſtoicam Phil. & in Phyſiologia Stoicorum, ut praenotatam labem ab Stoico Syſtemate depellat, illorum verba Philoſophantium, ac Senecae prae primis, in mitiorem, immo in pium ſenſum exponit, ac deterquet: concluditque, germanos Stoicos id unum intendiſſe, quod Deus ſemel ſtatuta non mutet; ac id quidem, non quod imbecillitas aliqua in Deo ſit, aut Fatum dominetur, ſed quoniam ipſi placuit ſtare decreto. Sic Liphus in Phyſiolog. Stoicor. l. 1. diſſert. 12.

Haec inſuper confirmat ex doctrina Senecae, ajentis de Benef. c. 21. *non externa Deos cogunt, ſed ſua illis in legem voluntas eſt*; tum 1. Quaeſt. Natur. *nec Deus ob hoc minus liber aut potens eſt, ipſe enim eſt Neceſſitas ſua*. Alia demum ex Auguſtino Senecam adprobante innuit, quae ubi citantur nobis legere non licuit.

Ceterum ſi laudatum *Bruckerum* critice, more ſuo, differentem audire lubeat, Lipſius frigidam Stoicis ſuffundit. Quin immo perinſignis inter ipſos Profeſſor Seneca, ubi laudatur, non niſi libertatis vocibus gratis ludere videtur, quum idem alias in l. de Provid. cap. 5. liberrimo calamo ſic perſcripſerit, *eadem Neceſſitas & Deos adligat; irrevocabilis divina pariter atque humana curſus vehit*.

VII. *Talmudiſtae* pleraque Dei decreta libera conſtituere videntur temporanea, & ſubceſſiva, non vero ab aeternitate praefixa. Equidem principio fabulantur, quod initio anni ſtatuit Deus quidquid toto anni decurſu agendum ſit, & cuique praeſcribit & taxat ſingula, ne quis a praeſcripto deflectat (z); necnon bona & mala opera a ſingulis quibuſque toto anno exercenda ſingillatim trutinat, expendit, judicat (a).

Deinde quod anno ineunte, ſupponens homines fore juſtos, decernit eis inſequenti anno largiter condonare pluvias: quod ſi impii evadant ac beneficio indigni, pluvias in deſerta loca dimittit (b). Poſtremo quod certis anni temporibus varia de terrae frugibus & aquis judicia exercet: nempe in Paſchate, Pentecoſte, feſto Tabernaculorum (c).

VIII. *Author & Sectatores Alcorani Mahumedani* commenti ſunt, quotannis in celebri nocte *Alkadar*, qua olim demiſiſſe e coelo Deum Mahomedi Alcoranum per nuntium Gabrielem confingunt, res ad mundi gubernationem pro toto venturo anno ſpectantes decernere ac diſponere Deum; tum jubere in terras deſcendere Gabrielem cum Angelis ad eas hominibus notificandas, vel exſequendas. Ita exponunt Alcorani verba ad Suram 97. inſcriptam *Alkadar*, cum *Zamchaſcerio* & *Golal* apud & cum laudato *Marraccio* (d).

Alcoranus autem ſic loquitur ex Arabico textu latine verſu *Commate* 3. Nox Alkadar melior *eſt*, quam mille menſes. 4. Deſcendunt „ Angeli & Spiritus in ea per nutum Domini ſui, cum decretis diviſ„ nis de omni re. 5. Pax ipſa *nox* eſt uſque ad ortum Aurorae. Ita libuit nefando Impoſtori praefatum talmudicum commentum imitari: ex quo nempe multa deſumpſit, ac plura corrupit (dd) (*).

IX. *Au-*

vehit; *ille ipſe omnium conditor ac rector ſcripſit quidem fata, ſed ſequitur, ſemper paret, ſemel juſſit*. Haec autem, pluraque ſimilia germanorum Stoicorum documenta, quae apud mox laudatum *Gaſſendum*, ſi lubet, videris, atque expenderis, quo pacto ad rectum ſenſum veroſimiliter converti poſſint, plane non video.

(z) Ex *Talmude* codica *Roſchaſcianà* cap. 1. pag. 16. fere per tot.

(a) Ex eodem codice pag. 17.

(b) Ex laud. codice pag. 17. 6. paullo poſt med.

(c) Ex ipſo codice tamuldico pag. 16. ſub init. Haec debemus laudato *Bartolocio* a p. m. 638.

(d) In eam Suram a p. m. 812.

(dd) Patet apertiſſime cuique utrumque vel oſcitanter conferenti. Vid. laud. *Viveſius* §. *Nec minus*.

ADNOTATIO.

(*) ANne Alcoranus ita benigne exponi poſſit, ut oſtendatur intendiſſe, quod Deus in nocte *Alkadar* aeterna decreta ſua Gabrieli & Angelis patefaciat, quo ea deferant, & hominibus pro venturi anni oeconomia nota faciant? Ita quidem intellexiſſe videntur Mahumedani *Sonnitae*, qui inter eos Orthodoxi cenſentur. Hi enim in ſuae fidei profeſſione, quam vulgavit *Algazel Tuſanus*, profitentur Deum voluiſſe ac decreviſſe ab aeterno in mente ſua quaecumque de novo eveniunt in tempore.

Verum Sectatores alii cum Moslemis potius volunt, Alcorani textum intelligendum eſſe prout ſonat, ut ſibi impune monſtrolum confingant Deum, decreta nova quotannis cudentem. Conf. laud. *Marrac.* in Refutationibus Surae 97.

IX. *Author Theologiae Aegyptiorum* adfirmavit (*e*) Deum neceſſario ſe creaturis communicare; utpote Bonum neceſſario exigens ſeſe diffundere. Qui & idem omnino adſertum *Proclus* ille Platonicus ex eo ſubintulit, quod ſi Deus non ſe communicet, invidia tangi videatur (*f*). Et huic praeterea ſubſcripſit quidam ex Schola Theologus, *Udalricus* nomine, quem profert, confutatque *Dionyſ. Carthuſianus* (*g*).

X. *Simplicius* (*h*), *Avicenna*, *Averrhoes* ſigillatim in ſummi Numinis libertatem conſpiraſſe feruntur (*i*). Ac de iis fortaſſe, immo de univerſa Schola veteri Peripatetica loquutus eſt *S. Thomas* ubi ait (*k*). Philoſophos aliquos poſuiſſe, Deum ex naturae neceſſitate res producere, eo quod de neceſſitate abſoluta velit quidquid vult.

Quin etiam hoc idem dogma tenuerunt *Anonymi*, quibus evulgare placuit, Deum non ex ſua bonitate ac libere, ſed naturaliter ac neceſſario operari, quemadmodum araneae naturaliter texunt (*l*). Et, quod mireris, hanc ipſam opinionem, quam *S. Maximus* jure optimo *fatuam* vocavit, ambabus ulnis amplexus eſt *Hosbertus*, Scholaſticus Author (*m*).

XI. *Anonymi* quidam (*n*) ex eo divinae Voluntati libertatem, ſeu liberum arbitrium inficiabantur, quod iſtud eis tantum concedi oporteat, qui & bene facere & male poſſunt. Et illis quidem quodammodo praeluſiſſe videtur *S Hieronymus*, ſic inquiens (*o*) *ſolus Deus eſt, in quo peccatum non cadit, cetera, quum ſint liberi arbitrii, in utrumque poſſunt ſuam deflectere voluntatem* (*).

XII *Petrus Abaelardus*, eumque errantem ſequutus *Joan. Wicleffus*, damnatae memoriae nomen, divinae libertati juxta ac omnipotentiae injurii docuerunt, Deum non poſſe aliter res facere, quam facit (*p*).

XIII. *Lu-*

(*e*) In l. 7. c. 2.

(*f*) Ap. *Philopon.* l. de mundi aeternit.

(*g*) In 1. Sent. diſt. 45. q. 1.

(*h*) De cujus perſona, aetate, ſcriptis, ſatis abunde *Joan. Albert. Fabricius* in Biblioth. Graeca volum. 8. l. 5. c. 29.

(*i*) Videlicet *Simplicius* l. 6. Phyſic. tex. 15. *Avicenna* l. 9. Metaph. c. 4. *Averrhoes* l. 8. Phyſic. a tex. 6.

(*k*) Cont. Gentil. l. 2. c. 23.

(*l*) Eos ex *S. Maximo* profert *Joan. Cypariſſotus* dec. 4. c. 2. ap. *Bibl.* PP. Lugdun. t. 21. p. m. 393.

(*m*) Ap. *Dionyſ. Ciſtercienſem* In 1. ſent. diſt. 38. quaeſt. un. ar. 2. fol. m. 39. perantiq. edit. pariſienſis.

(*n*) Ap. *Abaelard.* eis ſynchronum, l. 3. Introd. ad Theol. c. 7

(*o*) In Homil. de filio prodigo.

ADNOTATIO.

(*) ET Hieronymus, & Anonymi exinde poſſunt quamoptime excuſari, quod aliquos ex priſcis Theologis *liberi arbitrii* nomen deſignabat poteſtatem indifferentem ad bonum & ad malum, ſive etiam vertibilem in utramque contradictionis partem, etiam poſt primam electionem: quae duo plane Deo repugnant.

Iccirco quantumvis ipſi liberum arbitrium ſub eo ſenſu intellectum Deo adimerent, non item ſubinde propriam, ſtrictamque libertatem negabant. Adeo apud *Ruiz* tr. de volunt. Dei d. 7. ſ. 1. n. 3. licet de fide ſit amorem erga creaturas eſſe Deo liberum, nondum tamen eſt fide ſanctum, libero arbitrio pollere Deum; ob adſignatum videlicet, ſibique probatum diſcrimen inter nomina *libertas*, & *liberum arbitrium*, ex Theologorum placito.

(*p*) De utroque ſuperius dictum eſt in Proluſ. de Erron. in Dei Omnipotentiam.

XIII. *Lutherus* eidem conſentiens errori, tenuit omnia evenire ex abſoluta neceſſitate, nihil ex libera Dei voluntate (*q*).

XIV. *Joan. Calvinus*, cui adhaeſit *Martinus Bucerus*, extinctus in Anglia ſub an. 1551., impie ſcripſit, Deum agere neceſſario quidquid poteſt agere, nec ipſi fas eſſe ab eo quod facit ceſſare, nec aliud quidpiam facere (*r*).

XV. *Joan. Antonius Delphinus*, clariſſimus ex Ordine Minorum Theologus, vita functus an. 1560., diſſerens de divina libertate, docuit, Deum nunc de facto incipere velle aliqua quae prius non voluit, & deſinere velle alia quae ante voluerat, poſſeque ſuae volitionis actum ſuſpendere ac permutare. Crudam hanc ſententiam retulit, confutavitque *Sirenius* (*s*).

XVI. *Conradus Worſtius* circa liberam Dei Voluntatem, erroneam hanc evulgavit doctrinam (*t*). 1.° divina voluntas ſemper cujuſdam principium mutabilitatis eſt, etiam in ipſo Deo, quippe per quam Deus aliter atque aliter habere ſe & poteſt & ſolet, tum volendo, tum contemplando &c. (*u*). 2.° libera Dei volitio eſt forma nova, & in tempore reapſe Deo adcedens, ſaltem reſpectu quorumdam objectorum (*x*). 3.° libera Dei decreta eatenus tantum aeterna ſunt, quatenus a Deo facta ſunt ante tempora ſecularia, hoc eſt ante mundi conditionem, non ita vero ut ſemper actu fuerint. (*y*) (*)

Deinde adverſus immaculatiſſimam divinae Voluntatis Sanctitatem complurimi quam impudenter pugnarunt.

I. *Priſci Philoſophi*, ac *Poëtae* permulti ex variis Gentibus, puta *Aethiopes*, *Thraces*, *Graeci*, *Romani*, qui Mythicam Theologiam ſectati ſunt, vitioſas animi perturbationes, immo ſcelera, quibus mortales homines obnoxii ſunt, Deo, ſeu diis ſuis impudenter adtribuebant; quin & ipſos malorum plurium, etiam moralium, Authores ſalutabant (*z*). Sed iis tamen adeo craſſe ac inique cogitantibus, prudentiores alii ejuſdem Paganiſmi profeſſores aperte reſtiterunt, inferius producendi.

III. *Ari-*

(*q*) Art. 36. in errorum Catalogo, quem habes ap. *Nat. Alexandr.* ad Secul. XVI. ubi de Lutheri erroribus.

(*r*) Haec *Calvinus* l. 1. Inſt. c. 16. §. 3. & alias: haec *Bucerus* l. de concordia doctrinae, cap. de libero arbitrio.

(*s*) De fato l. 8. c. 9.

(*t*) Ap. *Gaulter.* ad Secul. XVII. in collect. vet. error. c. 6.

(*u*) In notis ad ſuam diſp. 3. de Deo.

(*x*) Diſp. 6. de Deo prop. 36.

(*y*) In Exegeſi apologetica c. 15.

ADNOTATIO.

(*) PRo tertio hoc errore confirmando adducit VVorſtius teſtimonium, a S. Juſtino M. in Quaeſtione 111. ad Graecos petitum. Illud enim vero, praeterquam quod ejuſmodi quaeſtiones inter genuinos Juſtini foetus ab Eruditis non admittuntur, nihil Haeretico favet, immo pluribus nocet, uti facili negotio demonſtrari poſſet. Conſule *Raynaud.* in Theol. nat. diſt. 8. a num. 79. ſub fin.

(*z*) Plura in hanc rem *Clem. Alex.* 7. Strom. c. 2. & in Protrept. paſſim, *Euſeb.* de praep. evang. praeſertim l. 6. *Auguſt.* de Civ. Dei in XXII. libris ſparſim, tum ſinguli quique *Scriptores*, qui agunt ex profeſſo de Mythica Paganorum Theologia.

II. *Aristoteles* singillatim adcusatur quod adseruerit 4. topic. c. 3. loco 61., Deum res malas ac flagitiosas perpetrare posse (*).

III. *Adsertores duplicis principii* seu Dei, boni & mali, cum *Cerdone*, *Marcione*, *Valentino* &c., suum principium, seu Deum malum quorumlibet malorum moralium caussam & origenem effecerunt. Hinc *S. Irenaeus* jure dixit, Platonem ipsis haereticis religiosiorem extitisse (*a*). Addere sibi licuisset, & Aristotelem, Trismegistum; & plerosque alios se antiquiores, quos nosse potuit.

IV. *Simon Magus* tenuit, Deum verum esse peccatorum caussam, quatenus ita naturam humanam creavit, ut haec nihil aliud possit ac velit nisi peccare (*b*).

V. *Florinniani*, Authore *Florino*, Romano Presbytero, *Blasti* socio, Valentini erroribus, quos profitebantur sub Chr. Sec. 11., addiderunt, absolute Deum esse malorum caussam (*c*). Hisque subscripserunt *Archontici*, alias producti (*d*).

VI. *Seleuciano Hermiani* sub IV. Sec. dixerunt, malum quandoque a Deo esse, quandoque a materia (*e*).

VII. *Theodorus* Episcopus Mopsuestenus, qui floruit an. circ. 415., Chrysostomi aliquando socius, ac Nestorii Heresiarches Magister, fertur in plerisque opusculis docuisse, Deum peccato aditum dedisse, & concessisse, ut homines peccarent, quoniam id illis expediebat. Multi vero ab hoc errore, atque ab aliis eum vindicant (*f*).

VIII. *Talmudistae* saepius in Dei Sanctitatem impie ac stulte impegisse visi sunt. Equidem 1.° inducitur Deus in tribus noctis excubiis sicut Leo sic clamans, *vae mihi quia destruxi domum meam, & incendio absumpsi Templum meum, & in captivitatem abjeci filios meos inter populos mundi* (*g*). Videlicet tanquam male factorum poenitens. 2.° adse-

ADNOTATIO.

(*) Ceterum *S. Thomas* 1. p. q. 25. art. 3. ad 2. ita eum exponit, ut duntaxat intenderit, Deum posse aliqua agere, quae nunc prava videntur, quae tamen si ageret, bona essent. Eique commentario subscripsit *Niphus* in expositione adducti textus Aristotelici. *Soncinas* in Theol. Arist. perspicue ostendere videtur, ex Aristotelis doctrina Deum esse bonum ac summum bonum; immo bonum per essentiam, ac infinitae perfectionis substantialis (ibi. l. 3. capp. 22. 23. 24. 25.) quae quidem cum potentia peccandi minime consistunt. Aliter alii Philosophum purgare contendunt apud laudatum *Niphum*. Eos legito ac lubenter audito.

(*a*) L. 3. c. 45.

(*b*) Ita ex priscis Patribus unus innuit *Vincent. Lerinensis* in commonit. versus fin. §. *Sed ad Apostolum*. Relege dicta in Tom. I. de Prodromis pag. 326. adnotat. IV.

(*c*) Ex *Aug.* haer. 66.

(*d*) Ap. *Epiph.* qui eos prodit, confutatque haer. 40. num. 7.

(*e*) Ita Aug. haer. 59., ubi tamen non explicat, an ii loquerentur de malo physico naturae, an de morali, quod proprie peccati ratione gaudet.

(*f*) Conf. *Acta* Synodi Gener. V. & CPnae 11. collat. 4. & 8. utrobique post med. *Garner.* in Marium Mercat. *Dupin.* in Biblioth. ubi de Theodoro sermonem instituunt.

(*g*) In *Talmud.* Cod. *Berachòth.* cap. 1. pag. 3.

ritur Deo actus & furor irae (*h*). 3.° fingitur Deus cooperari venditioni Joſeph; videlicet adſociatus in ipſa venditoribus fratribus, & ut ſilentium cautius de crimine ſervetur, Jacobum Patriarcham deferens (*i*). 4.° imponitur Sanctiſſimo Numini, quod *mutavit propoſitum in malum a dicto primo ſuo*, nempe a juramento, quo exemerat ſanctos ſui populi viros a ſuppliciis (*k*). 5.° cum Deo expoſtulant de injuria Hebraei, quod nimirum fuerit cauſſa, cur Iſraelem ſui hoſtes odio graviſſimo perſequuti fuerint (*l*).

6.° Fabulantur, habere Deum locum quemdam ſeparatum, ubi ſtatis temporibus, multis cum lacrymis deflet ac ſe ipſum adfligit, quod Judaeis iratus templum Hieroſolymitanum everterit, & populum ſuum in captivitatem diſperſerit (*m*). 7.° comminiſcuntur, Deum Judaeis praecepiſſe, ut ſingulis quibuſque novilunnis ſacrificium expiationis perageret ad expiandum ſcelus ab ipſo Deo perpetratum, quando lumen, quod a luna injuſte ademerat, ſoli adtribuit (*n*).

IX. *Mahumedes* in Alcorano permulta ſtulte ac impudenter effutiit in divinam Sanctimoniam. Quippe 1.° exhibetur Deus loquens & faciens unicuique adparere ſpecioſam ſectam ſuam, etiam idololatricam (*o*). 2.° adfigitur Deo, quod errare faciat quem vult, quin ei miracula quidquam proſint (*p*). 3.° inducitur Deus pejerans, jurans videlicet per ſe ipſum, fateri Meccanos, Alcoranum eſſe veritatem; quod tamen, uti aperte liquet ex perpetuo ipſius Alcorani teſtimonio, falſum prorſus erat (*q*).

4.° Dicitur Deus ad dolum velocior, quam homines Meccani (*r*). 5.° Fecit Deum impoſtor ille authorem, juſſoremque peccati, in eum nempe referens bella ſua, rapinas, libidines, inceſtus, violentias. Et hoc quidem impium dogma Mahumedani vulgo retinuerunt; Turcae praeſertim, qui mordicus tuentur, ſe dum peccant, ex impulſu Dei neceſſitantis peccare (*s*). 6.° eum Deo adfectum tribuit, qualem ipſe idem gerebat, ſaevum & ſanguinarium. Infidelium, inquit, non niſi lapſum & praecipitium diligit Deus. (*t*)

X. *Anonymi* ante an. 1158. docuerunt, quod etſi Deus non velit malum morale, velit nihilominus hoc malum eſſe ac fieri (*u*).

XI. *Ho-*

(*h*) *Ibid.* pag. 7.

(*i*) *Ibid.* pag. 6. una cum *Zohar* Geneſ. 37. 12.

(*k*) Ap. R. *David. Kimchi*, & R. *Salomon*. in Ezech. 9. 4. & 6.

(*l*) Ap. R. *Salomonem* in Thren. 1. 21.

(*m*) Ex *Talmulde Cremonenſi*, quem exſcripſit *Sixtus Senenſis* in Bibl. S. l. 2. art. *Traditiones*, p. m. 199.

(*n*) Ex eodem *Talm.* ap. *Senenſ.* laudatum, p. m. 200. Ac vereor quidem, hoſce binos errores haud notaſſe in *Tamuld. Cracovienſi*, quem recitat & ſequitur laudatus *Bartoloccius*, cui plurium cognitionem nos grato animo referendam fatemur.

(*o*) In Sura 6. inſcripta *Pecudej.* commate, ſeu §. 108., ex interpretatione laudati *Marrac.*

(*p*) Sur. 13. ſub titulo *Tonitru* §. 29.

(*q*) Sura 51. inſcripta *Spargentes.* §. 23. Interprete eodem *Marrac.*

(*r*) Sura 10. cum titulo *Jonas.* §. 22.

(*s*) Conf. *Vives* de verit. fid. l. 4. §. *Videamus*. & laud. *Marrac.* in refutationibus Surae 6. num. 8. & Surae 10. n. 3. ſub. fin.

(*t*) Ita idem *Viveſius* l. c. ac fere *Marrac.* in refutatione Surae 32. n. 3.

(*u*) Ex *Magiſtro* ſent. l. 1. diſt. 46. a §.

XI. *Homines intelligentiae*, Seculo Chr. xv. inſtituti in Belgio a *Guillermo Hildernissen* Presbytero, & *Aegidio Cantoris* laico, adſerere auſi ſunt, actus quoslibet nefarios in divinam Voluntatem eſſe referendos, Hunc tamen errorem, ceteroſque ſuae ſectae ejuravit Guillermus coram Epiſcopo Cameracenſi, ac fidei Quaeſitore ſub an. 1412. 12. Jun., & deinceps Cameraci, Bruxelliſque publice revocavit. (*w*)

XII. *Libertini*, a *Coppino* & *Quintino* infimae plebis hominibus progeniti ſub an. circ. 1525., praeter alios errores, quos in Brabantia, Hollandiaque diſſeminarunt, palam docuerunt, quod quidquid ſeu boni, ſeu mali ab hominibus fieri videtur, fiat ab unico Dei Spiritu, qui omnia in omnibus operatur. Inde colligebant, eos non eſſe reprehendendos, qui moechantur, occidunt, furantur; id enim eſſet Deum reprehendere. Monſtra haec duobus libris confutavit *Calvinus*; nihilo tamen ſecius forte ipſe ſua doctrina iis non minus favit, quam ſua Lutherus Anabaptiſtis. Immo eſt qui cenſeat hoſce Libertinos ex Calviniana Schola prodiiſſe (*y*) (*).

XIII. *Lutherus* haec ſcripſit (*z*). *Quomodo poteſt* (liberum arbitrium) *ſeſe ad bonum praeparare, quum nec in poteſtate ſit, ſuas vias malas facere? Nam & mala opera in impiis Deus regit ... non eſt homo in manu*

Ideoque, ac *S. Thom.* 1. p. q. 19. ar. 9. ad 1.

(*x*) Conf. *Nat. Alex.* ad Sec. xv. c. 2. art. 2.

(*y*) Conf. *Prateol.* in Quintino & Libertinis, *Bellarm.* de amiſſione grat. l. 1. c. 1. *Florim. Rem.* de orig. haereſ. l. 1. c. 16. *Gaulter.* ad Sec. 16. in collect. vet. error. c. 6.

ADNOTATIO.

(*) De peſtibus hujus Sectae plura *Calvinus* in Inſtructione adverſus Libertinos, quam exaravit an. 1544. & in Epiſtola ad Rotomagenſes contra Religioſum quendam Libertinum, tum carceri mancipatum, conſcriptam an. 1547. Extant e Gallico idiomate in Latinum verſa in ultimo ejus operum tomo de tractatibus theologicis edit. Amſtelodami 1667., a p. m. 374. & 403.

His adgreſſus videtur Calvinus ejuſmodi Libertiniſmi dogmata & Sectatores confutare. At quo pacto, putaveris, confutationem inſtituiſſe? Porro ipſe ſic religioſum illum Novatorem ſugillat, *nullo utitur adparatu hic impoſtor, quem ex doctrina noſtra furatus non ſit*, ſub init. Epiſtolae. Et quidem, quod ſpectat errorem, quem verſamus, in Dei Sanctitatem, de Deo volente poſitive peccatum, agente, inclinante, excitante in illud voluntatem &c. impoſtoris doctrina nulla alia erat, quam Calvini doctrina, deſumpta ab ejus Inſtitutionibus, & tractatu de occulta Dei Providentia, & ejuſdem tractatus Apologia. Quin etiam quae ipſe in Inſtruction. Libertinis exprobrat tanquam peſſima abſurda, in laudatis commentariis palam admittit, & confirmare nititur ex ſacris Scripturis. Ea igitur in hunc Athletam regerere licet.

Ac illud prae primis, quod audaci, inſultantique calamo objicit Libertino Monacho in haec verba, *conteſtatur, ſibi longe aliam eſſe mentem, ſeque Deum mali Authorem facere nolle adfirmat: ſed quid prodeſt ſubterfugium in re tam aperta?* Nimirum poſtquam adſeruerat, Deum inclinare, praedeſtinare, impellere hominem ad peccatum, & id genus alia, e quibus nempe legitima ac evidente conſequutione colligitur, niſi lubeat verbis ludere, Deum eſſe mali Authorem. Perbelle quidem. Ergo in re non minus aperta, immo identica ſimile ſubterfugium Haereſiarches ne quaerat.

(*z*) In Adſertione articulor. a Leone X. confixorum, art. 36. ante med. p. m. 311. in tom. 2. oper. edit. Jenenſis 1600.

ſua etiam male operans & cogitans. Sed haec tamen revocavit in lib. de Viſitatione Saxonica, ubi docet, & agnoſcit liberum arbitrium in rebus civilibus, tam ad bonum quam ad malum (*a*).

XIV. *Zwinglius*, in acie contra Catholicos miſerrime extinctus an. 1531. 11. Octob., adſerere non erubuit (*b*) quod Deus Author eſt ejus, quae in nobis eſt, injuſtitiae: quod Angelum tranſgreſſorem facit & hominem; quod eſt author, motor, impulſor pravi operis: quod culpam per hominem operatur: quod movet latronem ad occidendum innocentem etiam & imparatum ad mortem (*c*).

XV. *Philippus Melanchthon*, fidiſſimus Lutheri Achates, Author famoſae Confeſſionis Auguſtanae, Carolo V. Caeſari traditae ſub an. 1530; fato functus 1560., adfirmavit, Magiſtri Lutheri ſpiritu de ſervo arbitrio abreptus (*d*) quod aeque proprium ſit Dei opus prodìtio Judae ac Paulli converſio. Id quod diſertis verbis damnavit C. *Trident.* (*e*). Sed idem tamen Author, utpote nimium varius in mutandis, rejiciendiſque propriis opinionibus, hanc peſſimam poſtmodum grandior & maturior revocavit, atque oppoſitam pro viribus ſtabilivit & confirmavit (*f*).

XVI. *Jon. Calvinus* millies in commentariis adſeruit, ſaltem aliis verbis & phraſibus, in idem perſpicue recidentibus, Deum peccati, immo cujuſcumque peccati Authorem eſſe. Sic enim de Deo volente diſſerit. 1.° mandat Deus ut Satan & improbi concipiant maleficia, & ea adverſus probos moliantur (*g*). 2.° vult, jubet, decernit homines excaecari (*h*). 3.° impellit hominem ut agat quod ſibi non licet (*i*). 4.° pravos Chaldeos ad flagitium perpetrandum inſtigavit (*k*). 5.° ordinat ſua Providentia hominis caſum (*l*). Plura id genus repetit in aliis commentariis, quos ſupra laudavimus (*m*) praemaxime in Apologia, cui titulus, *Brevis reſponſio ad diluendas nebulonis calumnias adverſus noſtram doctrinam de occulta Dei Providentia*, & extat in tomo jam citato de tractatibus theologicis Calvini, a p. m. 629. Tot blaſphemiarum ſummam dabunt plurimi, cum *Bellarm.* proxime laudato, *Gaulterio*, acerrimo Calvino-maſtyge (*n*). *Staphylo* (*nn*). *Nat. Alex.* (*o*).

Hanc ſui Ducis doctrinam *Calviniana Schola* mordicus tenet, ac plu-

ribus

(*a*) Teſte *Bellarm.* de cauſſa peccati & amiſſ. grat. l. 2. c. 1. n. 15.

(*b*) In ſerm. de Providentia, quem exaravit an. 1530.

(*c*) Conf. laud. *Bellarm.* c. 3. n. 3.

(*d*) In locis communibus VVittembergae editis 1520.

(*e*) Seſſ. 6. can. 6. Ubi notandum, *Pallavicinum* in Hiſt. C. Trid. l. 8. c. 14. verſus fin. memoria lapſum adtribuere uni Luthero hunc errorem, a Melanchthone cuſum & expreſſum.

(*f*) In locis praecipuis theologicis, editis Lipſiae 1553. ubi de cauſſa peccati & de contingentia p. m. 57. & 58.

(*g*) Inſt. l. 1. c. 17. §. 11.

(*h*) Ibid. c. 18. §. 1.

(*i*) Ibid. §. 2.

(*k*) Ibid. l. 2. c. 4. §. 2.

(*l*) Ibid. l. 3. c. 23. §. 8.

(*m*) In Adnotatione ad Art. XII.

(*n*) Ad Secul. XVI. in collat. vet. error. cap. 15. art. 19.

(*nn*) In Apolog. de Lutheranorum inter ſe concordia, ubi de Calvini haereſib.

(*o*) Ad Sec. XVI. ubi de Calvino cap. 2. ar. 12. §. 2.

ribus exponere & illuſtrare pergit (*p*). Excipe tamen *Arminianos*, ſeu *Remonſtratenſes*, Calvinianae Theologiae Sectatores, qui cum ſuo Duce *Jacobo Arminio*, Leydenſis Academiae Theologo Profeſſore, vita functo ſub an. 1609. (*q*) expoſitam Calvini doctrinam operoſe rejiciunt; etiam ardentiſſime refragantibus ſuis Antagoniſtis Gomariſtis, vel Contraremonſtrantibus, cum Magiſtro *Franciſco Gomaro*, *Polyandro*, *Thyſio*, *Waleo*, *Luberto* (*).

XVII. *Gior-*

(*p*) Cum *Theodoro Beza* in Aphoriſmis contra Sebaſtian. Caſtellionem Aphor. 6. & alibi pluries, *Joan. Piſcatore* Theologiae Profeſſore in Schola Herbonenſi, in ſuis theſibus contra VVorſtium apud eundem VVorſtium, referente *Gaulter.* ad Sec. XVII. in collat. vet. error cap 4., tum *Junio*, *Zanchio*, *Urſino*, *Troleatio*, *Tuiſſo*, *Leydenſibus Profeſſoribus* ap. & cum *Samuele Retorforte*, Profeſſore Theologo in Academia Andreapolitana apud Scotos, in diſput. de div. Provident. c. 16. p. m. 192. edit. Edinburgenſis 1649. quibus additor famoſus ille Anglicanus *Guilielm. Ameſius* in ſuo Bellarmino enervato, ad tractatum de amiſſ. grat. l. 2. cap. 3.

(*q*) In ſuis commentariis, editis Lugduni Batavorum 1629. cap. de peccati cauſſa univerſe p. m. 954. & alias.

ADNOTATIONES.

(*) I Saepe quidem Calvinus adſerit, immo Calvinianorum rigidiorum una vox eſt, quod Deus nec ſit Author aut cauſſa peccati, nec iſtud adprobet. An vero iis ludant verbis ut fucum faciant, immo ex ea, quam expoſuimus, Calvini doctrina oppoſitum legitime conſequatur, quod nempe ſit Deus peccati Author, gravis eſt Heterodoxos illos inter ac Doctores Catholicos rixa & controverſia; illis quidem mordicus negantibus, cum citatis *Ameſio*, ac *Retorforte*, iis vero ajentibus cum laudato *Bellarmino*, ejuſque adcurato Vindice *Vito Erbermanno* in ſuis Bellarminianis Vindiciis ad locum Bellarmini controverſiarum nuper adductum. Et quidem urgentiſſime, ac, ut mihi Calvinianos Commentarios evolventi videtur, pene ad evidentiam.

Porro Ameſius ac Retorfortis in ſuae cauſſae patrocinium advocant ſemel iterumque ex Catholicis *Thomam Bradvvardinum*, Oxonienſem olim Doctorem, Cantuarienſem Archiepiſcopum, qui in lib. de cauſſa Dei contra Pelagium, Oxonii conſcripto ſub an. circ. 1328. eidem mox propoſitae Calviniſticae doctrinae ſaepe ſaepius apertiſſime praeluſit, quin tamen uſpiam Deum peccati Authorem admiſerit. Id quod videre eſt in theſibus, quas ex eo libro excerpſit *D' Argentraeus* in collect. judic. de novis error. ad an. 1330. tom. 1. p. m. 323.

Quin etiam fas ipſis eſſet Bradvvardino adjicere *Joannem de Mercuria* ex Ordine Ciſtercienſi, pene ſynchronum; quippe qui eandem in hac re ſententiam Bradvvardini amplexus eſt, eoſdemque articulos evulgavit. Eos retulit laud. *D' Argentr.* ad an. 1347. a p. m. 344., ex MS. Sorbonico, & ex editis ejuſdem commentariis in Mag. ſent.

Quid tum vero? Quod Bradvvardinum ſpectat, ab omnibus catholicis Scholis ac Doctoribus merito rejicitur atque convellitur, nec unus eſt, quem viderim, qui eum quantum ad expoſitae doctrinae capita auſus ſit adprobare. Legeſis Sapientum noſtrorum de laudato ejuſdem libro judicia ap. *Poſſev.* in adpar. ſacro in Th. Bradvvardino *Erbermannum* proxime laudat., & cit. *D' Argentr.* Nonnihil in ipſum nos diximus in Tom. I. de Prodromis pag. 155.

Joan. vero de Mercuria non modo eandem fortunam ſubiit; ſed & inſuper adjecta reprobationis nota ſollemniter inuſtus eſt a Sacra Sorbonae Facultate ſub an. 1347. ap. ipſum *D' Argentr.* (ad eum annum). Nullum itaque Calvinianis illis articulis e catholicorum caſtris auxilium.

II. *Gabriel Vazquez* in 1. p. S. Th. diſp. 99. c. 4. n. 22. cenſuit, quod Calvinus l. 3. Inſt. c. 23. §. 9. Beza in aphoriſ. 31. & Zvvinglius in ſerm. de provident. c. 6. non impie ſenſerint; utpote docentes, Deum re ipſa eſſe cauſſam operis peccati, quòd dicitur entitas, aut materiale peccati, minime vero operis quoad formalem peccati malitiam; quemadmodum & ex catholicis Theologis nonnulli ſua aetate tradiderant.

Secus tamen ceteri noſtrates vulgo in-

di-

XVII. *Georgius Paullus*, Tritheitarum in Polonia parens ſub an. 1560., Calviniana veſtigia premens haec docuit. 1.° Deus eſt cauſſa cujuslibet mali actus, & cujuſcumque circunſtantiae productae. 2.° nullus peccat volendo aliter, quam velit Deus illum velle. 3.° qui peccat voluntatem propriam divinae voluntati beneplaciti conformat (*r*).

XVIII. *Sociniani* id ipſum, quod Calvinus docuit, edſerere non refugiunt: e. c. quod Deus per diabolum ad perpetranda ſcelera compellat homines; quod Pharaonis obdurationem, Judaeorum Deicidium, pluriumque errores in rebus fidei procurarit; & id genus plura, ex *Smalcio*, *& Catecheſi Racovienſi* (*s*).

Demum ſuaviſſimam divinae Voluntatis Aequitatem oppugnant, ac tyrannicam faciunt, quotquot eam impoſſibilia hominibus praecipere adſeruerunt. Videlicet

I. *Ptolemaeus*, ſubtiliſſimus e Valentini ſchola diſcipulus medio II. Chriſti Seculo, credebat, Deum impoſſibilia praecepiſſe in individuo conjugii vinculo. Ex Epiph. haereſi 33. (*t*) Videlicet, docuit Impoſtor, Deum olim Hebraeis injunxiſſe praeceptum impoſſibile de non repudiandis uxoribus, ac Moyſen propterea tanquam minus malum eis libelli repudium permiſiſſe (*u*).

Item adſeruit, quod Chriſtus Dominus impoſuit hominibus praecepta obſervatu impoſſibilia, & quidem praeter alia, indiſſolubilitatem Matrimonii. Ex Epiph. haer. 32. (*x*) (*)

II. *Lu-*

dicant. Et mea quidem opinione, iidem ipſi textus Haereſiarcharum, quos adlegat Vazquius, ſeſe in Vazquium produnt, jugiterque clamant, malitiae formalis peccati reum & cauſſam fieri Sanctum Numen a ſuis Authoribus.

Praeterquam quod, ſi Calvinum prae ceteris obſervare lubeat; ejus inſtitutum in ejuſmodi quaeſtione non aliud fuit, quam Scholaſticorum dogmata & opiniones convellere; id quod notavit Calvinianus *Arminius* in examine Praedeſtinationis Perkinſianae inter ceteros commentarios p. m. 704. ac ſine teſte demonſtrant cuicumque legenti Haereſiarches opera, praeſertim Inſtitut. Ultro ergo finxeris, intendiſſe eum conſentire cum Scholaſticis, unice adtribuentibus Deo peccati cauſſam quoad entitatem, ſeu materiale peccati.

Ipſe demum *Arminius* quaſi dolens ibidem fatetur, hac in controverſia aliquando Calvinum ſuum incommodius eſſe loquutum; adeo, ut ejus dicta, ſi *commode admodum* non intelligantur, defendi nequeant; nec inde tamen ad Vazquezianam intelligentiam recurrit, quemadmodum nec *Retorfortis* mox laudatus, in ſcriptis Scholaſticorum ſatis verſatus. Fruſtra igitur Vazquius Aethiopem hunc dealbare contendit.

(*r*) Ap. *Coccium* de heeret. ex *Palladio*.

(*s*) Eos retulit, & poſt ipſummet ſuum *Crellium* confutavit *Calovius* in Anti-Socinianis tom. 2. p. m 82.

(*t*) Ita *Gaulter.* in collat. vet. error. c. 14. & *Sianda* in Lexico Polem. in Ptolomaeo, qui, reor, Gaulterum exſcripſit.

(*u*) Ita, neſcio quis, *Author*, quem olim legiſſe memini.

(*x*) Ita *Bernin.* in hiſt. haereſ. ad Sec. 11. cap. 9. & cum eo ſuus Epitomator *Lanciſius* ad idem Sec. & cap.

ADNOTATIONES.

(*) I. QUod ſpectat primum errorem a Gaultero adfictum Ptolemaeo, eum quidem non novit *Tertullianus*, immo negavit ad calcem libri de praeſcript. haeret. ubi diſertis verbis adfirmat, cum Valentino per omnia conſenſiſſe, uno excepto commen-

II. *Lutherus* propugnavit, Deum homini praecipere impoſſibilia. Hic eſt XIII. articulus ex illis XV. quos ei adtribuerunt *Fratres Minores* Conventus Putterboccenſis ſtrictioris obſervantiae. Quibus idem Lutherus repoſuit (y) id evinci ex Paullo 8. ad Rom. & ex Auguſtino lib. de perfect. juſtitiae. Idem adſeruit Hereſiarches in confutatione rationis Latomianae, in expoſitione Pſalmi 51. & epiſtolae ad Galatas cap. 4. & in Propoſitionibus de lege contra Antinomos. Addit *Caſtrus* (z) apud Lutherum eſſe obſervatu impoſſibilia illa duo praecepta, *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &, *non concupiſces* (*).

III. *Calvinus* in eadem fuit cum Luthero ſententia (a), ac in eodem pariter ſenſu; quod nempe impoſſibilia Deus praeceperit, id eſt eam legis impletionem, quae ſolis naturae viribus exhiberi nequit. Sic enim ibidem ipſe ſub fin. §. 5. *ſit ergo extra controverſiam, impoſſibile eſſe in hac carne Legis implementum, ſi naturae noſtrae impotentiam intuemur.*

Quid vero ſi adſit Dei gratia? Tum ne erit poſſibile totius implementum legis, quam Deus praecipit obſervandam? Negat ibidem Calvinus, quoniam nulli unquam data eſt aut dabitur gratia, qua lex univerſa

mento aliquot Aeonum, quos perridiculo Valentini ſyſtemati, ut quidquam denuo inveniret, adjecit. Et vero nullus, quem ſciam, Valentinum praefati erroris reum fecit.

Nec idem inſuper apud Epiphanium ubi in teſtem advocatur mihi reus videtur. Nam id unum rem praeſentem concernens in eo capite reperire licet, quod nempe Ptolemaeus in Epiſtola ad Floram, quam recitat S. Doctor, dixerit, veteres homines Dei decretum de retinendis uxoribus tolerare non potuiſſe, quocirca Moyſes ad majora vitanda ſcelera repudii libellum permiſit. Id vero, me judice, non ſonat, quod Deus praeceperit quid impoſſibile, ſed illud tantum vere arduum, quod non niſi ſat difficulter ab Hebraeis obſervari poſſet. Quis autem inficias ibit, perplura paris, immo gravioris arduitatis mandata nobis Deum impoſuiſſe?

Hinc nec laudatus Epiphanius illud Ptolemaei effatum tanquam erroneum impugnavit, uti cetera ejuſdem haeretici, nec ipſum qua tale reliqui, quos ſciam, Haereſeologi cum veteres, tum moderni commemorarunt.

II. Nec error ſecundus, nec nomen ipſum Ptolemaei legitur in 32. haereſi Epiphanii, quae in teſtem producitur a Bernino, ejuſque ſocio. Fortaſſe irrepſit in ſiphra typographei error; idem fortaſſe Berninus hiſtoriam excipiens a Gualtero, pro *Deus* inadvertenter *Chriſtus* poſuit. Quis autem in noſtris Haereſeologis adcurationem majorem non deſideret?

(y) In contumelioſa Epiſtola ad eoſdem Fratres, quae extat in tom. 1. ejus operum edit. Jenenſis 1612. fol. m. 185.

(z) De haereſ. art. *Deus*. haereſi 4.

ADNOTATIO.

(*) AT forte dixerit quiſpiam, Lutheri ſenſum fuiſſe, quod Deus ea quandoque praecipiat, quae ſeorſim a divina gratia ſunt obſervatu impoſſibilia. Namque ſubdit in eadem Epiſtola §. *Primo dicitis. Aut dicite: ſi ſunt poſſibilia, ad quid neceſſaria eſt gratia?* Aut reponat alius, apud Lutherum ea dici praecepta impoſſibilia, quae ſunt maxime ardua, nec niſi ſumma cum difficultate exſequutioni mandari poſſunt. Quis enim mente rationali praeditus ſentire audeat, quod mihi Deus praeceptum injungit, quod neutiquam poſſum exſequi? Plura laudatus *Caſtrus* in hanc Lutheri theſim ex aliis Lutheri theſibus.

(a) In l. 2. Inſt. c. 7. §. 5. p. m. 87. Non autem in aliis locis a laudato *Gualterio* relatis, nempe Inſt. l. 3. c. 11. §. 15, 16, 17. & in Harmonia in Matth. 22. 23. & Luc. 10. 26. Nihil enim ibi Calvinus quaeſtionem iſtam concernens.

versa a Deo praecepta observetur. At ex ejus opinione, *impossibile illud est, quod nec fuit unquam, & ne in posterum sit, Dei ordinatione ac decreto impeditur.*

Igitur ex Haeresiarchi doctrina Deus absolute ac serio praecipit impossibilia, ea nempe, quae ne observentur, ipse decrevit. Ergo vel Deus ludit illa praecipiens, vel inique punit ejusmodi praecepta non adimplentem, tametsi implere nequeat (*).

IV. *Michael Bajus*, Lovanienſis Academiae Doctor, Professor & Decanus, cetera doctrina & probitate conspicuus, qui nempe praeclaro demissionis exemplo Theses suas a S. Pio P. V. proscriptas an. 1567. 1. Octobr., publice revocavit; alias insuper errasse deprehensus est. Videlicet (*b*) opinatus est, quod sententia definiens, Deum homini nihil impossibile praecepisse, falso tribuatur Augustino, quum revera Pelagii sit. Quo plane sensisse videtur, dogma istud falsum esse ac Pelagianicum, atque adeo Augustino indignum; subindeque aliud ei oppositum, omnino verum esse.

V. *Cornelius Jansenius* junior, Hollandus, Iprensis Episcopus, vita functus an. 1638. 6. Maii, docuit propositionem illam ordine primam e quinque famosis, e suo commentario, cui titulus *Augustinus*, evidenter excerptis, ac toties Pontificio anathemate profligatis. Nimirum, *aliqua Dei praecepta hominibus justis volentibus & conantibus secundum praesentes, quas habent, vires, impossibilia sunt; deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant.* Totidem verbis hic Author in laudato volumine

ADNOTATIO.

(*) Nescio qua fronte Editor operum Calvini Amstelodami 1667. ad locum citatum in margine, tanquam ad patronos hujus Calviniani systematis, Lectorem remittat ad Justinum quaestione 103. & Hieronymum in Epistola ad Ctesiphontem adversus Pelagianos.

Equidem principio quod Justinum spectat, opus illud de quaestionibus & responsionibus ad Orthodoxos, etsi Justino tribuatur a *Photio* in Biblioth. cod. 125. p. m. 303. at ex communi Eruditorum calculo, alterius est & ignoti Authoris. Vid. *Maurinam* Justini editionem 1742. in admonitione praevia ad eas qq. Sed fuerit tamen Author Justinus. Quid tum vero? Ad citatam quaestionem 103., cur nempe Deus ea quae supra vires sunt praecipiens, id est ut non peccemus, peccantem subjicit suppliciis, quum homo legem implere non possit, ex Rom. 3. 20. (En dubium, vel potius adsertum Calvinisticum) dissertissimis verbis respondet atque concludit Author, quod totius legis observatio impossibilis non sit hominibus volentibus; nec ideo dici a laudato Apostolo, *ex operibus legis non justificabitur omnis caro*, quod impossibilia non possimus, sed quod possibilia non velimus. En catholicam doctrinam.

Quid insuper Hieronymum obtrudis, quem ut sibi in hac controversia adversarium ibidem Calvinus tuus impudenter rejecit? Ipse in laudata Epistola ad vulgare Pelagianorum argumentum, quod nempe Deus mandata impossibilia dederit, si ea nequeat homo solis liberi arbitrii viribus adimplere, definit, ac pluribus explicat & confirmat, possibilia mandata dedisse Deum, num. 8. ex *Vallarsii* editione tom. 1.; idemque rursus adserit, novisque argumentis roborat in dialogo 1. contra Pelagianos a num. 21. ejusdem editionis tom. 3. Viden', Lector catholice? Ita vero ludunt Acatholici, & lucum faciunt, ut incautos seducant.

(*b*) In l. de peccato originis c. 12. ap. *Ripald.* in comment. adverſ. Bajum & Bajanos disp. 1. sect. 11. cap. 5. n. 54.

ne l. 3. de Grat. Salvatoris cap. 13. a p. m. 324. in tom. 2. ejus operum edit. Lovanienſis 1640. & plura hanc impiam theſim concernentia, ibid. cap. 15. a p. 336. ac in tom. 1. ejuſdem edit. de ſtatu naturae lapſae l. 4. c. 24. a p. 657. & c. 25. a p. 663. & alias (c).

VI. *Paſchaſius Queſnellus* Pariſinus, Oratorii Berullani alumnus, qui poſt variae fortunae caſus, hoſpes profugus extinctus eſt Amſtelodami an. 1739. 2. Decembr., docuit, Deum in Foedere Judaico exegiſſe a ſuo populo fugam peccati & implementum legis, illum in ſua impotentia relinquendo (d).

Propoſitio haec continet aperte virus praecedentis Janſenianae; quoniam ſi Deus Hebraeos reliquit in ſua impotentia, nullamque largitus eſt gratiam, qua peccatum fugerent, ac legem implerent, ubi hanc fugam, legiſque implementum injunxit, porro praeceptum injunxit impoſſibile (e).

De iis hactenus. Ad ventilandas inſtituti noſtri Quaeſtiones tandem progredimur.

---

402 QUAESTIO PRAELIMINARIS. Quid praeſupponendum circa divinae Libertatis Adtributum? ADSERO 1. Eſt fide divina certum. Liquet ex *Scripturis* cum *Pſ.* 93. 1. & 113. 3. *Epheſ.* 1. 11. & 1. *Cor.* 12. 11.; necnon ex *PP.* cum *Pſeudo-Juſtino* (f) *Athanaſ.* (g) *Nemeſ.* (h) *Euſeb. Emiſſ.* (i) *Hieron.* (k) *Junilio Africano* (l) *Auguſt.* (m) *Fulgent.* (n) *Hilar.* (o) *Ambroſ.* (p) *Leon.M.* (q) *Gregor.* (r) *Anſelm.* (s) *Bernard* (t) *Hug.Victor.* (u) II. Eſt ratione naturali demonſtrabile (x) quippe libertas in ſe ſpectata eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, omnis defectus, & imperfectionis expers; quae propterea Deo detrahi nequit: quod ſi Deus fatali quadam neceſſitate agat, ut quid ad Deum noſtrae preces, & gratiarum actiones QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

(c) Conſule citata ex Janſenio loca, ſimulque Scriptores Anti-Janſenianos, *Steph. Dechamps*, *Dominic. Viva*, *Franciſcum Vanranſt*, *Antoninum Moraines*, id eſt *Joan. Martinon*, *Joan. Laurent. Luchеſini*, *Petr. Manſo*.

(d) In prop. 6. ex Queſnellianis proſcriptis a Clemente P. XI. in conſt. *Unigenitus*. 1713. 8 Sept., ex eodem *Queſnel.* in epiſt. ad Roman. 14. 27. Nec diffitentur *Hexaplorum Authores* Queſnelli Apologiſtae.

(e) Conſ. *Anti-Queſnellianos* hujuſce theſis *Interpretes*, *Gregor. Selleri*, *Jacob. La Fontaine*, *Paull. de Lugduno*, *Emman. Navarro*, *Bernard. Deſirant*, *Dominic. Viva*, *Henric. de Thiard de Biſſy*, *Anonymum* in qualificatione 1001. propoſ. Queſnell.

(f) Q. 114. ad Orthod.

(g) Orat. 1. 3 & 4. contra Arian.

(h) L. de animae facultatib. c. 38. a med.

(i) Hom. 6. de Paſchate.

(k) In epiſt. ad Philemon. 1. 14.

(l) De partibus divinae legis l. 1. c. 19.

(m) L. 22. civ. c. ult. prope med. & ſaepe alias.

(n) L. 1. ad Monim. c. 13.

(o) L. de Synodis ante med.

(p) L. 1. in Hexaëm. c. 5.

(q) Serm. 2. de Nativ. ante med.

(r) L. 17. Mor. c. 18 & l. 24. c. 2.

(s) L. 2. *cur Deus homo*, c. 5. 16. 17.

(t) L. de grat. & lib. arbitr. & epiſt. 109. ad Innocent. P.

(u) L. 1. de Sacram. par. 8. c. 10.

(x) Ap. PP. Catholicos, ex *Rui* d. 7. ſ. 1. & d. 8. ſ. 1. *Rhod.* heic d. 4. q. 2. ſ. 1. *Viv.* heic d. 4. q. 1. n. 1. contra priſcos Philoſophos, ac haereticos mox indicatos.

pro impenſis beneficiis; ut quid ad nos ejus monita, & comminationes? Heinc ſacram hanc veritatem compararunt, diſertiſque verbis tradiderunt nonnulli ex Ethnicis Sapientibus; inter quos ſigillatim recenſere licet *Simplicium* (*y*) *Hieroclem* (*z*) *Plotinum* (*a*) *Jamblichum* (*b*) *Platonem*, & *Ariſtotelem* (*c*).

III. Hoc adtributum ad inſtar libertatis creatae, conſideratur vel in actu primo, vel in actu ſecundo. Libertas Dei per modum actus primi eſt divina voluntas prout indifferens ad volendum, vel nolendum objecta contingentia: & per modum actus ſecundi eſt determinatio ipſius voluntatis per determinationem actualem, vel decretum, prout volens e. g. potius, quam nolens mundum. De utraque heic.

OBJECTIONES.

403 Obj. divina libertas non eſt ratione naturali certa. Nam 1.° illa eſt Myſterium Theologiae difficillimum, etiam ſupra Trinitatem (*d*). 2.° nequit dici nota naturali lumine veritas, quae latuit eximios Philoſophos. 3.° illa pugnat cum ratione naturali. Nam quod in creatis liberum eſt, contingens eſt, mutabile, peccare poteſt: quae omnia Deo repugnant.

404 R. *N. Aſſ.* Evidens eſt divina libertas. Tum quia Deus independet a creaturis, quas propterea libere producit, & non neceſſario. Tum quia gentes omnes Deum precantur, & pro donis adceptis grates agunt: putant ergo, eum non ex neceſſitate velle, & agere. Tum quia ſunt poſſibiles plures Angeli, quam actuales; adeoque Deus eos libere non producit. Tum quia libertas eſt perfectio ſimplex; melius enim eſt agere cum dominio in ſuos actus, quam ſine dominio; adeoque competit Deo. Tum quia nulla creatura eſt medium neceſſarium ad finem gloriae Dei, quem ipſe intendit in ſuis actibus; adeoque nequit Deus cogi ad amandum efficaciter creaturas, quas amare nequit niſi ut media.

405 Ad 1. prob: eſt Myſterium difficillimum, non quoad exiſtentiam divinae libertatis, ſed quoad modum eam cum Dei praedicatis conciliandi. Ad 2. ex adagio, *ſaepe magnorum ingeniorum magni ſunt lapſus*. Ad 3. *N. Aſſ.* Ejuſmodi eſt liberum in creatis ob creaturae imperfectionem; non vero in divinis, ubi eſt liberum perfectiſſimum. Neque vero illae proprietates ſunt de ratione libertatis, qua talis, nec huic obſunt aliae iis contrariae, ex dicendis. Equidem principio Volitio Dei dici poteſt contingens, id eſt nec neceſſaria, nec impoſſibilis; non autem contingens, id eſt fortuita, & caſualis. Deinde aeterna Dei immutabilitas in volitionibus non tollit, quominus ab aeterno pro ſigno priori potuerit Deus potentia logica illas velle, & non velle. Demum cum vera impeccabilitate conſiſtere poteſt facultas expedita eligendi unum prae alio, in Chriſto, & Beatis: cur non in Deo? Immo ex *Aug.* (*e*)

mul

(*y*) In comment. in Epictet.
(*z*) Ap. *Stob.* in Eclog. Ethic.
(*a*) Ennead. 6. l. 8. c. 7. 8. & alias.
(*b*) L. de Myſter. §. 9.
(*c*) Ex nuper adſertis in proxima Prolufione.
(*d*) Ap. *Quir.* heic tr. 5. d. 59. ſub init.
(*e*) In Enchir. c. 15. de beat.

multo quippe liberius erit arbitrium (in coelo) *quod omnino non poterit ſervire peccato* (*f*).

§. I.

De Libertate Dei in actu primo.

406 QUAESTIO I. Quid ea ſit? ADSERO 1. Metaphyſice eſt indifferentia, ſeu poſſibilitas divinae voluntatis ad decernendum aliquid, & ejus oppoſitum (*g*). Conſtat ex recepta libertatis definitione; quae enim libertatis creatae ſunt, & divinae, ſecluſis imperfectionibus, tribui debent (*h*). Hinc tribuenda eſt Deo 1.° libertas tum contraditionis, v. g. ad decernendum, & non decernendum aliquid, quod non implicet, tum contrarietatis, e. g. ad volendum & nolendum quidquam (*i*). 2.° libertas aequilibrii, vel a pondere, quatenus, ut perfectiſſime liber, non magis determinate inclinat ad unum extremum, vel decretum, quam ad aliud; ſecus enim ſi Deus conciperet decretum *B.* & non *A*, uti poteſt, eſſet aliqualiter violentus.

407 II. Phyſice formaliter conſiſtit in divina voluntate (*k*). Quia licet Scientia praeſupponatur ad decretum, ut Deus illa ſatis illuminetur ad rationabiliter decernendum; tamen libertatem non conſtituit formaliter, quia nec eſt formalis ratio libertatis, nec ad illam ſufficit. Immo conceptus potentis velle, non vero potentis cognoſcere, in Deo includit formaliter, & primario conceptum liberi (*l*). Heinc adnotavit *Duran.* (*m*) *Divinae libertatis conditionem eſſe formaliter in Voluntate*; haec ergo participat adaequatam liberi rationem. De libertate Dei pulcre *Petav.* (*n*)

OBJECTIONES.

408 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Plura Deus ad extra neceſſario vult. Nam 1.° divina Miſericordia habet infinitam inclinationem in creaturas: ergo neceſſario ad eas tendit, & ſi velit non tendere, violentus eſt. 2.° Deus amat neceſſario bonitatem ſuam, non ſolum ſecundum ſe, ſed etiam ut eſt finis creaturarum exiſtentium; adeo ut Dei bonitas ſit etiam ratio formalis amandi ejuſmodi creaturas: ergo & illas amat neceſſario.

409 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D A.* infinitam inclinationem in actu primo, id eſt aptitudinem ad ſe communicandum creaturis in infinitum quoad liceat, cum ſubordinatione ad Divinam voluntatem, *C.* in actu ſecundo, id eſt exigentiam cum anxietate ad ſe communicandum, *N. A.* & *Con.* Ad 2. *N. A.* Nam quum divina bonitas contingenter ſit ratio

(*f*) V. *Rui.* d. 7. ſ. 8. *Quir.* cit. ſ. 1. *Heriz.* heic tr. 2 d. 16. c. 2. a n. 6.

(*g*) In re *Rui.* d. 7. ſ. 2. 3. 4. ex *Script.* & *PP.* contra Bann Cabez. Alvar. Ledeſ. reponentes eam in divino judicio.

(*h*) *Rhod.* heic q. 2. ſ. 1. *Rib.* heic d. 5. n. 2.

(*i*) *Rhod.* proxime cit.

(*k*) *Rui.* d. 7. ſ. 2. a n. 4.

(*l*) *Quir.* heic d 59. n. 4. cum *Recupito.*

(*m*) Ap *Rui.* d. 7. ſ. 6. n. 9.

(*n*) L. 5. de Deo c. 4. 12. 13.

tio amandi creaturas exſiſtentes, & exerceat actu rationem finis illarum, ideo qua talis contingenter, & libere amantur a Deo (*nn*).

410 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Libertas creata conſiſtit formaliter non in ſola voluntate, ſed etiam in comprincipiis, aut praerequiſitis eſſentialibus, quae reddunt proxime expeditam voluntatem ad eligendum, & quibus ablatis voluntas non eſſet ſic expedita: ergo pariter libertas divina; ſed Scientia ſimplex, & media de objecto eligibili reddunt proxime expeditam divinam voluntatem ad eligendum, & illis ablatis divina voluntas non eſſet ſic expedita: ergo etiam in illis Scientiis conſiſtit phyſice formaliter divina Libertas.

411 R. *D. A.* conſiſtit formaliter ſecundario, in obliquo, & quaſi in radice, tanquam in conditione neceſſaria, in comprincipiis, aut praerequiſitis, *C.* Et hic eſt ſenſus, ſub quo frequenter loquimur de conſtitutivis libertatis creatae, ſuperadditis voluntati; ac ſatis innuitur per definitionem ipſius libertatis, ſcilicet, *potentia quae, poſitis omnibus praerequiſitis* &c: formaliter, primario, in recto, tanquam formaliſſimo conſtitutivo, *N.* Id enim eſt ſolius voluntatis, quippe quae ſola eſt, ac dicitur libera, praeſuppoſitis comprincipiis. Sic enim Dux ſe ſolo eſt victor, licet praeſupponantur eſſentialiter arma, quibus vicerit. *D.* ſimiliter *Conſ.* Et *C. Mi.* ſubſ. de Scientia ſimplici & media, relate ad actus liberos creaturae, & *N. Con.* (*o*).

412 QUAESTIO II. Num divina voluntas ſit aliqua neceſſitate compulſa moraliter: id eſt, aliqua nativa inclinatione fundante prudentum judicium de ea neceſſitate ad decernendum optimum, ſive cujus exiſtentia, perpenſis omnibus, eſt melior, quam non exiſtentia, cujuſmodi eſt e. g. divini Verbi Incarnatio? ADSERO. Nequaquam. (*oo*) Videlicet nec neceſſitate abſolute antecedente; quia haec neceſſitas arguit difficultatem, & indecentiam in non decernendo terminum; ſimulque aequilibrii libertatem a Deo tolleret: nec neceſſitate conſequente, ex ſuppoſitione aliqua contingente; quia haec ſuppoſitio minime a Deo averteret perfectiſſimam libertatem ex parte actus primi ad decernendum, vel non decernendum terminum.

413 Et quidem in hanc ſententiam, etiam relate ad divini Verbi Incarnationem, ſingillatim conſpiraſſe videntur & *PP.* & vetuſtiores e Schola *Theologi*. Patres nimirum cum *Athan.* (*p*) *Euſeb. Emiſſ.* (*q*) *Aug.* (*r*) *Leon.* M. (*s*) *Greg.* (*t*) *Bernard.* (*u*) *Anſel.* (*x*) Ac deinde Scholaſtici.

(*nn*) V. *Martin.* heic d. 14. n. 45. *Rhod.* cit. q. 2. ſ. 1.

(*o*) Lege *Rui.* cit. d. 7. ſ. 2. & 6.

(*oo*) *Arri.* d. 27. a n. 32. *Borr.* d. 16. a n. 14. *Rhod.* t. 2. de Incarn. d. 1. q. 2. ſ. 3. §. 1. cum *Suar. Vaz. Mol. Val.* tum *Ulloa* t. 1. d. 4. c. 2. contra Rui. d. 9. ſ. 3. a n. 8. Viv. Thyrſum, Maurum, Aegidium Eſtrix, quibus favere videntur Izquierd. de Deo d. 31. n. 391. & d. 32. a n. 98. Ant. Perez. de volunt. Dei d. 6. a n. 52. Eſparz. de Deo q. 28. ar. 9. Siren. de fato l. 4. c. 5.

(*p*) Orat 2. & 3. contra Arian.

(*q*) Hom. 6. de Paſch.

(*r*) L. 13. de Trin. c. 10. & epiſt. 3. ad Voluſian. circa med. & alias.

(*s*) Serm. 2. de nativ.

(*t*) L. 17. mor. c. 18. & l. 24. c. 2.

(*u*) Epiſt. 109. ad Innocent.

(*x*) L. 2. *cur Deus homo*. c. 5.

ſtici cum *Mag.* (*y*) *Autiſſiodor.* (*z*) *Alenſi* (*a*) *S. Bonavent.* (*b*) *Scot.* (*c*) Tot itaque, tantorumque Doctorum authoritate comprobatur, illuſtraturque Aſſertum noſtrum.

OBJECTIONES.

414 Obj. *primo*. Deus eſt metaphyſice antecedenter compulſus, vel ad nihil creatum decernendum, vel ad decernendum creatum moraliter optimum; ad eum modum, quo neceſſitatur vel ad nullum eliciendum decretum, vel ad eliciendum decretum ſimpliciter infinite perfectum. Et quidem neceſſitate antevertente omne decretum. Nam 1.° ex Gen. 1. *viditque Deus cuncta, quae fecit, & erant valde bona*, id eſt optima. 2.° ex Conc. Francoford. (*d*) de Deo, *credamus omnia velle, quae meliora ſunt*. 3.° ex Aug. (*e*) *quidquid vera ratione melius occurrit, hoc ſcias feciſſe Deum*. Et ſimilia alibi. 4.° conſonant Clem. Alex. Greg. Nyſſen. Damaſc. Th. aliique PP. (*f*). 5.° Deus eſt artifex perfectiſſimus etiam in actu ſecundo: ergo qua talis tenetur omnia opera facere perfectiſſima, ſeu moraliter optima: alioqui potuiſſet mundum condere deformiſſimum, araneis plenum &c. 6.° Chriſtus Dominus ratione ſuae dignitatis, metaphyſice neceſſitatus eſt vel ad non operandum, vel ad operandum optimum (*g*): ergo pariter Deus.

415 R. *N. Adſ.* Sic enim Deus, ſi optimum non eligeret, non eſſet Deus: abſonum vero eſt, ex defectu creaturae, a qua Deus independet, Dei defectum inferri. Ad 1. prob. eſto Deus cuncta fecerit optima, non tamen ex neceſſitate, ſed libere. Ad 2. ſenſus Concilii eſt, quod Deus velit ſemper media opportuniora ad finem efficaciter intentum. Ad 3. D. Aug. ſub eodem ſenſu loquutus eſt. Ad 4. PP. volunt, Deum decreviſſe optimum, id eſt optime quoad modum decernendi, non optimum, id eſt quoad terminum decretum; id enim liberrime decrevit, etenim ex *Auguſtino*, profecto *ubi nulla eſt indigentia, ibi nulla eſt neceſſitas: ubi nullus defectus eſt, nulla indigentia*. Quin etiam PP. ita loquuti ſunt, ut contra Manichaeos, alioſque haereticos extollerent, ac propugnarent divinae Providentiae univerſalitatem, ſapientiam, rectitudinem.

416 Ad 5. Deus qua Artifex perfectiſſimus tenetur perfectiſſime facere ex parte modi faciendi, quatenus ſemper operatur per infinitam potentiam, cum ſumma ſapientia, & ex fine ſanctiſſimo, non autem perfectiſſime ex parte operis: immo id implicat, quum ſemper operari perfectius poſſit. Audi *Aug.* (*h*) *Deus ita eſt Artifex magnus, ut minor non ſit in parvis, quae parva non ſua granditate, nam nulla eſt, ſed artificis ſapientia metienda ſunt*. Quod ſi Deus mundum condidiſſet araneis ple-

(*y*) L. 3. d. 20. c. 1.
(*z*) In ſumma l. 3. tr. 1. c. 8.
(*a*) P. 3. q. 1. membr. 3. & 4.
(*b*) In 3. ſent. d. 20. art. 1. q. 1.
(*c*) In eandem diſt. q. unic. §. *Iſtis dictis*.
(*d*) Epiſt. ad Hiſpaniae Epiſcop.
(*e*) De lib. arb. l. 3. c. 5.
(*f*) Ap. *Gran.* heic tr. 2. d. 3. ſ. 2.
(*g*) Ex *infra* Par. IV. Tr I. L. III. de libert. Chriſti.
(*h*) L. 11. de civ. c. 22.

plenum &c., non proinde ejus Providentia eſſet minus perfecta, ſed tantum eſſet nobis minus cognita. Ad 6. *D. A.* vel ad operandum optimum, id eſt optime, quoad modum operandi, *C.* id eſt quoad operationem, *N.*

417 Obj. *ſecundo.* Deus volens aliquid extra ſe, cogitur ad volendum optimum quoad terminum. Nam 1.° infinitus Dei amor tenetur procurare ſibi majus bonum etiam extrinſecum, uti voluntas creata quo plus Deum amat, eo plus determinatur ad procurandam majorem Dei gloriam extrinſecam. 2. Dei voluntas neceſſario conformatur cum intellectu; hic autem dictat, eſſe melius amare ſibi majora bona ſiquidem melior eſt actus tendens in melius objectum.

418 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* quia Deus eſt ſibi ſumma nec licitas, quae augeri nequit ullo bono extrinſeco, quod propterea ſe. Deo, abſolute loquendo, bonum eſt. Creaturae amor, quum ſit limitatus poteſt creſcere, procurando Deo majus bonum extrinſecum; non ita amor Dei neceſſarius erga ſe. Ad 2. *N. Mi.* nam quaelibet Dei de quovis bono electio eſt infinite perfecta, tum ex objecto formali primario, quod eſt idem Deus, tum ex modo tendendi, tum ex reali identitate cum Deo: unde antecedenter ad decretum, eſt Deus ad quamlibet electionem indifferens. Melior autem eſt actus tendens in objectum formale melius, non in melius materiale. Neque vero Deus aliter magis complacet in majori bono extrinſeco, ac in minori, quam per ſimplicem quandam complacentiam, ab objecti exiſtentia praeſcindentem, pluſque adprobantem, & adpretiantem majus bonum, quam minus,

419 Obj. *tertio.* Saltem ex aliqua ſuppoſitione, ante decretum conjungitur in Deo cum libertate phyſica, moralis neceſſitas conſequens, id eſt pronitas, propenſio, inclinatio ad faciendum optimum. Nam 1.° ex quo velit aliquem finem, velle debet media, ad illum obtinendum proportionata: unde ex electione Mariae V. in Dei Matrem, inferimus in ea Immaculatam Conceptionem, aliaque dona: ex juſtorum in hac vita laboribus, impiorumque deliciis, animae immortalitatem, & Reſurrectionem: ex productione cauſſarum naturalium effectus ab ipſis naturaliter exactos; atqui ex antecedenti prorſus indifferenti ad haec extrema nequiret unum prae alio inferri: ergo quia prudenter judicamus, Deum moraliter conſequenter neceſſitari ad ea praeſtanda. 2.° enixe Deum orans, potius ſperat, beneficium ſibi conferendum, quam deneganaum timeat: immo naturae lumine cognoſcitur, preces eſſe utiles ad beneficium obtinendum, non vero blaſphemias; adeoque illas inferre poſtulatum beneficium, non iſtas: ergo Deus, poſitis precibus, indifferens prorſus non eſt ad non adnuendum ipſis.

420 R. *N. Adſ.* Implicat enim, Deum moraliter neceſſitari ad producendum terminum, quem cum ſumma indifferentia remanens poteſt facillime, ac decentiſſime non producere. Ad 1. prob. *D. Adſ.* velle debet media eſſentialiter determinate connexa cum adſequutione finis

nis efficaciter intenti, *C.*, quia decretum idem eſt pro hoc fine, ac pro ejuſmodi mediis: unde idem eſt in Deo decretum de condigna ſatisfactione pro lethali, ac de Perſonae divinae Incarnatione: media non ita connexa, *N.*, quia tunc, etiam poſt efficacem finis intentionem, eſt Deo libera electio hujus, aut alterius ex infinitis mediis, quae ei ſuppetunt, etſi ſit etiam metaphyſice neceſſitatus ad aliquod indeterminate medium eligendum.

421 Ad probationes ſubjunctas: nos illa inferimus, quia putamus, ad illa fuiſſe in Deo decreta libera, quin ulla praeceſſerit neceſſitas. Quod ſi Deus iis contraria praeſtitiſſet, ut poterat, ex decretis oppoſitis, minime egiſſet indecenter, ſed tantum ejus Providentia minus nobis innotuiſſet: unde omnino libere ſeſe adcomodavit naturalibus iis rerum exigentiis. Ad 2. *C A.* quia Deus promiſſit audire preces, ipſaeque Deum adliciunt, ubi retrahunt blaſphemiae. Et *N. Con.* Quaecumque enim preces ſunt infinitis titulis Deo debitae, nihiloque augent intrinſecam ejus gloriam (*i*) (§).

QUAE-

(*i*) V. *Rhod.* t. 2. de Incarn. d. 1. q. 3. f. 3. per tot. *Aran.* de Incarn. l. 2. d. 1. a n. 87. *Gisbert* p. 1. t. 2. heic q. 3. c. 1. ar. 2. per tot.

OBSERVATIO.

(§) CElebris eſt hac tempeſtate inter Philoſophos de Leibnitiano Optimiſmo controverſia, e Scholaſticorum Theologorum penu deprompta & utrinque illuſtrata. Videlicet Cl. V. *Godofredus Guillelmus Leibnitius*, Germanus, extinctus demum an. 1716. 14. Nov., primum in confutatione nonnullarum theſium Petri Baelii, deinde in ſua famoſa Theodicaea, ſeu Theodicaeae tentaminibus, ſingularem iniit viam ſub Syſtemate, quo pugnavit, Deum, utpote ſumme bonum & ſapientem compelli morali quadam, ſeu hypothetica & conſequente neceſſitate ad eligendum optimum in conditione mundi, quem propterea e cunctis mundis poſſibilibus optimum eſſe ſubſtinuit, nec paucis quidem argumentis probandum ſuſcepit.

Leibnitianum Optimiſmum multi ex Eruditis Germanis adoptarunt, ac prae ceteris *Wolfius* pluribus promovit. Nec praeterea defuit *Anonymus* ejuſdem Apologiſta, etiam dum in vivis ageret Leibnitius, qui nempe hujus Theodicaeam, primum gallice editam Amſtaelodami an. 1710. latinam fecit, vulgavitque Francofurti an. 1719. Legeſis ibidem Monitum Interpretis operi praefixum.

Contra vero & communius alii confutarunt acerrime cum *P. Baelio* in reſp. ad Provincialem & alias, *Joan. Clarkio* in oppugnat. Leibn. *Trevultianis* ephemeridum Authorib. ap. latinum Theodic. Leibnitianae Interpretem in monito praevio fere ſub init., Cl. V. *Bened. Stay* in Philoſ. recent. verſib. tradita l. 1. a verſu 345., perdoct. *Roger. Joſ. Boſcovich* in adnotat. & ſupplement. ad eadem Stayana carmina.

Quin ii poſtremi duo, quos viderim, & alii plerique adverſarii eo potiſſimum oppugnant propoſitum Optimiſmum, quod innitatur ruinoſo illi Leibnitiano *principio rationis ſufficientis aut praevalentis*; quo nempe ſuus author ubi de principiis Philoſoph. & alias enixe contendit, in iis quae a libero Dei vel hominum arbitrio pendent, fieri profecto non poſſe, ut voluntas ſeſe ad aliquid determinet praeciſe quia vult, ſeu quia in ejus poteſtate eſt ut illud potius eligat quam non eligat; ſed omnino requiri ut aliqua ſit ulterius ratio praevalens, quae voluntatem potius ad rem eligendam, quam non eligendam determinet; adeo ut poſita & ſuadente hac ratione, quae praevalens videtur, fieri nequeat ut voluntas, cum divina, tum humana aliud eligat, quam quod reapſe eligit.

Haec enim vero doctrina, quam Leibnitius contracte ad voluntatem divinam ſaepe numero adſerit, probatque in parte 1. & 2. celebratiſſimae Theodicaeae, ſuis oppido urgentibus

422 QUAESTIO III. A quo determinetur divina Voluntas, indifferens in actu primo, ad ſua decreta elicienda? ADSERO. Non a ſcientia aliqua practica (*k*); ſed a ſe ipſa, quin alio indigeat determinante (*l*). Quia Voluntas eſt perfectiſſime libera, & ex ſe omnino completa: ergo ſe libere determinat, prout vult. Tum quia judicium, aut ſcientia praecedens Voluntatis actum, eſt naturalis, & neceſſaria: ergo ſi Voluntas, illa poſita, ita determinatur, ut nequeat illam non ſequi, neceſſario operabitur, abſque libertatis exercitio (*m*).

§. II.

De Libertate Dei in actu ſecundo.

423 QUAESTIO I. Quid ea ſit? ADSERO (*n*). Eſt actus eſſentialiter contingens, quo divina Voluntas ſuam exercet libertatem. Dicitur *eſſentialiter contingens*, id eſt defectibilis; actus enim a principio libero elicitus, quum potuerit non elici, hoc ipſo ſuapte natura defectibilis eſt, non neceſſarius. Exercetur autem divina libertas tum per actus, aut volitiones efficaces, uti eſt volitio de divini Verbi Incarnatione; tum per inefficaces, ut volitio omnes homines ſalvandi: illi quidem veniunt ſub nomine decreti abſoluti; iſti ſub nomine decreti conditionati, & ineffacis: utrique tamen actus ſunt eſſentia ſua contingentes (*nn*).

QUAE-

tibus adverſariis, Deo liquido adpingit neceſſitatem eligendi optimum non modo moralem & hypotheticam, verum etiam metaphyſicam, quam tamen ſinguli quique probe ſapientes plane reſpuunt.

At enim qua praeterea mente, quove animo ſuum hic Author ſyſtema cuderit, vulgaritque, facile diſcimus ex fragmento epiſtolae miſſae ad Chriſtoph. Matthaeum Pfafium, prout illud recitant, una cum *Pfafii* declaratione, *Acta Lipſienſia* ad an. 1728. p. m. 127.

„ Rogaverat a me (*ſcribit Pfafius*) vir „ illuſtris (*Leibnitius*) quid de Theodicaea „ ſentirem, methodoque illa, qua Baelium „ refutaſſet. Scripſi, exiſtimare me, quod „ animi ſaltem cauſſa illud philoſophiae con„ finxerit ſyſtema, & quemadmodum Clerikus „ Baelium refutaturus Origeniſtam ſimulave„ rat, ita & ipſe novam hanc philoſophandi „ viam inierit ad refutandum Baelium.. Quid „ ad haec quaeſo Leibnitius, quem credide„ ram mihi ob ingenuam reſpoſionem indi„ gnaturum? Ita autem ille in literis Annove„ rae A. 1716. die 15. Maii ad me datis.... „ Ita prorſus eſt (*ſcripſit Leibnitius*) Vir ſum„ me reverende, uti ſcribis, de Theodicaea „ mea; rem acu tetigiſti; & miror, nemi„ nem hactenus fuiſſe, qui luſum hunc meum „ ſenſerit. Neque enim philoſophorum eſt „ rem ſerio ſemper agere, qui in fingendis hy„ potheſibus, ut bene mones, ingenii ſui „ vires experiuntur.

Adeo perſaepe Authores ludunt, & quae intimiore animo complecti profitentur, ex animo rejiciunt, imponuntque ſpectatoribus.

Ut ut den um fuerit de hoc Syſtemate, cui comparate ad electiones divinae Voluntatis tot, tantique e Schola Theologi praeluſerant, nobis, ut liquet, placere non poteſt, nec deinde quidquam obeſſe; ubi praeſertim poſt dilutas & confutatas ceteras objectiones adſerto noſtro propoſitas, *principium* illud *rationis ſufficientis* cum laudatis Anti Leibnitianis conſtanter rejecerimus.

Par. II. ubi de comprincipiis ejuſdem libertatis.

(*k*) Ut contendunt Thomiſtae ap. *Rui.* d. 7. ſ. 6.

(*l*) *Rui.* cit. n. 7. *Rib.* d. 5. n. 9. cum *Suar. Vaz. Bec.*

(*m*) Rurſus de ſimili argumento relate ad creatam voluntatem redibit ſermo inferius

(*n*) Ex communi doctrina cum *Rhod.* heic q. 2. ſ. 1 a prooem. & *Borr.* d. 7 a n. 1.

(*nn*) Objectiones contra hoc Adſertum jamjam ſolvimus, una cum Objectionibus contra Adſertum ſubſequens.

424 QUAESTIO II. Et ea quidem Princeps, ac difficillima Theologiae. (*o*) Quid ſit in Deo decretum liberum, ſeu per quid iſtud qua tale conſtituatur? Innumerae ſunt Sententiae, urgentiſſimis undique argumentis controverſae (*p*). En tibi arcanam difficultatem. Decretum eſt contingens, mutabile, ac variabile; Deus autem eſt neceſſarius, immutabilis & invariabilis: ergo Decretum non identificatur cum Deo; ne dicamus, aliquid, quod eſt Deus, eſſe contingens, adeoque poſſe Deum non eſſe. Rurſus: de ratione actus liberi, conſtituentis voluntatem in actu ſecundo volentem, eſt, quod immanens ſit, ac vitalis: ergo conſtitui nequit per formam aliquam extrinſecam, nec immanentem, nec vitalem. Ad haec nimis varie reſpondent Authores. (*q*) Quid nos?

425 ADSERO. Decretum Dei liberum qua tale eſt Dei ad creaturam habitudo, ſeu terminatio Deo realiter identica, & ab ipſo virtualiter maxime diſtincta; quemadmodum Perſonalitates realiter identificatae cum Natura divina, ab ipſa virtualiter diſtinguuntur (*r*). Quia enim Deo volenti neceſſario, & volenti libere conveniunt reapſe haec praedicata aliunde contradictoria: *Deus neceſſario volens, nec poteſt non velle, nec poteſt deficere*, &, *Deus libere volens & poteſt non velle, & poteſt deficere*; ac plura ſimilia; quemadmodum & alia verificantur de Natura divina, & Paternitate.

426 Libera igitur Dei volitio eſt eſſentialiter terminatio, habitudo, ſeu reſpectus ad creaturam, cujus eſt volitio; quum ejuſmodi ſit volitio quaevis, aut nolitio reſpectu ſui objecti. Eſt formalitas, ſeu virtualitas realiter Deo identica; quia repugnat, Deum eſſe ac denominari volentem per actum non vitalem, ac immanentem. Eſt virtualiter diſtincta a Deo, quia fundat, & verificat contradictoria, ad quae admittenda cogit nos rei Myſterium, urgens ratio, & paritas Trinitatis.

427 Quod ſi Perſonalitas Patris e. g. non poſſit ſimpliciter non eſſe, licet poſſit non eſſe in Filio: ſimiliter, etſi volitio mundi e. g. poſſit ſimpliciter non eſſe, at ipſa non exiſtente, non poteſt non eſſe in Deo mundi nolitio, quae volitionis defectum ſuppleat (*s*). Adde: quidquid dictum eſt de decreto libero, dicendum pariter de Scientia Media directa, reflexa, & Viſionis; quum ſint quoque contingentes.

OBJECTIONES.

428 Obj. *primo*. Implicat, quod volitio ſit realiter quid idem cum Deo, ſi realiter poſſit non eſſe in Deo. Nam 1.° nequit perfectior ſeparatio haberi, quam ea per quam unum poteſt exiſtere, alio non exiſtente: ergo ſi Dei volitio poſſit non eſſe in Deo, vel a Deo ſeparari, debet ab eo realiter diſtingui.

(*o*) Ita merito cenſent fere omnes, cum *Amic.* d 14. n. 45. & *Arria* d. 28. n. 1.

(*p*) Eas videſis ap. *Rhod.* cit. a ſ. 2. *Borrull.* d. 7. 8. *Amic.* heic d. 14. a n. 45. *Viv.* heic d. 4. q. 1. *Arria.* heic d. 28. per tot. *Martin.* heic d. 14. a ſ. 1. ad 4. *Redi.* heic q. 6. a 3. contr. 2. ad 6. *Herinx* heic d. 7. q. 2. *Pau. a Conc.* heic tr. 4. d. 2. a n. 63.

(*q*) Eos videſis ap. *AA.* praeſertim *Arrii.* qui omnes impugnat, quin propriam addat ſententiam, difficultate perterritus.

(*r*) In re *Borr.* d. 8. n. 63. *Eſp.* heic q. 21. 22. *Gormaz* t. 1. d. 14. ſ. 2. n. 803. *Ulloa* t. 1. d. 1. n. 61. *Viv.* d. 4. q. 1. n. 9. cum *D. Th. Rui. Ant. Per. God.* &c. quibus nuperrime adceſſit *Moſchein* in tr. 1. par. 3. d. 1. q. 2. ſqq.

(*s*) Conſulantur *Borr.* & *Viv.* citt.

2.° quum volitio ſit adaequate idem Deus, ſi volitio poſſet adaequate deficere, pariter Deus deficere poſſet: quod nimis abſonum. 3.° Volitio alterius mundi, quae non eſt in Deo, & potuit eſſe Deus, diſtinguitur realiter a Deo: ergo pariter volitio hujus mundi, quae eſt in Deo, & potuit non eſſe Deus, realiter diſtinguitur a Deo. Siquidem illud eſt adcidens a ſubjecto realiter diſtinctum, quod eſſe, & abeſſe poteſt abſque ſubjecti corruptione. 4.° Deus eſt ens ſimpliciter neceſſarium, & ejus volitio, ſeu habitudo, aut terminatio adfectiva ad creaturam eſt ens ſimpliciter defectibile: ergo diſtinguntur realiter; ac illa terminatio non eſt Deo intrinſeca, ſed aliquo ſaltem modo extrinſeca: adeo ut non de Deo, ſed de ea terminatione verum ſit, quod poſſit deficere: quid enim abſurdius, quam quod poſſit Deus quoad ſuam entitatem deficere? Sat ergo erit, quod poſſit deficere quoad denominationem, ſeu terminationem, utpote quae Deo extrinſeca eſt, & ab eo realiter diſtincta.

429 R. *N. Adſ.* Nam alioqui vel Deus non eſſet vere liber, uti ſomniarunt nonnulli, vel eſſet liber per praedicata omnino repugnantia verae libertati, quam omnes hucuſque novimus. Ad 1. prob *D. A.* alio nec realiter, nec virtualiter exiſtente, *C.* realiter exiſtente, & non exiſtente ſolum virtualiter, *N. A.* & *Con.* Dei volitio habet exiſtentiam realem, quia eſt realiter Deus, & virtualem, quia diſtinguitur virtualiter a praedicatis neceſſariis Dei: eſt autem ſeparabilis a Deo, non quoad exiſtentiam realem, quum ſit idem realiter Deus, ſed quoad virtualem, quia ſi deficeret, ut poteſt deficere quoad ſui contingentiam, non diſtingueretur virtualiter a praedicatis neceſſariis Dei, quae proinde viciſſim nec diſtinguerentur virtualiter a volitione contingente, quae deeſſet. Haec autem ſeparabilitas nullam infert diſtinctionem realem, ſed tantum virtualem inter volitionem contingentem, & alia praedicata neceſſaria Dei.

430 Ad 2: poteſt Deus eo modo deficere, quo poteſt ſua volitio libera, ſcilicet quoad ſua praedicata contingentia, non quoad neceſſaria. Ad 3. *C. A.* quia licet Deus ob ſuam infinitatem ſit eminenter, & in recto omnis ſua volitio poſſibilis, & actualis, uti & quilibet alter e ſuis actibus, tamen non habet actu, & in obliquo terminationem adfectivam ad alterum mundum, ipſique proinde deficit exercitium ſuae libertatis, quod qua tale contingens eſt: unde quid mirum quod diſtinguatur ab iſta terminatione, qua caret, ac quam excludit per nolitionem oppoſititam poſitivam? Et *N. Con.* ob rationem contrariam. Ad ſubj. proloquium, *D.* illud: eſt adcidens &c. id eſt contingens, *C.* ſecus, *Subd.* in creatis, ubi volitio, terminatio, ſeu actio libera diſtinguitur realiter a ſubjecto libero, *C.* in divinis, ubi identificatur, *N.*

431 Ad 4. *D. A.* Deus eſt ens neceſſarium quoad praedicata neceſſaria, *C.* quoad contingentia, *N.* Et e converſo, libera ejus volitio eſt ens defectibile quoad ſua praedicata contingentia, *C.* quoad neceſſaria, *N. A.* & *Con.* Haec enim ſolum probant diſtinctionem virtualem maximam inter divina praedicata libera, & neceſſaria, quae proinde identifica-

ficari debent. Plane illa terminatio eſt Deo penitus intrinſeca, quum ſit ipſa Dei volitio: adeoque quidquid de hac dixeris, & de illa terminatione dicendum eſt, ubi ad diſtinctionem virtualem fundamentum non adpareat. Deus poteſt deficere quoad ſuam entitatem contingentem, & liberam, quia poſſunt deficere ejus actus liberi. Quid clarius? In idem recidit, poſſe Deum deficere quoad denominationem, ſeu terminationem, ſcilicet intrinſecam, & identicam; implicat enim vitalem Dei volitionem per aliquid creatum conſtitui, vel eſſentialiter compleri.

432 Inſt. 1.° hinc Deus eſſet abſolute contingens, ac defectibilis, quum ſit identice ſua libera volitio, quae eſt abſolute contingens: quod maxime implicat. 2.° poſſe Deum deficere quoad praedicata contingentia, ſolum eſt, poſſe actus liberos in Deo deficere: at quo pacto deficere poteſt quod eſt identice Deus? Id relinquimus inexplicatum. 3.° terminatio illa ſecundum ſe ſpectata, ſeu ratione ſui nullam importat perfectionem in Deo, quippe qui nec cum ipſa melior efficitur, nec ſine ipſa deterior eſſet: ergo non eſt Deo intrinſeca, ſeu identica.

433 R. Ad 1. Inſt. *N. A.* Nam *Deus eſt abſolute contingens*, ſonat eſſe etiam contingentem quoad praedicata neceſſaria. Quod vero ſit abſolute neceſſarius, dum volitio ſibi identica eſt abſolute contingens, fit beneficio diſtinctionis virtualis, eo modo, quo ex ipſa oritur, quod Natura divina abſolute communicetur Filio, quin abſolute communicetur Paternitas, quam Natura dicit identice. Ad 2. Sat eſto tenuitati noſtrae, Syſtemate forte non nimis obſcuro tentaſſe exponere rem abſtruſiſſimam, humano ingenio prorſus imperviam, & cujus explicatio ſpinis undique exſundat, ad ſanguinem repungentibus. Ad 3. *N. A.* quia ratione ſui ſpectata, importat identitatem cum Deo perfectiſſimo, uti cetera praedicata libera (*t*), quae a Deo, tanquam a fonte, & radice ſuas perfectiones hauriunt. Nihil ergo mirum, quod Deus nec melior efficiatur ex actu libero, nec ſine ipſo deterior.

434 Obj. *ſecundo*. Quod volitio libera Deo intrinſeca poſſit non eſſe, pugnat cum Dei Immutabilitate. *Tertio*. Si poſſit Deus terminationem liberam habere, vel non habere, nequit concipi, quomodo eam habeat, niſi eam phyſice producendo: etenim in creatis quod ſpectatum ſecundum ſe eſt ejuſmodi, ut poſsit phyſice non exiſtere, indiget ſimpliciter aliqua cauſſa phyſia, ut exiſtat. Id tamen valde abſurdum. *Quarto*. Non refert pro noſtro ſyſtemate paritas a Myſterio Trinitatis petita: immo hoc infirmat argumentum, quo PP. & TT. probant realem divinarum Perſonarum diſtinctionem; ſiquidem veniet pariter alicui in mentem explicare, quomodo Filius a Patre producatur per ſolam diſtinctionem virtualem, abſque ulla diſtinctione reali. Ipſa deinde paritas nullam lucem adfert divinae libertatis Myſterio, ſed potius denſiores tenebras offundit. Ita *Gisbert*.

435 R. Ad *ſecundum*. *N. A.* (*u*). Ad *tertium N. A.* nam apte concipitur Deus eam habere per communicationem ſibi identicam. Nec va-

(*t*) Ex *ſupra* n. 23. & n. 26. quos recole. (*u*) Ex *ſupra* n. 124. p. 127.

let paritas ex creaturis, in quibus actus liber a ſuo principio realiter diſtincto emanare debet, omniſque effectus a cauſſa diſtincta, quum nihil valeat ſe ipſum producere. Ad *quartum N. Adſ.* nimium gratis & libere pronuntiatum, ac probatum. Nam in primis ſi ita a nobis illud PP. & TT. argumentum infirmetur, etiam infirmabitur a noſtris omnibus, qui communius, cum ipſo Gisb. (*x*) admittunt diſtinctionem virtualem inter Perſonas, & Naturam divinam, qua quidem plura aliunde contradictoria conciliantur cum reali identitate. Deinde ſi paritas illa uni Gisberto offundat tenebras, aliis vero in tam tenebroſa Myſterii nocte fortaſſe lucerna eſt (*y*).

436 QUAESTIO III. Num, & quo pacto Dei decretum in ſingulis Providentiis ſit unicum, aut virtualiter multiplex? ADSERO I. In ſingulis Providentiis eſt fundamentaliter, & quaſi aequivalenter multiplex. Quia praebet fundamentum, ut quod eſt ſimpliciter indiviſibile, concipiatur tanquam multiplex; quapropter in quavis Providentia rerum productiva ordo ille ſignorum intelligitur (*z*) id eſt, idem decretum ſub pluribus ſignis, e. g. intentionis, electionis &c.

437 II. Tunc eſt multiplex virtualiter, quum de ipſo decreto verificantur contradictoria, e. g. *eſſe*, *& non eſſe prius* &c. At ubi haec non verificentur, eſt unicum virtualiter, id eſt a ſe virtualiter maxime indiſtinctum (*a*). Quod vero ſit, aut non ſit ita diſtinctum, nihil confert, ſeu aufert ſummae decreti indiviſibilitati; ſed ſolum humanis cogitationibus prodeſſe poteſt, prout ſua quiſque effingat Syſtemata circa decreta contingentium productiva, quae alii unicum virtualiter volunt (*b*); alii multiplex (*c*).

438 QUAESTIO IV. Poſito, quod omnes actus Dei liberi ſint omnino aequales, ac Deus aliunde teneatur disjunctive ad eos, e. g. ad volitionem, ſeu nolitionem mundi: quaenam ſit ex eis in Deo laudabilitas? ADSERO I. Eſt laudabilitas excellentiae, id eſt omnem poſsibilem laudem ſibi vendicat. Quia quaevis Dei electio eſt per identitatem conformis ſibi ipſi, quae eſt regula honeſtatis moralis, ac perfectiſsimo quidem modo, perfectiſsimoque ex motivo ſuum objectum adtingit. Heinc

II. Po-

(*x*) De Trinit. q. 2. c. 1. a. 4.

(*y*) V. *Borr. Eſp. Viv.* ſupra cit. & *Tourn.* heic de Deo t. 1. q. 8. a. unic. & t. 2. q. 17. a. 4. concl. 2. *Rhod.* heic d. 4. q. 2. ſ. 2. per tot. *Bec.* heic tr. 1. c. 11. q. 4. *Albar.* itidem *Cienfuegos* in Aenigmate Theolog. t. 2. diſp. 11. per tot.

(*z*) Ex *ſupra* n. 324. ſqq. p. 109.

(*a*) In ſimili *Arriaga* heic d. 26. n. 20.

(*b*) *Eſp.* heic q. 22. ar. 8. *Mun.* de Adtrib. d. 8. n. 58. ac de Provid. d. 3. a n. 25. cum *Jun. Thyrſo* &c. *Borru.* heic d. 16. a ſ. 1. *Viva* p. 6. de Incarn. d. 3. q. 2. cum *Moli. Gran. Maur. Rui. Aran.* &c.

(*c*) *Quadr.* de Incarn. d. 7. n. 10. cum *Snar. Vaz. Ramir. Marin Moral. Campov.* &c. & ex parte *Ulloa* cum aliis.

11. Poteſt haec laudabilitas dici moralis, aut in genere moris; non vero quatenus haec conſurgit ex ſtricto merito, cujus quidem Deus incapax eſt (*d*).

OBJECTIONES.

439 Obj. *primo*. Non eſt imputabile ad laudem quod quis facit ex neceſſitate: unde ad moralem laudabilitatem requiritur tum libertas phyſica, qua actus poſſit abſolute non poni pro arbitrio cauſſae; tum libertas moralis, qua cauſſa ponens actum ſuum poſſit abſtinere ab illo; & ab omni aequivalenti: atqui Deus utraque caret libertate in eligendis actibus liberis, ad quos utpote vagam habet neceſſitatem: ergo non eſt moraliter laudabilis propter eos. *Secundo*. Moralis laudabilitas actus requirit, quod actus ſit ita honeſtus, ut potuerim ponere minus honeſtum; at Deus nequit ponere ullam electionem altera honeſtiorem. *Tertio*. Coactus ad eligendum unum e duobus, aut pluribus actibus aequaliter malis, non eſſet moraliter vituperabilis: ergo nec Deus e converſo eſt moraliter laudabilis &c. *Quarto*. Coactus erogare pauperi unum aureum ex duobus omnino aequalibus, non eſſet moraliter laudabilis, quod erogaret aureum *A.* prae *B.* quia perinde eſt cogi in ea hypotheſi ad alterutrum, atque cogi determinate ad unum: ergo nec Deus &c. *Quinto*. Heinc eſſet etiam Deus moraliter laudabilis ex ſuis actibus neceſſariis, e. g. amore neceſſario ad ſe, & ad poſſibilia: quod nemo dixerit abſque abuſu ſenſus quaeſtionis.

440 R. Ad *primum*. In primis haec probant, in Deo non dari moralem laudabilitatem, quae ineſt actibus creatis meritoriis, qua talibus, non vero aliam ſuperioris ordinis (*e*). Deinde licet Deus ſit disjunctive coactus ad utrumque actum v. g. ad volitionem, & nolitionem alterius mundi, quia tamen utrumque ſub disjunctione poteſt omittere, abſolute eſt liber etiam moraliter, ac laude morali dignus. Inſuper licet actus divini non ſint laudabiles laudabilitate morali praelativa unius ſupra alium, quia ſunt omnes omnino aequales quoad intrinſecam perfectionem; tamen ſunt laudabiles laudabilitate morali abſoluta, quatenus haec eſt proprietas cujuſcumque bonitatis moralis: etenim ex *Ariſt.* (*f*) *Virtutem laus, vitium vero vituperatio conſequitur*. Heinc

441 Ad *ſecundum D. Ma.* laudabilitas actus creati meritorii, *Eſto*: actus divini liberi, ſeu etiam actus creati moraliter honeſti non meritorii, qualis eſt obedientia Angeli ad divinum mandatum, *N.* Et *C. Mi.* & *N. Con.* Ad *tertium*. *D. A.* non eſt moraliter abſolute vituperabilis, *N.* quoniam abſoluta vituperabilitas eſt proprietas actus cujuſcumque moraliter mali, qua talis: non eſſet vituperabilis relate ad poenam, *C.* quia ad iſtam deeſſet meritum, ubi adeſſet neceſſitas disjunctiva ad alterum e duobus actibus malis. Neque vero tunc libertas disjunctiva ad omittendum utrumque actum ſufficeret ad merendum poenam, quia meri-

(*d*) Conſul. *Arria.* heic d. 27. a n. 59.
(*e*) L. 1. Magnor. Moral. c. 19.
(*f*) Ex *ſupra* dicto ubi de Actibus & Virtutibus divinae Voluntatis.

meritum ad iſtam exigit libertatem omnino expeditam. Et *N. Con.* ex data doctrina.

442 Ad *quartum*. *D. A.* non eſſet moraliter laudabilis laudabilitate praelativa, ob erogationem unius aurei prae alio, *C.*, ut patet: laudabilitate abſoluta, *N.*; tum quia eſſet disjunctive liber ad utramque elargitionem omittendam; tum quia elargitio utriuslibet aurei eſſet moraliter bona. Et *D. Conſ.* ſimiliter. Ad *quintum*. Laudabilitas illa ſuperioris ordinis, de qua ſupra, competit Dei actibus tum neceſſariis, tum liberis, quum ſint utrique aeque per identitatem conformes primae Regulae morum; eſto ſit Deus ad illos omnino compulſus, & ad iſtos omittendos ſit disjunctive liber. In utriſque actibus admittimus laudabilitatem moralem abſolutam, in nullis praelativam. Quo plane quaeſtioni facimus ſatis (*g*).

CAPUT TERTIUM.

De efficacia divinae Voluntatis in decretis praefinientibus.

443 QUAESTIO I. Quid, & quotuplex Praefinitio? ADSERO I. Eſt volitio efficax, id eſt connexa cum ſui objecti exequutione: idem eſt, ac intentio, nam dicitur a fine, qui idem eſt, ac quod intenditur, ſeu quod amatur ut ſit propter ſe. II. Praefinitio ſic ſumpta eſt in Deo duplex abſoluta, prima reſpectu effectus a ſolo Deo pendentis, uti eſt creatio Angeli; altera reſpectu effectus cauſſati a Deo cum conſortio cauſſae creatae naturalis, ac neceſſariae, uti eſt ignis combuſtio.

444 Rurſus poteſt eſſe Praefinitio abſoluta, quae nullam expectat conditionem; aut conditionata, quae effectum non trahit, donec adponatur conditio. Item vel efficax ab intrinſeco, id eſt habens intrinſecam connexionem cum effectu, ſcilicet aut immediatam, & ratione ſui; aut mediatam, & ratione alterius: vel efficax ab extrinſeco, id eſt quae cum effectu connectitur, independenter a praedicato ullo ſibi intrinſeco. Demum vel formalis, id eſt volitio efficax effectus, intentiva effectus, ſive volens ut ſit effectus propter ſe; vel materialis, hoc eſt volitio efficax non ita intentiva (*h*).

445 QUAESTIO II. Num ſint in Deo Praefinitiones omnium conſenſuum, qui aliquando exiſtunt, abſque laeſione libertatis creatae? ADFIRMO. (*i*) Immo in quavis Providentia impoſſibilis eſt creaturae conſen-

(*g*) V. *Gifb.* heic tr. 1. q. 3. c. 2. a. 3. theſ 5. & *Cienfuegos* aenigm. theol. t. 2. diſp. 14. per tot.

(*h*) Ex communi doctrina, cum *Borr.* d. 13. ſ. 1. & *Viva* p. 3. de Grat. auxil. d 2. q. 1. a n. 8. & ſaepe alibi, *Viva* cit. n. 4. ex parte *Amic.* heic d. 14. n. 150. *Rui. Faſol. Gran. Rib. Arrub.* &c. ap. *Borr.* d. 13. n. 15. *Pau. a Cone.* heic tr. 4. d. 3. n. 51. *Maſtrio* d. 4. q. 2. n. 26. *Marin* de Praedeſt. d. 6. ſect. 5. contra *Vaz. Heriz. Bec. Leſſ.* &c.

(*i*) Cum *Suar.* opuſc. l. 3. de auxil. c. 17.

ſenſus abſque Dei praefinitione (*k*). Ratio 1. partis; quia ſic Deus ſeſe potiſſimum oſtendit dominum actus honeſti creaturae, cui, nempe dominetur divinae voluntatis efficacia, quam ita mire extollunt Scripturae, ac PP. Ratio 2.; quia haec praefinitio, pro caſu, quo ſit conſenſus, eſt perfectio Dei ſimpliciter ſimplex: ergo in nulla Providentia poteſt ei deficere.

OBJECTIONES.

446 Obj. Ejuſmodi praefinitio eſt neceſſitas antecedens ad conſenſum, cujus propterea libertatem evertit. Nam 1.° eſt prior effectu, & cauſſa efficaciſſima cur ſit effectus; eſt enim prior principiis effectus, quum ſit cauſſa adplicans hujus principia. 2.° nequit voluntas impedire praefinitionem, niſi ſit completa ad agendum, & non agendum; atqui non eſt completa ſine praefinitione. 3.° principia effectus non ſunt ante praefinitionem: ergo nequit voluntas facere per ipſa principia, ne fuerit praefinitio. 4.° nequit voluntas aut operatura, aut non operatura, facere, quod ſit, vel non ſit praefinitio; quum haec omnino pendeat a Dei voluntate: ergo ipſa antecedit omnem operationem creaturae. 5.° nequit voluntas facere, ne fuerit auxilium collatum, quia praeviſum eſt efficax: ergo pariter, ne fuerit praefinitio. 6.° praefinitio eſt intrinſece connexa cum actu praefinito: ergo hic nequit non fieri impotentia antecedente intrinſeca.

447 R. *N. Aſſ.* de praefinitione regulata per ſcientiam mediam de conſenſu. Ad 1. prob. *N. A.* nam praefinitio dependet ab effectu, hic enim, quatenus praevidetur extiturus, eſt cauſſa, vel ratio, cur ipſi principia neceſſaria adplicentur. Praefinitio inſuper non eſt cauſſa proxima conſenſus, ſed ſolum remota, quia ad actum primum nullatenus pertinet. Ad 2. *D. Mi.* ſine praefinitione complente, *N.* adplicante complementum, *C.* Solum eſt adplicatio complementi; per hoc autem poteſt voluntas etiam non agere: unde & per ipſum facere poteſt, ne fuerit praefinitio.

448 Ad 3. *D. A.* non ſunt in ſtatu abſoluto, & reali ante praefinitionem, *C;* quia per iſtam adplicantur: in ſtatu conditionato, & objectivo, *N. A.* & *Con.* Non fuiſſet praefinitio, ſi principia non fuiſſent praeviſa habitura effectum: adeoque per ipſa principia etiam in ſtatu abſoluto poſita, fieri poteſt, ne fuerit praefinitio. Ad 4. *N. A.* quia praefinitio pendet a voluntate creata, hoc ſenſu, quod ſi haec non ſit operatura, non ſit praefinitio; ſi vero praevideatur abſolute operatura, ex concurſu Dei abſolute parato, nequeat non eſſe perfectio actus liberi creaturae.

449 Ad 5. *D. A.* nequit voluntas &c. quoad praeciſam collationem ejuſmodi auxilii, *C.* quia haec eſt prorſus Deo libera: quoad praeviſam auxilii efficaciam, *N.* quia haec eſt a creatura, quae proinde ſi non conſentiret auxilio, uti poterat, faceret, ne conferretur auxilium, quia

(*k*) *Viv.* cit. d. 2. q. 2. n. 2. cum *Arrub. Maur. Per. Faſol.* contra Mun. tr. de Provid. d. 6. a n. 95. & RR. NN.

quia praeviſum efficax, ſimulque nec eſſet praefinitio ſui conſenſus, quem omittere poterat. Ad 6. *D. A.* connexione antecedenti, *N.* conſequente, ac ſupponente exercitium libertatis creatae ſub conditione futurum, *C.* & *N. Con.* quia ſolum praefinitur actus, ut libere faciendus, & ut talis praeviſus in ſtatu conditionato per Scientiam Mediam; faciendus, inquam, cum Dei auxilio, tametſi intrinſece repudiabili.

450 Inſt. 1.° nequit conſenſus conditionate futurus movere Deum, ut aliquid decernat; alioqui actus bonus reprobi moveret Deum ad conferendam ei gloriam: ergo praefinitio non cauſſatur a conſenſu conditionate futuro: adeoque neceſſitas, quam parit praefinitio, eſt antecedens. 2. conſenſus praeviſus eſt libere futurus ſine praefinitione: ergo cum hac non eſt libere futurus; nec enim aliter eſt libere futurus, niſi eo modo, quo libere futurus eſt praeviſus. 3.° connexio praefinitionis cum conſenſu, utpote petita ex modo tendendi efficaci voluntatis divinae, eſt independens a Scientia Media de conſenſu: ergo etiam a libertate ad conſenſum: adeoque erit connexio antecedens. 4.° praefinitio ſtatum conditionatum immutat, cum ponat aliquid in ſtatu abſoluto, quod non fuit praeviſum in ſtatu conditionato: ergo ex libertate ſtatus conditionati male infertur libertas ſtatus abſoluti in praefinitionis hypotheſi.

451 R. Ad 1. Inſt. *D. A.* nequit movere Deum tanquam cauſſa meritoria, cui Deus decernat praemium, *C.* tanquam cauſſa finalis, & vera conditio, qua deficiente Deus non praefiniret conſenſum, *N. A.* & *Con.* ſub eo ſenſu. Ad 2 *D. A.* ſine praefinitione praeciſe, *C.* quia ex parte Scientiae Mediae praecedentis non importatur praefinitio, ſed ab ea praeſcinditur: ſine praefinitione excluſive, *N.* quia non propterea importatur praefinitionis negatio, ſeu excluſio. Et *N. Con.* quia praefinitio eſt de conſenſu libero.

452 Ad 3. *D. A.* eſt independens a Scientia Media tanquam ab aliquo ſibi intrinſeco, *C.* quia illa non conſtituit intrinſece ejuſmodi connexionem: tanquam ab aliquo extrinſeco eſſentialiter praeſuppoſito, *N.* quia ſi non eſſet Scientia Media, non eſſet intentio illa efficax conſenſus, nec conſequenter modus ille tendendi in conſenſum, in quo ſpeciali modo conſiſtit ratio connexionis. Et *N. Con.* ſub eodem ſenſu. Ad 4. *D. A.* immutat mutatione libertatis offenſiva, *N.* non offenſiva, *C.* Praefinitio nihil ponit in ſtatu abſoluto diſtinctum ab adplicatione principiorum, ex quibus conſenſus eſt praeviſus libere futurus in ſtatu conditionato: mera autem adplicatio eorum, quae, ſi ponantur, praeviſa ſunt habitura libere conſenſum, minime libertatem offendit (*l*).

453 QUAESTIO III. Cujuſmodi ſunt adſertae Praefinitiones? Adsero 1. Non ſunt Thomiſticae, ſeu praedeterminantes. Quia illae ſunt neceſſitas antecedens ad conſenſum, & potius inevitabiles a nobis, quam

(*l*) V. *Rhod.* cit. q. 2. ſ. 4. §. 2. *Gib.* heic c. 3. a. 2. per tot.

quam ſua praemotio, in qualitate emortua conſiſtens: adeoque humanam laederent libertatem (*gg*). II. Non ſunt Scotiſticae, ſeu condeterminantes ſimul cum creatura conſenſum, independenter a ſcientia media (*hh*). Quia ſicut repugnat duplex determinans eundem actum, & repugnat duplex eundem condeterminans. Creata quippe libertas alienam determinationem nullatenus patitur.

454 III. Sunt Suariſticae, ſic dictae ab Eximio Doctore P. Suarez, quia eas eximie elucidavit; quae ſcilicet ſunt mere adquiſitivae conſenſuum, adquiribiles, & evitabiles a conſentiente, eo quod dirigantur a ſcientia media de iiſdem conſenſibus conditionate futuris; ne alioquí caeco modo praefinirentur. Idque Deum decet, tum ut ſerventur jura ſuae dominantis efficaciae; tum ut humana libertas illaeſa maneat: ſiquidem neceſſitas conſequens, qua conſenſus connectitur infallibiliter cum praefinitione, libertatem non imminuit, dummodo conſenſus a principiis indifferentibus prodeat, ut ſupponimus (*ii*). Hinc iſtae praefinitiones ita tendunt: *volo efficaciter actum A elici a creatura per media, quibus video illam conſenſuram, non autem per alia* (*kk*).

OBJECTIONES.

455 Obj. praecipue contra III. Adſ., iis omiſſis quae poſſent objici contra duo priora, alias ſoluta. Nequit Deus praefinire actum liberum creatum, praeviſum conditionate futurum, antequam ſciat illum eſſe futurum abſolute. Nam 1.° non minus efficax, & infallibilis eſt haec praefinitio, quam thomiſtica; neque haec ex eo non tolleret libertatem, quod dirigeretur per ſcientiam mediam: ergo idem de illa dicendum. 2.° noſtra praefinitio eſt indiviſibiliter intentio efficax finis, vel conſenſus, & electio mediorum efficacium ad obtinendum finem, vel conſenſum; ſed ejuſmodi intentio habet connexionem antecedentem cum conſenſu, diſtinctam ſcilicet a connexione conſequente, utpote petita a ſcientia media de conſenſu: ergo haec praefinitio pugnat cum libertate conſenſus. 3.° Deus praefinit conſenſum per modum purae intentionis, & abſolute ſimpliciter, ita ut velit efficaciter conſenſum, abſtrahendo, ſeu nihil cogitando de mediis, ad quorum deinde electionem progreditur ex vi hujus intentionis; ſed ejuſmodi praefinitio non cohaeret cum libertate conſenſus, etiam ſuppoſita ſcientia media de conſenſu; nec enim hujus ſuppoſitio temperat neceſſitatem conſenſus, qui abſolute ſimpliciter praefinitus eſt, adeoque omitti nequit: ergo praefinitio Suariſtica repugnat. 4.° nequit quis praefiniri ad gloriam ut coronam, cum ſola ſcientia media meritorum, & ante ipſorum abſolutam praeviſionem: ergo pariter nec ad conſenſum.

456 R. *N. Adſ.* quia ſi Deus efficit omnino ut velimus, & faciamus bonum opus, ex *CC.* & *D. Aug.* praeſertim l. de praedeſt. SS. (*ll*)

(*gg*) Vulgo *N N.* contra Thomiſt. cum Mezg. tr. 1. d. 17. art. 1. & 2.

(*hh*) Uti contendunt Scotiſtae cum Smiſing. t. 3. de Deo d. 2. q. 2. Montepil. t. 2. d. 47. art. 4. Pone. in curſu philoſ. d. 6. q. 8. num. 600.

(*ii*) *Suar.* cit. *Quir.* de Provid. tr. 6. a ſ. 2. *Viv.* q. 1. n. 6. & q. 4. n. 2. ac reliqui theſi Adſertores.

(kk) *Rhod.* d. 5. q. 2. ſ. 4. §. 2. verſ. *dico tertio*.

(*ll*) C. 10.

ubi, *etsi faciant homines bona, quae pertinent ad colendum Deum, ipse tamen facit, ut faciant*; potest etiam illud praefinire, ex quo novit, se habere media efficacia, quae sine damno libertatis (cujus est causa ipsa praefinitio) sunt habitura consensum infallibiliter. Tum quia si Deus potest illaesa libertate conferre auxilium conditionate praevisum efficax, potest pariter velle ipsum conferre. Tum quia potest Deus tibi promittere absolutam fratris conversionem, etiam antequam absolute videatur, dummodo sciat, illum esse convertendum si vocetur, & velit vocare: tunc autem non minorem habet connexionem illa promissio, quam praefinitio; adeoque si illa non repugnat, nec ista.

457 Ad 1. prob. *N. A.* quoad primam partem; quia thomistica est adplicatio medii essentialiter connexi, nec praesupponit futuram libertatem effectus, nec per libertatis exercitium impediri potest: unde aliter, seu magis efficax est, quam Suaristica, adeoque implicatoria. Secunda pars supponit falso possibilem ejusmodi scientiae mediae directionem; haec enim importat essentialiter negationem praedeterminationis, & cujuscumque rei antecedenter connexae cum consensu libero.

458 Ad 2. *C. Ma.* quia nequit intelligi volitio efficax finis, qua talis, quin pariter intelligatur volitio efficax mediorum ad obtinendum finem conducentium: unde volitio illa finis est, vel formaliter, vel saltem virtualiter volitio mediorum, quae praevisa sunt per scientiam mediam opportuna ad finem adquirendum. Et *N. Mi.* Plane praefinitio connectitur cum consensu, non solum mediate ratione praedicati relativi ad scientiam mediam, sed etiam immediate ratione praedicati relativi ad eundem consensum; cum isto siquidem connectitur, non modo quatenus est volitio mediorum efficacium, sed quatenus ipsa modo quodam efficaci consensum intendit: sicut enim Scientia divina habet praedicatum intrinsecum, ratione cujus postulat, ut objectum tale sit, quale repraesentat esse, ita divina Volitio efficax habet praedicatum intrinsecum, ratione cujus nequit esse absque effectu. At vero illa etiam connexio consequens est, & posterior, quia pendet a consensu: ideo enim eum vult Deus, quia conditionate futurus est, non e converso.

459 Ad 3. *N. Ma.* quia, ex dictis, volitio efficax finis, qua talis, est vel formaliter, vel virtualiter volitio mediorum efficacium. Et quidem scientia media de consensu libero importat media indifferentia, sub quibus ille obtinebitur, ita v. g. *si conferam Paullo Auxilium sub talibus circunstantiis, consentiet*: unde sub eadem formalitate, seu formaliter, seu aequivalenter dirigit scientia media Deum, & ad volitionem efficacem consensus, & ad volitionem mediorum, scilicet auxilii sub talibus circunstantiis; adeo ut Deus vi illius scientiae mediae sic praefiniat, *volo efficaciter consensum Paulli sub auxilio, quod illi conferre statuo*.

460 Ad 4. *C. A.* (*m*) & *N. Con.* quia meritum solum potest movere ad praemium, ut absolute existens, & praevisum, neutiquam ut conditio-

(*m*) Ex inferius adferendis ubi de Provid. praedestinante.

ditionate tale; adeoque nequit praefiniri gloria ut corona, seu ut praemium, nisi relate ad meritum absolute praevisum: at consensus qua talis non ita debet movere, ut ametur a Deo: unde potest ab eo efficaciter amari, & decerni, ex quo adposita sit conditio de conditionata ejus existentiae praevisione (*n*).

461 QUAESTIO IV. Num Deus praefiniat opera aliqua hominibus praecepta, & ipsis impossibilia; aut potius supplicia, quae transgressioni ejusmodi praeceptorum adfixerit? ADSERO: nullum id genus praeceptum aut supplicium praefinit Deus. Quoniam ejus Aequitas summa est ac suavissima: idcirco ex 1. *Cor.* 10. *fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id quod potestis*, & ex *Joan.* 5. *mandata ejus gravia non sunt*. Fide sanctum.

462 Et quidem sacram hanc & adorandam divinae voluntatis Aequitatem occinunt sacri Codices, e. c. *Deut.* 30. 11. *Ezech.* 36. 26. *Matth.* 11. 28. *Jos.* 11. 15. *Luc.* 1. 6. *Phil.* 4. 13. & 1. *Joan.* 5. 3. Tum *PP.* cum *Aug.* (*o*) *Clem. Alex.* (*p*) *Basil.* (*q*) *Hilar.* (*r*) *Leon.* P. (*s*) *Hieron.* (*t*) *Chrysost.* (*u*) *Orig.* (*x*) *Anast. Sin.* (*y*) *Ennod.* Ticinensi Episc. (*z*) *Anast. Nicaeno* (*a*). Quibus addito *C. Arausican.* 11. (*b*) *Trident.* (*c*) *Moguntin.* (*d*) necnon *Jus Canonicum* (*e*).

463 Adcensendi praeterea ex *Ethnicorum* grege Sophistae plurimi, qui Deo aut perfectam Justitiam, aut perfectissimam erga creaturas Providentiam bene sapientes adscripserunt. Illos dedimus ubi de Justitia Dei; hos vero dabimus ubi de Deo Providente; siquidem Aequitas illa, de qua in praesentia differimus, in bina haec Adtributa resolvi tandem videtur.

464 QUAESTIO V. Num Deus praefiniat peccatum? ADSERO I. & suppono: Deus est Sanctissimus, immo eadem, prorsusque illibatissima Sanctitas; adeo ut nedum in se peccare nequeat, verum nec ullius creaturae peccati caussa per se, vel Author esse aut dici possit. Fide certum.

465 Testantur egregie sanctum dogma sacri Codices cum *Ps.* 44. 8. Ps. 72. 27. *Sap.* 14. 9. *Habac.* 1. 13. *Joan.* 3. 5. ac ceteris in solutione Objectionis *primae* producendis. Tum *PP.* cum *Aug.* (*f*) *Justin.* (*g*) *Epiph.*

(*n*) V. *Arri.* heic d. 35. s. 1. 2. *Rhod.* cit. q. 2. s. 4. §. 2. 3. *Gisb.* cit. a thes. 8.

(*o*) Serm. 191. de temp. & l. 2. de peccat merit. & remis. & l. de libero arbitr. c. 18. & alias.

(*p*) L. 2. 4. 7. Strom.

(*q*) In orat. *Attende tibi*, & in regul. brevior. resp. 176.

(*r*) In *Ps.* 116.

(*s*) Serm. 5. de Quadrag. & serm. 116. de Passione.

(*t*) L. 3. contra Pelagianos.

(*u*) Hom. 8. de Poenit. & hom. 16. in epist. ad Hebr. & hom. 19. in Matth. & hom. 9. in 1. Cor. 3.

(*x*) Hom. 9. in Josue.

(*y*) Quaest. 5.

(*z*) L. 2. epist. 19.

(*a*) Q. 5. in *το jugum meum suave est*.

(*b*) Can. 25.

(*c*) Sess. 6. cap. 11. & can. 18.

(*d*) C. 9.

(*e*) In Decreto dist. 4. ac de Regulis Juris in 6. Reg. 6.

(*f*) L. de Praedest. SS. c. 10. & alias.

(*g*) Dial. cum Triph.

Epiph (*gg*) *Cyril.* (*h*) *Nyſſen.* (*i*) *Proſp.* (*k*) *Iſidor.* (*l*) *Beda* (*m*) *Anſelm.* (*n*) CC. itidem cum *Valentino* III. ſub an. 855 (*o*) *Arauſic.* II. (*p*) *Trident.* (*pp*)

466 Adcedunt ex Ethnicis haud pauci, quibus utique ſummam divini Numinis Sanctimoniam dignoſcentibus prima regula fuit, nihil ipſi ut cauſſae & Authori adſcribendum, niſi bonum. Sic porro *Triſmegiſtus* (*q*) *Plato* (*r*) *Ariſtoteles* (*s*) *Maximus Tyrius* (*t*) *Plotinus* (*u*) *Cleanthes Piſadaeus* (*x*) *Simplicius* (*y*) *Proclus* (*z*) *Hierocles* (*a*) *Sextus* Pythagoricus (*b*) *Architas* (*c*) *Theocliſtus* (*d*) *Jamblichus* (*e*) *Plutarchus* (*f*) *Chryſippus* & *Antipater* (*g*). Nec ſatis quidem. Alios ex *Martino Campano* dabit *Feüardentius* (*h*), pluresque e profanis Lapidibus Claſſis proxima pro divina Sanctitate, quam, ne nimis interturbetur diſputationis ordo, ad calcem hujus Quaeſtionis rejiciendam duximus. Heinc

467 II. Non praefinit Deus peccatum quoad formalem ejus malitiam. Ita omnes abſque lite Catholicorum Scholae. Quia ſi Deus ita peccatum praefiniat, peccatum plane volet tanquam ejus indubitatus Author & vera cauſſa per ſe. Quod quidem piae aures abhorrent. III. Nec praefinit, nec pacto ullo praefinire poteſt materiale peccati (*i*).

468 Quia materiale peccati, ſeu entitas blaſphemiae e. g. & formale peccati, vel malitia blaſphemiae ſunt realiter idem; quum malitia formalis peccati conſiſtat in poſitivo, id eſt in materiali peccati (*k*); ſed formale peccati non eſt praefinibile a Deo, ſalva ejus Sanctitate, ex modo adſertis: ergo neque materiale. Ex quo inſuper haberemus, Deum poſſe eſſe cauſſam principalem & per ſe peccati, contra 1. Adſertum.

469 Quoniam principalius ac efficacius ad peccatum concurreret: deinde Deum non modo tentare hominem ſed vehementius etiam, quam tentet ullus homo, immo vel ipſe daemon; hi quippe ſolum exterius ad peccatum invitant, adliciuntque, ac ipſis praeterea reſiſtere poteſt volun-

(*gg*) Haer. 38.
(*h*) L. 11. in Joan. c. 21.
(*i*) De philoſ. l. 7. c. 2.
(*k*) Ad objectiones Vincentinianas 10. & 11. ac ſaepius.
(*l*) L. 2. ſent. c. 6. ſub init.
(*m*) In libris quaeſtionum, q. 13. poſt med.
(*n*) De concord. praeſc. & praedeſt. cum libert. c. 2.
(*o*) Cap. 3.
(*p*) Can. 25.
(*pp*) Seſſ. 6. can. 6. & 17.
(*q*) In Pimandro c. 14.
(*r*) In Protagora, & Theaetero, tum l. 2. de rep. ap. *Euſeb.* praep. evang. l. 13. c. 1. & 2.
(*s*) Supra laudatus in proxima Prolusione.
(*t*) Diſſ. 25.
(*u*) Ennead. 4. l. 4. c. 31.
(*x*) Ap. *Clem. Alex.* in protrept. & 5. ſtrom.
(*y*) In enchir. Epict. c. 34.
(*z*) In defenſ. fabuloſae theol. c. 3. & 4.
(*a*) Ad aureum Pythagorae carmen 29.
(*b*) In ſententiis 105. 106. 420.
(*c*) L. de viro bono & beato.
(*d*) Ap. *Cyril.* hom. 15. Paſchatis ex *Stobaeo*.
(*e*) De Myſt. ſect. 7. c. 6.
(*f*) In lib. de Principe ſaepe.
(*g*) Ap. laud. *Plutarch.*
(*h*) In Adpend. ad Caſtrum de haereſ. art. *Adam.* haereſi 4.
(*i*) Ita Schola noſtra ap. *Borr.* d. 14. n. 1. cum *Berti* l. 4. c. 7. *Piette* de Deo q. 13. *Maſſir.* d. 4. q. 3. art. 1. n. 43. *Petrocorenſi* t. 1. l. 3. q. 3. *Juen.* par. 1. q. 11. c. 6. art. 3. & pluribus Thomiſtis contra alios cum Pau. a Conc. tr. 4. d. 3. n. 109.
(*k*) Ex Par. III. Tr. III. L. III. cum *Viv.* cit. q. 7. n. 1.

voluntas; Deus autem praefiniens, interius, ac irreſiſtibiliter impelleret ad peccatum, vel ſaltem ad actum, cui peccati malitia infallibiliter adnectitur (*l*).

OBJECTIONES.

470 Obj. *primo*. Plura Scripturae loca oppoſitum probant. Nam 1.° Amos 3. *ſi eſt malum in civitate, quod non fecerit Dominus*, & Iſai. 45. *ego Dominus creans malum*. Deus autem vult efficaciter id, quod facit. 2.° Deus inducit in tentationem, 2. Reg. 12. *tollam uxores tuas* (comminatur Davidi) *in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum omnibus tuis in oculis tuis*. 3.° Deus convertit cor Aegyptiorum, Pſ. 104. *ut odirent populum ejus, & dolum facerent in ſervos ejus*. 4.° decrevit Davidis maledictionem, quam praecepit Semei. 5.° decrevit proditionem, quam Chriſtus Judae praecepit, Joan. 15. *quod facis, fac citius*. 6.° praefinivit Deus omnem Chriſti Paſſionem, ſcilicet traditionem, crucifixionem &c. ex Act. 2. 23. *hunc* (Jeſum) *definito conſilio, & praeſcientia Dei traditum, per manus iniquorum adfigentes interemiſtis*, & ibid. 4. 27. & 28. *convenerunt Herodes, & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Iſrael, facere quae manus tua, & conſilium tuum* (Deus meus) *decreverunt fieri*, id eſt *Chriſtum crucifigi*: ergo Deus praefinit peccatum, non formaliter, ſeu qua malum eſt; ſed materialiter, ſeu qua actus eſt, & entitas.

471 R. *N. Adſ.* Immo theſim noſtram evincunt innumera ejuſdem Scripturae loca, quae oſtendunt, Deum non praefinire peccatum, e. g. *Pſ.* 5. *non Deus volens iniquitatem tu es*; & *Pſ.* 144. *juſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis*; & *Eccli.* 15. *ne dixeris, ille me implanavit*; & *Jacob* 1. *Deus intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat &c.*

472 Equidem formale, & materiale peccati ſunt realiter idem: unde quidquid Deus poſſit, aut non poſſit erga unum, poterit, aut non poterit erga aliud. Quid? quod ſi materiale praefiniret, ac praedeterminaret, poſſet idem conſulere, praecipere, & ad ipſum movere moraliter; quod, licet inconſequenter, merito tamen negat Gonet contra Calvinum; qui tamen, licet admiſerit Dei praefinitionem circa actionem peccati, non vero circa malitiam, nam (*m*) ait, *quatenus mala ſunt, quae malo animo perpetrant homines, Deo minime placere fateor*. Nihilo tamen minus circa hanc Calvini ſententiam recole ſuperius dicta in proxima Proluſione, a pag. 228.

473 Ad 1. prob: haec intelligenda ſunt de malo phyſico, non de morali. Ad 2., & 3.: haec ſonant, Deum permittere ob ſuos fines, malos induci in tentationem ob ſalutare bonorum exercitium. Ad 4. David praeceptum Domini adpellavit decretum Dei de permittendo Semei peccato. Ad 5. Chriſtus innuit permiſſionem, aut exprobrationem ſceleris, quod Judas animo conceperat.

Ad

(*l*) Rem nervoſe perſequuntur ac promovent laudati pro Adſerto Doctores, quos conferre non pigeat.

(*m*) L. de aeterna praedeſt.

474 Ad 6: haec probant, quod Chriſti Paſſio praefinita fuit, quatenus in Chriſto recepta eſt, ſic enim fuit bona & pro culpis ſatisfactoria; non vero quatenus fuit actio a Judaeis elicita, quia ſub ea ratione fuit peccaminoſa. Heine ex theologico axiomate, *actio diſpliciuit, paſſio grata fuit*. Quod ſi ad mentem adverſariorum textus iſtos exponas, pariter ex eis colliges, Deum fuiſſe authorem proditionis, & crucifixionis Chriſti; adeoque nec Judam, nec Judaeos peccaſſe, quum ſuos animos conformaſſent voluntati efficaci Dei circa materiale ſaltem, eſſentialiter connexum cum formali malitia eorum peccatorum.

475 Obj. *ſecundo*. Ex D. Aug. (*n*) Deus inclinat voluntates hominum quocumque libuerit, *ſive ad bona pro ſua miſericordia, ſive ad mala pro meritis eorum, judicio utique ſuo*. Et ex D. Th. (*o*) *haereticum eſt dicere, aliquod ens in quantum ens non eſſe a Deo*: ergo peccatum, quatenus eſt ens, a Deo praefiniente eſt.

476 R. Ap. D. Aug. Deus dicitur inclinare voluntates ad mala, quatenus haec illis permittit, ſcilicet denegando auxilia efficacia, & conferendo inefficacia, id eſt qua talia praeviſa: & ita intelligitur inclinans ſanctiſſime tum ad materiale, tum ad formale peccati. Ap. D. Th. omne ens eſt a Deo immediate phyſice concurrente; & quidem ens moraliter bonum, a Deo praefiniente; malum a Deo permittente.

477 Obj. *tertio*. Deus abſque diſpendio Sanctitatis concurrit phyſice ad materiale, & formale peccati: ergo & praefinit ſaltem materiale. *Quarto*. Ideo Deus permittit peccatum, quin dicatur author peccati, quia habet bonos fines ad permiſſionem, & nulla lege tenetur impedire; at idem ei evenit circa praefinitionem materialis peccati. *Quinto*. Deus praefinit actum intrinſece connexum cum peccato praevio, v. g. Chriſti mortem, quin peccatum amet: ergo pariter. *Sexto*. Poteſt judex velle mortem rei connexam cum aeterna ipſius damnatione, iſtam nolendo: ergo & Deus poteſt velle actionem, connexam cum malitia, iſtam nolens. *Septimo*. Anima vult efficaciter motum in circunſtantiis, in quibus eſt connexus intrinſece cum claudicatione tibiae effractae, quin propterea velit claudicationem: ergo.

478 R. Ad *tertium*. In primis inſto: ergo etiam formale? Deinde *N. Con.* quia Deus ſic concurrens, ſolum eſt cauſſa per accidens peccati, in quo ſimul diſplicet; at ſic praefiniens eſſet cauſſa per ſe peccati, quod convinceretur velle ſaltem interpretative quoad malitiam. Ad *quartum*. *N. Mi.* quia permittere malum, non eſt intrinſece malum, uti illud velle; adeoque poteſt cohoneſtari permiſſio, licet ex ea ſequatur infallibiliter malum per adcidens, non tanquam ex cauſſa influente; minime vero praefinitio, quae eſſet cauſſa per ſe peccati.

479 Ad *quintum*. *C. A.* quia tunc Deus non praefinit peccatum, ſed hujus permiſſionem, quod ejus Sanctitati non repugnat. Et *N. Con.* ob contrariam rationem. Ad *ſextum*. *N. Con.* quia connexio mortis cum damnatione rei eſt extrinſeca, utpote petita a rei impoenitentia, quam

Judex

(*n*) L. de grat. & lib. arb. c. 21. (*o*) In 2. ad Annib. diſt. 37. q. un. a. 1.

Judex non vult, adeoque nec damnationem: at malitia ita eſt connexa cum peccati actione, ut ipſa identice ſit: quare nequit Deus iſtam velle, quin illam velit. Ad *ſeptimum*. *C. A.* quia anima non vult circunſtantiam tibiae curvae. Et *N. Con.* quia Deus praefiniens, convincitur velle malitiam peccati (*p*).

Haec jam vero excipiant e Vetuſtate varii generis Monumenta, quae praeadiertam Dei Sanctitatem egregie teſtantur.

(*p*) Conf. *Ruiz* de vol. Dei d. 26 ſqq. *Thomaſſin.* in dogm. theol. l. 7. c. 7. *Borrull* cit. d. 14. ſ. 3. ſqq. *Rhod.* cit. q. 2. §. 3. *Gisb.* cit. a 3. *Val.* heic t. 1. q. 19. d. 1. pu. 3. adſertione 4. *Platel.* p. 2. c. 3. §. 4. an. 197. ad 223.

MONUMENTA ANTIQUITATIS. CLASSIS IX.

TITULI CHRISTIANI.

1 DEO SANC* ☧ VNI LVCI TECVM PACE. *Sancto.

Romae, ut ſupra in Claſſ. V. n. 1. p. 60.

Duo ſummi Dei Adtributa diſerte exprimit Titulus; videlicet Sanctitatem & Unitatem.

2 HIC REQVIESCIT IN SOPNO PACIS
AGELPERGA.....
CREDO DEVM PATREM CREDO
D̄M FILIVM CREDO D̄M SPIRITV
SANCTV*.... *Sanctum.

Capuae in majori antiqua Eccleſia erutus an. 1720. ap. Franciſc. M. Pratillum in hiſt. Principum Langobardorum, t. 3. p. 330.

Titulum exſcripſit *Zachar.* in laud. diſſ. p. 336. & in hiſt. lit. Ital. t. 5. l. 1. c. 10. p. 271. utrobique tamen a Pratilliano tantiſper diſcrepantem.

Extra omnem dubitationis aleam ponimus, ſacram nomenclaturam aut epithetum *Spiritus Sancti* duo, nullo docente, deſignare; tertiam nempe Ss. Triados Perſonam a Patre, Filioque ſpiratam, & ejuſdem Perſonae, immo Divinitatis, quae tribus Perſonis communis eſt, Sanctitatem. Tum etiam alio nomine tertia Perſona *Sancti* titulo gaudet; quia nempe ipſi ſingulariter adtribui conſueverunt ſuperna dona, quibus creaturae rationales ſanctae ſunt: immo ipſa *Donum* eſt ac dicitur, quo ſanctitas creaturis donatur (ex inferius adſerendis ubi de Perſona Spiritus Sancti). Perſpicue igitur literata Saxa laudant & commendant Sanctitatem Dei, quandocumque divinum Spiritum memorant, & *Sanctum* adpellant. Plura

Plura quidem id genus documenta heic confirmando, illuſtrandoque Dogmati adduci poſſent; praeſtat vero ea inferius, ubi agitur de Ss. Triade ac de Spiritu Paracleto, produci; ac inde ipſa huc facile revocaveris.

3

A ☧ ω

PATRI ET MATRI LEONI ET MA
XIMILIANETI . LEOPARDVS . FILI
VS BENE . MERENTIBVS . IN XPO* SANCTO FECIT . PATER . DEP. VI. IDVS . IAN.

*Chriſto.

Romae e Coemeterio Cyriacae effoſſus, teſte Boldetto p. 343.

Porro Catholicus Author Tituli dum Chriſtum dixit *Sanctum*, & Chriſti Divinitatis Sanctitatem eodem praeconio confeſſus eſt.

PAGANI TITULI

4

APOLLINI ♁
SANCTO
SACRVM
DOMITIAE
LVCILLAE
ACTOR. DD

Romae in vinea Maximorum extra Portam Portuenſem. Eum recitavit Murator. p. 23. 12. *ex Donio.*

5

SOLI . SANCTISSIMO
C. VERATIVS FAVSTINVS
MILES. COH. III. PR.
D D

Florentiae apud Muſeum Mediceum in aerea lamella, teſte eodem Murat. p. 29. 4. *ex Gorio.*

SI-

6

SIGNVM
SILVANI
SANCTISSIMI
CVM BASE
POSVIT C.
FLAMINIVS
TELESPHORVS

Romae in Muſeo Kircheriano.

Eſt baſis marmorea, inquit *Bonannus* in Muſ. Kircher. claſ. 2. p. 63. 3 nuper reperta prope Viam Appiam in Regione XII. antiquae Romae, forma quadrata conſtans, tribus palmis alta. Ipſam tamen hodieque haud facile in laudato Muſeo repereris exſcribendam. Eamdem recitavit *Murat.* p. 121. 7. ex Scarmaglio, & ex Ficoronio *Vignolius* in ſelect. Inſcr. p. 179.

7

DIANAE SANCTAE
T. FLAVIVS ARISTION
EX MONITV ARAM
FECIT.

Ibid. ap. laudatum Murator. p. 121. 8. *e Ficoronio.*

Titulum vero prorſus reticet *Bonannus*, nec mihi ipſum in Muſeo ſollicite perquirenti reperire licuit.

8

BONAE DEAE. SANCTISSIMAE
CAELESTI. L. PAQVEDIVS FESTVS
REDEMPTOR. OPERVM CAESAR
ET. PVBLICORVM. AEDEM DIRVTAM
REFECIT. QVOD. ADIVTORIO. EIVS
RIVOM. AQVAE CLAVDIAE. AVGVST
SVB MONTE AEFFIANO CONSVMMA
VIT. IMP. DOMIT. CAESAR. AVG. GERM. XIIII. COS
V. NON. IVL.

In Caſtello S. Gregorii in Aequiculis, prope montem Fiacco, ap. Murat. p. 136. 3. *ex Donio.*

Aliter legit *Spon.* ex Vaillant.

Spectat Titulus bonae Deae sacer ad an. Ch. 88. quo T. Fl. Domitianus Consulatu XIIII. potiebatur cum L. Minucio Rufo collega.

9

APOLLINI.
SANCTO.FECIT.

Romae, olim in Hospitio veteri Cistercienſium apud Murat. p. 23. 11. ex Cardinali Paſſioneo, hodie in Muſeo Kircheriano - Exſcripſi.

Titulum ubi recitat *Murat.* effractum inferne depingit marmor; hoc tamen in Muſeo fiſſum duntaxat in medio viſitur. Niſi illud fortaſſe aliud a noſtro fuerit.

10

SANCTISSIMO DEO
GENIO COLONIAE
PVTEOLANORVM
NEMONIA CALLISTE NEMONI
EVTYCHETIS CVM DVOBVS
M. M. NEMONIS M. FILYS
EVTYCHIANO ET GEMELLIANO
FRATRIBVS SVIS ET
NEMONIA IANVARIA FILIA SVA
DONO DANT.

Neapoli in Aedibus Principis Cellamaris, ap. Vignol. in ſelectiſs Inſcript. p. 193. ex Jo. Vincent. Rondinello.

11

INVICTO
DEO
SANCTO
SALVO
PRVNIC
IANO N̄
MIRON
SER

Aretii ap. Sebaſt. Donatum in ſupplem. ad theſaur. Murat. t. 1. p. 51. 8. ex Guazzeſio.

Hercu-

M 2

HERCVLI SANCTISS. INVICT. SACRVM.
PRO RED. IMP. CAES. L. SEPTIMII
SEVERI PII PERTINAC. AVG. P. S.
ET POP. SVESSVL. M. IVNIVS. M. F.
STEL. SEVERIANVS II. VIR. D. T.

Sueſſulae in Campania Capuam inter & Nolam, ap. Spon. in qq. ſel. rei antiq. diſſ. 12. ſub fin.

Imperavit Lucius Septimius Severus ab an. Ch. 193. ad uſque an. 211. Quiſnam autem, undenam, aut quo iſte Severi felix reditus? Mihi penitus incompertum. Ex Lapide nonnulli merito ſubinferunt, Herculem Severi Patronum fuiſſe.

Epigraphen praeterea tot ſiglis inſtructam ita legerem, *Herculi. Sanctiſſimo. invicto. ſacrum. pro. reditu. Imperatoris. Caeſaris. Lucii. Septimii. Severi. Pii. Pertinacis. Auguſti. pro. ſe. &. Populo. Sueſſulano. Marcus. Junius. Marci. filius. Stellatinae. Tribus. Severianus. Duumvir. dedicarunt.*

Stellatina haec Tribus, ceteris addita anno ab Urbe condita 366., ſi fides *Livio* in hiſt. l. 6., dicta eſt a Campo, qui eſt in Etruria, regione Capena, ex quo nempe Tuſci profecti eum Stellatem campum adpellarunt. Conf. *Feſtus* in deſcript. civit. Rom. l. 2. cum interpretatione *Panvinii*.

Non ita vero praefatae Siglarum interpretationi adhaeremus, ut alias ſubinde & alias pati poſſe adcuratiores diffiteamur; in re tamen obſcuriſſima e conjecturis tantillum probabilibus effari quempiam, ſatis eſt. Nec enim ſecus mihi feciſſe videntur plerumque quotquot obſcuriores veterum Lapidum Notas interpretandas adgreſſi ſunt. Anne ſaepe non hariolantur, ſaepiuſque a vero aberrant? Quis autem ſit neſcius, aut raram hucuſque aut nullam difficiliorum ſiglarum expoſitionem productam eſſe, quae omnibus ubique Eruditis abſque lite placuerit?

Multi profecto pro complanandis, expediendiſque difficultatibus arduis, quibus ſcatere ſolent rariores Lapidum ſingulariae; qua regulis, qua exemplis traditis inſudarunt plurimum. E. c. *Petrus Diaconus* de Notis literarum more romano, *Volfang. Lazius* de ratione legendi literas adbreviatas in monumentis, *Torell. Sarainas* de interpretatione literarum antiquarum, *Steph. Pighius* in Hercule Prodricio, *Democr. Aldabaldus* de minutiis, *Ant. Auguſtinus* in dialogis antiquit. Hiſp., *Conſtant. Lando* in miſcellanea explicatione veterum Numiſmatum, *Gabr. de Simeonibus* in illuſtrationibus Epitaphior. & Numiſmat. antiq.

Tum inſuper *Petrus Apianus* & *Bartholom. Amantius* de adbreviationibus veteſtorum Monumentorum, *Hubert. Goltzius* de notis ſingularibus & implexis in Numiſmat. & Faſtis, *Ant. Guevara* in epiſtolis ſparſim,

ſim, *Jacob. Philipp. Thomaſinus* de donariis ſeu tabellis votivis, *Aldus Manutius* de veterum Notarum explicatione, *Sertorius Urſatus* de Notis Romanorum, *Joan. Nicolai* de ſiglis veterum; alii.

Quid tum vero? Nondum poſt tot canones & exempla, quae famigeratiſſimi ii Viri cogitarant & produxerant, prorſus adquieſcit Eruditorum cohors cuipiam interpretanti unam aliquam rariorem ſubdifficilemque ſingulariam, quae denuo occurrerit. Quoniam ſaepius pro ejuſmodi ſolutione, tanta, tanquam varia & ſingulari eruditione opus eſt, tanta cujuſque fere gentis vetuſtiorum morum peritia, tot rerum eventuumque poſſibilium combinatione, ut inſtar miraculi ſit acu rem adtigiſſe. Adde, non eaſdem omnino Siglas & ſub eiſdem aetatibus ubique gentium obtinuiſſe; nec unum idemque earumdem Siglarum ſignificatum: quocirca nullum fortaſſe repereris generalem canonem pro Sigla quapiam rariore interpretanda, ſexcentis exceptionibus non obnoxium.

Ex iis itaque liquido conſtat, multum plane auxilii Eruditis adceſſiſſe e clariſſimis ſcriptis, quibus praelaudati Authores tam implexis nodis exſcindendis ſtudium & operam contulerunt; at nondum iſta ſatis eſſe, immo plura ulterius in eandem rem abſque fine deſiderari. Quo fit, ut qui ſubdifficiles id genus interpretationes evulgant, plerumque de ſuis quidem conatibus tanquam hariolantibus gloriari poſſint, non ita vero tanquam rem aperte concludentibus ac certo revelantibus.

13

DEO . SANCTO
T. FLAVIVS. T. L.
ATIMETVS
ET. FLAVIA SA
BINA. LIB.
GRATIAS
NVMINI
TVO . DEDI
CARVNT

Hiſpelli in Umbria prope Fulginium, alias Coloniae Juliae, ap. Mur. p. 96. 2. ex Ligorio.

Qui ſnam hic *Deus Sanctus*? valde dubium apud Mythologos; ſaepius ete nim in aliis Saxis *Sancti* agnomen defertur Aeſculapio, Mithrae, Camulo, Jovi, Pani, Herculi, ac prae maxime Silvano.

DEO

14

DEO SANCTO
MERCVRIO AVGVST. SACRVM
M. FVLVIVS FAVSTVS MIL.
VETERANVS EX VOT. D. D.

Sinuessae ap. Spon. in Miscell. erud. Antiq. sect. 2. art. 8. ex Schedis Barberin.

15

INVICTAE DIANAE ET
VICTRICI SANCTAE SACRVM
L. VALERIVS L. FIL. POPIL.
FELIX S. P. V. S.

Prope lacum Dianae in Latio, ap. laud. Spon. sect. 3. ex Sched. Barberin.

Aliter legit *Murat.* p. 37. 1. & 2. ipsumque eundem Romae ponit ex *Ligorio*, & Ariciae ex *Lupio*.

16

SANCTISSIMO
LIBERO. PATRI
SACR
AP. PAETVS. CLIEN. AVG
PROCVRATOR
SIGN. MARMOR. DD.

In Castello Caeciliani prope Tiburim ap. Murat. p. 41. 11. ex Ligorio.

17

DEO MERCVRIO
NVMINI
SANCTISSIMO
HERCV
LIVS IVNIOR
AVGVSTVS*

* *Maximianus Imp.*

Metis ap. Murat. p. 49. 7. ex Mauriſſo.

18

MINER
VAE
SANCTIS
SIMAE
DEAE

In Vico Raglio agri Placentini, ap. Mur. p. 51. 3. e Campio.

19

DEO. SANCTO . VVLCANO
INVICTO. HERCVLI
CONSERVATORI
DOMVS. VLPIORVM
SACRVM. M. VLPIVS
VERECVNDVS. EX. VISO
D.

Hortae in Sancti Petri ap. Fontanin. de Antiquit. Hortae l. 1. c. 6. p. 110.

Diverſimode recitatur a *Gruter.* p. 45. 10.

20

GENIO SANCTO
CASTRORVM.
*p*EREGRINORVM
*a*VR.* ALEXANDER.
ANALICLARIVS
*q*VOD PEREGRE.
*c*ONSTITVTVS. VOVIT
ae DIL. CASTRORVM
LIBENS. SOLVIT

*Aurelius.

Romae in Muſeo Kircheriano. Exſcripſi & ſupplevi.

Baſis marmorea, quae in antica inciſum prodit hoc ſingulare eruditae antiquitatis monumentum, effoſum eſt an. 1704. inter antiqua rudera ductus aquae Claudiae prope templum S. Stephani in Monte Coelio, teſte *Bonanno* in Muſeo Kircher. claſ. 11. p. 77., ubi quae in Marmore notatu digniora ſunt perquam erudite dilucidat; ad quem propterea, ne actum agamus, Eruditionis ſtudioſum remittere non detrectamus.

Joan.

Joan. Petrus Bellorius de picturis antiquis cryptarum Romanarum, expreſſis ab utroque *Bartholo*, & a ſe illuſtratis commentario edito an. 1738., in tab. XIV. p. 65. recitat Titulum huic fere omnino ſimilem, repertum, ut inquit, in conclavi ſub terra diu latitanti apud idem S. Stephani templum, ſibique traditum a Franc. Bartholi. En illum.

ENIO SANTO
CASTRORUM
PEREGRINORUM
AUR. ALEXANDER
ANALIO LARIUS
QUOD PEREGRE
OSNII TUTUS VOVIT
AEDIL. CASTRORUM
VII BEN SOLVIT.

Jam vero ex litera *V*, quae heic ubique vocalis eſt, quum tamen in ſingulis quibuſque veterum Inſcriptionibus conſonans fuerit, & ex aliis quibuſdam verbis, adfectate intruſis, quae eundem Tituli Kircheriani ſenſum probe animadvertenti reddere videntur, fortaſſe quiſpiam haud temere ſuſpicetur, eum eſſe ſuppoſitum, & a noſtro, qui ſigna quidem omnia verae antiquitatis praeſefert, exſcriptum.

21

LIBERO SERVATORI
SANCTO SACR.
L. IVNIVS L. L. PAEDEROS
VOTO SVSCEPTO L. M.
D. S. D. D. D.
DEDICAT. IIII. ID....
M. ANTONIN. IMP. II
ET VERO AVG. COS.

Romae ap. Spon. in Miſcell. erud. Antiq. ſect. 2. art. 8. e Schedis Barberin.

Spectat votivus Lapis ſecundum Chriſt. Seculum. Fortaſſe tamen invitus erravit deſcriptor in numeris, qui denotant ſecundum Antonini Imp. Conſulatum; hunc enim, ex Faſtis Conſularibus ap. *Almeloveenum* & *Petavium*, obtinuit Antoninus an. Ch. 139. cum Collega Cajo Bruttio Praeſente; quartum vero an. 145. cum Collega Aurelio Vero Caeſare II., immo & tertium an. 140. cum Collega eodem.

His

22 His facile adjicere liceret ingenti numero exempla, quae ferme paſſim offerunt profanorum Lapidum Collectores, cum *Amiano*, *Grutero*, *Muratorio*, *Sponio*, *Gudio*, *Reineſio*, *Fabretto*; ubi praeſertim agitur de Paganorum diis, votiſque eiſdem dedicatis. Adeo vel ipſis lippientibus Idololatris nihil, docente natura, antiquius, ſollemnius nihil, quam ſuos Deos, tanquam integerrimos & labis expertes, *Sancti* titulo ſacerrimo colere ac ſalutare. Unde & idem *Maro* Aen. 3. verſ. 109. Numina vocavit *Sancta*.

Et vero, reponat quiſpiam, perſaepe obſcoenam quoque Venerem dixerunt *ſanctam* ac *ſanctiſſimam* pagani Lapides, ut videre eſt apud laudatos Collectores ubi vota & anathemata Veneri ſacra percenſent; tum plures deos, quibus ceteroqui perpetrata flagitia vulgo adcenſebantur, ut notum eſt apud Mythologos, tanquam Sanctos advocant alii Tituli; res demum inanimes adpellarunt nonnunquam *Sanctiſſimas*, e. c. Aquas Albulas, de quibus Romanum Saxum apud Sculptorem aedium Barberinarum, olim exſcriptum ab *Spon.* & relatum in miſcel. erud. antiq. ſect. 3. n. 52., ita loquitur, AQVIS ALBVLIS SANCTISSIMIS VLPIA ATHENAIS CLAVDE &c. ubi quidem, eodem *Spon.* interprete, ex quadam *Strabonis* authoritate, iis Aquis *proculdubio ab utilitate earum ſanctitas adſeverata*.

Rurſus Sponio ſic differenti adhaeret *Bonann.* in Muſeo Kircher. claſ. 2. p. 64. ac ſubinde colligit, haud ſemper hac voce *ſanctus* veram ſanctitatem, aut illibatam morum integritatem apud Ethnicos deſignatam fuiſſe, ſed alicujus duntaxat virtutis ad mores non ſpectantis excellentiam. Nullum ergo ex productis ab Ethniciſmo documentis rite petitur argumentum illuſtrando Sancto Dogmati.

Ceterum parum haec urgent. Quod ut brevi oſtendam, haec mecum ſtatuo. In primis adduci nequeo ut ſentiam, Ethnicos, qui ſuos deos adeo impenſe ac demiſſe ſuſpiciebant, colebantque, latiſſima duntaxat ac traslatitia ſanctitatis uſurpatione eoſdem ſalutaſſe, quum *Sanctos* vocitabant; ceteroqui id ipſum eveniſſe cenſeas relate ad cetera adtributa, quae ipſis diis, vel in ſaxis, vel in aliis ſcriptis ſaepe Ethnici adjudicarant; e. c. exiſtentiam, unitatem, aeternitatem, omnipotentiam: quod quidem nimium a vero aberrare dixerim.

Deinde qui Venerem dixerunt ſanctam, primam, mea opinione, ſalutarunt Venerem, quam finxerant illibatam & ſplendentiſſimam coeli ac diei filiam; non vero ſecundam, amoribus & venereis praeſidem, ſpuma maris exortam. De quadruplici Mythicorum Venere plura *Boccacc.* de geneal. deor. l. 3. c. 22. ac l. 11. c. 4. & alias.

Praeterea qui ſanctos vocarunt deos cujuſquam olim flagitii inſimulatos, e.g. Mercurium adulterum, Apollinem raptorem Daphnes &c., vel non adtendebant ad haec ſcelera, vel ea minime credebant; immo caeca quadam veneratione quidquid ſuos ſpectabat deos percolentes, ipſos ſubinde penitus incontaminatos, adeoque plane ſanctos exiſtimabant.

Quod Aquas demum Albulas translatitie vocarint ſanctiſſimas, argumento non eſt, quod Deos noluerint ſanctos propriiſſimo ſenſu, quem

ipſis

ipſis ſuggerebat natura. Nos etenim, quibus unus & noſter Deus ſumme ſanctus eſt, ſaepenumero ſancti & ſanctiſſimi nomine traſlatitio nuncupamus templa, templorum altaria, altarium imagines, corporeos imaginum prototypos. Maneat ergo, gentes ethnicas a natura inſtructas diis ſuis Sanctitatem propriiſſimo ſenſu adtribuiſſe.

DIPLOMATICA FRAGMENTA CHRISTIANA.

23 *... Et ſint vobis loco patriæ in perpetuum poſſeſſiones, quas donamus in nomine ſanctæ ... Trinitatis.*

Clodoveus Magnus Rex Francorum in diplomate de conditione coenobii Mitiacenſis ſub an. 508. (ap. *Mabill.* de re dipl. l. 6. §. 2. e *Dacheriano* Spicileg. t. 5.)

Profecto qui beatam Triadem vocat ſanctam, ſummi Dei, qui trinus & unus eſt, Sanctitatem laudat & commendat. Nec unus quidem fuit Clodoveus, qui diplomatica invocatione divinam expreſſerit ac percoluerit Sanctitatem.

24 *.... Hanc donationem meam in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, largitate divina ut mihi tribuatur peccatorum remiſſio... ordinavi ....*

Athelbertus Kantiae Rex in Placito donationis factae Cantuarienſi coenobio Ord. S. B. ſub an. ſui regni 45. qui congruit anno Aerae chriſtianae 605. ex chronologia *Alfordi* in Indice chronologico, qui extat ad calcem tomi III. Annal. Eccl. Angl., p. 64. (ap. *Monaſt. Anglic.* t. 1. p. 24. ex pervetuſto chartario.)

25 *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Anno Dominicæ Incarnationis* DCLXXXV.

Egfridus Rex Northumbrorum in Placito donationis factae Cuthberto Epiſcopo Lindisfarnenſi (ap. *Monaſticon Anglican.* t. 1. p. 39. ex Chronicis Dunelmenſis Eccleſiae ap. Biblioth. Bodlejanam.)

Hac religioſa initiali formula, quae exprimit ſanctitatem Dei, ſeu tertiae Perſonae beatiſſimae Triados, quae Deus eſt, primus, opinor (poſt Dagobertum alias producendum) in regiis Diplomatibus heic Egfridus uſus eſt; quem deinceps non pauci imitati ſunt.

26 ✠ *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen... Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incar-*

nationis DCCIX. *in Eccleſia Salvatoris* Lateran. *confirmante* Conſtantino *Romanæ ſedis antiſtite* ...

KENREDUS Rex Merciorum & OFFA Orientalium Anglorum Rex aut Gubernator, in munifica donatione facta ad conſtructionem, ſeu inſtaurationem coenobii Ordinis S. Benedicti Eveshamenſis in agro Wigornienſi apud Britannos (eodem teſte *Monaſt. Anglic.* p. 145. e regeſto de Evesham in Bibl. Cottoniana.)

Pleroſque alios Principes, apud quos ejuſdem ſacri exordii in Diplomatibus obtinuit uſus, deinceps recenſebimus, ubi de Ss. Triade ſermo erit.

27 *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen* ...

CAROLUS MAGNUS Imperator in Praecepto pro Trutmanno Comite ſub an. 789. IV. Kal. Octobr. (ap. *Baluz.* in Capitular. Reg. Franc. t. I. col. 249.)

Formula hac initiali, quae Dei Trinitatem, aut Deum in Trinitate Sanctum invocat & extollit, ſaepius in Diplomatibus idem Carolus uſus eſt; ipſaque in ſuis uſi ſunt ex omni fere populo Chriſtiano Principes, quorum quidem cenſum inferius pariter indicandum duximus Tr. III. L. I. ubi de divinis Perſonis univerſe.

Ad haec interea animadvertas, oportet, ſacrum Dogma, quod in praeſentiarum comprobamus, illuſtramuſque, Sanctitatis Dei, eandem ſimul cum dogmate Triados Dei apud orthodoxas gentes obtinuiſſe Traditionem.

ADPENDICULA.

28 *Deus eſt purus, caſtus & immaculatus totus, Deus eſt tam pulcher, uti clara & liquida aqua* ...

Haec Sinicis caracteribus in lance quadam Sinica antiquitatis pluſquam octodecim centum annorum, in Bataviam aſportata (ap. *Polenum* in ſupplem. antiq. t. 4. col. 192. ex literis Witzenii dat. ad Gisb. Cuperum 20. Octobr. 1705.)

Quis equidem non videat, ac venerabundus ſuſpiciat Dei O. M. Sanctitatem, in hocce perraro monumento ita graphice deſcriptam?

RURSUS QQ. DOGM. SCHOL. 480. QUAESTIO VII. Num aliqua conſenſus liberi praefinitio ſcientiam mediam antevertat? ADSERO. Nulla eſt poſſibilis (*q*). Videlicet nec ex parte Dei decernentis; quia minus ſapienter decerneret, neſciens objectum ſcientiae mediae, ac minus libere, quum ſcientia ad divinam libertatem eſſentialiter praeſupponatur (*r*): nec ex parte conſenſus

(*q*) *Quir.* de Provid. tr. 6. d. 10. per tot. *Viv.* cit. q. 5. n. 2. & *NN.* communiter.
(*r*) Ex *ſuperius* adſertis.

ſenſus liberi: quia illa praefinitio eſſet neceſſitas antecedens conſenſum. Eſt autem dogma Scholae noſtrae (*s*): *quodvis omnino antecedens conſenſum, incompoſſibile cum diſſenſu, & inimpedibile a voluntate, conſenſus libertatem evertit* (*t*).

OBJECTIONES.

481 Obj. Non omnis ſuppoſitio antecedens, ſeu ex libera noſtrae voluntatis electione non deſcendens, deſtruit libertatem. Nam 1.° ex D. Anſel. (*u*) *quamvis ſua voluntas utatur poteſtate, nihil tamen facit, quod Deus non faciat in bonis ſua gratia*, id eſt efficaci; ſed haec reſpectu boni uſus, & determinationis liberi arbitrii eſt ſuppoſitio antecedens, nec hujus libertatem deſtruit: ergo. Et ibid. (*x*) *quoniam enim quod Deus vult non poteſt non eſſe, ſi Deus vult, voluntatem humanam nulla cogi, vel prohiberi neceſſitate ad volendum, vel non volendum, & vult effectum ſequi voluntatem, tunc neceſſe eſt, voluntatem eſſe liberam, & eſſe quod vult:* ergo divina Voluntas ratione ſuae infinitae efficaciae, eſt ſuppoſitio antecedens, cauſſans infallibiliter noſtrum actum liberum, quin ſit ad illum neceſſitas antecedens.

482 2°. actus liber creatus eſt ſuppoſitio conſequens, & conſequendo faciens aliud extremum pro tunc impoſſibile; quae tamen non tollit libertatem, quia eſt effectus illius; ſed decretum praedeterminans eſt prima radix, & cauſſa ſe habens pro priori naturae ad effectum liberum, utpote continens eminenter omnem creatam libertatem: ergo a fortiori eſt ſuppoſitio antecedens, quae non tollit libertatem, quia eſt ejus cauſſa. Huc redeunt objectiones, quas reponit Gon. (*y*) pro decreto praedeterminante, quas ſolvimus *ſupra*. 3.° dogma illud Scholae noſtrae proſcriptum eſt a Sixto IV. ſub an. 1476. contra Petrum de Rivo, Lovanienſem Doctorem, teſtantibus Thomiſtis AA. cum Franc. Sylvio (*z*) tum a Facultate ipſa Lovanienſi (*a*).

483 R. *N. Adſ.* quia ejuſmodi ſuppoſitio eſt ipſa neceſſitas antecedens, quam omnes horrent Catholici; uti ſuppoſitio conſequens eſt neceſſitas conſequens. Ad 1. prob: in primis ex eodem *Anſel.* (*b*) *eſt neceſſitas praecedens, quae cauſſa eſt, ut ſit res, & eſt neceſſitas ſequens, quam res facit*. Et ibid. (*c*) *videtur abſurdum, negari antecedentem eſſe neceſſitatem, cujus cauſſa eſt antecedens, quum conſtet apud omnes quamcumque neceſſitatem ſequi conditionem ſuae cauſſae, atque ab ea denominari*. Et (*d*) docet neceſſitatem conſequentem eſſe illam, *quae deſcendit de libera voluntate*.

484 Heinc praeterea idem S. Doctor ubi objicitur, loquitur de gratia, & divina volitione, quae ſunt efficaces dependenter a libera deter-

(*s*) Ex *Suar.* l. 5. de Grat. c. 23. n. 8.
(*t*) V. *Viv.* cit.
(*u*) L. de Concord. libert. c. 7.
(*x*) Cap. 3.
(*y*) Heic d. 9. a. 7.
(*z*) Tr. de primo motore.
(*a*) In quadam ſua defenſione Pariſiis edita an. 1644. exhibita Nuntio Apoſtolico per Decanum ejuſdem Facultatis an. 1687. 9. Sept.
(*b*) L. 2. *Cur Deus homo.* cap. 18.
(*c*) Num. 136.
(*d*) L. de concord. praeſcient. & praedeſt. c. 3.

determinatione creata, praeviſa per ſcientiam mediam, & ad quam Deus inſtruxit libertatem creatam per decretum indifferens, ex *Eccleſ.* 15. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilii ſui.* Ad 2. *N. Mi.* quia cauſſa proxima actus liberi eſt unice creata libertas, ſuis praedicatis intrinſecis conſtituta. Immo de ratione liberi agentis eſt, ut ita ſe ad operandum determinet, quod a nulla cauſſa ſuperiore, ſalva ejus libertate, determinari valeat (*e*).

485 Ad 3: propoſitionem huic ſimillimam adſeruit quidem Petrus de Rivo, ejus tamen proſcriptio per Sixtum P. IV. eſt egregie fabuloſa. Non eſt unde liquido de ea conſtare dixerit Sylvius (*f*). De poſteriore vero Lovanienſium Doctorum proſcriptione nullum legitimum documentum mihi hucuſque reperire licuit. At eſto vera ſit, minime ipſa praeferenda videtur judicio perplurium aliarum Academiarum, Doctorumque, eam noſtram theſim catholice, ardenterque ſubſtinentium (§).

TRA-

(*e*) Adeas *Annat.* l. de ſcient. med. d. 1. cap. 6.

(*f*) Hiſtoriam de Actis circa adſerta ejuſdem Petri dabunt abunde *Delugo* in Tr. de Myſt. Incarnat. diſp. 26. ſect. 6. num. 72. ſqq. & *D' Argentr.* in collect. nov. judic. tom. 1. a p. m. 253. ad 284.

OBSERVATIO.

(§) HAec praeterea juvat in idem argumentum documenta pauca adnectere. I. Propoſitio Petri de Rivo, quae in nos regeritur, haec fuit, *ex abſolute neceſſario penes conſequentiam neceſſariam non ſequitur niſi abſolute neceſſarium*, ex laud. *D' Argentr.* p. 264., producto ſcripto ejuſdem Petri.... II. Ad delatas in Petrum adcuſationes Lovanienſi Facultati, haec tandem an. 1470. 10. Jul. ſic pronuntiat, *per hanc noſtram ſententiam dicimus, declaramus & pronuntiamus, praefatum M. Petrum falſo & minus debite diffamatum* (ibidem a p. 272. ex Actis ejuſdem Facultatis.)

III. Idem Petrus Romam adcerſitus cauſſam dicturus, ibi tandem coram Epiſcopo Brixienſi, tum Vicario Generali Pontificio, nonnullas revocavit theſes (ibid. a p. 278.), minime eam, de qua lis eſt in praeſentia; immo vero ſummus Pontifex Sixtus IV. de cauſſa Petri ad Theologos Lovanienſes reſcribens, ait, *facta diligenti inquiſitione inſons repertus eſt*, (ibid. p. 280.) Ubinam tandem ejuſdem Sixti damnatio, quae gratis obtruditur? Porro nunquam, nuſquam adparet.

TRACTATUS SECUNDUS

De Deo providente.

DOGMATICUM, planeque ſubdifficilem Tractatum de venerando divinae Providentiae Adtributo in ternos diſpeſcimus Libros; quorum I. de divina Providentia generatim, II. de divina Providentia Praedeſtinante, III. de divina Providentia reprobante. Ab Erronibus exordiamur.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Dei Providentiam.

486 MUltiplici via ex varia hominum ſorte, inſipientium, ſtultorumque turmae in mirabilem ſummi Numinis Providentiam inſanierunt.

Equidem principio ex Ethnicis

I. *Democritus*, quem ceteroqui plures non injuria Atheis adnumerant, primus omnium penitus otioſum Deum fecit, cui nempe providentiam quamlibet denegavit (*g*). Cui porro adjiciendi omnes *Athei*; quam enim divinam dixeris Providentiam, ſi nullus tibi ſit Deus? Idque adpoſite animadvertit citatus *Lactant.* Tum *Sceptici Pyrrhonici*, qui generatim de omnibus omnino dubitandum eſſe voluerunt (*h*); nec non *Ancipites*, qui ſignanter dubitarunt, anne ulla eſſet Dei Providentia: iis autem adcenſetur a *Pico* (*i*) Rhodius ille Philoſophus *Claudianus*, quem quidem inter Paganos recenſuit *Auguſtinus* (*k*) ac nonnemo recentior inter ſuſpectos de Atheiſmo. Et vero divinam abnegat Providentiam, qui ultro de ea prorſus addubitat, ex recepto adagio, *dubius in fide haereticus eſt*.

II. *Sectatores Democriti*, aut partim, aut ex integro, momentis variis in ſpeciem urgentibus adducti, nonnulli referuntur; qui nempe vel nullum, vel non omnem Providentiae locum reliquiſſe adcuſantur.

Videlicet *Heraclitus* (*l*)... *Sophocles* & *Chryſippus* (*m*)... *Euripides* (*n*)... *Menander* (*o*)... *Epicurus* cum Schola ſua (*p*). Et iis quidem

(*g*) Ex *Tullio* l. de fato, *Lactant.* l. 1. Inſt. c. 2. *Nemeſ.* l. de animae facultatib. c. 44. ap. *Bibl.* PP. Lugdun. tom. 8.

(*h*) Ex *Diogene Laertio* de vitis Philoſ. l. 9. in Pyrrhone.

(*i*) L. de Provid. part. 2. c. 17.

(*k*) De civ. l. 5. c. 26., reclamante tamen ibid. *Ludov. Vive* in expoſitione illius capitis.

(*l*) Ap. laud. *Nemeſ.*

(*m*) Ap. *Theoph. Antioch.* l. 2. ad Autolycum ſub init.

(*n*) Ap. *Euſeb.* de praep. evang. l. 5. c. 33. ex *Plutarcho*.

(*o*) Ap. ipſum *Euſeb.* ibid. & laud. *Nemeſ.* c. 44.

(*p*) Ita *Tertull.* in Apol. c. 47. *Orig.* l. 1. contra Celſum n. 10. ex edit. Car. de Larue, *Gaſſend.* & idem Epicuri patronus, in ſintagm. Phil. Epic. & vulgo ceteri, qui agunt pro dignitate de Theologia Philoſophorum. cum *Laert. Stanl. Bruck.*

dem juniores multi cum *Cardano* & *Bocatio* vulgo adnumerantur... *Stoici* (q)... *Plinius* hiſtoricus (r)... *Lucretius*, quem etiam Atheum fortaſſe merito pronuntiaveris (ſ)... *Tullius* (t) (*).

III. *Em-*

(q) Sic *Nemeſ.* ac *Theophil. Antioch.* proxime laudati, quibus adcinit copioſum Scriptorum agmen, cum *Laert.* l. 7. ſeg. 138. *Antonino Imp.* ap. & cum *Brucker.* in epiſt. de Providentia Stoica, quae extat ap. Amoenitates literar. tom. 7. a p. m. 443. edit. Francof. & Lipſienſ. 1727., *Tullio* l. 2. de nat. deor. *Plutarch.* de placit. Philoſ. l. 1. c. 27. *Gerard. Joan. Voſſio* de orig. & progreſ. Idolol. l. 2. c. 49. & alibi, *Siren.* de fato l. 1. c. 9. & alias, *Bodino* in colloquio Heptaplomere MS. l. 1. ap. & cum *J. Alb. Fabricio* in Bibl. Graeca l. 3. c. 33. §. 1. *Balto* in judicio SS. PP. ſup. morali Paganorum philoſophia l. 1. cap. 10. *Jac. Thomaſio* diſſ. 13. de exuſt. mundi Stoica, rurſus *Brucker.* in hiſt. Philoſ. tom. 1. a p. m. 923. & in diſſ. epiſtolari ad Zimermannum, quam habemus in Tempe Helvetica a p. m. 260. edit. Tigurinae 1738. tom. 3. ſect. 1. *Jo. Franc. Buddeo* in Analect. hiſt. philoſ. exercit. 2. de errorib. Stoicor. in philoſ. morali a §. 9. p. m. 145. edit. Halae Saxonum 1706. Et ii quidem, & plures alii ex eorundem Stoicorum placitis ac effatis in medium productis.

(r) In hiſt. l. 2. c. 7.

(ſ) Ex ejuſdem lib. 5.

(t) Ap. *Auguſt.* l. 5. civ. c. 9.

ADNOTATIONES.

(*) I. PAuci aliqui, cum *Rondello* in vita Epicuri ac *Stollio* in diſſert. de Epicuri doctrina, pro Epicuro interceſſerunt, contendentes, haud omnem divinam Providentiam fuiſſe ab eo rejectam. Quia nempe, ex *Lucretio* lib. 5. admiſit Epicurus vim quamdam abditam naturae, id eſt divinam, qua maximi etiam caſus regantur, & ex *Stobaeo* ſerm. 39. voluit ipſe referendas eſſe gratias naturae beatae, ſeu Deo, quod neceſſaria inventu facilia effecerit, inventu vero difficilia non neceſſaria: tum ex *Laërtio* l. 10. ſegm. 134. innuit idem Philoſophus, quod poenae malos, praemia vero bonos a Deo ſequantur: ac ſentit demum ex *Authore* hiſtoriae philoſophiae, *Galeno* tributae, quod natura divina bona quaelibet communicet. Addunt, non eum negaſſe, ſed ſuppoſuiſſe cauſſam efficientem, ac de cauſſa duntaxat materiali, ut philoſophum decet, diſſeruiſſe.

Enim vero jure exiſtimant Eruditi, has argutias plus acuminis praeſeferre, quam ſolidi ratiocinii; quum Syſtema Epicureum, apud ſuos Hiſtoriographos & Interpretes omnem perſpicue adimat Deo rerum curam & providentiam. Et quidem in primis gratis fingitur, abditam vim illam Lucretianam eſſe divinam naturam, aut providentiam; non ſecus ac beatam illam naturam, quae producitur ex Stobaeo. Deinde locus ille, qui ex Laërtio adducitur, plane corruptus eſt, ut arbitrantur & evincunt melioris notae Interpretes in Laërtium, conſulendi apud Amſtelodamenſem Laërtii editionem de an. 1692. ad eum locum; utpote ex diametro adverſus manifeſtiſſimae ſententiae, quam edidit Epicurus in ſuae Theologiae Syſtemate, ac in Epiſtola ad Herodotum.

Praeterea eadem de cauſſa flocci penditur authoritas Scriptoris illius hiſtoriae philoſophicae; quippe qui nulla uſus critice, per fas nefaſque horridam hanc impietatem ab Epicurea doctrina non erubuit amoliri.

Poſtremo in Epicureo Syſtemate cauſſa efficiens & materialis neceſſario coincidunt, atomis enim cauſſa activa ineſt, eaque cum paſſiva perpetuo nexu, & una ſede colligatur; tum & in ipſo mundi conditio & conſervatio a naturae divinae prorſus beatae conditione diſertis theorematis removetur; aut fallunt clariſſimi ejuſdem Syſtematis Interpretes. De iis fuſius proxime laud. *Brucker.* a p. m. 1287.

II. Plures Patronos Stoici nacti ſunt, cum *Ario Didymo* in Epitoma ap. *Euſeb.* de praep. evang. l. 15. c. 15. *Lactant.* l. 1. Inſt. c. 2. *Salviano* l. 1. de Provid. *Juſto Lipſio* in 1. Phyſiolog. diſſ. 1. & alias ubi de Stoicorum doctrina, *Huetio*, in Alnetanis Quaeſtionib. l. 2. c. 6. *Gatakero* in praeloquio ad Antonin. *Cudvvortho* in ſyſt. intel. tom. 1. cap. 4. §. 25. p. m. 505. & 507.

Et quidem Deum Sectae Stoicae fuiſſe Providentiſſimum erga res creatas, videtur certo conſtare ex perplurium ejuſdem Scholae philoſophorum teſtimoniis, hoc ſine interprete palam occlamantibus. Ita plane e. c. *Cleanthes* in Theogonia ap. *Clem. Alex.* in adm. ad gent., *Epictetus* Hierapolita Phryx ap. *Arrian.*

III. *Empedocles* cum aliis cenſuit, Caſum, non Dei Providentiam, eſſe cauſſam coeli & ſiderum, nec non converſionis, ordinis, & motus univerſi: tum multa fuiſſe caſu facta in univerſo, e. c. locum aëris, & plurimas animalium partes (*u*).

IV. *Plato* adcuſatur ademiſſe Deo providentiam erga plurima; nempe erga animalia, & reliqua corruptibilium rerum individua, eorumdemque creationem & gubernationem: tum erga adminiſtrationem rerum agendarum & ipſarum exitum, nec non bonorum fortunae adſequutionem; iis enim, uti putarunt Platonici, conſuit ſuus Magiſter praefeciſſe Deum quoſdam minores Deos, aut Angelos, tanquam humanarum actionum cuſtodes (*x*) (*).

V. *Ari-*

rian. diſſ. 1. c. 12. *L. An. Seneca* de Provid. cap. 1. & 5. & alias ſparſim, tum in eo commentario, tum in aliis de natural. quaeſt., tum in pleriſque de Beneficiis. Demum, ut ceteros mittam, *Stoici*, adteſtante *Tullio* IV. Acad. *Dei Majeſtatem uſque ad apium formicarumque perfectionem deducunt*.

Quod ſi eis durioremillam objicias opinionem de *Fato Stoico*, quod vel ipſum Deum neceſſitat, ſibique ineluctabiliter ſubjicit, planeque liberam quamlibet Providentiam a Deo removet, non una via quoad ſpeciem argumenti vim eludunt, Interprete *Lipſio* de Phyſiol. Stoicor. l. 1. diſſ. 13. tumque *Goclenio* in *Lexico philoſ.* ap. *Budde.* in exercit. 2. de error. Stoic. §. x.

His autem facile reponimus 1. multo plures Stoicae Providentiae adverſantur, & quidem ſolidius, fuſius, ardentius. 2. eſto aliquot Stoicorum circa Dei Providentiam effata longe ſplendida ſint & auguſta; fallere tamen ipſa videntur & fucum facere, ubi cum Sectae principiis minime convenire, immo ab eis longo intervallo diſſidere reperiantur. 3. quandocumque Fatum illud Stoicum effingas, fruſtra difficultatem emollire conaris, nec niſi fictitiam Providentiam dabis, quae nempe non libere, ſed neceſſario feratur in gubernationem Univerſi. 4. reor equidem, multos in Zenonis Stoa innutritos Philoſophos, praeſertim poſt Chriſtum natum, de divina providentia recte diſſeruiſſe, repudiato nempe Stoico fato; ſed hoc tamen poſito, pravae opinionis maculam Stoicae generatim Scholae minime abſterſeris. Plura in hanc rem ſuperius laudati adverſum Stoicos.

III. Tullium pluribus protegere videntur *Lactant.* Inſt. l. 1. c. 2. & *Salvianus* de Provident. l. 1. fere ſub init. In caſſum tamen, me judice, immo, ut ita dixerim, judice *Auguſtino*, qui laudato l. 5. civ. c. 9. fuſiore juxta ac ardentiore oratione errantem Tullium exagitavit. Et quidem ubi Tullius Deo ſcientiam contingentium abjudicavit, non video quam veram de ejuſdem providentia erga contingentia notionem mente concipere, ac verbis exprimere potuerit.

(*u*) Ap. *Ariſt.* 2. Phyſic. text. 43. 44. 76.

(*x*) Ita ex ſcriptis Platonis *Plutarch.* l. de fato, laud. *Nemeſ.* c. 44. ſub init. *Cyrill. Al.* l. 2. & 3. cont. Julian. *Procl.* l. 6. de Theol. Platon. quibus conſentiunt *Ruiz.* tr. 1. de Provid. diſp. 1. ſect. 2. a n. 11. *Petav.* theol. dogm. t. 1. l. 8. c. 4. a n. 1. & alii perplures.

ADNOTATIO.

(*) ALii, nec quidem numero pauciores, magnum hunc Philoſophum, ac pene Chriſtianum, ex ſuiſmet commentariis vindicare contendunt, cum *Tertull.* in Apolog. c. 47. num. 2. ex edit. Ludov. de la Cerda, *Siren.* de fato l. 4. a c. 10. *Lud. Vive* ſuper S. Aug. de civ. l. 10. c. 14. &c. Et mihi quidem ejus ſcripta perlegenti in editione Lugdunenſi 1557., Interprete *Marſilio Ficino*, qui in exprimendis Authorum ſententiis fideliſſimus habetur ap. *Pope-Blount* in cenſura celebr. auth. ubi de Ficino, Plato, ſi quis alter, divinae providentiae adſertor plane videtur.

Equidem integerrimam de omnibus curam Deo diſertiſſimo eloquio eum ibidem adſcribentem lego in Philebo, ſeu de ſummo bono pag. 62., in Epinomide, ſeu Philoſopho

V. *Ariſtoteles* reprehenditur, quod docuerit, curam Dei ac Providentiam iiſdem, quibus coeleſtes orbes regionibus eſſe circunſcriptam, nec infra lunam porrigi: tum Deum non niſi rerum univerſalium curam gerere, ſingulares vero natura ſola gubernari; videlicet res terrenas conſenſione quadam & conſpiratione cum coeleſtibus regionibus adminiſtrari (y) (*).

VI. *Fataliſtae* ſeu *Fatidici* mordicus defenderunt, res omnes, aut ſaltem plurimas, non a Dei Providentia pendere ac gubernari, ſed a Fato, id eſt a naturali quadam cauſſa, ſeu ineluctabili neceſſitate.

Ex iis tamen haud omnes uno eodemque modo fatum admittebant. Iis quippe familiare fuit *Fatum Mathematicum*, quod ligat, nectitque firmiter actiones omnes, eventuſque ad vim ſiderum, & ſtellarum poſituram; illis *Fatum naturale*, hoc eſt ordo cauſſarum naturalium, quae niſi vi & natura ſua impediantur, certum eundemque producunt effectum: aliis *Fatum violentum*, dictum quoque *Stoicum* & *Politicum*, ſitum in neceſſitate ineluctabili, quae ſibi creata omnia, ipſumque Creatorem ſubjicit: aliis denique *Fatum Platonicum*, quod nempe actiones liberas humanae poteſtati relinquit, quae vero libere ſuſceptas actiones deinceps ſequuntur, ea neceſſitatis legi ſubnectit. (z) VII.

pho pag. 620., in tr. de Legibus dial. 4. pag. 531., & dial. 10. a pag. 594. ad uſque finem. Haec lege ſis, & mecum eris. Et hanc deinceps ſententiam, tanquam a ſuo Parente (ut fas eſt colligere) hauſtam vulgo retinuerunt Platonici, cum *Philone* Hebraeo in l. de ſpecialibus legibus ſub fin. & de mundi Opificio etiam ſub fin. & de ſomniis fere per tot.

Porro laudatus Plato in Protagora vel Sophiſta, ex Ficini commentatione pag. 156. col. 1. adſeruit, quod Jovis providentia ſit univerſalis, providentia vero daemonum particularis & anguſta: quatenus nempe ſupremus Rex & Dominus minorum abjecta cura, ea daemonibus gubernanda commiſit.

His autem divinae Providentiae aliquem circa ſingula creata concurſum detulit; nempe ad haec immediatum & proximum, ad illa vero mediatum duntaxat aut remotum. Quid inde tamen? E noſtris *Durandus* in 2. ſent. diſt. 1. q. 5. n. 11. & *Ludov. Dola* in tr. de concurſu Dei & creaturae ad actus liberos ordinis naturalis, immediatum & proximum ad aliquas creaturarum actiones concurſum Providenti Deo abnegarunt: & quidem licet haec opinio pluribus a ceteris quibuſque Authoribus perſtringatur, nondum tamen erroris a ſupremo controverſiarum Judice convicta eſt.

Quod ſi praeterea velim, haec Platonem revocaſſe quoties perfectiſſimam Sancto Numini Providentiam adſcripſit, ex dictis; quis idcirco mihi jure ſuccenſeat? Conf. *Raynaud.* in Theol. natur. diſt 8. num. 104.

(y) Ita ex aliquot ejus operum textibus *Laërt.* in Ariſtotele, & alii, quos abunde dabit laud *Raynaud.* n. 105.

ADNOTATIO.

(*) ARiſtotelem tanquam divinae providentiae, etiam in ſingulari, notum adſertorem, ex variis ejuſdem commentariis permulti ſtrenue propugnant cum S. *Thom.* 3. cont. Gent. c. 75. ſub fin. *Aber. Hero* l. 5. de Provid. c. 4. *Soncinate* in Theol. Ariſt. lib. 3. cap. 121. ſqq. & aliis ap. & cum cit. *Raynaud.* numero 106. Veruntamen ſi momenta per utramque aciem addu&ta hinc inde diligenter expendantur, id unum erui poſſe videtur; quod nempe Philoſophus quae heic contra perfectiſſimam providentiam adſeruerat, alibi revocarit.

(z) De hiſce Fatis, eorumque adſectatoribus plura Veteres cum *Aug.* 5. civ. c. 1. & *Ludov. Viv.* ibi, ac ſaepius; & Neoterici cum *Juſto Lipſ.* l. 1. de conſtantia c. 17.

VII. *Antifatidici* ſtatuerunt, fatum nihil omnino eſſe; quoniam, ut arbitrabantur; quae a particularibus cauſſis contingenter eveniunt, a nulla ſuperiore cauſſa, ſed caſu tantum ordinantur. Iis, quos in ſcenam produxit *D. Thom* (*a*) ſubſcripſiſſe videtur *Tullius* (*b*) ſubinde etiam exagitatus ab *Aug.* (*c*)

VIII. *Caeſar* Auguſtus (*d*) petulante ſuperbia ſecum ſtatuit, Deum minime de vulgaribus hominibus, ſed de magnis duntaxat Proceribus curam gerere; quemadmodum maximi Reges non ad minora quaelibet ſe demittunt. Hinc apud laud. *Lucan.* ſic Caeſar ille ad tumultuantes milites,

> ..... *Nunquam ſe cura Deorum*
> *Sic premit, ut veſtrae vitae, veſtraeque ſaluti*
> *Fata vacent, Procerum motus haec cuncta ſequuntur.*
> *Humanum paucis vivit genus.*

IX. *Avicenna & Averrhoes* Ethnico-Mahumedani Philoſophi, ſugillantur a nonullis Providentiae radicem convulſiſſe, quatenus abjudicarunt Deo diſtinctam & peculiarem de creaturis in ſingulari cognitionem (*e*). Immo Averrhoes (*f*) ſequutus videtur alios antiquiores, commemoratos a *Juſtino* (*g*) & *Epicteto* (*h*) qui nempe tenuerunt, terrenarum atque coeleſtium rerum procurationem penes Deum quidem eſſe, communiter tamen ad omnia pertinentem, & non privatim ad ſingula (*).

Deinde ex Hebraeis

I. *Phariſaei*, quorum originis Epocha ad Machabaeorum tempora referri ſolet, ſcilicet in annum Mundi circ. 3830., Fato multa tribuebant; ac licet nonnihil libero arbitrio (ſaltem quoad ſpeciem) reliquerunt, Stoicis tamen quoad cetera circa ſuum Fatum penitus adhaerebant: tum nimiam in animos efficaciam ſideribus adſcribebant, nihil divinam Providentiam curantes (*i*).

c. 17. & 18. de Platonico vero adcuratius egiſſe videntur ex antiquis laud *Nemeſ.* c. 38. & 44. & *Alcinous* c. 26. ex junioribus *Siren.* in comment. de Fato, ac proxime laud. *Petav.*

(*a*) L. 3. cont. Gentil. c. 93.
(*b*) L. 2. de divin.
(*c*) L. 5. de civ. c. 9.
(*d*) Ap. *Lucan.* l. 5.
(*e*) Ex ſuperius dictis ubi de Erronib. in div. Scientiam.
(*f*) Ex iis, quae tradit l. 12. Metaph. commento 37. & 52., ut placet *Ferrarienſi* in l. 3. cont. Gent. c. 73. prop. fin.
(*g*) In Tryphone ſub init.
(*h*) Ap. *Arrianum* in comment. l. 1. c. 12.

ADNOTATIO.

(*) NEc iis vero ſui deſunt Patroni. Nam, inquiunt, ex iis primus adprobavit ex profeſſo Dei Providentiam non modo in bonorum ordinatione, verum etiam in permiſſione malorum propter majora bona, in tr. 9. metaph. c. 6. per tot.; ac deinde ſecundus aliis in locis ſingularium providentiam diſerte conceſſit ap. *Marſil.* in 1. ſent. q. 38. art. 3.

Nihilo tamen ſecius ubicumque unus & alter perfectam Deo circa creaturas cognitionem deneget, & caecam ipſi providentiam, uterque adjudicet, oportet.

(*i*) Conf. *Joſeph.* de Antiq. jud. l. 11. c. 7. *Serar.* in trihaereſio l. 2. ex quo praecipue Cl. *Calmetus* ſuam eruditionem & doctrinam, ubi agit de Phariſaeorum ſecta, mutuatus eſt,

Georg.

II. *Sadocaei* vulgo referuntur inter oppugnatores divinae Providentiae; quoniam Epicureorum dogmata sectati sunt (*k*) atque adeo, admisso Epicureo fato, Dei Providentiam ablegasse par est. Deinde tenuerunt, omnia in nostra potestate sita esse, ut & bonorum authores nos ipsi simus, & mala ex propria stultitia & temeritate eligamus; videlicet prorsus independenter a Deo, cui nempe abjudicabant & in malum quodlibet inspectionem, & in bonum aliquod influxum (*l*).

III. *Talmudistae* Dei Providentiam limitare videntur, ubi credunt, solum super Judaicum populum Divinitatem inhabitare, non super Gentiles, hoc est super Christianos (*m*). Haec praeterea in S. Providentiam adserta effutiisse deprehenduntur.

1.° *Non habet* (Deus) *providentiam ullam super populos mundi, sive in bonum, sive in malum, nisi propter Israëlem* (*n*).

2.° *Non sic autem* (Deum adloquens) *de reliquis Idololatris, quoniam providentia tua non est super illos continua* (*o*).

3.° *Quamvis praecipua & magna providentia* (Dei) *sit super Israël, ex ea tamen aliqua pars in reliquas partes diffunditur nationum* (*p*).

4.° *Deus benedictus non habet providentiam super impium, ut liberet eum ab illis* (malis ingruentibus) *sed semen justorum liberabitur, quia providentia Dei benedicti adhaeret illis ut liberet eos* (*q*).

His adnectendus *R. Moyses*, qui (*r*) corruptibilia quaelibet individua Dei Providentiae subduxit; at solis hominibus exceptis, quos nempe propter intellectus praestantiam Dei cura & providentia dignos existimavit.

Praeterea ex Acatholicis christiano nomine insignitis

I. *Simon Magus* singula quaeque ineluctabili fato adtribuit, cum Petro disputans (*s*) (*).

II. *Gno-*

Georg. Bullus in Harmon. Apostolica dissert. poster. c. 15. a §. 13. *Basnag.* hist. Judaeor. p. 2. c. 10. §. 4.

(*k*) Teste *Philastr.* de haeres. c. 5.

(*l*) Ap. *Jos.* Antiq. l. 13. c. 5. num. 9. edit. Amsteledamensis 1726. a Sigeberto Havercampo adornatae; ubi tamen inquit de Sadocaeis, quod *fatum omnino tollunt, illud nihil esse existimantes*. Addit *Vossius* de orig. & progr. Idol. l. 2. c. 10. §. *Ex philosophis*. ipsos agnovisse, Deum curare res humanas; quippe eum bonis benefacere in hac vita existimabant. At vero testem non producit, nec ipse quempiam hucusque reperi.

(*m*) Ita *Bartolocc.* in Bibl. Rabbin. t. 1. p. m. 618. ex *Machazor* Bononiensi pag. 4. ubi forte Tamuldicis de sola Providentia Praedestinante uni Judaico populo promissa, ex eorum opinione, sermo est: at secus alibi, & plane universaliter loquuntur.

(*n*) *R. David. Kimchi* in Amos 1. 3.

(*o*) Idem *Kimchi* in Isai. 64. 8.

(*p*) *Idem* in Ezech. 33. 1.

(*q*) R. *Levi BenGerson* in Proverb. 11. 21.

(*r*) Ap. *D. Th.* 1. p. q. 22. a. 2. o.

(*s*) Ex *Authore* Recognit. quae S. Clementi vulgo adscribuntur, l. 3. §. 22. Edit. Cotelerianae Antuerp. 1698.

ADNOTATIO.

(*) AUthor hic, ex laudato *Cotelerio* in Judicio de libris Recognit. claruit 11. Christiano Seculo; & ipse vir doctus quidem juxta ac disertus, vere ne hunc errorem Simoni adfricuit? Fortasse vere. Nec mirum cuiquam, Simoni eam de fato ineluctabili arrisisse sententiam, quae tunc temporis apud Philosophos obtinebat. Ceter um plerique omnes IV. priorum Seculorum, immo vulgo ceteri Haereseologi, ubi Simonis errorum meminerunt, illum reticent.

II. *Gnoſtici* ſtatuerunt, Deo hominum duntaxat curam incumbere. (*t*) (*)

III. *Bardeſanes*, gente Syrus, primum catholicae fidei millenis commentariis defenſor ſub an. circ. 170., *poſtea*, *quamvis non per omnia*, *in Valentini haereſim lapſus eſt* (*addens de ſuo ut fato adſcriberet converſationes hominum*) (**).

(*t*) *Plotinus* Platonicorum recentium coriphaeus in Enneade 2. quae eſt contra Gnoſticos, l. 9. c. 16. ubi eos acriter oppugnat, interprete *Mars. Ficino*.

ADNOTATIO.

(*) HAud facile noveris, quinam illi fuerint Gnoſtici, qui heic vapulant a Plotino; quoniam multae priorum a Chriſto nato haereſum ſectae ſpecioſo Gnoſticorum nomine ſeſe inſignierunt; uti monuimus in Tom. I. de Prodrom. pag. 329. & inſuper nullus, quem viderim, ex priſcis Haereſeologis, hunc cuiquam Gnoſticae Sectae adpingit errorem.

Porro Plotinus, Lycopoli in Aegypto natus an. chr. 205. & fato functus in Campania 270. ap. *Jo. Alb. Fabric.* in Bibl. graec. l. 4. c. 26. in conſpectu chronologico vitae Plotini, Sapientiae Antiſtes dictus, & jure quidem, a *Petro Petito* l. 5. de Sibylla c. 6., aetate jam grandior, confutare potuit hoc ſecundae Enneadis libro nono eorum doctrinam Gnoſticorum, qui a Valentino exorti etiam tum florebant, & ſaltem uſque ad S. Epiphanii tempora perdurarunt: aut, ſi mavis, putridum aliquem ex iis Gnoſticis exſectum ſurculum, qui eadem immerſus a Parentibus conceſſa libidine, ulterius auſus eſt Providentiam ipſam impudenter culpare. Lege hujus libri caput xv. & xvi.

Ii plane, quos poſtremo loco nominavimus, Gnoſtici erant, teſte Plotino, & ipſi quidem, ſicut ceteri Gnoſtici, temperantiam extirpabant, adeo ut nihil aliud eis reliquum eſſet, quam voluptatem ſequi, ut idem Philoſophus loquitur cap. xv. At Providentiam praeterea blaſphemi dilacerabant; quod tamen crimen nulli, quod ſciam, Gnoſtico coetui, vel ab Epiphanio, vel alio quopiam Haereſeologo adpingitur.

Hujus itaque Gnoſticorum germinis, ac prae ceteris impiiſſimi, notitiam & confutationem uni debemus Pagano Philoſopho; ſed quem tamen, cum ob naturalem pietatem, tum ob eximiam doctrinam, ab omni fere errore depuratam, *Auguſtinus* & alii haud vulgaribus praeconiis commendant. Ea vide ſis ap. laud. *Fabric.* & *Pope-Blount* in cenſura celebr. Auth. ubi de Plotino.

ADNOTATIO.

(**) ITa *Auguſt.* haer. 35. in editione Doctorum Lovanienſium tom. VI. At eum additum de fato errorem non legimus in omnibus exemplaribus, teſte *Baron.* ad an. 175. n 19.; nec eum fert Maurinenſium Benedictinorum editio in tom. VIII. *quae*, inquiunt, *in MSS. noſtris non reperimus*. Nec eum quidem adnotant alii, qui Bardeſanem erronem commemorant: puta *Epiph.* haer. 56. *Theodoret.* haeret. fab. l. 1. c. 22. *Euſeb.* hiſt. eccl. l. 4. c. 30. *Niceph.* hiſt. l. 4. c. 11. *Cave* in hiſt. in Bardeſane ex *Marino*.

Ergone jure abjudicandus hic error Bardeſani? Ait laudatus *Baron.*, exiſtimans, ea verba additamentum potius ad Auguſtinum alicujus imperiti eſſe, quam Auguſtini; quum nihil idem Author validius impugnaſſet, atque fatum, videlicet in celeberrimo contra fatum Dialogo, quod Lucio Vero Antonino obtulit, ſacravitque. Illum magna ex parte habes exſcriptum ap. *Euſeb.* de praep. evang. l. 6. c. 10. ap. *Authorem* Recognit. S. Clem. l. 9. §. 18. quem laudatus *Cave* hariolatur ipſum eſſe Bardeſanem, & ap *Marſ. Ficin.* in argumento ad lib. 1. Enneadis 3. Plotini p. m. 226. edit. Baſileenſ. 1615. Baronio ſubſcribit ex animo *Laurent. Cozza* in comment. in librum S. Auguſtini de haereſ. cap. 13. ſive 35. n. 18. ubi poſtquam recitaſſet laudatum Bardeſanis fragmentum, quo tam ſolide, tam erudite, tamque ineluctabiliter doctrinam de fato refutavit, concludit, eſſe prorſus improbabile, illum contra ſe ipſum abiiſſe, ac in tantam dementiam incidiſſe.

Negat

IV. *Priſcillianiſtae*, Authore *Priſcilliano*, Hiſpano, Abuſenſi olim Epiſcopo, Chriſtiano Seculo IV. vertente dogmatizarunt hominum animas & corpora ſtellis adſtringi. (*u*)

His adhaeſit *Ceccus Aſculanus*, Caroli Calabriae Ducis Aſtrologus, ob pravum Aſtrologiae Judiciariae uſum flammis addictus an. 1327. Videlicet ſtellarum influxibus abſolutam neceſſitatem adtribuit. (*x*)

V. *Petrus Abaelardus* docuit olim, nihil contingens in rebus evenire, ſed omnia, quae fiunt, neceſſitate abſoluta fieri. Idemque ſtatuit *Joan. Wicleffus*. (*)

VI. *Alber-*

Negat vero *Lambert. Danaeus* in opuſc. de haereſib. ac ſine haeſitatione adfirmat, Bardeſanem in diſputatione habita cum Abida Aſtrologo, cujus meminit laud. *Epiph.* haer. 56. §. 1. hujus argumentis quanquam falſiſſimis ceſſiſſe, mutaſſe ſententiam & fatum probaſſe. Verum divinando, ac ſine teſte loquitur Danaeus.

Nos tandem ſuper hac quaeſtione haec breviter ſtatuenda duximus. Primum mihi parvi momenti eſt ea ratio, quae tantopere Baronium & Cozzam permovit. Quid enim homini facilius, proniuſque, quam ſententiam etiam obfirmatiſſimam mutare, ac judicium a vero in falſum inflectere? Revoca in mentem apoſtatas Angelos, Protoparentes lapſos, Petrum negantem, Tertullianum Montaniſtam, millenoſque ſimiles; eritque tibi longe probabilis Authoris noſtri prolapſio in ſententiam de fato, etiam ſibi olim improbatiſſimam.

Deinde nullam meretur fidem Danaeus, quoniam de facto obſcuriſſimo, ac perantiquo ſolus ipſe teſtatur. Immo potius celeberrimum illum ſuum dialogum Bardeſanes adverſus Abidan Aſtrologum evulgavit, ſi fides *Vallarſio* in l. S. Hieronymi de vir. illuſtr. c. 33. Sed hic etiam abſque teſte rem narrat.

Praeterea illud vehementem ſuſpicionem in hunc errorem maxime incutit, quod nec in pluribus S. Auguſtini exemplaribus is extet; nec ab alio fortaſſe quopiam ex pervetuſtis Haereſeologis recenſeatur.

Itaque quum nemo damnandus ſit reus, niſi ſuppetant concludentes de crimine probationes, ut loquamur cum Juriſperitis; jure nobis abſolvendus eſt Bardeſanes contra Danaeum, donec ipſe pro illius errore potiſſima ſuggerat documenta.

(*u*) Conf. *Aug.* haer. 70. & *S. Leo* P. Epiſt. 15. alias 93. ad Turibium Aſturicenſem Epiſc. cap. 12.

(*x*) In tr. de Sphaera.

ADNOTATIO.

(*) ITa *Caſtrus* adv. haer. art. *Futurum contingens*. quem exſcripſit *Gaulter.* in tab. chron. in Petro Abaelardo cap 6. §. 11. Et quidem quod id tenuerit VVicleffus, adſeritur a *C. Conſtantienſi*, ſeſſ. 8. & 45. inter errores VVicleffi ordine 27. Quod vero hujus haereſis author fuerit Abaelardus, abſque teſte definit Caſtrus, ac nullum forſan adlegare potuit.

Porro ſaepius in Abaelardum Scriptores minus critici miſere impingunt. Scio equidem perdifficilem eſſe cognitionem errorum omnium, qui ei vulgo imputantur, quoniam nec extant Authoris opera, ex quibus ipſi decerpti dicuntur, ſi excipias Theologiam chriſtianam libris v. diſtinctam, a *C. Sueſſionenſi* an. circ. 1120. proſcriptam, quam edidit *Marten.* in theſ. novo anecdot. t. 5. ubi in Praefat. praecipuos, quos continet, errores enumerat a p. m. 1149. edit. 1717.: nec eos omnes prodit S. Bernardus in Epiſtolis circa Abaelardum, quas vide ſis in editione *Mabillonica* Paris. oper. S. Bern. de an. 1719. volum. 1.: nec ſcimus capitula eorumdem errorum, quae primum proſcripſit *C. Senonenſe*, ex epiſt. ejuſdem Concilii Patrum ad Innoc. P. III., quae eſt ibidem Epiſtola 337. num. 4. quae vero proſcripſerit non feruntur in Actis ejuſdem Concilii ap. *Labbeum*, ſeu *Harduinum*, qui illum e verbo ad verbum exſcripſit, ac rurſus deinde condemnavit *Innocentius* P. reſcripto, quod incipit *Teſtante*, ap. laudata Acta C. Senon.; ſed ibi tamen damnata dogmata non legimus: nec eoſdem omnes refert, quos multos innuit, Epiſtola *Guillelmi* Abbatis, quae eſt inter citatas S. Ber-

VI. *Albertus*, Epiſcopus Alberſtadenſis in Germania, ſub an. circ. 1370. Priſcillianiſmum innovavit, & haec capita ſaepe docuit. 1.° omnia in hoc mundo ex neceſſitate eveniunt. 2.° fata homini cuilibet vitae neciſque neceſſitatem imponunt. 3.° nec habendum conſilium, nec de ullo deliberandum, quum omnes hominum actus etiam a libero arbitrio prodeuntes noſcantur ex coeleſtis influentiae neceſſitate provenire. Hos impios errores praecidendos enixe curavit Gregorius P. XI. an. 1372. (*y*)

VII. *Joannes Labbadia* a ſancta Religione Apoſtata, & Hollandiae Miniſter, vita miſerrime functus an. 1674., docere non erubuit, Deum homines decipere: quo quid divinae Providentiae magis injurium?

His Adpendicis loco ſubjiciendus *Mahumedes*, qui in Alcorano iſtud immiſcuit pravum dogma (*z*). *Profecto Deus non diriget eum, qui fuerit mendax, infidelis.* (*a*) (*)

Tandem ex Catholicis Doctoribus

I. *Nemeſius*, *Hieronymus* & *Damaſcenus* in ſuſpicionem vocantur, quod ſiniſtre quadantenus ſenſerint de perfectiſſima Dei Providentia. Etenim haec adſeruit *Nemeſius* (*b*) *quum dicimus per providentiam omnia recte agi, perſpicuum eſt, nos non de vitiis hominum loqui, neque de operibus*

Bernardi epiſtolas ordine 326.: nec ipſi demum omnes adparent, aut in Praefatione Apologetica Amboëſii pro Abaelardo, aut in ipſius Abaelardi Apologia ſeu errorum confeſſione. (Utraque extat inter opera Abaelardi Pariſiis edita 1616. t. 1. illa nempe ſub init; iſta vero a pag. 330.)

Ergo illi duntaxat errores jure Abaelardo adpingi poſſunt, quos ex his memoratis documentis, aliiſve editis ejuſdem Authoris commentariis fideliter excerpſeris, quum alii, quod ſciam, fontes non extent: immo forſan nec illi omnes; quum multos ex eis non ſuos, ſed ſibi per injuriam adfictos eſſe teſtetur idem Abaelardus in ſua Confeſſione, quae in edit. Amboëſiana eſt epiſtola 20.; idemque ſentit cum aliis *Caveus* in hiſt. lit. ad Sec. XII. in Abaelardo. Plura in hanc rem notatu digna obſervarunt *Martenius* in Praefat. mox laud. ac *D'Argentr.* in collect. jud. de nov. error. an. 1120. uſque ad 1140. a p. m. 20.

Iam vero quod praeſentem errorem ſpectat, Abaelardo ſuppoſitum exiſtimo; quippe quem in nullo eorum, quae mox innui, documento nobis hucuſque licuit reperire.

(*y*) Conf. *Raynald.* ad eum an. ſub fin.
(*a*) V. *Marrac.* t. 2. p. 603.
(*z*) Sura 39. n. 4.

ADNOTATIO.

(*) Addit *Nat. Alexander* in hiſt. eccl. ad Sec. VII. cap. 2. art. 2. n. XII. haberi in Suris 50. & 67. (quas quidem minus proprie vocat *Azoaras*, ex opinione *Marracii* in Prodromo ad refutat. Alcorani, ſub init. ubi de Alcorano, cap. 2.) Fato agi homines; quod tamen, idem Nat. ſubjicit, aliunde quam ex decretis Dei ineluctabilibus non repetit.

Ceterum principio in adcuratiſſima Marraccii Editione Alcorani, aut in laudatis a Natale Suris, aut alibi quidquam de ejuſmodi fato legere non licuit. Deinde opinio de fato, quod unice repetas ex Dei Providentis decretis, immerito inter errores videtur reponi. Alcoranus demum non ſemel, ut e.c. in Sura XIII. a n. 3. ſed frequentiſſime ac fere paſſim divinam erga omnia Providentiam adſerit & extollit. Adeo non ita facile definiendum crediderim, in ipſum irrepſiſſe fatum illud, quod cum Deo providente aperte pugnat.

(*b*) L. de natura hominis c. 45. ſub med.

ribus, quae in noſtra poteſtate ſunt, & fiunt a nobis, ſed de providentiae effectis, quae non ſunt in noſtra poteſtate. Sic e graeco vertit *Le Quien* in edit. S. Joan. Damaſc. l. 2. de fid. c. 29. nota 1.

Haec autem *Hieronymus* (c) *abſurdum eſt ad hoc Dei deducere Majeſtatem, ut ſciat per momenta ſingula quot naſcantur culices, quotve moriantur, quot cimicum & pulicum & muſcarum ſit in terra multitudo; quanti piſces in aqua natent, & qui de minoribus majorum praedae cedere debeant. Non ſimus tam fatui adulatores Dei* &c. Haec poſtremo *Damaſcenus* (d) *quae poteſtatis noſtrae ſunt, non Providentiae, ſed libero arbitrio debent adſcribi.* (*)

II. *Michael Bajus*, cum Scholae ſuae *Bajanis*, ex eo falſo ac temere adſeruit, in alio rerum ordine naturalem Dei Providentiam abſque ſupernaturali non poſſe conſiſtere, ſeu, quod in idem recidit, ſtatum purae naturae non eſſe poſſibilem; quoniam ſuperna dona primitus Adae conceſſa, ipſi naturae debita fuerunt. (e)

Hunc errorem ambabus ulnis amplexus *Janſenius* junior, pluribus promovere conatus eſt. (f) (**)

Sed manum de tabula. Ad Dogmatico-Scholaſticas Quaeſtiones deſcendimus.

LIBER PRIMUS

De divina Providentia generatim.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 487 QUAESTIO PRAELIMINARIS. Quid praeſupponendum circa divinae Providentiae adtributum? ADSERO I. Eſt fide certum ex *Scripturis*, cum *Sap.* 6. 8. & 17. & 11. 26. & 14. 3. *Matt.* 6. 28. *Luc.* 12. 72. *Pſ.*

(c) In Habac. cap. 1. (d) De fid. orth. l. 2. c. 29.

ADNOTATIO.

(*) PRofecto ſingula haec adſerta, ſi commode non exponantur, falſa ſunt. Quid vero prolixas inſtituam diſſertationes, quibus ea in ſanum, piumque ſenſum adducam? Id negotii jam expedite tentarunt *S. Thomas* l. 3. cont. Gent. c. 90. ſub fin. ubi laudat Nemeſii librum ſub nomine Gregorii Nyſſeni, *Ferrarienſis* ad eum locum S. Thomae, *Petavius* theol. dogm. t. 1. l. 8. c. 4. §. 10. & 19 & alii ubi pertractant de Providentia, quos conſulito.

(e) Ita *Bajus* lib. integro de prima hominis juſtitia, & in theſibus proſcriptis, theſi 26. 78. 79. & alias; tum *Bajani* prolixis in ſcriptis.

(f) In libris 1 1 1. de Statu purae naturae.

ADNOTATIO.

(**) IMmerito quis productos Bajum & Janſenium veris, certiſque Erroribus hoc unice adcenſuerit, quod in Status purae naturae poſſibilitatem acriter invecti ſint; ſed eo duntaxat quod illud adſertum ſtabilierint, rationum momentis ſuo falſo, fucatoque Syſtemati conſentaneis communitum. Equidem Status naturae purae poſſibilitas, tametſi apud Scholas Catholicas communius contra Bajanos, Janſeniſtas, recenteſque Auguſtinenſes pro virili defendatur cum *Ripalda* in comment. adverſ. Bajanas theſes diſp. 8. per tot., ipſa vero certo certa non eſt, nec ab Eccleſiae Oraculo definita. Id quod jam innuimus in Tom. I. de Prodromis pag. 41.

27. *Pſ.* 33. 16. & ex *PP.* cum *Dionyſ.* (*g*) *Iren.* (*h*) *Clem. Al.* (*i*) *Iſid. Peluſ.* (*k*) *Nazianz.* (*l*) *Baſil.* (*m*) *Atheuag.* (*n*) *Athanaſ.* (*o*) *Lactant.* (*p*) *Ambroſ.* (*q*) *Cyprian.* (*r*) *Nyſſen.* (*s*) *Hieron.* (*t*) *Euſeb.* (*u*) *Hilar.* (*x*) *Chryſoſt.* (*y*) *Theodor.* (*z*) *Cyr. Alex.* (*a*) *Cyr. Hieroſ.* (*b*) *Salvian.* (*c*) *Nemeſ.* (*d*) *Aug.* (*e*)

488 II. Eſt itidem ratione naturali certum ac demonſtrabile. Ex eo nempe quod Deus ſit rerum omnium Conditor, & Gubernator (*f*). Et quidem relate ad creaturas tantum, quia nihil ad finem ordinabile reperire eſt in eo, qui ultimus finis eſt (*g*). Hinc Sapientum Ethnicorum turba magna, demonſtrante natura, Dei Providentiam confeſſi ſunt. Equidem, & Poetae, cum *Orpheo*, *Heſiodo*, *Homero*, *Pindaro*, *Diphilo*, *Plauto*, *Ovidio*; & Philoſophi, cum *Socrate*, *Xenophonte*, *Platone*, *Ariſtotele*, *Herme*, Dei, ſuorumve Deorum Providentiam ſatis quidem communi adſenſu praedicarunt (*h*).

489 Quod ſi ex tanto cenſu nonnullos ſigillatim audire lubcat, lege *Epicharmum* (*i*) *Statium* (*k*) *Taletem Mileſium* (*l*) *Galenum* (*m*) *Hieroclem* (*n*) *Simplicium* (*o*) *Alexandrum Aphrodiſaeum* (*p*) *Theophraſtum* (*q*) *Timoleonem* (*r*) *Pythagoram* (*s*) *Chryſippum* Stoicum (*t*) *Zenonem* (*u*) *Plotinum* Platonicum (*x*) *L. An. Senecam* (*y*) *Authorem* libri de cauſſis (*z*) *Architam* (*a*).

490 Plures vide ſis apud *Julium Sirenium* (*b*) *Eugubinum* (*c*) *Franciſc. Picum*

(*g*) De coel. Hier. c. 9. & de div. nom. c. 8.

(*h*) L. 2. c. 45.

(*i*) V. & VII. Strom. & l. 1. Paedag. c. 5.

(*k*) Epiſt. 154.

(*l*) Orat. 34. quae eſt 2. de Theol. & alias.

(*m*) Hom. 8. in divites avaros tempore famis.

(*n*) L. de reſurrect.

(*o*) Orat. 3. cont. Arianos, & alibi.

(*p*) Div. inſt. l. 1. c. 2. & l. 2. a c. 8. & l. 7. a c. 9.

(*q*) De offic. l. 1. c. 13. & 14.

(*r*) Apolog. ad Demetrianum.

(*s*) Orat. catech. c. 8.

(*t*) In c. 32. Hieremiae & alias.

(*u*) De praep. evang. l. 6. c. 5. & l. 12. cap. 28.

(*x*) In Matth. can. 5. & 10.

(*y*) Libris 3. & 6. ſermon. de Provid. Dei.

(*z*) Serm. de Providentia Dei.

(*a*) L. 5. contra Julian.

(*b*) Catech. 8.

(*c*) Libris 8. de Provid.

(*d*) L. 8. Philoſoph.

(*e*) V. de civ. c. 9. & l. 3. de lib. arbitr. & l. de utilit. credendi c. 16. & alibi.

(*f*) Id probat copioſe *Rhod.* heic d. 5. quaeſt. 1. ſect. 1.

(*g*) *D. Th.* heic q. 22. a 1. V. *Mun.* de Provid. d. 1. n. 34.

(*h*) Conf. *Iren.* l. 3. c. 41. *Minut.* in Octavio a n. 31. *Clem. Al.* 5. Strom. c. 7. ſub fin. *Huet.* in qq. Alnet. l. 2. c. 6. *Auguſt.* 22. cont. Fauſt. c. 19. *Aelian.* var. hiſt. l. 2. c. 31.

(*i*) In Carminibus.

(*k*) Lib. 3. Silvar.

(*l*) Ap. *Laert.* in ejus vita.

(*m*) L. 3. de uſu partium corporis humani.

(*n*) L. de provident.

(*o*) In comment. in Epictet.

(*p*) In l. de providentia.

(*q*) In Philoſophia ſua.

(*r*) Ap. *Huet.* mox laudatum.

(*s*) De natura & beneficiis Dei.

(*t*) Ap. *Cyril.* l. 5. in Julianum ad text. 4.

(*u*) Ap. eundem *Cyril.* l. 2. ad text. 5.

(*x*) Ennead. 2. l. 9. c. 16. & Ennead. 3. l. 2. & 3. paſſim, tum ap. *Auguſt.* 10. civ. c. 14.

(*y*) In l. de providentia ad Lucillum, & in tr. de remediis fortuitorum.

(*z*) In propoſitione XIX.

(*a*) Ap. *Stobaeum* ſerm. 1.

(*b*) In comment. de fato l. 4. c. 9. & alias.

(*c*) De perenni philoſoph. l. 7. c. 7. & alibi ſparſim.

Picum Mirandulanum (*d*). Adeo merito rejiciendus *Michaël Medina* ubi (*e*) pronuntiare audet, nullum ethnicum Philoſophum de providentia diſſerentem in eam non impegiſſe, vel ſimpliciter, vel aliqua ex parte ipſam inficiando, cui nuper fere adhaeſit *Baltus* (*f*).

Adcedunt Monumenta e ſacra atque profana Vetuſtate petita, quae mox ſubjicimus.

(*d*) Ad ſuum Hymnum I. ſub fin.
(*e*) De recta in Deum fide paraeneſi 2. cap. 2.
(*f*) In Judicio SS. PP. ſup. Phil. mor. Paganorum l. 1. a c. 9.

MONUMENTA ANTIQUITATIS. *CLASSIS X.*

CHRISTIANA SPECIMINA DIPLOMATICA.

1 ... *Karolus divina ordinante providentia Rex* ...

CAROLUS MAGNUS in Praecepto de inſtitutione Epiſcopatuum per Saxoniam an. 789. (ap. *Baluz.* in Capit. Reg. Franc. t. 1. col. 245.) Huic alterum ejuſdem Caroli adjiciendum Diploma, laudatum ſuperius p. 113.

2



Hludovvicus divina ordinante Providentia, imperator auguſtus.

LUDOVICUS PIUS in exordio celebratiſſimi Capitularis Aquiſgranenſis, an. 817. exeunte, vel potius ineunte fortaſſe 818., ſecundum diverſa Francorum Scriptorum placita.

Hocce Capitulare primum edidit *Baluzius* e quatuor pervetuſtis MSS. quae idem enumerat t. 2. in Adnotationibus ad ipſum Capitulare, ad pag. 563., col. 1080. His deinde ſingularibus Notis Tironianis tradidit, & ſaepe quidem variante lectione, *Carpentierius* in Alphabeto Tironiano, a p. 2., non ea tamen ratione, quod Capitulare eis notis olim exaratum denuo exhibeat; ſed cujuſdam exempli gratia, ut nempe alphabetum, quod ex lectis a ſe tantummodo notis conſtruere ſibi ptopoſitum fuit, perfectius traderet; ſimulque ut inde magis omnibus Notas cum vulgari Capitulari conferre volentibus firmaretur ſua methodus Tironianas Notas interpretandi.

Porro Baluzius hanc, quam ex Carpentierio deprompſimus initialem formulam, Capitulari minime praefixit; & gratis quidem, etſi diverſis caracteribus, a Carpentierio addita cuiquam videbitur. Hic tamen Author Clariſſ. eo, mea opinione, conſilio ſacram formulam illis Conſtitutionibns adjecit, quod ipſa in aliis minoris momenti Diplomatis religioſiſſimo Principi familiariſſima fuerit.

Equidem, ut perplura miſſa faciam, eadem, vel prorſus aequipollenti initiali formula praenitet Pii Imperatoris Donatio, Alcino Monti.

ti in Senenſi territorio conceſſa, in gratiam Apollinaris Abbatis an. 814. (ap. *Jugurtham Thomaſium* in hiſt. Senenſi l. 4. & *Ughell.* in Ital. ſacra t. 3. ubi de Senenſ. Epiſc. §. 25. col. 530.) Deinde confirmatio redituum, quibus Carolus Magnus Ammiatinum coenobium in agro Cluſino ditavit, auxitque, ſub an. 816. (ap. ipſum *Ughell.* ubi de Cluſinis Epiſc. §. 5. col. 590.)

Tum Placitum pro commutatione quorundam praediorum inter duos Abbates an. circ. 822. (ap. *Mabill.* de re dipl. l. 6. §. 66. ex archetypo). Inſuper Praeceptum de ordine monaſtico reſtituto in coenobio Dionyſiano ſub an. 832. (ap. *Baluz.* in Capit. Reg. Franc. t. 1. col. 675.) Diploma denique pro conceſſione Mintriaci in pago Pariſienſi, Hilduino Abbati San-Dionyſiano, ſub an. 833. (ap. laud. *Mab.* §. 76.) Non itaque prorſus abjiciendum Carpentierianae additionis ornamentum, tanquam inconſulto Capitulari adſcriptum.

Ad extremum vero, quoniam de Notis Tironianis exemplar in praeſentia recurrit, liceat adpellare duos illos clariſſimos *Authores Benedictinos* e Congr. S. Mauri (in quos, dum haec ſcribo, fortunate incidi, perhumaniter favente Ill. Clar. Erud. Comite ac Praeſule *Joſepho Garampio*, mihi plurimis titulis percolendo) novi Tractatus Diplomatices, haud vulgari Literatorum plauſu recepti. Hi ſiquidem, ex inſtituto veterem rem diplomaticam univerſam ad cujuſdam diſciplinae & artis methodum ingenioſe ac pererudite redigentes, ſeu potius ipſam a Mabillonio praeconceptam & expoſitam pluribus confirmare, atque amplificare pergentes, ubi in tomo 3. part. 2. ſect. 4. cap. 10. pag. 562. ſqq. ventum eſt ad ſubdifficilem de Notis Tironianis tractationem, hanc oratione prolixa, erudita, didactica, praeceptis, exemplis & animadverſionibus exornata verſant & abſolvunt.

Enim vero, ſi mea me non fallat ſuſpicio, iis etiam omnibus quamoptime (ſi ſuperis placet) praeſtitutis ac ſtabilitis, apertus nondum videtur certus, prorſuſque expeditus aditus ad percipiendas abſque prudenti dubitatione Tironianas Notas numero pene infinitas, quae intra Latinum Orbem apud mſs. codices fere ubique gentium uſque modo uſui fuerunt.

Immo canones ab eiſdem Authoribus traditi pro recte capiendis, diſcernendiſque Notis, omnino generales eſſe nequeunt, ſed pro iis duntaxat, quas prae oculis habuerunt, e. c. e mſ. pſalterio S. Germani Pratenſis &c., eſto earundem ſignificata certo divinarint: at quo tamen deinde pacto innumeras, quae ſuperſint in ceteris reconditae tabulariis adamuſſim percepero?

Heinc itaque tanquam Authorum votum ac deſiderium exceperim, minime tanquam verum adiertum, id quod ipſi concludunt pag. 621: methodum nempe in hanc rem ab eis traditam, eſſe clavem unicam pro intelligendo, ac ſcientifice, ut loquuntur, interpretando quolibet monumento Tironianis Notis inſtructo; quoniam ipſa methodus (inquiunt) plane demonſtrat ejuſmodi Tachigraphiae originem, conſtructionem,

artem, mechaniſmum, anatomen, &, quod caput eſt, Notarum indolem, ipſarumque cum verbis, quae reapſe exprimunt, connexionem.

Ipſi demum, noſtram, quam pag. 102. innuimus, cenſuram confirmantes, definiunt, adhuc pro difficultate penitus expedienda ſterile eſſe, nec adhuc ſufficere Carpentierii Alphabetum; quantumvis eo famoſus Author ad rem elucidandam plus ceteris profecerit. Id ipſum vero de expoſita eorundem graviſſimorum Cenſorum methodo, ceteroqui plurima laude digniſſima, definiri poſſe exiſtimaverim. Recole dicta ſuperius in cit. p. 102.

3 *In nomine Dei & Domini noſtri Jheſu Chriſti veri redemptoris mundi, anno vero dominicæ incarnationis* DCCCXXI. *indictione* XIV. *Ego Kenulfus rex Merciorum, ab eodem Deo & Domino noſtro populis & tribubus præordinatus in regem....*

KENULFUS in Privilegio conceſſo coenobio Abbendonenſi in agro Berrocenſi (ap. *Monaſt. Anglic.* t. 1. p. 100. e bibl. Cottoniana).

Quid ſimile Rex idem pronuntiavit in Placito, quod habes ſuperius p. 114., cui adnixit BEORNULFUS Rex in Charta ibidem laudata.

Profecto mortalium res ac eventus praeordinare, ordinare, moderari, regere, divinae Providentiae nomen, munus, & decus eſt.

4 ... *Hludovicus & Hlotarius divina ordinante providentia Imperatores Auguſti...*

LUDOVICUS & LOTHARIUS Impp. in epiſt. ad Eugenium P. II. ſub an. 824. (ap. cit. *Baluz.* col. 645.) Tum in Praecepto de inſtitutione monachorum in coenobio Dervenſi ſub an. 827. (ibid. col. 649.) Inſuper in epiſt. de Conciliis Epiſcoporum in quatuor Imperii partibus congregandis, ſub an. 828. (ibid. col. 657.) Et alias ſaepe numero.

5 ... *Hlotarius divina ordinante providentai Imperator Auguſtus...*

LOTHARIUS Imp. in Placito, quo Limontam nobile praedium coenobio Mediolanenſi S. Vincentii legavit ſub an. 835. (ap. *Ughellum* in Ital. ſacra t. 4. ubi de Mediolan. Archiep. §. 53. col. 80.) Tum in alio, quo jura Amiatino Monaſterio Cluſinae Dioeceſeos confirmavit an. 836. (ibid. t. 3. ubi de Cluſinis Epiſc. §. 7. col. 614. ex autographo ap. tabularium ejuſdem coenobii) Necnon in Privilegio, quo ditavit mox laudatum S. Vincentii coenobium, rogatu Archiepiſcopi Angilberti, ſub an. 841. (ap. *Ughell.* ubi primum adpellatus eſt, col. 81.) In alio rurſus Privilegio, dato Cremonenſi Eccleſiae Cathedrali ſub an. circ. 842. (Ibid. §. 33. col. 582.) Ac ſaepe in aliis Diplomatis.

Pip-

6 *Pippinus ordinante divinæ Majeſtatis gratia Aquitanorum Rex . . .*

Pippinus in confirmatione jurium coenobio Malaſti conceſſa ſub an. 835. (ap. *Mab.* de re diplom. p. 523. ex authographo Montis-Olivi).

7 *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cuncta ſæcula jugiter pro moderamine regit . . .*

Offa Rex Merciorum in donatione facta Wigornienſi Eccleſiae Archangeli S. Michaëlis ſub Sec. IX. an. incerto (ap. *Monaſt. Anglic.* t. I. p. 124. e biblioth. Cottoniana fol. 23. a.)

Huic alteram adde ipſius Regis conſimilem formulam in Placito, quod ſupra laudavimus p. 99., eo nempe perpetuam Divinitatis Chriſti Domini erga univerſum Providentiam, aut gubernationem indicat pariter & commendat.

8



Proinde quia divae recordationis Imperator auus ſcilicet nr Karolus cui



divina providentia monarchiam totius hujus Imperii conferre

dignata eſt .....

Carolus Calvus Imperator in Placito, dato ſub an. 877., jam ſuperius laudato p. 105. n. 20.

Vides in hoc Placiti ſpecimine, quod nobis offert ex archetypo emendatum *Mabill.* de re dipl. l. 5. tab. XXXI. p. 407., caracteres longe quidem diverſos a pluribus ex illis, quos in Regiis atque Imperia-

libus ſub idem Seculum Diplomatis deſcriptos legimus apud eundem *Mabill.* alioſque Diplomaticos Authores alias laudatos.

9 .... *Berengarius divina ordinante clementia Rex. Si ſacris ....*

Berengarius Italiae Rex in Diplomate emiſſo ſub an. 906., ſuperius indicato p. 116. n. 16.

Cui praeterea addendum Placitum, quo communivit privilegia alias conceſſa Bobienſi Eccleſiae ſub an. 903. (ap. *Ughell.* t. 4. ubi de Abbatibus Bobienſib. col. 968.) Tum alterum donationis aut confirmationis donatae civitatis Sedulae S. Evaſio per Luitprandum Regem, factae a Berengario & Adelberto Regibus Italiae, ſub an. 959. (ap. laud. *Ughell.* t. 4. ubi de Aſtenſibus Epiſc. §. 17. col. 346.)

10 .... *Poſtea quidem proſperante ejus miſericordia, qui diſponit cuncta ſuaviter, ac regit univerſa, dedit auxilium ſervis ſuis per manus Imperatorum ...*

Ordonius II. Hiſpaniae Rex, ac Gelvira Regina in Placito pro Eccleſia Compoſtellana S. Jacobi Apoſtoli, ſub an. 915. (ap. *Henric. Florez* in Hiſp. ſacra t. 19. p. 350.)

11 ... *Rudolfus divina ordinante providentia Rex ...*

Rudolfus Rex Francorum in Praecepto pro coenobio S. Vincentii Laudunenſis an. 925. (ap. *Mab.* cit. p. 565. ex autographo).

12 ... *Ego exiguus famulus Chriſti Sancius, nutu altiſſimi Regis Rex, providente divina miſericordia, ſerenitati noſtrae bonae operationis ſpiraculum venit, ut tibi Domine ...*

Sancius Gallaeciae Rex in Placito pro Compoſtellanis Epiſcopis an. 927. (ap. laud. *Flor.* in Hiſp. ſacra t. 19. p. 359.)

13 ... *Ludovicus ſuperni Regis praeordinante clementia Rex Francorum ...*

Ludovicus Tranſmarinus Rex in Placito adverſus invaſionem Rothardi Meldenſis Epiſcopi, ac de variis rebus Compendienſi Eccleſiae conceſſis, an. 936. (ap. cit. *Mab.* p. 568.)

14 *Altitroni moderatoris imperio triviatim inſtruimur, ut illi oppido ſubjecti ſuppeditantes famulemur, qui totius mundi fabricam mira ineffabilique*

ſerie

ſerie diſponens, microcoſmum Adam *videlicet, tandem quadriformi plaſmatum materia, almo ad ſui ſimilitudinem inſtinctum ſpiramine, univerſis quæ in infimis formaverat, uno probandi cauſa excepto vetitoque, præficiens paradiſicæ amenitatis jucunditate, collaterana Eva ſcilicet comite, decentiſſime collocavit ...*

Eadgarus Anglorum Rex in Donatione facta Abbendonenſi Eccleſiae, ſitae in agro Berrocenſi, ſub an. 958. (ap. *Monaſt. Anglic.* t. 1. p. 102. e regeſto Abbendonenſis Abbatiae O. B.)

Habes ſub adfectata illius Seculi apud Britannos aliquos latinitate, Dei Providentiam, creationem univerſi, ſimulque Adami & Evae in paradiſo, una cum praecepto, quod ipſis ſummus rerum Conditor injunxit.

15 *... Otho divinæ diſpoſitione providentiæ Imperator. Si ſanctis...*

Otho magnus in Praecepto, quo Inſulam S. Julii, Novarienſi Eccleſiae olim a Berengario Imperatore ademptam, ipſi reſtituit an. 962. (ap. cit. *Ughell.* t. 4. §. 43. col. 697.)

16 *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, omnium ſeculorum omnia ſuo nutu diſtribuentis regna terrarum, & moderantis habenas rerum ...*

Eadgarus Rex proxime laudatus in Charta de libertatibus Eccleſiae Petroburgenſis & aliis rebus ſub an. 972. (ap. ipſum *Monaſt. Angl.* p. 65.)

17 *In nomine incomprehenſibilis Dei, & miſeratoris ineffabiliter Ieſu-Chriſti filii ejus .. . ſolus cuncta viſibilia & inviſibilia continens, & mirabiliter omnia regens omnipotens Deus ...*

Pelagius I. Epiſcopus Compoſtellanus in Diplomate pro monaſterio Cellae novae ſub an. 978. (ap. *Flor.* Hiſp. fac. t. 19. p. 373.)

En pro Deo Incomprehenſibili documentum, ſuperius numero 147. merito ſubjiciendum in dogmatis illuſtrationem.

18 *... Otho divina diſponente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Ad hoc ...*

Otho II. in Placito, quo Abbatiam S. Salvatoris in Lina, Lagnam hodie vocant, in Piſtorienſi territorio conſtructam, Feſulanae Eccleſiae rurſus & in perpetua poſſeſſione manſuram adjudicat ſub an. 984. (ap. *Ughell.* t. 3. §. 7. col. 218.)

PA-

PAGANI TITULI.

19

PROVIDENTIAE
AVG. SAC.

Interamnae ap. Murat. p. 90. 5. ex Angelonio.

Adeo vel Paganorum mentibus insitum est nativum lumen erga providentiam cujusquam summi Numinis, ut ipsam Providentiam adclamaverint Deam, cui vota sacrarint.

20

PROVIDENTIAE
AVGVSTAE

Concordiae in palatio publico ap. ipsum Murat. p. 90. 6.

21

PROVIDENTIAE DEORUM. *Romae*

Romae olim in hortis Julii III. *Pont. Max. ap. Boiſſardum de antiquit. Roman. part.*VI. *tom.*IIII. *p.* 65. *unde eam Gruterus retulit fideliter in ſuum corpus Inſcriptionum p.* 1075.

Haec, quam fideliter deſcriptam adſpicis, Statua, praenobile exemplum eſt, complurium inſtar, & numero quidem ingentiſſimo, ex univerſo Mythico Paganiſmo, quod heic dedita opera proponendum duximus. Profecto qui deorum omnium Providentiae cognitae vota ſolvit, & ſingulos quoſque deos ſuos providentes eſſe fateatur, oportet. Equidem in aliud pene nullum Dei adtributum gens illa ceteroqui occaecatiſſima, ſua potiſſimum credulitate, votiſque conſpiravit, quam in Providentiam ſuis ementitis numinibus adſcriptam; iis quippe ſingulis & imperia, & ordinationes, & munera, & curam omnem ſeu providentiam erga univerſum genus humanum deſtinarunt.

Nec alio quidem ſenſu deos coeleſtes effingebant, colebantque, qui coelis praeeſſent; terreſtres, qui terris; marinos, qui maribus; inferos, maneſve, qui ſubterraneis; fontanos, qui fontibus; ſilveſtres, qui ſilvis; urbanos, qui urbibus; hortenſes, qui hortis; penates & lares, qui privatis domibus. Ita enim dii, eorum opinione, in ſua quique munia ac loca ordine diſpertiti, adcinctique, de cunctis ubique mortalibus, & mortalium eventibus curam indeſinenter gerebant. Ideo ipſis tanquam providentiſſimis ſuarum rerum Patronis vota perpetuo dedicabant, ſolvebantque, erectis eorum nomini literatis ſaxis, praedivitibus marmoribus, ſuperbis ſtatuis, ſpecioſis anaglyphis.

Eadem de cauſſa, me judice, variis deos nominibus decorabant, qualia nempe in paganis monimentis, qua votivis, qua ſepulcralibus, qua reliquis utcumque honorariis paſſim legimus. Haec enim deos adpellant *Servatores*, *Conſervatores*, *Salutares*; illa vero *Liberatores*, *Ultores*, *Frugiferos*: in aliquibus praeterea advocantur dii tanquam *Caſtodes*, *Salutiferi*, *Paciferi*, *Obſequentes*; ac in aliis tanquam *Amici*, *Patres*, *Boni*, *Optimi*.

Equidem, ut ceteros mittam, Jovem nuncupavit *Conſervatorem* ethnicum ſaxum ap. Gruter. p. 18. n. 6. 7. 8. 9.; Silvanum *Salutarem* ibid. p. 65. 1., Liberum *Adſtatorem* ap. Sponium in Miſcellan. ſect. 2. art. 3. Cererem *Conſervatricem* ibid ſect. 3. n. 39. Dianam *Luciferam* ap. Muratori. p. 37. 6.; Herculem *Salutiferum* ibid. p. 65. 5.; Minervam *Caſtodem* ap. Fabrett. cap. 6. XVII. p. 464. Brotontem Deum *Bonum* ibid. cap. 10. 203. p. 698.; Genium *Paciferum* ap. Reinel. Claſ. 1. 294. & Genium Claſſ. 1. 139.; Martem *Auxiliatorem* ap. Guil. Fleetwood in Sylloge Inſcr. par. 1. p. 7. 3.; Dianam *Opiferam* ibid. p. 30. 2.

Iis videlicet, pluribuſque id genus epitheris perpetuam atque beneficam deorum in ipſos providentiam diſerte fatebantur Pagani & commendabant.

CA-

CAPUT PRIMUM

Eſſentia metaphyſica, Diviſiones, Proprietates divinae Providentiae.

RURSUS QQ. 492 QUAESTIO I. Quid, & quotuplex ſit divina Providentia?
DOGM. SCHOL. ADSERO I. Eſt *activa Dei diſpoſitio, res dirigens in ſuos fines.* Ubi τὸ *activa* idem eſt, ac interna, Deoque immanens; nam externa, ſeu paſſiva ordinatio, aut exſequutio, eſt Providentiae effectus. II. Eſt formaliter multiplex. Dividitur 1.° in phyſicam, & moralem: prima verſatur circa effectus pure phyſicos; ſecunda circa morales, aut liberos per leges, conſilia, praemia, poenas. 2.° in naturalem, & ſupernaturalem: illa confert media ad finem naturalem; iſta ad ſupernaturalem. 3.° in Praedeſtinantem, cujus finis eſt beatitudo aeterna pro bono Angeli, & hominis; & Reprobantem, cujus finis eſt eorum aeterna infelicitas pro bono univerſi. Ad iſtas aliae revocantur (*g*).

493 QUAESTIO II. Quo pacto divina Providentia ſit univerſalis? ADSERO. Quatenus creata ſingula ei ſubduntur. (*h*) Nihil enim prorſus eſt, vel maximum, vel minimum; vel bonum, vel malum, quod a Deo non fiat, aut permittatur. Immo mere poſſibilia Deo Providenti ſubjacent, quatenus non vult poſitive, ob ſuos fines, ea exſiſtere. Conſonant *Scripturae* cum *Sap.* 6. 8. & 8. 1. & 12. 13. *Pſ.* 33. 16. & 17. *Act.* 17. 25. & 26. *Matt.* 6. 28. & 30. *Rom.* 9. 22. & 23., tum *PP.* unanimi adſenſu, cum *Tert.* (*i*) *Lactant.* (*k*) *Ambr.* (*l*) *Aug.* (*m*) (*n*); quibus profecto plures adjicere licet ex Ethnicis proxime laudatis, cum *Platone* (*o*) *Tullio* (*p*) *Alexandro Aphrodiſeo* (*q*) *Simplicio* (*r*).

OBJECTIONES.

494 Obj. *primo.* Ex 1. Cor. 9. v. 9. *numquid de bobus cura eſt Deo?* tum ex Hieron. (*s*) *abſurdum eſt ad hoc Dei deducere majeſtatem, ut ſciat per momenta ſingula quot naſcantur culices, quotve moriantur* &c. & ex Aug. *melius eſt quaedam neſcire, quam ſcire, ut vilia* (*t*). *Secundo.* Sapiens proviſor excludit malum, & defectum, quoad ejus eſt, ab iis, quorum curam gerit: at multa ſunt in rebus mala, praecipue in peccatoribus, quos

(*g*) Lege *Suar.* heic l. 3. c. 10. *Rhod.* proxime cit. *Martin.* heic d. 18. ſ. 1. Conf. *D. Th.* heic q. 22. a 2. ibique *Vaz.*

(*h*) *D. Th.* proxime cit. contra Epicurum, & priſcos alios. Conf. *Saguens* de perf. div. t. 2. diſp. 3. art. 2. *Petav.* de Deo l. 8. a c. 1. ad 4. *Fraſſen* tr. 2. d. 3. ar. 1. q. 1. concl. 2.

(*i*) L. 2. contra Marcion. c. 24.

(*k*) L. de ira Dei c. 9.

(*l*) L. 2. de offic. c. 13.

(*m*) Enchir. c. 11. & l. de utilit. credendi cap. 16. & alibi.

(*n*) Conſulendus in hanc rem *Rui.* heic t. 1. d. 1. ſ. 7. 9.

(*o*) In Parmenide.

(*p*) L. 2. de nat. deor.

(*q*) Ap. *Cyril.* l. 2. cont. Julianum.

(*r*) In Epictet.

(*s*) In c. 1. Habac.

(*t*) In Enchir. cit.

quos Deus odit, & in reprobis, quos ſinit in peccato mori: ergo Deus iis non providet. *Tertio*. Non debet Deus praefinire omnia ſigillatim, nam pro effectibus neceſſariis ſufficit ei haec generalis volitio, *volo cum omni cauſſa neceſſaria exſtitura concurrere, prout occaſio tulerit*, vi cujus volitionis poſt, occurrente occaſione, ignis e. c. Deum determinet ad hanc, vel illam combuſtionem; ſicuti Deus volens generatim concurrere cum voluntate ad amorem, aut odium, poſtea in actu ſecundo determinatur ad odium a creatura, quin neceſſaria ſit Deo altera volitio magis determinata: ergo Deo non eſt diſtincta rerum omnium Providentia.

495 R. Ad *primum*. Senſus Apoſtoli, itemque Hieronymi eſt, quod Deus diverſo modo curat de rationalibus, ac de iis, quae ratione carent; nam illis auxilia donat, leges, praemia, poenas; non iis. Aug. loquitur de hominibus, quos vilium meditatio ſaepe ad vilia flectit, quod tamen Deo impoſſibile eſt, licet vilia intuitu adſiduo noſcat, *cui* ſiquidem *eſt cura de omnibus* ex *Sap.* 12. Ad *ſecundum*. *D. Ma.* proviſor particularis, *Perm.* generalis omnium rerum, uti eſt Deus, *N.*, hic enim poteſt ad fines optimos multa mala permittere; nec enim eſſent Martyres, ſi deſſent tyranni; nec oſtenderetur divina Juſtitia in inferno, ſi non eſſent reprobi: permiſſio malorum ad bonum ordinem univerſi pertinet: boni, & mali ſubjacent Dei Providentiae, illi ſcilicet miſerenti, iſti punienti. Ad *tertium*. *N. A.* cum ſubj. prob. quia ille modus confuſe volendi in Deo arguit imperfectionem ſcientiae; ſicut enim omnia diſtincte novit ab aeterno, ita & omnibus diſtincte providit. Non poteſt a cauſſa neceſſaria determinari, ſecus a cauſſa libera; cui tamen etiam diſtincte providet, parando concurſum determinatum ad partem, quam ſcit eligendam eſſe a libertate.

496 Obj. *quarto*, & Inſt. Providentia permiſſiva peccati pugnat contra divinam Sanctitatem. Quia quum non impediat, potens impedire, peccatum, fit cauſſa moralis peccati, eſto in peccato diſpliceat. Sic enim Superior potens impedire peccatum ſubditi, & non impediens, eſt cauſſa moralis peccati; ac praebens alteri gladium, praevidens homicidium ſubſequuturum, habetur pro cauſſa homicidii: cur autem teneatur peccatum impedire creatura, non Creator, *quoniam non eſt Sanctus, ut eſt Dominus* 1. Reg. 2.? *Quinto*. Saltem caſus fortuiti, ut interneciones, quibus aliqui interdum, praeter ipſorum ſpem, a graſſatoribus interficiuntur; ſuffocationeſque aliorum in fluminibus, & his ſimilia, praeter intentionem divinae Providentiae eveniunt: ergo illi non ſubjacent.

497 R. Ad *quartum*. *N. Adſ.* cum prob. & paritate, cujus diſparitas petenda eſt ex alto Dei dominio, ſummaque independentia; paucioribus enim legibus tenetur Deus, quam creatura. Quid? quod ex *Aug.* (*u*) Deus *nullo modo ſineret malum aliquod eſſe, niſi uſque adeo eſſet omnipotens, & bonus, ut bene faceret etiam de malo*. Ad *quintum*. *D. A.*

(*u*) Enchir. c. 11.

praeter intentionem plerumque positivam, *C*; quia nec ista intentio est divinae Bonitati consona, nec Deus arbitria hominum creavit ex horum casuum intentione: praeter intentionem permissivam, *N.* Deus enim eos permittit, tum in poenam delicti Adami, tum ut causae naturaliter agant, tum ob alios congruentes fines. Dixi *plerumque*; nam si forte casus aliquis sit medium immediate connexum cum Praedestinatione, vel alio bono superno, eveniet ex intentione positiva divinae Providentiae (*x*).

498 QUAESTIO III. Quo jure sit infrustrabilis, & inevitabilis? ADSERO I. Est infrustrabilis, quatenus semper adsequitur finem aliquem ab ipsa intentum; vel particularem, e. g. auxilii efficaciam; vel generalem, e. g. punitionem sceleris, bonum universi &c. (*y*). Quo sen. su ait *Aug.* (*z*) *de facientibus quod non vult Deus, facit ipse quod vult*: heinc nunquam frustra est. II. Non semper adsequitur omnem finem, particularem, serio a Deo intentum; aliquem vero semper (*a*). Non semper omnem; tum quia Deus providet saluti reproborum, quam serio vult, & non obtinet; tum quia confert Deus superna gratiae auxilia, ex intentione sanctae operationis, quin ista plerumque subsequatur. Semper aliquem; quia ex *D. Th.* (*b*) *quod recedere videtur a divina voluntate secundum unum ordinem, relabitur in ipsam secundum alium*. Quocirca dixerat *Aug.* (*c*) *licet infideles non faciant quod Deus vult misericors, non tamen effugiunt quod Deus vult Judex*. III. Est inevitabilis relate ad effectus non liberos creaturae, qui plane evitari nequeunt, quum nullum constitutivum Providentiae eorum effectuum a creato libito sit impedibile, vel adsequibile: non autem quoad effectus liberos, quorum Providentia sit per scientiam mediam constituta; tunc enim quum ista sit evitabilis a creatura, pariter Providentia vitari potest (*d*).

OBJECTIONES.

499 Obj. *primo* contra II. Adsert. Providentia adsequitur semper omnem finem particularem, serio a Deo intentum. Nam 1.° ex D. Th. (*e*) *necesse est voluntatem Dei semper impleri*; tum (*f*) *impossibile est, aliquem effectum ordinem causae universalis effugere*; demum (*g*) *omnia eveniunt eo modo, quo ipse providet*, nempe Deus. 2.° Nazianz. & Boët. docent, res mutabiles a divina Providentia immutabilitatem adcipere; atqui non ita esset, si Providentia omnem praeintentum finem non adsequatur.

500 *R. N. Adv.* Ad 1. prob. D. Th. loquitur de iis, quae pendent

(*x*) V. *D. Th.* cit. *Arria*, heic d. 32. a n. 25. *Orte*, heic controv. 6. d. 1. q. 4. per tot. *Mol.* 1. p. q. 22. a 4. *Gib.* de volunt. Dei permissiva malorum c. 4. a. 1.

(*y*) *Compton Carlet.* heic d. 37. s. 4. n. 3. cum communi.

(*z*) L. de spir. & lit. c. 1.

(*a*) *D. Th.* 1. p. q. 19. a. 6. o. & NN.

communius contra Antiquiores Thomistas.

(*b*) Proxime cit.

(*c*) De spir. & lit. c. 26.

(*d*) NN. commun. V. *D. Th.* cit. a. 4. & *Rhod.* heic d. 5. q. 1. s. 3.

(*e*) Proxime cit.

(*f*) Quaest. 22. a. 2. ad 1.

(*g*) Ibid. a. 4. ad 2.

dent ex voluntate Dei efficaci, non vero ex feria, & inefficaci, e. g. gloriae pro reprobis, & fuperni operis pro reftituris fuperno auxilio. Ad 2. apud eos PP. res adcipiunt immutabilitatem a Providentia efficaci circa pofitionem mediorum, non vero ab inefficaci refpectu finis, qui non obtinetur. Nec tamen fubinde fallitur Providentia, quum poffit media apta ad finem certo obtinendum parare, & fciat quid fit eventurum.

501 Obj. *fecundo*. Implicat contradictionem Deum ordinare ad finem media, quibus finem non adfequatur; adeoque omnem finem particularem adfequi debet. Nam ita ordinare media, argueret in homine vel ignorantiam, vel imprudentiam, vel impotentiam: fic enim ignarus eſſet dux adhibens media, ad victoriam inutilia; imprudens, triticum feminans, & intendens efficaciter meſſem, quam fciret non obventuram; impotens naufragus, ſerio volens ſervare merces, quas tamen in mare projicit, quia nequit aliter naufragium vitare: ergo pariter. *Tertio*. Etiam circa reproborum ſalutem adfequitur Providentia ſuum finem particularem. Nam hic finis eſt, ſolum eis conferre auxilia ſufficientia, ut eorum ſalus non deficiat quantum eſt ex parte Dei; atqui Providentia hunc finem ſemper obtinet.

502 R. Ad *fecundum N. Adf.* Ad prob: *C. A.* ſuppoſito, quod illi tres homines in ejuſmodi mediis ordinandis, non alios habuiſſent fines, quam qui exprimuntur in objectione. Et *N. Con.* quia Deus, utpote undequaque perfectiſſimus, poteſt per media inefficacia ad aliquem finem, plures intendere, ac adfequi fines, e.g. oſtenſionem ſuae libertatis, exaltationem ſui nominis &c. Ad *tertium*. *D. Adf.* omnem ſuum finem, *N.* quia non adfequitur ſui auxilii efficaciam, quam ſerio intendit: aliquem, *C.* Ad prob. *D. Ma.* hic illi finis eſt unicus, *N.* & eſt illi alter finis, ſcilicet efficacia auxilii in ſe ſpectata, *C.* quia hanc vult, etſi inefficaciter. Heinc auxilium inefficax vocari ſolet ſemi-efficax, quia licet ſit inefficax reſpectu finis, eſt tamen efficax reſpectu mediorum ad finem, ac eſt plane ad ſalutem ſufficiens. Et *C. Mi.* Et *N. Con.* (*h*)

503 QUAESTIO IV. Num ſit Deo libera, vel neceſſaria? ADSERO. Eſt abſolute libera (*i*) Quia potuit Deus velle ab aeternitate nullam producere creaturam. II. Suppoſita mundi creatione cum Angelis, & hominibus, ex ratione perpetuo operaturis, eſſet Deo ſaltem moraliter neceſſaria Providentia phyſica, & moralis (*k*). Nempe phyſica, quia mundum ad finem aliquem ordinaret: ergo ad hunc obtinendum media utilia eligere debuiſſet: moralis per leges, poenas &c. quia ſalva decentia, & majeſtate, teneretur rationalia rationali modo gubernare.

(*h*) Conf. *Petav.* de Deo l. 8. c. 5. & *Krifper* tom. 1. tr. 1. diſt. 18. q. 2. n. 4. ſqq.
(*i*) *Compt.* proxime laud. n. 9. & *Rib.* heic tr. 6. d. 4. num. 2.
(k) Vulgo AA. contra Compt. cit. V. *Eſp.* heic q. 28.

OBJECTIO.

504 Obj. Ex ſupra adſertis (*l*) ex nulla ſuppoſitione eſt ante decretum in Deo moralis neceſſitas conſequens ad faciendum optimum: ergo nec ad habendam Providentiam phyſicam, & moralem. Siquidem etiam poſt creationem rationalium creaturarum, manet Deus omnino liber ad eas quocumque modo conſervandas, aut deſtruendas.

505 R. *D. Conſ.* ante decretum creationis rationalium, *C.* poſito decreto, *N.* Quia hoc decretum, volens creaturas ad aliquem finem, Deo, ipſiſque dignum, vellet pariter media ad finem proportionata, quum intentio efficax finis ſit pariter electio mediorum (*m*): unde & aliquam Providentiam includeret, quam quidem nos, ratione naturali ducti, ſupra aſſignamus, tanquam ex quadam condecentia Deo neceſſariam, aut potius opportunam. (*n*)

506 QUAESTIO V. Num Providentia naturalis differat a fortuna? NEGO in ſenſu a Sapientibus Catholicis recepto. Quod ſi Providentia naturalis ſit ſpecialiter beneſica, dicitur fortuna proſpera; adverſa, ſi minus liberalis in bonis temporalibus. Heinc non eſt alia fortunae rota, quam diſpoſitio Dei, volentis potius iis favere, quam aliis. Abſit ergo inter Catholicos conqueri de fortuna.

507 QUAESTIO VI. Num in alio rerum ordine conſiſtere poſſet Providentia naturalis, abſque ſupernaturali? ADFIRMO (*o*). Quia poſſibilis eſt ſtatus purae naturae, ut conſtare videtur apud plurimos ex Pontificiis decretis (*q*). Tunc autem peccantibus vel Deus parceret per condonationem pure extrinſecam (*q*), vel per dilectionem naturalem Dei ſuper omnia (*r*), vel non parceret, ſuo utens dominio (*s*).

OBJECTIONES.

508 Obj. Impoſſibilis eſt ejuſmodi Providentia. Nam 1.° D. Aug. (*t*) contra Pelagium, negantem originale peccatum, inquit, *Deum injuſte denegaturum gloriam parvulis decedentibus ſine Baptiſmo, ſi peccatum non contraxiſſent*: ſentit ergo, deberi gloriam naturae humanae, eo praeciſe quod peccato infecta non ſit. 2.° nequit Deus condere naturam rationalem ſine ordine ad ſuum ultimum finem, in quo unice quieſcat, qui ſcilicet eſt beatitudo ſupernaturalis: alioqui poſſet eam aeternis poenis addicere citra omnem ipſius culpam. 3.° qui ſub Providentia pure natu-

(*l*) Num. 412.

(*m*) Ex ſuperius diſputatis.

(*n*) Conf. *Arria.* cit. heic d. 32. n. 3.

(*o*) Cum perpluribus DD. Catholicis. Scilicet *S. Tho. Nominalibus* &c. quos vide ſis ap. *Ripal.* contra Bajum diſp. 8. a n. 11. quibus adde *Saguens* de perf. div. t. 2. diſp. 3. art. 3. Conferendus tamen in hanc rem *Bertius* in additamento ad librum XII. ſuae Theologiae.

(*p*) Ab Urbano VIII. contra Baj. & a Clemente XI. contra Janſen.

(*q*) Quam poſſibilem admittimus *infra*.

(*r*) Ex *Eſp.* & aliis.

(*s*) Conf. *Mun.* heic d. 1. a n. 66.

(*t*) Serm. 14. de verb. Apoſt. c. 3.

naturali diu viveret, neceſſitaretur moraliter ad peccandum lethaliter; tunc enim deeſſet gratia ſtricta, quae ſupernaturalis eſt, ſine qua nos ita quoque cogimur ex Trid. (*u*): ergo repugnat, hominem ſub ejuſmodi Providentia regi, ne Deus dicatur humani ſceleris Author.

509. R. *N. Aſſ.* quia elevatio per gratiam ad finem ſupernum, eſt donum omnino gratuitum: ad quod videlicet nec ineſt naturae jus exigentiae phyſicum; alias tam debita eſſet gratia cum jure ad gloriam, quam potentia progreſſiva e. c; nec jus morale meriti, quum elevatio praecedat omne meritum. Ad 1. prob: Aug. loquitur de ſuppoſitione actualis ordinationis naturae humanae ad gloriam, ac divinae promiſſionis de ipſa gloria: his enim ſuppoſitis, nequit Deus, niſi propter peccatum denegare gloriam, licet indebitam naturae ſecundum ſe.

510 Ad 2. ſatis ſuperque eſſet exigentiae naturae rationalis, condi ad ultimum finem naturalem, cui fieret ſatis per naturalem, valdeque perfectam cognitionem Dei, ſimilemque amorem ſuper omnia, quo ſatis quieſceret, ac ſatiaretur natura; quam quidem ceteroqui poteſt Deus abſque crudelitate aeternis poenis ſaltem negativis addicere, id eſt aeternae privationi beatitudinis, relinquendo ipſam in ſtatu ſibi connaturali. Ad 3. *N. A.* quia tunc nec natura eſſet ita ad peccandum prona, uti nunc ob concupiſcentiam, nec naturae deeſſet ſufficientia quaedam ſibi connaturalis, & conſtituens potentiam moralem bene operandi, adeoque & peccato ſemper reſiſtendi (*x*).

511 QUAESTIO VII. Num ſit poſſibilis Providentia naturalis ſpecialiter benefica? ADFIRMO (*y*). Quia Deus conferens Paullo bonum naturale, quod eſt alio bono naturali praeſtantius, ut ſaepe evenit, eſt ſpecialiter beneficus. Inſuper quum pluviam, ſereno coelo, obſecramus, aut quid ſimile, rogamus Deum ut juxta miros modos, quos intra ordinem naturae habet in operando cum cauſſis naturalibus, eas ſeligat cauſſas, quae ad id, quod rogamus, conferunt, ad quod nullo opus eſt recurſu ad miracula: rogamus ergo Providentiam naturalem ſpecialiter beneficam (*z*).

CAPUT SECUNDUM

Eſſentia phyſica divinae Providentiae.

512 QUAESTIO PRODROMA. Per quid haec conſtituitur formaliter adaequate? ADSERO. Per actum intellectus, & voluntatis, id eſt per mediorum cognitionem, & volitionem (*a*). Et quidem utrumque in

(*u*) Seſ. 6. can. 22.

(*x*) V. *Suar.* de Grat. l. 1. proleg. 4. c. 1. *Viv.* p. 3. d. 5. q. 1. *Mun.* de Grat. actuali d. 1. a n. 5.

(*y*) Cum *Eſp.* heic q. 29. a. 1. & communi.

(*z*) Conferendi *Suar.* de Relig. t. 2. tr. 4. l. 1. c. 18. n. 7. *Ruiz* heic t. 1. tr. 1. fere per tot. *Rhod.* cit. q. 1. ſ. 3. circa propriet. divinae Provid.

(*a*) *Rhod* cit. ſ. 2. §. 2. *Arria.* heic d. 32. n. 17. *Simonn.* tr. 1. d. 7. art. 1. *Mun.* d. 1. n. 11. cum *Alen. Mol. Heriz.* contra Scotiſt. reponentes eam in actu voluntatis, & Thomiſt. in actu intellectus.

in recto, vel aeque principalier, ſi Providentia ſumatur ſubſtantive, uti ſumitur in noſtra definitione metaphyſica (*b*). Siquidem altero praeciſe deficiente, perfectiſſima deficiat Providentia, oportet; nam cognitio mediorum ſine volitione non eſſet practica, ſed otioſa; & mediorum volitio ſine cognitione, caeca eſſet. Idque expetit Auguſtiniana definitio Providentiae Praedeſtinantis, (*c*) ſcilicet *praeſcientia*, & *praeparatio mediorum* &c. (*d*). At quinam iſti ſint actus? Eos mox dabimus.

OBJECTIONES.

513 Obj. *primo*. Divina Providentia conſiſtit formaliter adaequate in actu intellectus, voluntatis actum connotante. Nam 1.° ita cenſent aliqui PP., multique TT. cum Mag. D. Th. Leſ. Bellar. Valent. &c. 2.° Providentia eſt pars prudentiae, ex D. Th. (*e*) & ordinatio rerum in finem, ex Boët. (*f*) atqui Prudentia, & ejuſmodi ordinatio eſt opus intellectus: ergo. 3.° etſi Deus nihil creaſſet, habuiſſet tunc adtributum Providentiae; quippe cui omnia adtributa ſunt eſſentialia, & independentia ab exiſtentia creaturae; tunc vero ſolum habuiſſet actum intellectus: ergo.

514 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: oppoſitum cenſent alii *PP.* & *TT.* cum *Alex. Alber. Mol.* &c. Patres aliqui modo ſtant pro intellectu, modo pro voluntate, tum pro utrolibet, quin alterum excludant. Nec in ſua ſententia conſtans eſt Mag. nec D. Th. (*g*) adeoque ipſis problematica res eſt. Ad. 2: Providentia eſt inadaequate pars prudentiae quoad actum intellectus; eſt tamen ordinatio, ſeu electio, & exſequutio mediorum ad finem, quoad voluntatem. Ad 3: habuiſſet tunc Deus adtributum Providentiae radicalis, id eſt ſcientiam mediorum ad finem, cum potentia eligendi ea media; non vero Providentiae actualis, de qua lis eſt, ac ſitam dicimus in cognitione, & electione mediorum ad finem: illa quidem Providentia eſt adtributum eſſentiale; haec vero contingens.

515 Obj. *ſecundo*. Divina Providentia conſiſtit formaliter in actu voluntatis cognitionem praeviam connotante. Nam 1.° ita ferunt aliqui PP. & TT. cum D. Aug. & Damaſc. Scot. Suar. &c. 2.° Providentia eſt cura, & ſollicitudo illorum, quibus providendum eſt, ſimulque practica & efficax ordinatio mediorum ad finem; id autem ad voluntatem pertinet, etſi ſupponat praecognitionem, quia enim *ignoti nulla cupido*. Alioqui omnis voluntatis actus per praeviam cognitionem conſtitueretur. 3.° Praedeſtinatio, quae eſt ſpecies Providentiae, conſiſtit adaequate in actu praedeſtinante, per quem ſcilicet eliguntur media, & ad finem efficaciter ordinantur; ſed hic eſt actus voluntatis: ergo vel cum dicit adaequate Providentia praedeſtinans, vel ſaltem principaliter, & in recto.

R. *N.*

(*b*) Iterum *NN.* commun. cum *Rhod.* aliiſque citt. contra Thomiſt. ap. & cum Pau. a Conc. heic tr. 5. d. 1. n. 8.

(*c*) L. de bono perſever.

(*d*) Conſulitor *Junius* heic ſ. 1. c. 7.

(*e*) Heic artic. 1.

(*f*) L. 4. de Conſolat. proſa 6.

(*g*) Ap. *Orteg.* heic d. 2. q. 1. certamine 1. num. 12.

516 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: dic ut proxime ad primam prob. objectionis primae. Deinde Aug. aperte ſtat pro nobis. Suar. (*h*) eſt omnino problematicus in quaeſtione, quae apud ipſum de voce eſt. Ad 2. Providentia praeter illam curam, & ordinationem, includit ſcientiam per quam Proviſor ſiat certus de eventu. Id praeſefert nomen ipſum *Providentia*. Ad 3. *N. Ma.* Nam *D. Aug.* (*i*) dixit, Praedeſtinationem eſſe praeſcientiam, & praeparationem beneficiorum Dei (*k*).

§. I.

De actibus intellectus ad divinam Providentiam ſpectantibus, quoad ſcientiam naturalem & liberam.

517 QUAESTIO I. Quid de ſcientia naturali, vel ſimplicis intelligentiae? ADSERO 1. Spectat formaliter, quatenus cognoſcit poſſibilitatem, eſſentiam, utilitatem mediorum, quae ad praefixum finem diſpenſanda ſunt (*l*). Secus enim decretum de mediorum poſitione prudens non eſſet. Decretum vero ex ſe ſolum eſt radicaliter, & adfective efficax; quod autem velit objectum prout eſt in ſe, a ſcientia provenit.

518 II. Haec Scientia ad Providentiam determinatam de Angelo e. g. non requiritur in tota ſua latitudine, vel quoad omnes ſuas formalitates, prout eſt formaliter ſcientia omnium poſſibilium: ſed ſufficiunt formalitates, verſantes circa media determinata, & ad praefixum de Angelo finem conducentia (*m*). Quia illae ceterae formalitates de materiali ſe habent, uti Omnipotentia; immo inconnexe, ac impertinenter ad Angelum, finemque, in quem Angelus per media conducentia ordinatur. Deinde poſsibilium cognitio, ut praeciſe ad hunc finem conducens, praeſcindit ab omnibus reſpectibus ad cetera poſſibilia, & impoſſibilia ad hunc finem impertinentia: atque adeo praeciſe deficientibus ceteris formalitatibus, eſt Deus perfectiſſime ſciens, ac liber ad Providentiam de hoc Angelo.

OBJECTIONES.

519 Obj. contra 1. Adſert. Ut Deus perfectiſſime procedat in electione cujuſcumque medii ad aliquem finem obtinendum, debet formaliter cognoſcere omnia omnino poſſibilia. Nam 1.° ad divinam electionem ſumme voluntariam, & libe am requiritur cognitio perfectiſſima. 2.° quodlibet medium a Deo eligibile poteſt reſpicere cetera media poſſibilia, & cum eis comparari, tanquam quid cum eis connexum, aut inconnexum, impertinens, aut repugnas: ergo Providentia de quolibet

(*h*) Heic t. 1. de praedeſt. l. 1. c. 17. num. 13.

(*i*) Proxime cit. de dono perſev. c. 14.

(*k*) Conf. *Suar.* cit. *Orte.* cit. *Arri.* d. 33. ſ. 1. n. 17.

(*l*) Communius *NN.* cum *Mun.* d. 2. n. 13. *Jun.* ſ. 2. c. 1. *Compt.* d. 37. ſ. 1. n. 2. *Eſp.* q. 26. ar. 7.

(*m*) *NN* communius cum *Mun.* d. 2. a n. 16. contra Junium ſ. 2. c. 1. n. 10. Aram heic l. 6. d. 30. n. 211. &c.

bet medio, ut ſit ſumme voluntaria, debet illud eligere ſecundum omnes hos reſpectus, & comparationes.

520 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* cognitio perfectiſſima, id eſt omnino perfecta contracte ad conducentiam medii, quod eligitur, *C.*; id eſt perfecta quoad totam divinae ſcientiae amplitudinem, ac impertinenter ad illam conducentiam, *N.* Alioqui quaelibet formalitas cujuſcumque divini adtributi importaret formaliter ejuſdem omnes, & ceterorum adtributorum formalitates. Ad 2. *D. A.* poteſt reſpicere cetera media &c. per alias Providentias, *Eſto*; per hanc determinatam Providentiam formaliter qua talem, *N. A.* & *Con.*

521 Haec itaque Providentia eſt ſumme voluntaria, licet praeſcindat ab omnibus illis reſpectibus, & comparationibus, utpote ſibi impertinentibus, quum velit illud medium ſolum ut conducens ad praeintentum finem, & ſecundum hunc determinatum reſpectum. Quid? quod ad perfectiſſimam voluntarietatem Providentiae modo requiruntur formalitates ſcientiae, adtingentis objectum materiale, & formale actuum voluntatis, conſtituentium Providentiam: & quidem ejuſmodi voluntatis actus non habet pro objecto materiali, & formali omnia poſſibilia, ſed ſolum ſubjectum, & determinatum medium prout ad finem conducens. (*n*)

522 QUAESTIO II. Quid de ſcientia viſionis libera, & directa, qua Deus videt creaturas in ſe ipſis exſiſtentes? ADSERO. Abſolute, ac univerſim nec ſcientia de effectu neceſſario, nec de libero nobis ſpectat ad Providentiam circa ipſum effectum (*o*). Patet utraque pars ex *ſupra* diſputatis (*p*). Et ſpeciatim ſecunda ex capite laeſae libertatis noſtrae, ſi ſcientia viſionis de conſenſu ſit prior, tanquam cauſſa directiva, & effectiva conſenſus. Sic enim, hac ſcientia deficiente, deficeret libertas ad conſenſum, quia non adeſſent omnes cauſſae, per ſe ad eum requiſitae; adeoque nec potentia in actu primo proximo expedito ad conſenſum, qualis eſt immediata ad eum libertas. Id tamen omnino falſum; nam quoties Thomiſta peccaminoſe omittit conſenſum, eſt ei ad conſenſum libertas, & tamen deficit ſcientia viſionis de conſenſu.

523 QUAESTIO III. Quid de Imperio intellectuali, medio inter electionem, & uſum, quod ſui Patroni Monaſticum, ac Deſpoticum adpellant; quo ſcilicet Deus ſuae voluntati efficaciter imperet actum providentialem quaſi ſub verbis, *fac hoc*? ADSERO. Minime ſpectat (*q*); & quidem in quocumque ſigno illud effingatur, ex vario Patronorum arbitratu. Quia id Imperium eſt Deo ſuperfluum, quum ſupponat Providen-

(*n*) Conf. *Mun.* cit. d. 2.

(*o*) *NN.* cum *Mun.* d. 2. ſ. 4. ex *PP.* & *Aran.* cit. n. 167. contra Thomiſtas.

(*p*) N. 220. p. 170.

(*q*) *Comp.* d. 37. ſ. 1. n. 5. *Arriz.* d. 37. n. 6. *Eſp.* heic q. 26. *Jun.* ſ. 1. c. 7. a n. 9. *Rui.* heic t. 1. d. 3. a ſ. 6. *Mun.* d. 2. a n. 83. *Ara.* heic d. 30. a n. 104. contra Thomiſtas, cum Pau. a Conc. heic d. 1. n. 28. & plures e NN. cum Gran. heic tr. 5. d. 3. n. 3.

videntiam per omnes ſuos actus conſtitutam; & repugnans, nam tollit libertatem Dei, quum ei nequeat ſua voluntas reſiſtere; & nec ipſum eſt liberum, quum non oriatur a voluntate, a qua una quodlibet praeceptum denominatur liberum.

OBJECTIONES.

524 Obj. *primo*. Ejuſmodi Imperium eſt in Deo providente. Nam 1.° ex Gen. 1. *dixitque Deus fiat lux*, & ex Pſ. 148. *ipſe dixit, & facta ſunt*: ergo Deo non repugnat, immo neceſſarium eſt, tanquam impulſus, complementum, & ultima ratio operandi ad extra. 2.° perfectio propria ſubſtantiae intelligentis eſt operari per imperium: unde David ſaepe imperat ſibi, *benedic anima mea Domino* &c. 3.° modus optimus operandi Dei, eſt, ſi ſe gerat tanquam ſupremum Dominum, ſcilicet imperando. 4.° Deus habet judicium de rebus aliis, quin habeat Providentiam: ergo ad hanc requiritur imperium, quod reſultet neceſſario ex actu voluntatis; & quo poſito, ſtatim potentia exſequutiva, ſine alio actu, ſuum objectum efficiat. 5.° Providentia optima conſiſtit in eo, quod Deus dictet, quid debeat fieri; hoc autem fit per imperium, ſeu internam loquutionem, quae dicit, hoc, & illud faciendum eſſe.

525 R. *N. Adſ.* Nec enim vel leviſſime PP. illud innuerunt, immo tacite reprobant, ubi adſerunt ſummam divinae Praedeſtinationis libertatem. Ad 1. prob: ibi ſola denotatur voluntas efficax Dei. Ad 2. *N. A.* in ſenſu thomiſtico. Immo implicat contradictionem imperium ſui ipſius per actum impulſivum, non ſubnatum immediate a voluntate; haec enim a nulla alia potentia cogi poteſt. David autem explicat deſiderium, ſeu voluntatem efficacem, qua ſe ad laudandum Dominum determinavit. Ad 3. *N.* implicantiam, quod ſcilicet poſſit Deus ſibi ipſi dominari. Ad 4. *C. A.* quia non habet de illis volitionem efficacem. Et *N. Con.* quae propterea nulla eſt. Ad 5. *N. A.* ſed conſiſtit in ſcientia mediorum, & volitione exſequutionis.

526 Obj. *ſecundo*. Providentia eſt ſpecies prudentiae; ſed actus prudentiae eſt imperium, nam ex Ariſtot. (*r*) *prudentia praeceptiva eſt, finis enim ipſius eſt, quodnam ſit agendum, aut non agendum praecipere*: unde (*s*) Philoſophi morales ponunt actum imperii in humana conſultatione ac prudentia, tanquam neceſſarium ad exſequutionem mediorum, quae poſt conſultationem adprobata, & electa fuere: ergo idem dicendum de Providentia divina, cui, ſublatis imperfectionibus, tribuenda ſunt quae humanae adſcribuntur. *Tertio*. Praedeſtinatio e. g. eſt actus practicus divini intellectus, ex quo ſequitur infallibiliter totus Praedeſtinationis effectus: ergo actus ille ſupponit in voluntate ejuſmodi effectus decretum, ſeu electionem: ergo eſt imperium, quia poſt voluntatem alter nequit ſequi in intellectu.

527 R. Ad *ſecundum*. Prudentia dicitur praeceptiva reductive, aut denominative ab actu, quo voluntas a cognitione prudentiali ducta, reſolvit efficaciter quidquam exſequi, vel omittere. Nec aliud ab hac reſolutione diſtinctum imperium fingi poteſt a Philoſophis in humano pro-

(*r*) VI. Ethic. c. 9. (*s*) Ex D. Th. 1. 2. q. 17.

viſore, nec pro divino a Theologis. Ad *tertium*. Praedeſtinatio eſt actus practicus tum divini intellectus, tum divinae voluntatis, quatenus eſt ſimul ſcientia mediorum, & volitio efficax exſequutionis, ex quibus nimirum oritur infallibiliter totus Praedeſtinationis effectus: & nihil ultra. Ex quibus nihil profecto pro objecto Imperio (*t*).

§. II.

De actibus intellectus ad divinam Providentiam ſpectantibus quoad ſcientiam ſtricte mediam.

528 QUAESTIO I. Num ſcientia media ſpectet conſtitutive ad Providentiam pure phyſicam, id eſt ab effectibus creatae libertatis independentem? NEGO (*u*). Quia ea eſt natura ſcientiae mediae ſtrictae, ut eſſentialiter tantum feratur in actus liberos creatos conditionate futuros. Idque evincitur ex ejus definitione (*x*) communiter recepta, tum que ex unanimi conſenſu, quo in noſtram theſim feruntur Authores noſtri majores, quibus ſcientiae mediae indoles, & neceſſitas ſatius perſpecta fuerat (*y*). Eſt ergo abuſus eam huc, & illuc incongrue ſaepius advocare, ut jure conqueritur *Vaz.* alicubi, & in ſimili *Arriaga* (*z*). Non itaque Deo deerit plenitudo ſcientiae, & libertatis, ad Providentiam phyſicam expetita, ſi videat per ſcientiam naturalem conditionata neceſſaria, quae per mediam videri adverſarii confingunt.

OBJECTIONES.

529 Obj. Scientia media conſtituit omnem Dei Providentiam pure phyſicam. Nam 1.° poſita ſumma Dei voluntarietate, & natura cujuſlibet rei prout eſt in idea divina, nequit Deus quidquam decernere niſi directus ab omni ſcientia, quae ipſi ineſt independenter a rei poſitione; atqui independenter ab iſta, ineſt Deo ſcientia media: ergo. 2.° Deus nihil producit ſolitarium, aut a creaturis independens: immo in cujuslibet effectus phyſici Providentia adtendit, tanquam optimus Artifex pro univerſi pulcritudine, ad conſonantiam omnium ejus partium etiam agentium rationalium, ſuorumque actuum liberorum, eas invicem comparando; atqui ad haec eſt ei ſimpliciter neceſſaria ſcientia media de actibus liberis. 3.° nequit conſiſtere Providentia converſionis Petri ex fulminis emiſſione abſque ſcientia media.

530 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* niſi directus ab omni ſcientia, quae ipſi formaliter ineſt in ordine ad rem ponendam, *C.*, quae ipſi tantum identice ineſt, ac eſt formaliter negative impertinens ad rem ponendam, *N.* Et *D. Mi.* reſp. Et *N. Con.* Ad 2. *D. Ma.* ſi loquatur de pro-

(*t*) Conſulendi *Suar.* de Praedeſt. l. 1. c. 16. *Arria.* cit. d. 32. a n. 8. *Orteg.* cit. controv. 6. d. 2. q. 1. cert. 2.

(*u*) Cum innumeris ap. & cum *Orte.* heic t. 2. controv. 6. d. 2. q. 2. certam. 2. n. 3. *Mun.* cit. n. 33. contra Jun. heic, ſ. 3. c. 1. n. 1. Arria. cit. d. 30. n. 232. Eſp. Ribad. Amicum Recentiorem.

(*x*) *Supra* exhibita num. 254.

(*y*) Ideſt, *noſtri omnes, qui poſt editam Molinae concordiam ſcripſerunt*, ap. *Ortegam* cit. q. 1. certam. 1. n. 8.

(*z*) Heic d. 32. n. 30.

Providentia ſingulari pure phyſica, *N.* quia haec formaliter unum reſpicit objectum pure phyſicum, & praeſcindit a ceteris omnino reſpectibus, & comparationibus, quae propterea de materiali ſe habent relate ad praefatam Providentiam, haec enim integra omnino conſiſteret, etiam deficientibus cunctis actibus liberis: ſi loquatur de Providentia univerſali, & mixta ex phyſica, & morali, *C.*

531 Et vero nec in hac Providentia reſpicit directe ſcientia media effectum phyſicum qua talem, ſed ſolum indirecte, & quatenus eſt terminus actus moralis, cujus liberam poſitionem videt ſub conditione effectus phyſici. Quare in ſenſu formali ſcientia media valde adcidentaliter concurrit, etiam in praefata Providentia relate ad effectum phyſicum qua talem. Ad 3. *D. A.* abſque ſcientia media, quae in hac Providentia mixta reſpiciat directe converſionem Petri, ac indirecte tanquam ex occaſione naturalem fulminis emiſſionem, *C.*, ſecus, *N.* (*a*).

532 QUAESTIO II. Num ſpectet ad Providentiam ſpecialem, ita ut ſtricte praecedat, & dirigat ad decretum, quo Deus vult conferre auxilium efficax, quia efficax, vel intendens ejus efficaciam in actu ſecundo, ſitam in ipſo conſenſu; itemque ad decretum, quo vult auxilium inefficax, quia inefficax, denegare? ADSERO: ſpectat. (*b*) Et patet in primis ex ſtabilita natura, & indole ſcientiae mediae; quae quidem ob eam directionem tot palmis in orbem literarium invecta eſt, ut ſub ejus ductu divinae gratiae auxiliantis efficacia miteſceret, & cum noſtrae libertatis dominio foederaretur.

533 Deinde quia efficaciae ineſt ſufficiens bonitas ad movendam divinam auxilii volitionem; itemque inefficaciae ſufficiens vis motiva ad nolitionem. Sic inſuper nobis maxime commendatur ratio formalis benevolentiae divini Largitoris erga nos, quem proinde enixe, ac confidenter adprecemur, ne nos in tentationem inducat; itemque ſpecialis Dei amor erga praedeſtinatos prae reprobis, quum beneficii aeſtimabilitas praecipue a conferentis animo deſumatur (*c*).

OBJECTIONES.

534 Obj. Nequit Deus dirigi a ſcientia media ad conferendum auxilium efficax qua tale, ſeu ex motivo efficaciae praeviſae. Nam 1.° opinio contraria nec in Scripturis, nec in Patribus fundari poteſt. 2.° nequit moveri ex noſtro merito theologico conditionate praeviſo, ut illi conferat praemium: ergo nec ſimiliter ex auxilii efficacia, ut iſtud conferat. 3.° ſi efficacia auxilii ſit ratio, cur Deus auxilium decernat, conſentiens ſuam libertatem adquireret, nempe ſcientiam mediam, & decretum collativum auxilii praeviſi efficacis: unde nec Deus gratis illud conferret auxilium: quae repugnant.

(*a*) Videſis *Ortegam* cit. cert. 2. n. 4.

(*b*) Cum *Jun. Mun. Aran.* citt. tum *Marin* tr. de Provid. ſeu praedeſt. d. 2. a. ſect. 1. noſtriſque communiſſime, Duce *Suar.* l. 2. de praedeſt. c. 7. a n 4. contra Thomiſtas cum Bolivar tr. 3. d. 2. dub. 4. & Palanco d. 5. de Deo q. 7. art. 4.

(*c*) Conferendi *Orte.* cit. t. 2. contr. 6. d. 2. q. 2. certam. 3. & *Mun.* d. 9. a ſect. 4.

535 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* quia Chriſtus, ex *Luc.* 22. *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*, & ex *Joan.* 17. *Pater ſancte, ſerva eos, quos dediſti mihi*. Ubi plane rogavit pro auxilio ut efficaci, & conjungendo cum fide Petri, & bona operatione Diſcipulorum, adeoque ſuborto a decreto per ſcientiam mediam regulato. Item ex Paullo *Rom.* 7. *quos praeſcivit, & praedeſtinavit*; praedeſtinatio autem, ſi ſit ad gloriam ut coronam, quum dicat ſpecialem Dei adfectum erga praedeſtinatum, importat collationem auxilii efficacis, qua talis praeſciti. Deinde *Ambr.* (*d*) *quos praeſcivit ſibi devotos, hos elegit*. Et *Chryſoſt.* (*e*) *tunc ad illos* (Apoſtolos) *adceſſit, vocavitque, quando obtemperaturos ſciebat*. Et *Aug.* (*f*) *Chriſtus voluit hominibus adparere, quando ſciebat, & ubi ſciebat eſſe, qui in eum fuerant credituri*. Ac ſimiliter ſaepe alibi. Loquuntur ergo hi PP. de ſcientia, qua directus Deus contulit auxilium efficax, qua efficax, ſcilicet de ſcientia media.

536 Ad 2. *D. A.* ex noſtro merito, facto ſine gratia, & ut exercente cauſſalitatem in praemium, *C.* facto cum gratia, & ut conditione, qua poſita, praemium adcedat, *N. A.* & *Con.* Secus autem nec poſſet Deus dirigi a ſimplici intelligentia, repraeſentante noſtra merita ut poſſibilia. Et in primo quidem ſenſu intelligendus eſt Aug. ſi alicubi dixerit, *Deum nec ad movendum, nec ad praedeſtinandum moveri ex noſtris meritis conditionate praeviſis*. Ad 3. *N. A.*, quia conſenſus non eſt ratio determinativa collationis auxilii, ſed ſolum ratio ſua bonitate adliciens, & movens ſpecialem Dei adfectum per modum cauſſae finalis. Haec autem motio non impedit, quo minus gratis adcedat auxilium efficax qua tale.

537 QUAESTIO III. Num aliter Deus dirigatur a ſcientia media ad decretum conferendi auxilium inefficax ſeu negandi auxilium efficax? ADSERO. Dirigitur ad negandum, non obſtante ejus efficacia, & propter alia motiva honeſta (*g*). Quia quando ex ſcientiae mediae directione confert auxilium, quia efficax, libere confert: poteſt ergo non conferre, ſeu denegare, non obſtante efficacia. Inſuper (*h*) eſt ſaltem moraliter impoſſibile, quod Deo deſit ſcientia media de efficacia alicujus auxilii reſpectu cujuſque rationalis; atqui Deus ejuſmodi auxilium denegat, quoties peccat creatura: ergo (*i*).

538 II. Dirigitur ex ſcientia media inefficaciae auxilii ad hoc conferendum, non obſtante hujus inefficacia: ita tamen ut inefficacia non ſit finis intentus, nec circunſtantia, ſeu conditio, ſine qua non conferretur; ne dicatur Deus velle inefficaciam, quae eſt ipſe diſſenſus, aut peccatum; ſed ſolum ſe habet ut circunſtantia objectiva, non retrahens actu Deum ab auxilii collatione. Porro ſaepe denegat Deus auxilium, non obſtante efficacia: ergo & confert, non obſtante inefficacia (*k*). Hicque conferen-

(*d*) Sup. ep. ad Rom. 7.
(*e*) Hom. 31. in Matt.
(*f*) L. 6. qq. contra Paganos.
(*g*) *Marin* de Praedeſt. d. 3. ſect. 1. n. 31. cum *Izquier. Carlet. Herrera, Ramir.* &c.
(*h*) Ex *infra* diſputandis P. III. Tr. I. L. II. ubi de Grat. auxil.
(*i*) Lege *Mun.* heic d. 10. ſ. 4.
(*k*) Vide ſis *Mun.* cit. ſ. 2. & *Aram.* heic d. 31. ſ. 6.

ferendi modus ſatis eſt, ut Deus praedeſtinato benevolentior, quam reprobo commendetur (*l*).

OBJECTIONES.

539 Obj. *primo* contra 1. Adſert. Repugnat bonitati Dei ita dirigi ad negandum auxilium, non obſtante ejus efficacia. Nam 1.° tunc eo animo negaret, ut ipſum conferret, ſi praevideret inefficax; ſicuti conferens auxilium efficax qua tale, eo animo confert, ut negaret, ſi inefficax praevideret: quod immiſericordiam ſapit. 2.° ita negare, eſſet eligere ex induſtria quae praenovit inefficacia prae efficacibus, quaſi hominum ſaluti inſidiando.

540 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Quia tunc efficacia ſolum ſe haberet ut circunſtantia non adlicens ad collationem, non autem ut conditio ſine qua non negaret, vel ut motivum includens voluntatem conditionatam ad inefficaciam. At vero dum confert efficax qua tale, efficacia eſt motivum ex ſpeciali benevolentia procedens, ideoque ſubcludit animum ſaltem virtualem ipſum negandi auxilium, ſi inefficax praevideretur. Ad 2. *D. A.* eſſet eligere ex induſtria poſitiva, volente ineficaciam, *N.* permittente, *C.* Sed quid hoc tamen dedeceat ſupremum auxiliorum Dominum?

541 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſert. Nequit Deus ita dirigi ad conferendum auxilium inefficax, non obſtante hujus inefficacia; ſic enim nullum praeſtaret beneficium creaturae, cui ejuſmodi auxilium exhiberet. Nam 1.° non eſſet beneficium conferre Paullo enſem, quo ab hoſte ſe defendat, eumve hoſpitio recipere, cum certa praeviſione, quod ſe ipſum enſe jugulabit, aut a Judice comprehendetur in hoſpitio: ergo pariter. 2.° non eſt beneficium id, cujus carentia eligibilior eſt recipienti, quam exſiſtentia; atqui auxilii inefficacis carentia eſt reprobo eligibilior, quam exſiſtentia, ex illo Chriſti de Juda, Matt. 26. *bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*. 3.° non eſt beneficium quod in peccati paenam infligitur; ſed ita ſaepe a Deo infligitur auxilium praeviſum inefficax.

542 R. *N. Adſ.* Quia auxilium quodlibet eſt utile, conducens & ſufficiens intrinſece ad ſalutem, ac non niſi extrinſece, ex abuſu recipientis, illam non obtinet. Ad 1. prob. *D. A.* ſi ita conferens det ſimul Paullo poteſtatem expeditam, qua vitet ſui jugulationem, & capturam, uti ſimiliter dat Deus per auxilium inefficax, *N.* ſecus, *C.* & *N. Con.* Ad 2. *D. Ma.* cujus carentia eligibilior eſt ex ſola culpa recipientis, *N.* ex culpa conferentis, *C.* Et *D.* reſp. *Mi.* Et *N. Conſ.* Hoc ſenſu eligibilior fuit Judae ſui non exſiſtentia, quam exſiſtentia, ſcilicet ut conjuncta cum ſuo peccato, & damnatione, non vero quam exſiſtentia, & libertas ſecundum ſe. Ad 3. *N. Ma.* quia a Deo quandoque infligitur poena in bonum peccatoris, videlicet, ut reſipiſcat. Et *D. Mi.* a Deo infligitur permiſſive, & negative, quatenus pure permittit inefficaciam auxilii, negatque auxilium efficax, quod non tenetur conferre, *C.* poſitive intendendo auxilii inefficaciam, ſeu diſſenſum, *N.*

543 Obj. *tertio*. Sub ejuſmodi auxilii collatione, ex directione ſcientiae

(*l*) Recolas iterum *Mun.* cit. ſ. 3. & *Aran.* cit. ſ. 6. a n. 510.

tiae mediae, nequit percipi, quod Deus ſit prudens Proviſor, ac ſerio intendat omnium hominum ſalutem. Nam 1.° imprudenter quis intendit finem, ac ſuadet, dum ſcit certo, nec finem fore obtinendum, nec ſuaſſionem ſortituram effectum. 2.° nemo poteſt prudenter orare pro eventu, quem certo cognoſcit non fore impetrandum: unde prohibemur pro damnatis orare.

544 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* ſi intendat efficaciter finem, & effectum ſuaſſionis, ac ſtet per ipſum, ne illi obtineantur, *C.* Id enim eſſet velleitas, tum Deo, tum viro prudenti repugnans: ſi intendat inefficaciter, & ponat media ex ſe ad utrumque conducentia, *N.* Ad 2. *N. A.*, quia oratio ſolum eſt manifeſtatio ſerii circa bonum, quod petitur, deſiderii, quod ſtare quam optime poteſt cum certa cognitione de bono non obtinendo; mercator enim tempeſtate coactus projicit merces in mare, quas ſerio, & inefficaciter retinere deſiderat. Prohibet nobis Deus, ut conſtat ex praxi fidelium, ac Theologorum doctrina, pro damnatis orare, ut oſtendat ſuae voluntatis conſequentis efficaciam, & ut orationes aliis, quibus prodeſſe poſſunt, adplicentur. (*m*)

§. III.

De actibus voluntatis ad divinam Providentiam ſpectantibus.

545 QUAESTIO I. Quinam, & quo pacto generatim ſpectent ad quamlibet Providentiam? ADSERO 1. *Intentio finis* ſpectat praeſuppoſitive extra eſſentialiter, a paritate cognitionis (*n*). *Electio mediorum*, eorumque *Uſus* activus, vel adplicatio ad praefixum finem obtinendum, conſtitutive. De electione patet a paritate mediorum cognitionis, conſtituentis Providentiam. Ac de uſu conſtat ex eo, quod aliter nec cognitio, nec electio eſſet practica, ſed otioſa, contra rationem Providentiae.

546 II. Hi actus (ad quos reducuntur Praefinitiones Suariſticae) ſcilicet decretum intentivum, electivum, & exſequutivum ſunt realiter unus, & ſaltem fundamentaliter, ac formaliter multi; quatenus concipimus, inter eos ordinem aliquem reperiri (*o*) ducta comparatione, aut ſimilitudine ex iis, quae in humanis providentiis evenire ſolent. Sic enim dicimus, Deum aliquid eligere, quia intendit, non e contrario, propter ſpecialem realem modum adtingendi diverſa illa objecta ejuſdem actus, volentis unum propter aliud, non e contrario (*p*).

547 Hoinc in divinae Providentiae negotio quatuor generatim concipe ſigna; duo priora extraeſſentialia, & poſteriora eſſentialia. E. g. in 1.° ſigno eſt intentio finis ultimi, nempe Dei, per quem omnia ſunt: in 2.° intentio finis particularis, v. c. Praedeſtinationis: in 3.° ele-

(*m*) Conf. *Suar.* de Relig. t. 2. l. 1. c. 15.
(*n*) Ex *ſupra* diſputatis n. 353. p. 207.
(*o*) Ex dictis *Supra* a num. 433.
(*p*) *Rib.* heic tr. 7. d. 2. n. 6.

electio mediorum, e. c. conſenſuum: in 4.° uſus adplicatio, ſeu exſequutio activa mediorum electorum (*q*). Quod ſi quis inter haec ſigna, nempe inter decretum intentivum, electivum, & exſequutivum velit diſtinctionem virtualem maximam, non vehementer abnuam; quum haec maxime virtualem decretorum Dei diviſibilitatem promoveant ejus Patroni, duce Eximio Doctore *Suarezio* (*r*) quo clarius explicent ſeriem divinae voluntatis actuum in ordine intentionis, electionis, & exſequutionis. Et quidem ſat probabiliter (*s*).

548 QUAESTIO II. Quinam ſpectent ad Providentiam phyſicam? ADSERO. Unice decretum efficax, quo vult ab aeterno Deus effectum aliquem in tempore produci, vel a ſe ſolo, e. c. Angelum; vel a ſe, & a creatura, v. g. calefactionem, a ſe, & a ſole emittendam (*t*). Hoc autem decretum eſt intentivum, ut patet; ſimulque exſequutivum, quia per illud omnipotentia, ex ſe indifferens, concipitur ad operandum determinata in actu primo, & Providentiam conſtituens per actum, qui eſt formaliter exſequutio, vel uſus mediorum.

549 QUAESTIO III. Quinam ſpectent ad Providentiam moralem generalem? ADSERO. Actus, quo Deus vult conferre omnibus auxilia ſufficientia, ex ſolo motivo utilitatis, quibus omnes gloriam adſequantur. Haec autem volitio eſt inefficax circa finem reſpectu plurium, e. g. reproborum, quibus inefficaciter finem praedeſtinationis intendit; eſtque efficax circa media, ſeu auxilia ſufficientia, quae ad meram ſufficientiam eis praeparat indeſinenter. Idque ſatis eſt ad Providentiam iſtam proprie conſtituendam (*u*).

550 Heinc mediorum electio, conſtituens Providentiam, debet eſſe efficax quoad aliqua media, non quoad omnia. Quia non concipitur intendere abſolute finem, qui bene noſcens multa ad finem utilia, nullum vellet efficaciter adplicare; ſecus qui aliqua, multis etiam praetermiſſis, adplicaret. Sic enim Deus infinita novit media ad finem utilia, quae non adhibet, ſatis per alia providens fini. Et vero apud Theologos, illa dici ſolet Providentia efficax, quae finem obtinet v. c. Praedeſtinatio (*x*).

551 QUAESTIO IV. Quinam ſpectent ad Providentiam moralem ſpecialem? ADSERO. Praefinitiones conſenſuum (*y*). Quia per eas conſtituitur Deus beneficentiſſimus rationalium Proviſor. Huc refer poſitivas nolitiones conferendi auxilia inefficacia ob praeviſam inefficaciam, pluraque media, quibus quis neſciens a peccato avertitur. Item dona pleraque ſuperna, & gratis data, v. c. donum prophetiae &c. quibus Juſti praeditantur, quo nempe facilius, & nobiliius, ex Dei intentione ſupernum finem adſequantur (*z*).

LI-

(*q*) Ex communi doctrina cum *Rhod.* heic d. 5. q. 2. ſ. 2. §. 3. 4.

(*r*) Heic de Praedeſt. l. 1. c. 8.

(*s*) Qui hac, & ſimilibus Quaeſtionibus delectantur, adeant laud. *Suarezium*, & ceteros hanc in rem *ſupra* laudatos num. 437. p. 244. in notis *b* & *c*.

(*t*) *Mun.* heic d. 3. n. 62.

(*u*) Ex *Vaz. Ribud. Herrera* ap. & cum *Mun.* d. 3. n. 4. Videatur *Rhod.* cit. q. 2. ſect. 2. §. 1.

(*x*) *Mun.* cit. a n. 99.

(*y*) De quibus *Superius* diſputatum eſt a num. 445. p. 246.

(*z*) Conf. *Rhod.* cit. §. 2.

LIBER SECUNDUS.

De divina Providentia Praedeſtinante.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Deum Praedeſtinantem.

HISTORIA POLEMICA. 552 IN Deum Optimum Maximum homines ad aeternam Beatitudinem praedeſtinantem permulti ſuis aut impiis, aut heteroclitis in ſenſibus abundantes, enormiter impegerunt.

I. *Turba magna inſipientium* eam generatim, & indirecta acie inficiata eſt. E. c. *Fatidici* rigidi, *Irreligionarii*, qui pernegant divinam quamlibet erga homines Providentiam, animorum Immortalitatem; vitam aeternam, quemcumque ſupernaturalem rerum ſtatum aut ordinem; ac id genus alii, de quibus ſuis in locis ſermo eſt.

II. *Valentiniani*, *Marcionitae*, *Baſilidiani*, *Manichaei*, aliique ejuſdem furfuris, ſtulte arbitrati ſunt, unumquemque hominum natura ſua citra quamlibet ſupernam Providentiam, bonum aut malum, ſalvandum ſeu reprobandum naſci (*a*).

III. *Pelagiani*, Inſtitutore *Pelagio*, Britannico Monacho, qui emerſerunt an. circ. 405. ac integro pene Seculo permultas ſuis erroribus chriſtiani nominis provincias infeſtarunt, acriter defenderunt, homines adultos eligi ac praedeſtinari a Deo ad aeternam coeli beatitudinem intuitu bonorum operum, quae fiunt ſolis naturae viribus (*b*) (*).

IV. *Semipelagiani*, alias in ſcenam producti, haec ſibi acriter ſubſtinenda duxerunt. 1.° non eſt in Deo fixum & immobile decretum, quo ſtatutus ſit hinc ſalvandorum, inde reproborum numerus, ita ut ab uno ſtatu non ſit ad alium tranſitus: immo vero qualicumque ordine

(*a*) Hujuſce erroris cum confutationibus meminerunt *Iren.* l. 4. c. 72. ex recenſione *Jo. Erneſti Grabe*, p. m. 375. edit. Oxoniens. 1702. *Clem. Alex.* 5. Strom. ſub init. p. m. 546. edit. Pariſ. 1641. *Orig.* l. 3. Periarch. c. 1. Interprete *Carolo de la Rue* a p. m. 108. edit. Paris. 1733.

(*b*) Ap. *Aug.* in l. de Praedeſt. SS. c. 19. num. 38. & contra duas epiſtolas Pelagianor. l. 2. c. 7. & ſaepe alias. Conf. *Jo. Garner.* in Marium Mercat. in diſſertationibus 11. Adpendicis circa haereſes Pelagianicas.

ADNOTATIO.

(*) SUnt qui opinentur, cum Pelagianis ſenſiſſe e Catholicis *Javellum* in comment. ad q. 23. 1. p. S. Thom. c. 5. & *Calderarium* in Pſal. 50. lect. 23. quatenus ibi docent, actus moraliter bonos abſque auxilio gratiae elicitos fuiſſe rationem, propter quam praecognitam ut futuram Deus homines ad gloriam elegerit. Ita ab *Authore* neſcio quo me olim excepiſſe memini. Nec ipſos deinde Authores hac nota inuſtos, quos conferrem, ad manus habere licuit.

dine conſtituto, de ſtatu ſalutis ad reproborum ſortem, ac de ſtatu perditionis ad ſortem ſalvandorum tranſiri poteſt (*c*).

2.° Omnes homines pari modo Redemptionis Chriſti participes ſunt: immo nec vult Deus ſingulari voluntate, conſilio & propoſito praedeſtinatorum ſalutem, nec iis ſuae fructum redemptionis magis efficaciter, quam aliis adplicari.

3.° Finalis in gratia perſeverantia, cum Praedeſtinatione connexa, non eſt ſingulare Dei donum, & gratia, quum ſit in cujuſque poteſtate, ut ſi velit, perſeveret.

4.° Deus in praefinienda hominum ſorte, hos praedeſtinans & illos reprobans, agit, moveturque ex notitia quadam conditionata meritorum ſeu peccatorum; quae nempe licet nunquam extitura ſint, futura tamen ſub aliqua conditione poſita auguretur; quare non movetur Deus ex praecognitis meritis aut demeritis, quae aliquando exſiſtent, immo potius ex iis tantum, quae nunquam erunt, ſed eſſent duntaxat ſub aliqua conditione nuſquam adponenda (*). Heinc

5.° Parvuli, qui poſt Baptiſmum decedunt, praedeſtinantur propter opera conditionate praeviſa, & certo facienda, ſi vixiſſent. (*d*)

V. *Praedeſtinatiani*, aliis *Praedeſtinati*, qui emerſiſſe perhibentur an. Chr. 417., aut multo ſerius, quin de eorum Authoribus aut praecipuis Sectariis, uno excepto neſcio quo *Lucido* Presbytero Gallo, quidquam liquido conſtet, vulgo feruntur haec cudiſſe dogmata.

1.° nec pie viventibus prodeſt bonorum operum labor, ſi a Deo ad mortem reprobati fuerint; nec impiis obeſt, quod improbe vivant, ſi a Deo praedeſtinati fuerint ad vitam. 2.° non vult Deus omnes homines ſalvos fieri, ſed tantum qui praedeſtinati ſunt & ſalvantur. 3.°

(*c*) Ita expreſſe Semipelagianorum primipilus *Fauſtus* Regienſis in libris 11. de Gratia Dei & lib. arbitr. praeſertim l. 1. cap. 4. 9. 12. & 13. Exſtant ap. *Bibl.* PP. Lugd. t. 8. a p. 525. Eadem doctrina tanquam Semipelagianica fertur in Proſperi & Hilarii ad Auguſtinum epiſtolis, ac diſſolvitur ab Aug. in l. de dono perſever.

ADNOTATIO.

(*) ARticulus hic, perridiculus quidem ac plane erroneus, quam maximo intervallo diſtat ab eo, quem praenobiles ex Schola Theologi, cum *Boucatio*, *Perrimezzio* &c., adſerunt, promoventque: quod nempe Deus ad Praedeſtinationem ac Reprobationem decernendas ducatur & illuſtretur Scientia quadam conditionali, quam *Mediam* nuncupavimus *ſupra*, ubi de divina Scientia; qua videlicet novit merita ac demerita aliquando, certa conditione poſita, fore abſolute exſtitura; adeo ut Deus ex meritis, demeritiſque abſolute pro aliqua temporis differentia futuris, & conditionate praeviſis moveatur; haudquaquam vero ex nulla conditionali meriti ac demeriti, quae nunquam erunt, praeviſione. Heinc apud bene ſapientes articulus hic imperite, temere, atque calumnioſe Semipelagianiſmi inſimulatur. Recolenda ibidem dicta a num. 286. p. 189. ſimulque adſerta in hanc rem a *Nat. Alexandro* in hiſt. eccl. Sec. v. cap. 111. art. v111. num. v1.

(*d*) Haec ulteriora Capita conſtant ex eiſdem *Hilarii* ac *Proſperi* epiſtolis, tum ex *Proſp.* in Carmine de ingratis capp. 10. 13. 20. 32. & lib. contra Collatorem c. 1. & 33. et ſaepius.

Deus aliquos etiam invitos poſt multa iniqua opera ad ſalutem trahit, compellitque ut ſalvi fiant; quemadmodum & alios poſt multa bona opera rejicit. (*e*) (*)

VI. *Joan-*

(*e*) Conf. *Hincmarus* Archiep. Remenſ. in diſſ. de Praedeſtinatione Dei & lib. arbitrio, quae exſtat inter ejus opera, a *Sirmondo* edita, tom. 1. a p. 1. ad 410. *Gennad.* in Indiculo haereſum, qui S. Hieronymo adſcribitur, vulgatus a *Menardo* Pariſiis an. 1617. haereſi 1. *Sigebert.* in Chron. ad an. Chr. 415. ex edit. *Auberti Miraei* Antuerpiae 1608.

ADNOTATIONES.

(*) I. SEculo proxime elapſo ardentiſſima efferbuit inter Viros Eruditos contentio ſuper vera Praedeſtinatianorum Sectae exſiſtentia. Hanc praefervide inficiati ſunt *Janſenius* junior in hiſt. haereſis Pelag. cap. 23. *Jac. Uſerius* Hiberniae Primas in hiſt. Godeſcalchi ac Praedeſtinatianae controverſiae ab eo motae, *Gilbert. Mauguinus* in Vindiciis Praedeſtinationis & Gratiae contra Sirmondum, tom. 2. in hiſtoria & chronica Synopſi, *Vinc. Contenſonius* in theol. mentis & cordis l. 8. diſſ. 3. hiſtorica in Adpend. unica, *Joan. Caba ſſutius* in notitia eccleſiaſtica poſt C. Arelat. III. an. 455. in diſſ. de Praedeſtinatianis, *Noriſius* hiſt. Pelag. l. 2. c. 15. *Ludov. Thomaſſinus* in diſſ. 13. in CC. Arelatenſe & Lugdunenſe an. 475. a num. 11. *Bertius* in theol. t. 1. l. 6. c. 14. *Jo. Forbeſius* in inſtruct. hiſt. theol. l. 8. c. 29. *Philip. Buchius* in fabula haereſeos Praedeſtinatianorum, *Jo. Jacob. Hottingerus* de fatis doctrinae de praedeſt. & gratia Dei ſalutari l. 11. §. 258. ſqq.

Hi ſiquidem & perplures alii variis, nec quidem contemnendis, rationum momentis innixi, contendebant, ejuſmodi haereſim fuiſſe reapſe merum Semipelagianorum figmentum, qui nempe eo nomine S. Auguſtini diſcipulos invidioſe traduxerunt.

E contrario veri nominis haereſim fuiſſe, quae perpaucis annis, pauciſque obſcuri admodum nominis adſectatoribus perduravit, haud levioribus quidem argumentis, plerique alii propugnarunt: e. c. *Hincmarus* proxime land. & alias, *Sirmondus* in ſuo *Praedeſtinato* (ſed hic tamen commentarius non eſt ejuſdem apud omnes Criticos authoritatis) & in hiſt. Praedeſtinatiana, *Franc. Porter* in Syſtem. decretorum dogmat. ad Sec. v. cap. 3. *Cellotius* in ſpiſſo comment. de hiſt. Godeſcalchi Praedeſtinatiani, *Nat. Alexander* in hiſt. eccl. ad Sec. v. diſſ. 5. *Claud. Fraſſen* in Scoto Acad. t. 1. tr. 2. diſp. 3. ar. 1. ſect. 2. *Ducheſnius* in hiſt. Praedeſtinatianiſmi l. 2. per tot.

Tum eam ſimpliciter adſerunt *Tiro Proſper* in chronico, quod exſtat inter opera *Pitoei*, & alibi; (ſed illud tamen Chronicon non ſemel enormiter peccat apud adprime Criticos) *Arnobius* junior, qui fl. circ. 460. in expoſitione Pſalmi 103. *Gennadius*, & *Sigebertus* proxime laudati: plerique hiſtorici cum *Baronio* ad an. 490. a n. 17. ibique *Pagius* in Critice: Haereſeologi, cum *Caſtro* de haer. art. *Praedeſtinatio*, haer. 1. *Sandero* de viſib. monarch. l. 7. ad an. 526. *Gualtero* ad Sec. v. in collat. vet. error. cap. 26. alii demum cum *Bellarmino* de ſcript. eccl. in Arnob. Afro, *Ruizio* in comment. de Praedeſt. diſp. 5. ſect. 1. n. 4. Cl. V. *Laur. Alticotio* in ſumma Auguſtiniana par. 6. in Praefat. de Praedeſtinatianis. Conf. in hanc rem *Jo. Alb. Fabric.* in delectu argument. & ſyllabo ſcriptor. de verit. religionis chriſt. c. 16. p. 403. & *Jo. Georg. VValchius* in miſcellan. ſacris l. 3. exercit. 8. §. 11.

Porro Quaeſtio haec, perpenſis omnibus, videtur Problema aeque utrinque probabile. Non vacat eam exacta diſcuſſione definire. Utriuſque partis argumenta profert, mediamque inire viam videtur eruditus *Aguirrius* in Defenſione Cathedrae S. Petri tr. 1. diſp. 8. a n. 79. eum adeas, nec pigebit. Sed nec deinceps praetereunda documenta alia, quae rei intelligendae, exponendaeque plurimum juvant, e. c. *Lucidi* Presbyteri libellus, aut confeſſio miſſa ad Gallicanos Antiſtites, & Epiſtola *Fauſti* Rejenſis Epiſcopi ad eundem Lucidum.

II. Primus ex tribus praefatis articulis, Praedeſtinatianis adſcriptis, ſi recte exponatur, non error eſt, ſed aperta veritas. Certum enim eſt, quod ſi quis propter peccata deſtinatus a Deo ſit ad mortem aeternae damnationis, nihil ei proſit bonorum operum labor ad damnationem totam reipſa evadendam, eſto ipſi ad alios optimos fines maxime proſint, e. c. ut Deo placeat, ſupernas virtutes adquirat &c.: ac ſimul e contrario

ſi quis

VI. *Joannes Erigena*, gente Scotus, doctrina & eruditione clarus, fato functus an. Chr. circ. 883. arguitur a plerisque prave, immo haeretice de divina Praedestinatione sensisse in suo commentario de Praedestinatione adversus Godescalchum exarato (*f*) utpote Pelagii, Coelestii & Juliani per omnia sectator (*).

si quis ad gloriam fuerit praedestinatus, nulla peccata praecedentia Dei praedestinationem irritare poterunt, quominus ejus effectum adsequatur, esto eadem peccata ex aliis capitibus male operanti vehementissime noceant. Quis haec dubitet?

Ceterum cautissime hoc effatum pronuntiandum est; nec enim omne verum quolibet modo apud imperitos efferendum; ne videlicet ullo pacto vel boni a bonis avocentur, aut mali provocentur ad mala: quemadmodum in simili ab *Augustino* docemur. Is enim sibi objicientibus hanc, quam protulerat thesim, *si qui obeditis, si praesciti estis rejiciendi, obedire cessabitis*, haec reponit in l. de dono persev. c. 22. *nempe hoc verissimum est, ita sane; sed improbissimum, importunissimum, incongruentissimum, non falso eloquio, sed non salubriter valetudini humanae infirmitatis adposito.*

III. Porro *Usserius* primum, ac deinde *Jansenius* mox memorati, hujusque sectatores exinde tanquam sollemne commentum rejecerunt quamlibet Praedestinatianismi haeresim, Lucido, aut alii ex vetustioribus tributam, quod pro orthodoxis habuerint opiniones iis adfictas de Praedestinatione ac Reprobatione necessitantibus, de gratia sufficienti, reprobis concessa, de Christo Domino non mortuo pro reprobis.

Et vero ejusmodi opiniones quis inter catholicos erroneas atque haereticas non dixerit? Itaque Praedestinatianismus hoc sensu adceptus reapse exstitit, in iis nempe, quibus eaedem vere adscriptae sunt: subinde protinus depellendi tanquam erronee sentientes Usserius, ejusque socii.

Dum vero apud Orthodoxos Doctores controvertitur de veteri aliquo Praedestinatianismo, in id unice verti debet quaestio, num scilicet hominum coetus aut secta fuerit, quae erronee dedita opera pugnarit adversus dogma Praedestinationis aut Reprobationis. Et haec quidem est tota quaestio, totusque vertex problematis, quod nuper proposuimus, nec definire libuit.

IV. Multus quidem est laud. *Duchesnius* in contexenda, exornandaque Praedestinatianismi historia. Ego vero ipsam, quod nostrum institutum spectat, ad brevia capita revocarem. Eos nempe unice dicerem rigidos Praedestinatianos, aut etiam Reprobatianos (hoc est pugnantes in divinam Reprobationem) qui unum quodlibet ex iis capitibus defendendum susciperent.

Videlicet 1.° Deus quos reprobat, cogit & necessitat ad crimina, quae sublequatur aeterna damnatio; quemadmodum electos necessitat ad bona opera, quae consequitur coelestis beatitudo: 2.° reprobis denegat Deus gratiam sufficientem: 3.° Christus nec redemit reprobos, nec pro eis sanguinem effudit: 4.° soli electi, minime reprobi, sunt membra militantis Ecclesiae Christi.

En equidem tibi Praedestinatianismi ac Reprobatianismi, quos effingere possimus, caracteres praecipuos.

(*f*) Hic exstat ap. *Mauguinum* in Vindiciis Praedestin. & gratiae & ap. *Biblioth.* Veter.PP. Lugdun. Editionis. tom. 15.

ADNOTATIO.

(*) ITa *Prudentius* Trecensis Episcopus in Praefat. libri contra Joan. Scotum, & in eodem libro passim; tum *Florus* quidam nomine *Ecclesiae Lugdunensis* in libro altero adversus eundem Scotum. (Exstat ibidem uterque liber ap. *Maug.* & *Bibl.*) Hisque cum plausu adcinit laudatus *Mauguinus* tom. 2. in historica & chronica Synopsi ad an. 851. sqq. & vulgo ceteri, qui causam pro Godescalcho contra Hincmarum Remensem Archiep. oppido defendendam susceperunt; hi nempe adversus personam & scripta Erigenae mirum in modum frequenter infremunt.

Alii vero, qui cum *Cellotio* in hist. Godescalchi opusc. 8. per tot. partes Hincmari contra Godescalchum haud minus ardenter tuentur, & personam & doctrinam Scoti pluribus commendant, adscitis aliunde testimo-

VII. *Godeſcalchus*, aut *Gotteſcalchus*, aliquibus Belga, aliis Gallus, Monachus Benedictinus in coenobio Orbacenſi Dioeceſeos Sueſſionenſis, ſuo aevo famoſus, variae fortunae vir, qui obiit an. circ. 860., adcuſatus, a Conciliis proſcriptus, virgis caeſus, carceri per annos xx. mancipatus eſt, judicante ac praefervide procurante *Hincbmaro* Remenſi Antiſtite: quod videlicet innovarit, ac propoſiti tenax defenderit Praedeſtinatianorum haereſim, etiam quoad articulum, quem huic ſecundo loco adſcriptum fuiſſe nuper retulimus; tum quod ipſe addiderit, Deum & quoſdam ad vitam aeternam, & alios ad mortem aeternam praedeſtinaſſe (*g*)(*). VIII. *Ho-*

moniis, e. c. a *VVeſthmonaſterienſi*, *Malmeſburienſi*, *Anaſtaſio* Bibliothecario, *Trithemio*, *Baronio*, *Pitſeo*. Vellem equidem ne pugnatores in hac contentione tanto abriperentur partium ſtudio, tantoque exarderent oeſtro; adeo ut non ſemel in chriſtiano certamine chriſtiana caritas deſideretur.

Quidquid vero adverſarii inclamitent; mihi laudatum Erigenae commentarium accurate, candidequa perlegenti formalis in divinam Providentiam error notandus occurrit nullus. Nihilo tamen ſecius maturius hac de re judicium acutioris ingenii Doctoribus demiſſe relinquimus.

(*g*) Conf. *Hincmarus* in laud. diſſ. ac in eiuſdem epiſt. ad Egilonem, in t. 2. ejus operum epiſt. 25. pag. 293. & quam recitat *Mauguin.* cit. tom. 2. a p. m. 237. edit. Pariſ. 1650. tum *Mabill.* in Annal. Benedictin. t. 2. ad an. 848. a n. 70.

ADNOTATIONES.

(*) I. HOc idem cenſent ac Godeſcalchum rigidioribus Praedeſtinatianis adnumerant quotquot Hincmaro in hac celeberrima controverſia favent, cum *Cellozio* in hiſt. Godeſcalchi per v. libros & Adpendicem miſcellaneam, & *Ducheſnio* cit. l. 2. c. 3. ſqq. At refragantur invicte qui ſtant a Godeſcalcho, iſtiuſque perſonam ac doctrinam aut commendant, aut ſaltem a tot ſibi per adverſarios imputatis criminibus partim immunem volunt, atque adeo ultra modum injuria plexum, cum laud. *Mauguino* in tom. 2. paſſim in Synopſi & Diſſertatione, & in haereſeos, aut fabulae Praedeſtinatianae confutatione; tum *Contenſonio* in theol. t. 1. l. 8. in adpend. de Praedeſtinatianis §. 3.

Godeſcalchanam Hiſtoriam permulti una cum mox laudatis Scriptoribus enarrant. Ceterum, ut video, unuſquiſque prout adfectus eſt, & vel Hincmarum amat, vel Godeſcalchum, res exaggerat, aut deprimit; adcuſat, ſeu vindicat; arguit, ſive commendat. Ea fortaſſis Acta ingenue & candide, ſi quis alter, evulgavit *Gerard. Joan. Voſſius* in hiſt. Pelagiana l. 7. parte 4. exſtat inter ejus opera tom. 6. a p. m. 218. edit. Amſtelodam. 1701. ut mittam conſodalem ſuum *Mabillonium* mox cit. & rurſus in tom. 3. eorundem Annalium ſparſim; qui plane in omnibus doctus, modeſtus, candidus, & adcuratus eſt. Eos conſulito.

Ego quidem, perpenſis omnibus, in hac ſum ſententia; ut nempe exiſtimem, Godeſcalchum nec adeo pravum, infanumque fuiſſe, ut ab ejus hoſtibus occlamatur, nec adeo deinde innocentem, & crimine immunem, ut a nonnullis confidenter adſertum eſt.

II. Quod ſpectat ejus errores circa Deum Praedeſtinantem haec ſtatuamus oportet. 1.° ex Hincmaro ſaepe laudato adſerit, quod eſt in Deo duplex Praedeſtinatio, aliquorum ſcilicet ad vitam aeternam, aliorum vero ad aeternam mortem: tum quod Deus non voluerit omnes homines ſalvos fieri, ſed eos duntaxat, qui ad gloriam praedeſtinati ſunt & ſalvantur, adeo ut nonniſi eorum fuerit Chriſtus ſua morte ac ſanguine reparator.

Et vero ex iis duobus adſertis primum vere catholicum eſt, ac nota haereſeos falſo per Hincmarum alioſque inuſtum, ut optime animadvertit *Eccleſia Lugdunenſis* in lib. de tribus epiſtolis cap. 41. ap. *Bibl.* PP. Lugd. t. 15., ſecundum vero ſine dubio haereticum eſt, & in Janſenio damnatum; poſito nempe, quod omnem omnino voluntatem ſalvandi, ac redimendi deſtinatos ad mortem excludat a Deo, quemadmodum mihi Godeſcalchus excluſiſſe creditur, quidquid benignius ſentire videatur ex Lugdunenſis Eccleſiae interpretatione *Mauguin.* in diſſ. hiſtor. & chronica capp. 28. & 29. Verum Godeſcalchus

in

VIII. *Honorius* Auguſtodunenſis Presbyter, qui magna probitatis ac doctrinae laude clarebat an. 1080., in dialogo de Praedeſtinatione & libero arbitrio, quem inſcripſit *Inevitabile*, haec adſeruit, *quemadmodum ignis neceſſario calet, glacies friget, ſic neceſſario omnes ad regnum Dei praedeſtinati, ſalvi fient*: item, *quid meretur homo niſi malum, vel pro quo merito exſpectat quis a Deo praemium? quidquid electi boni operantur, Deus in eis operatur*, atque ejuſmodi plura ſparſim in toto dialogo: demum *qui merguntur in ſtagnum ſulphuris & ignis, magis ſecundum Dei judicia, quam propria merita illuc retruduntur*. Ita quidem in dialogo, quem primum edidit *Georg. Caſſander* Coloniae an. 1552. His vero, ut nemo non videt, neceſſitatem impoſuit operibus bonis electorum, & pravis reproborum; ac inſuper quodlibet ablegavit meritum a libero arbitrio (*).

IX. *Cathari*, qui vigebant ſub an. 1220., tenuerunt quod Praedeſtinatio neceſſitet electos ad bene agendum, adeo ut ii neceſſario, hoc eſt neceſſitate antecedente per Dei ordinationem inducta ſalutem conſequantur. Addebant, Deum velle ſolos electos ſalvos fieri (*h*).

X. *Thomas Bradvvardinus*, alias adpellatus, in tractatu de cauſſa Dei admiſit Praedeſtinationem & Reprobationem neceſſitantes antecedenter liberum arbitrium, ſeu iſtud antecedente quadam neceſſitate cogentes. Et id quidem ceteroqui liquido deſcendit ex iis ſuae doctrinae theſibus.

1. *omnia quae ſunt, fiunt, eveniunt; ſunt, fiunt & eveniunt de aliqua neceſſitate, ipſa naturaliter praecedente* (*i*). 2. *omnia, quae eveniunt, evenient de neceſſitate cauſſae primae, neceſſitate ſcilicet agentiae, ſive activitatis*,

in ſua prima confeſſione, ac in ſecunda prolixiore, quas habes ap. *Maugin.* tom. 1. a p. 7., ubi adſertum primum ſedulo profitetur & pluribus confirmat, vel ne quidem innuit ſecundum.

2.° addit ſaepe Hincmarus, primum illud adſertum jam pridem a Praedeſtinatianis tanqaam haeretice ſapientibus effuſum fuiſſe. Veruntamen pace Viri ceteroqui in ſacris literis & eccleſiaſticis diſciplinis eruditiſſimi, nullus, quem viderim, nudum illud adſertum iis, quos evocat priſcos Praedeſtinatianos, tanquam haereſim adpinxit.

ADNOTATIO.

(*) ET vero detecta fraus eſt acerrimi hujus Calviniſtae, Honorium ad ſua caſtra impudenter pertrahentis, a *Joan. Conen*, Priore coenobii Praemonſtratenſis S. Mariae in Tongerlo, producto eodem dialogo, ac fideliter exſcripto e MS. Bibliothecae ejuſdem coenobii; in quo equidem nihil tale repertum eſt, immo potius doctrina eccleſiaſticis dogmatis undecumque conſentanea.

Exſtat ſanus hic dialogus apud magnam *Biblioth.* PP. Colonienſem an. 1622. tom. 15. a p. 297. cum Praefatione ejuſdem Conen, qua Caſſandri audacia pro merito perſtringitur ac enervatur.

Vide hominis ingenium. Ait hic editor, ſuum codicem lacunis plurimis ſcatuiſſe, quas equidem omnes ipſum ſupplere operae pretium fuiſſe. Et haec ejuſdem ſupplementa: nempe Calviniſticum de Praedeſtinatione & Gratia irreſiſtibili vi cogentibus, atque de libero arbitrio ſic coacto ſyſtema.

Verum maculatum dialogum purgavit jam orthodoxae bibliothecae codex, & illatam Honorianae doctrinae injuriam vindicavit egregie Conen, omnino conſulendus. Rem ipſam pluribus expoſuit laud. *Duchesnius* l. 4. c. 1. c. 15 cum Notis Cl. Editoris *Ricchinii*.

(*h*) Conf. *Monetam* in comment. adv. Catharos & Valdenſ. l. 1, c. 4. §. 2. & l. 5.

(*i*) In l. 3. ejuſdem tractatus c. 2.

tatis, ſeu efficaciae in agendo, & ideo neceſſaria & inevitabilis in cauſſando, immo & ipſamet neceſſitas antecedens (k). 3. aliqualis neceſſitas antecedens, & libertas ac meritum non repugnant (l). 4. quis unquam ponens neceſſitatem in cunctis futuris, ponet eam tantum in finibus, & non in mediis ad hos fines? (m) 5. divina voluntas eſt univerſaliter efficax... efficax in omnibus (n). 6. quidquid qualitercumque non eſt, Deus non vult illud ſic eſſe (o). 7. Deus conditionaliter nihil vult. (p) (*)

XI. *Joan. Wicleffus* docuit, quod Praedeſtinatio ſit forma catholicam Chriſti Eccleſiam conſtituens, quam propterea definiit *congregationem Electorum*, cujus nempe congregationis ſoli Electi ſint membra (q) (*). Addit,

(k) Ibid. c. 27.
(l) In citato c. 2.
(m) In eodem l. 3. c. 29.
(n) Ibid. c. 52.
(o) Ibid. c. 23. corol. 8.
(p) L. 2. cap. 30.

ADNOTATIO.

(*) Vides quot, quantaque abſurda complectatur doctrina, his, pluribuſque id genus capitibus comprehenſa in commentario Bradvvardiniano, Londini edito a *Savilio* ſub an. 1618.

Porro Editor operis poſthumi Antonini Reginaldi de mente Concilii Tridentini circa gratiam ſe ipſa efficacem, in Praeloquio operi praefixo pag. 14. ad Bradvvardinum cum laude provocat, tanquam Dominicanum Conſodalem, ac ſuae Praemotionis Fautorem in tertio, quem citavimus, libro de cauſſa Dei.

Quin etiam *Dupinius*, neſcio qua critice ductus, in biblioth. ſeu hiſt. controverſ. Seculi XIV. in Bradvvardino p. m. 265. edit. Pariſ. 1701., adſerit, eum in citato commentario ſtrenue ſubſtinere principia SS. Auguſtini ac Thomae ſuper Omnipotentia & operatione Dei circa actiones creaturarum.

Secus autem & valde ſecus plerique ceteri Doctores orthodoxi de eo judicant; tametſi nullus, quem ſciam, in ſuſpicionem vocet Bradvvardini orthodoxiam. Recole dicta *ſuperius* p. 229. Adnotatione I.

(q) Ap. *Th. Valdenſ.* in doctrinali fid. t. 1. l. 2. art. 2. c. 8. & 9. ex *VVicl.* l. de Antichr. c. 1.

ADNOTATIO.

(*) VVIcleffo ſic a vero enormiter aberranti facem quodammodo praetuliſſe dixerim *Adamianos* quoſdam, ſeu *Adamitas*; ac deinde *Donatiſtas*. Quatenus nempe priores eum ſectae alumnum, qui in culpa lapſus eſſe videretur, in conventum ſuum minime amplius recipiebant; illum enim, ajebant, Adamum eſſe, qui de ligno comederit, atque e Paradiſo, hoc eſt Eccleſia ſua exterminandum; quippe eam Eccleſiam, & unice veram & Paradiſum eſſe, qui nullm poſſet improbum capere, perridicule ſtatuebant, ap. *Epiphan.* haer. 52. n. 2.

Poſteriores vero praefervide pugnarunt adverſus Catolicos Epiſcopos, veram Chriſti Eccleſiam bonos undique continere, haud quaquam improbos; Eccleſia quippe, teſtante Apoſtolo *Eqheſ.* 5. non habet maculam, neque rugam, aut aliquid ejuſmodi, ſancta & immaculata eſt. Ita Sectae nomine pluribus diſputavit *Habetdeus*, Donatiſtarum Epiſcopus, in Collatione 3. Carthaginenſi §. 257. p. 313. in t. 1. Operum S. Optati Milevit. edit. Dupinianae de an. 1702. Sed Habetdeum tamen nervoſe ibidem prae ceteris confutavit Hipponenſis Praeſul & Athleta *Auguſtinus*. Confer reliquum ejuſdem Collationis.

Jam vero qui bonos duntaxat inter Eccleſiae membra connumerarunt, & eos tacite ad coeleſtem Beatitudinem Praedeſtinatos futuros eſſe cenſuerunt.

Addit, tale esse Praedestinationis donum, ut vi illius nunquam Electus a gratia sanctificante excidere possit, immo si prolabatur in peccatum lethale, quod ipse adserit esse veniale, quatenus aeterna morte non plectetur, illud cum gratia insimul consistit (*r*).

Hoc vero postremum Magistri placitum, utpote valde durum & exoticum, mollire tentantes discipuli, dixerunt, quod illa caritas in graviter peccante remitti possit, non vero exscindi: non est penitus amissibilis, inquiunt, sed quodammodo stupidam fit, ad modum pedis humani, quem vulgariter dormire dicimus, quum tunc temporis sensum non amittat, sed ejus officium (*s*). Quod demum hic Author tenuerit Praedestinationem, uti & Reprobationem antecedenter necessitantes liberum arbitrium, notum est, praeter alia, ex eo duplici axiomate sibi certo, nempe *Deus necessitat creaturas singulas activas ad quemlibet actum suum* (*t*) & *omnia quae evenient, necessario absolute evenient*. (*u*)

XII. *Joan. Hus*, in Pragensi Academia Magister Artium & Rector, Wiclefi notissimus Sectator; ob suos errores tanquam pertinax Haeresiarches cum suis scriptis ab oecumenico Concilio Constantiensi damnatus, prophanoque Judici traditus vivicomburio plexus an. 1416. 31. Maii, Magistrum Wicleffum exposuit, docens, quod gratia Praedestinationis est vinculum, quo corpus Ecclesiae, & quodlibet ejus membrum jungitur Christo Capiti insolubiliter. Heinc quoque universalem Ecclesiam definiit *Praedestinatorum Universitatem* (*x*).

Eundem errorem tenuit & scripsit, Vir cetera perdoctus & pius, *Augustinus de Roma*, Archiep. Nazarenus, fato functus an. 1445. sed eum cum aliis ejusdem erroribus damnavit Conc. Basileense sess. 22. (*y*).

Tum alii insuper subcessivis temporibus amplexi sunt, cum *Joan. Pridaux* Anglo, Oxoniensi olim Professore Theologo, ac deinde Episcopo Wigornensi (*z*).

XIII. *Lutherus* Praedestinationem quandam liberum arbitrium necessitantem effinxit, ubi inquit „ *Deus* quum tales nos sciverit futuros, „ talesque nunc faciat, moveat, gubernet, quid potest fingi quaeso, „ quod in nobis liberum sit, aliter atque aliter fieri, quam ille praesciverit, aut nunc agat? Pugnat ergo ex diametro Praescientia & „ Omnipotentia Dei cum libero nostro arbitrio (*a*). Circa rigidum Praedestinatianismum Lutheri, ejusque Adsectatorum consulendi *Bossuetius* (*b*) *Jurius* (*c*) laudatus *Ducheſnius* (*d*).

XIV. *Phil. Melanthon* clarius Magistri sensum expressit in haec verba

(*r*) Idem refert & confutat laud. *Valdens.* in t. 2. ubi de Sacram. Poenit. c. 155. & 160.

(*s*) *Vald.* ibid. c. 162.

(*t*) In Trialogo l. 2. c. 13.

(*u*) Ibid l. 4. c. 13.

(*x*) In articulis Joan. Hus, damnatis a C. Constant. art 1. 2. 6. 21.

(*y*) Conf. *Nat. Alex.* Sec. xv. cap. 11. art. v.

(*z*) In fasciculo controversiarum, ubi de Membris Ecclesiae quaest. 1. & 2.

(*a*) De servo arbitrio contra Erasm. Exstat in tom. 2. eju. Oper. edit. Jenensis.

(*b*) In admonitione ad Protestantes p. 100. sqq.

(*c*) In consultat. de ineunda pace p. 209 sqq.

(*d*) In l. 4. c. 6. sqq.

ba (*e*) . „ Qui potui diſſimulare ſententiam Scipturae de Praedeſtinatio„ ne, quando voluntati noſtrae libertatem per Praedeſtinationis neceſſi„ tatem adimit Scriptura? Tum ſi ad Praedeſtinationem referas huma„ nam voluntatem, nec in internis, nec in externis operibus eſt ulla „ libertas, ſed eveniunt omnia juxta Praedeſtinationem divinam.

XV. *Anonymi*, vulgares & idiotae homines, in Hollandia & Phriſia vulgarunt ſub an. 1534., quod nulli hominum bonum profit opus aut malum obſit, quum omnia ex ſola Dei praeſcientia & Praedeſtinatione pendeant (*f*).

XVI. *Michael Servetus* docuit „ nunquam aliquem Judaeorum ele„ ctum aut praedeſtinatum fuiſſe ea electione, qua nos praedeſtinavit „ Deus, ut liberam adoptionem filiorum Dei reciperemus „. (*g*)

XVII. *Anonymi* ſub idem tempus dogmatizarunt „ juſtificationis gra„ tiam nonniſi praedeſtinatis ad vitam contingere, reliquos vero om„ nes, qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non adcipere, utpo„ te divina poteſtate praedeſtinatos ad malum (*h*).

XVII. *Calvinus* hocce procudit de Praedeſtinatione Syſtema, ex priſcarum haereſeon centonibus conſarcinatum. 1.° ſicut quidam ſunt homines, aeterno Dei decreto ad vitam, ita & alii ad interitum praedeſtinati, citra ullum ipſorum meritum aut demeritum (*i*)... 2.° hoc decretum adeo firmum eſt ac immobile, ut omnem tollat arbitrii noſtri libertatem in Praedeſtinationis ac reprobationis negotio, nec ullo pacto in noſtra ſit poteſtate perire, aut ſalutem conſequi; ſic ut inevitabili quadam neceſſitate ii pereant, illi vero ſalvi fiant (*k*)... 3.° Deus ex vi primi illius decreti, quo aliis vitam, interitum aliis praedeſtinavit, abſolute voluit, ac praeordinavit lapſum Adae, totiuſque humani generis, ut inde occaſionem adriperet ſuam circa reprobos juſtitiam & circa praedeſtinatos miſericordiam exercendi (*l*).

4.° ſoli praedeſtinati, non reprobi, vocantur ad fidem & juſtitiam, quam ſemel adceptam amittere nequeunt (*m*)... 5.° ſoli praedeſtinati in Eccleſia ſunt & ad eam pertinent (*n*)... 6.° ex vi decreti praedeſtinantis omnia electorum peccata ſunt venialia, quatenus veniam merentur, nec ipſis imputantur; reprobi tamen ex vi reprobantis decreti incitantur a Deo ad peccata, e quibus nullum eis remittitur (*o*). Quin etiam ſummam horum fere omnium capitum ſaepius inculcat & pro-

(*e*) In priore editione de locis commun. cap. de libero arbitrio.

(*f*) Errorem refert & confutat *Caſtrus* art. *Praedeſtinatio.* ſub init. Recole nuper dicta ſub art. v. ubi de Praedeſtinatianis, Adnot. II.

(*g*) Sic ille in lib. de Legis & Evangelii differentiis.

(*h*) Errorem prodit ac damnat *C. Trid.* ſeſſ. 6. can. 17. poſt *C. Arauſic.* II. c. 25.

(*i*) In Inſtitutionibus chriſtianae religionis ex Edit. Amſtelodamenſi 1667. l. 23. cap. 21. §. 5. 7. & c. 22. §. 3. 11. & c. 23. §. 1.

(*k*) L. 3. Inſt. c. 21. §. 7. & c. 23. §. 6. 8.

(*l*) Inſt. c. 23. §. 4. 7.

(*m*) L. 3. Inſt. c. 21. §. 7. & c. 22. §. 10. & c. 24. §. 12. et alias.

(*n*) Colligitur ex l. 3. Inſt. c. 24. §. 10. & l. 4. c. 1. §. 2.

(*o*) L. 2. Inſt. c. 8. §. 59. & l. 3. c. 4. §. 28. & l. 4. c. 1. §. 20. 21.

promovet Haereſiarches, e. c. in tr. de Scandalis a §. *Quod vero*; tr. de aeterna Dei praedeſtinatione paſſim, tr. de occulta Dei providentia, & in hujus Apologia adverſus calumniatoraem nebulonem. Exſtant omnes in tomo 8. ejus operum mox laudatae. dit. Amſtelodam. (*p*) (*)

Ducem ſuum ita de Praedeſtinationis arcano diſſerentem turba multa Calvinica comminus ſequuta eſt, cum *Theodoro Beza* (*q*) *Joan. Piſcatore*, Herbornenſi Profeſſore (*r*) *Supralapſariis*, & vulgo *Gommariſtis*, alias *Contraremonſtrantibus*. (*s*)

Et vero pleraeque Calvinianorum Sectae praefatum Ducis ſyſtema, vel penitus abjecerunt cum *Arminianis*, Authore *Jacobo Arminio* (*t*), vel maxime mitigarunt & mollierunt cum *Sublapſariis* nonnullis benignioribus, praeſertim circa Reprobationem independentem a peccato praeviſo, immo ad iſtud compellentem; eſto quoad alia capita conveniant, e. g. adſerendo Electis de ſua praedeſtinatione certitudinem, ac eos unice definiendo Eccleſiae membra. Id quod liquet perſpicue ex Actis & Canonibus Pſeudo-ſynodi Nationalis *Dordrechtanae*, inchoatae menſe Novembri 1618. ac terminatae menſe Majo 1619., ac permultis e diverſis factionibus Calviniſtarum ſuffragiis oppido confirmatis (*u*). Tum ex fidei Confeſſionibus aliarum ejuſdem furfuris Eccleſiarum; puta *Helveticae*, *Gallicae*, *Scoticanae*, *Palatinae*, *Bohemicae*. (*x*)

Porro *Retorfortis* alias laudatus Calvini & Bezae ſententiam de Reprobatione cum mitiore altera recentiorum Calviniſtarum pluribus con-

(*p*) Conferendus *Duchesnius* in Hiſt. Praedeſtinatianiſmi l. 5. a c. 2. ad 4.

ADNOTATIO.

(*) FOrtaſſe quiſpiam pro Calvino cauſſam ſuſceperit circa primum ei adſcriptum errorem. Quoniam noſtrates multi ex omni pene Schola catholice defendunt, Deum antecedenter ad quamlibet meriti ac demeriti praeviſionem homines ad beatitudinem & poenam aeternas deſtinaſſe, ex inferius adferendis; quippe qui Deo prorſus gratuitam electionem & reprobationem adjudicant.

Enim vero in ſenſum Calvini, prout aliae ejuſdem theſes evincunt, ita decretum Dei citra meritum ac demeritum praedeſtinat, ut non adtendat, immo conſulto excludat meritum quodcumque praemiandum, demeritumque puniendum. Quin etiam ipſum decretum & electum ad meritum, & reprobum ad demeritum vi quadam ineluctabili compellit. Ab his vero Doctores omnes Catholici penitus abhorrent, Fide Magiſtra. Jure igitur erroris, & quidem tyrannici ac impiiſſimi Haereſiarchen arguimus. Plura in hanc rem conſulendus *Petav.* theol. dogm. l. 10. de Praedeſt. a cap. 6. ad 9.

(*q*) In lib. de aeterna Dei praedeſt. adverſ. Sebaſtian. Caſtellionem, art. 9. & alias.

(*r*) In lib. Notarum ad Conradi VVorſtii amicam collationem ſect. 133. & alias.

(*s*) Liquet hujus factionis doctrina ex variis eorumdem tractatibus, quos *Amſtelodamenſe Specimen* adlegat.

(*t*) In Apolog. ſuper 31. articulis ſibi objectis, & in collatione cum Franc. Junio de Praedeſtinat. & in nonnullis articulis, ubi de Praedeſt. & alias; haec autem omnia exſtant inter ejuſdem Arminii opera excuſa Lugduni Batavorum 1629.

(*u*) Exſtant in Corpore & Syntagmate Confeſſionum fidei, quae in diverſis regnis & Nationibus, Eccleſiarum Proteſtantium nomine fuerunt authentice editae, Genevae excuſo 1654.

(*x*) Exſtant pariter in eodem corpore ac Syntagmate.

ciliare nititur, verum, me judice, parum feliciter (y).

XVIII. *Socinus* haec tenuit. 1.° Deus genus quoddam hominum, non autem certos quosdam homines nominatim ad aeternam salutem elegit (z). 2.° Iidem ad aeternam salutem Electi perire possunt (a). Eos errores confutat laudatus *Calovius* (b).

XIX. *Ambrosius Catharinus*, Compiae Archi-Antistes, famosus Tridentinae Synodi Pater, vita functus an. 1553. 8 Nov., temeritatis & erroris insimulatur a pluribus (c) quod novum & absurdum, ut ajunt, ciderit de divina Praedestinatione systema (d).

Videlicet duos hominum salvandorum ordines distinguit: primum eorum, qui eximie a Deo electi sunt ante omnem meritorum praevisionem, puta Ss. Deiparam, Praecursorem Baptistam, Apostolos, quibus tanta, tamque efficacia obtinendae saluti media gratiae largitur Deus, ut fieri nequeat, quin ad aeternam vitam perducantur: alterum vero eorum, qui communi providentiae relicti, communibusque tantum auxiliis suffulti, praescinuntur a Deo ex meritis salvandi, at non ex speciali decreto efficaci & absoluto, quamlibet meritorum praesensionem antecedente.

Quocirca istorum numerus, apud Catharinum, certus non est, nec determinatus in Dei providentia pro eo tempore, quo adhuc sunt in via. Ex iis autem aperte consequitur, multos non praedestinatos ac reprobos ad salutem pervenire; ac insuper non omnes, qui reapse beantur, ad beatitudinem electos fuisse: quo quid magis absurdum dixeris, ac saltem errori magis adfine? (*)

XX. *Ja-*

(y) Eum consule in Disput. Scholast. de div. Provid. cap. 18. ac judex esto. Neque vero praetermittendus *Petav.* plura in hanc rem differens l. 10. de Praedest. cap. 11. nec item *Duchesn.* proxime adpellatus, cap. 6. sqq. Sed ex iis multa Reprobationem spectant: quae tamen pene inseparabilia dixeris a materia de Praedestinatione.

(z) In praelect. theolog. c. 13.

(a) Ibid. c. 12. & 13.

(b) In Anti-Socin. t. 2. ubi de Praedestin. a p. m. 244.

(c) Cum *Dominico Soto* in cap. 9. epist. ad Rom. in digressione de Praedestin. *Ant. Cordubensi* l. 1. q. 56. *Barthol Camerario* in dial. catholico, cap. 10. *Bannezio* 1. p. q. 23. art. 7.

(d) In l. 1. de Praedest. Dei cap. ult. & l. 3. c. 1. & 2.

ADNOTATIO

(*) COmplures e Schola Theologi, tum e veteribus cum *Vaz.* in 1. p. disp. 90. tere per tot. tum e junioribus cum *Tournel.* de Deo q. 22. ar. 1. sapientissimum Catharinum ab omni erroris macula jure purgant; esto expositam ejus opinionem ut probabiliter falsam merito oppugnent. Errat ergo *Bertius* ubi confidenter quasi ex tripode pronuntiat, *erravit* Catharinus *omnium judicio sollemniter*, de theol. discipl. l. 6. c. 2. sub init.

Equidem principio in duplicis ordinis salvandorum systemate fere prorsus idem, quod Catharinus, senserat *Ockamus* in 1. sent. dist. 41. q. 1. & *Gabriel* in 1. etiam, dist. 41. q. 1. art. 2. Insuper de salvandis, qui secundum eum ordinem constituunt, dixit Author non esse praedestinatos, hoc est eximie, & ante quamlibet meritorum praevisionem, quales fuerant prioris ordinis electi; in ea quippe significatione particulam *prae* vocis *praedestinati* sibi placuit usurpare, denotantem utique

que

XX. *Janſenianus Author* Auguſtini Iprenſis vindicati, editi ſub an. 1711. ſcripſit, quoslibet Chriſti fideles teneri quodam Dei praecepto ad credendum firmiter, ſe eſſe de numero Praedeſtinatorum (*e*).

Et heinc tandem ad theologicas Quaeſtiones ex more procedimus.

que praelationem & excellentiam.

Decernit tandem, quod eorumdem electorum numerus, quantumvis in divina praeſcientia certiſſimus, non tamen eſt certus in divina providentia; quatenus nempe haec certitudo dependet effective a finali ipſorum perſeverantia, ſibi libera, nec ullo efficaci Dei decreto praefinita. Ex doctrina vero ſic expoſita, eſto cetera perdifficili, nec nobis penitus probata, nullam plane conſequutionem erroneam ſubinduleris. Et quidem noviſſime *Amortius* in theol. t. 1. d. 6. q. 2. concl. 3. eam Chatarini ſententiam ut ſaltem non improbabilem amplexus eſt.

(*e*) Ad pag. 112.

---

553 QUAESTIO PRODROMA. Quid praeſupponendum circa Providentiam divinam Praedeſtinantem? ADSERO I. Definitur, *efficax Dei diſpoſitio, creaturam rationalem dirigens ad ſupernam Beatitudinem*, ſcilicet per ſuperna media gratiae (*f*). II. Eſt fide certa ex *Scripturis*, cum *Matt.* 25. 34. *Luc.* 12. 32. *Rom.* 1. 4 & 8. 29. & 30. & 1. *Cor.* 2. 7. *Epheſ.* 1. 4. 5. & 11. tum ex *PP.* cum *Aug.* (*g*) *Proſp.* (*h*) *Fulgen.* (*i*) *Damaſc.* (*k*) Eruiturque ex *C. Valentino* de an. 855. (*l*) & ex *Trid.* (*m*). III. Non eſt naturaliter demonſtrabilis, quum ſit ſupernaturalis, Deoque libera (*n*). IV. Eſt Providentia moralis ſpecialis, arcana quidem, & prae ceteris nobiliſſima Providentiis; ipſique propterea plura adplicanda ſunt ex iis, quae diximus de (*o*) Providentia morali. Sic e.g. Praedeſtinatio conſiſtit phyſice in actibus Dei intellectus, & voluntatis (*p*) &c. (*q*). QVAESTIONES DOGM. SCHOL.

554 Divinam hanc Providentiam, natura docente, ſubodorati ſunt, & quadantenus pene adſequuti Sapientes Ethnici. Videlicet qui ſtatuerunt animorum immortalitatem, ac ſubinde praemia, quibus probi homines a Deo, vel diis ſuis poſt hanc vitam donandi forent, (*r*) conſequenter arbitrari ac adſerere coacti ſunt, ea praemia non niſi divini interventu decreti fore donanda. Et en Praedeſtinantis, quam verſamus, Providentiae claram umbram & imaginem.

Jam vero praedeſtinans illud ſuorum Numinum decretum diſertis verbis tradiderunt nonnulli. At omnium inſtar unus audiatur priſcorum Sapientum antiſtes *Plato*, aureis hiſce verbis mundum adloquens

(*f*) Ex communi ſententia cum *Suar.* heic l. 1. c. 1. *Amic.* heic d. 15. ſ. 1. *Rui.* heic d. 1. *Arria.* d. 33. n. 2. *Rhod.* heic q. 2. ſ. 1. *Petav.* heic t. 1. l. 9. c. 1. *Aran.* heic d. 40. n. 5.

(*g*) De Praedeſt. SS. c. 10. & de bono perſerv. c. 14. & alibi.

(*h*) Ep. ad Ruffin.

(*i*) L. 1. ad Monim. c. 12. 13. & alibi.

(*k*) L. 2. de fid. c. 30.

(*l*) Can. 3.

(*m*) Seſ. 6. cap. 12. & Can. 15. & 16.

(*n*) De hac Providentia, ſicut & de reprobante, perplura & quidem ſelectiſſima *Petav.* de Deo l. 9. & 10. omnino conſulendus.

(*o*) Lib. I. ſparſim.

(*p*) Communius cum *Mol.* in 1. p. q. 23. d. 2.

(*q*) Vid. *Aran.* d. 40. a n. 6. ad 15.

(*r*) De iis magnum ferimus cenſum in Parte II. ubi de coelo Empyreo.

& inſtituens (s), *Lex & ſemper & nunc etiam exſtat apud deos, ut quicumque homines juſte, pieque vitam egiſſent, quum e vita migrarent, ad beatorum inſulas profecti in omni felicitate viverent, a malis longe ſejuncti: qui vero injuſte, impieque viviſſent, in punitionis, juſtique ſuppliciі carcerem, quem adpellant Tartarum, irent.*

CAPUT PRIMUM.

Expenditur natura Providentiae Praedeſtinantis.

555 QUAESTIO I. Quotuplex eſt? ADSERO. Solet dividi 1. in Praedeſtinantem ad beatitudinem ut coronam, id eſt in praemium meriti, quod eſt in Angelis, ac hominibus adultis; & ad beatitudinem ut hereditatem, id eſt ut fructum gratiae ſanctificantis, quae eſt in parvulis baptizatis. 2.° in materialem, ſeu radicalem, & eſt voluntas conferendi ſeriem gratiarum finaliter efficacium, quam gloria conſequitur; & formalem, quae eſt voluntas ita gloriam conferendi. 3.° in dogmaticam, quae (t) adcipitur heic pro ſola electione efficaci ad gloriam; & Auguſtinianam, quae importat actus intellectus, & voluntatis, prout eam *D. Aug.* (u) definivit, *praeſcientia, & praeparatio mediorum, quibus certiſſime liberantur quicumque liberantur.* (x)

556 QUAESTIO II. Unde ſit certa Praedeſtinatio, ſimulque libera praedeſtinato: adeo ut in ejus manu ſit praedeſtinari, ex effato, quod communiter decantatur, ut erutum ex operibus *D. Aug.* ſcilicet *ſi non es praedeſtinatus, fac ut praedeſtineris?* Sermo eſt de adulto; nam parvuli Praedeſtinatio, tota ab efficaci Dei decreto eſt, ac dependet. ADSERO. Certitudo provenit radicaliter a ſcientia media, & eſſentialiter ab efficacia decreti, ex directione ſcientiae mediae de finali adulti perſeverantia: quum autem haec libera ſit adulto, ideo hic impedire poteſt ſcientiam mediam de ſua perſeverantia, adeoque & decretum praedeſtinans, a ſcientia media directum. Itaque quum ſit in manu adulti perſeverare finaliter, eſt item & praedeſtinari; huic quippe perſeverantiae promiſit Deus infallibiliter Praedeſtinationem. Sic egregie primus *Molina* noſter Praedeſtinationis Myſterium cum libero arbitrio conciliavit (y), & poſt eum Schola noſtra (z). Concordia haec ſat probata oſtenditur ex ſuperioribus. (a)

QUAE-

(s) In Georgia. Ita lego hunc celebrem Georgiae locum cum *Alſtedio* in Encyclopaedia tom. 3. l. 24. ſect. 1. cap. 4. ſub fin; paullo aliter alii cum *Eugubino* de per. phil. l. 10. c. 22. ſub init.

(t) Ab *AA.* cum *Ortega* heic.

(u) In egregiis Libris de Praedeſt. contra haereticos c. 14 de bono perſever.

(x) Conf. *Muniſſa* in tr. de Provid. d. 8. n. 7. ſqq.

(y) In Concord. q. 23. ar. 5. d. 1. memb. 2.

(z) Cum *Compt.* heic d. 42. ſ. 3. *Les.* opuſc. de Praedeſt. ſect. 4. adſert. 5. n. 79. *Mun.* d. 16. a n. 10.

(a) Fere adcinit *Fraſſen* tr. 2. d. 3. ar. 1. q. 6. concl. 3. Conſul. *Maſtr.* heic d. 5. q. 4. a n. 280. & *Tourn.* q. 22. art. 4. concl. 4.

557 QUAESTIO III. Eſt ne creatura aliqua a Deo impraedeſtinabilis per propria merita; quae utpote praevideatur diſſenſura omnibus, & infinitis auxiliis intrinſece indifferentibus, quae Deus conferre poſſit? Varia varii (*b*). ADSERO. Non eſt moraliter poſſibilis haec creatura, inſpecta Dei omnipotentia, & ſcientia, cui ſunt infiniti, & miri modi vocandi hominem (*c*). Quod ſi illa ſit metaphyſice poſſibilis, & praevideatur de facto ſic diſſenſura, eſt tantum impraedeſtinanda; quia poteſt a Deo remote praedeſtinari, quatenus poteſt alicui auxilio conſentire, adeoque & praevideri conſenſura: ergo ex hac poſſibili praeviſione poſſet eam Deus ad gloriam efficaciter eligere (*d*). Neque id derogat Dei dominio; oritur enim ex natura creatae libertatis, cui ſponte ſua ſeſe adtemperant Dei libertas, & omnipotentia in iis, quae voluntati creatae determinanda Deus ipſe reliquit. Adeo tum a Deo, tum a creatura pendet adulti Praedeſtinatio. (*e*)

OBJECTIONES.

558 Obj. *primo*. Creatura ejuſmodi impraedeſtinabilis eſt etiam metaphyſice impoſſibilis. Nam 1.° ſic teſtantur Scripturae; ſiquidem ex Prov. 21. *Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud*. Ex Joan. 5. *Filius, quos vult, juſtificat*. Ex Matth. 3. *potens eſt autem Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahae*. Ex Eſth. 13. *in ditione enim tua univerſa ſunt poſita*. Quae omnia, & plura ſimilia in hunc ſenſum exponunt PP. & Interpretes. 2.° ſic teſtantur PP.; ſiquidem ex Auguſt. (*f*) *Deus habet humanorum cordium quo placuerit inclinandorum omnipotentiſſimam poteſtatem*: & (*g*) *quis tam impie deſipiat, ut dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, & ubi voluerit, in bonum non poſſe convertere?* Ex Hieron. (*h*) *Dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat quas volebat*. Et ex aliis plura ſimilia habentur; quibuſcum ſentiunt multi Scholaſtici antiqui cum D. Th. Argentin. Gabr. &c. & recentes (*i*), quum tamen oppoſita ſententia nulla, aut rara nitatur Scriptura, raro Patrono.

559 R. *N. Adſ.* Ad 1. & 2. prob: Scripturae, & PP. intelligendi ſunt tribuere Deo poteſtatem remotam quemcumque ob ſua merita praedeſtinandi, ſub auxiliis intrinſece indifferentibus, non vero poteſtatem proximam pro omni caſu poſſibili. Si quis enim poſſit uni reſiſtere auxilio, poteſt metaphyſice & infinitis reſiſtere: aut cur non ita, quum eadem pro omni caſu ſit & auxilio indifferentia, & homini reſiſtendi libertas? Dum ergo praevideretur homo omnibus, ut metaphyſice poteſt, reſtiturus, deeſſet Deo ſcientia media de ejus conſenſu ſub aliquo ex auxiliis omnibus poſſibilibus, adeoque & libertas proxima eum praedeſtinandi: non autem exinde libertas remota Deo deeſſet; quum enim

(*b*) Ap. *Mun.* d. 8. a n. 35. & *Aran.* d. 41. a n. 47.

(*c*) De hoc nemo bene ſapiens, & prudens ambigit, ap. *Aran.* cit. n. 54.

(*d*) *Ripal* in Mſſ. ap. *Aran.* d. 41. n. 57.

(*e*) Conf. *Martinon.* in Theol. ſchol. tom. 1. tr. 8. d. 3. a n. 8.

(*f*) De corrept. & grat.

(*g*) In Enchir. c. 98.

(*h*) Contra Julian.

(*i*) Ap. & cum. *Orteg.* heic contr. 7. d. 3. q. 1. certam. 1. ad 4.

enim poſſet ille obduratiſſimus conſentire alicui auxilio, poſſet ſubinde procul dubio per aliquem conſenſum determinare ſcientiam mediam, qua poſſet a Deo proxime praedeſtinari. Haec autem ſententia tot habet in Scripturis, PP. & DD. patrocinia, quot habet ex ipſis teſtimonia pro ſcientia media, & pro intrinſeca auxiliorum indifferentia.

560 Obj. ſecundo. Ex CC. & PP. *Deus in nobis facit non ſolum ut poſſimus, ſed etiam ut velimus, & facit, ut faciamus*: item *noſtrae liberae voluntates magis in Dei manu, & poteſtate, quam in noſtra ſunt*; ſed haec, & ſimilia dogmatica proloquia eſſent falſa, ſi Deus nullum haberet in ſuo dominio auxilium ſupernum, quo poſſet rebellem illam creaturam convertere, ac praedeſtinare: ergo. *Tertio*. Meritum Chriſti morte conſummatum delicta cuncta, praemiaque poſſibilia longe ſuperavit: ergo per ipſum meruit etiam Chriſtus illi rebelli plura auxilia efficacia; atqui Deus non poſſet illi merito juſtum conferre praemium, utpote non potens efficaci aliquo auxilio illum rebellem adficere: ergo.

561 R. Ad *ſecundum*. *N. Mi.* Primum proloquium loquitur de Deo, quatenus in creaturis operatur per auxilium praeviſum efficax. Secundum de Deo, quatenus ab ipſo libertatem adcipimus. Et plane a libera hujus libertatis donatione provenit, quod nequeat Deus proxime convertere rebellem, qui liber eſſet ad diſſentiendum omnibus ſuis auxiliis. Ad *tertium D. Con.* illi meruit quoad ſufficientiam auxilia efficacia *C.* quoad efficaciam, *Subdiſt.* meruit auxilia in actu primo efficacia, ſcilicet quae pro rebellis libito poſſent eſſe efficacia, *C.* in actu ſecundo efficacia, *N. Con.* & *Mi. ſubſ.* Efficaciam in actu primo ejuſmodi auxiliis praeſtare poterat Deus, uti praeſtat cunctis auxiliis, quae Chriſtus meruit ad omnes ſalvandos, quin omnes ſalvet.

562 QUAESTIO IV. Num de facto praedeſtinarit Deus electos adultos ad Gloriam ut coronam dependenter a meritis abſolute praeviſis; aut potius independenter a meritis, omnino gratis? ADSERO. Praedeſtinavit dependenter a meritis abſolute praeviſis (k). Nam in pri-

(k) Ita communis cum *PP. Graecis*, ap. *Petav.* heic l. 9. c. 3. *Vaz.* heic d. 90. *Petav.* heic. l. 10. a c. 1. *Herize* heic d. 23. c. 13. *Les.* heic ſect. 2. n. 5. *Bec.* heic c. 14. q. 4. n. 8. *Amic.* heic d. 15. a n. 61. *Viv.* heic q. 2. a. 1. n. 7. *Platel.* heic p. 1. c. 4. §. 3. n. 206. cum *Alen. Alber. Bonav. Pennot. Derk. Lugo* &c. *Dur.* heic tr. 5. d. 1. q. 1. cum *Scot. Ponc. Fraſſen* &c. *D. Franc. Saleſio* in epiſt. ad P. Leſſium, ap. *Quadr.* in caduc. theolog. p. 2. pu. 7. n. 190. ex *Bollandianis Hagiographis*, *Tourn.* t. 2. q. 22. ar. 2. *Saguens.* de perf. div. t. 2. diſp. 4. art. 7. *Maſſr.* d. 5. q. 2. art. 2. *San-Gall.* tr. 3. q. 5. concl. 2.

Quin etiam opinionem noſtram ut Dei Benignitati & rationi naturali quam maxime conſonam amplectuntur hac tempeſtate Proteſtantes TT. Lutherani ap. & cum *Friderc. Guilielmo Jahr* in Syſtemate doctrinae evangelico-lutheranae de Praedeſtinatione, edit. Virembergae 1753., contra Jacob. Saurinum, ceteroſque Clavinioſticae ſcholae doctores. Dignus profecto *Jahr*, qui conſulatur.

At contra ſentit item communis, cum Suar. Bellar. Rui. &c. ap. Amic. cit. n. 51. Redin. heic q. 9. a. 1. Salmant. heic t. 1. tr. 5. diſ. 9. dub. 1. §. 3. Eſp. q. 31. Mun. d. 11. n. 62. Arau. d. 42. n. 188. Arria. d. 36. ſ. 3. Juen. p. 1. q. 14. c. 6. art. 2. §. 2. Bert. t. 1. l. 6. c. 5. a n. 4. Piet. de Deo q. 16. Mezg. tr. 1. d. 18. art. 3. Marin heic d. 8. ſect. 5. Kriſper tr. 1. diſt. 20. n. 9.

primis ita teſtantur Scripturae, in quibus aeterna vita adpellatur *merces, denarium, bravium, corona juſtitiae* &c. Et ex *Matt.* 25. *poſſidete paratum vobis regnum .... eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare* &c. unde intuitu, & ex motivo operum regnum coeleſte paratum eſt. Et ex *Petr.* 1. *quapropter, fratres, magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.* Iis deinde adnunt *PP.* E quibus multis audiendi *Aug.* (*l*) *non tamen electio* (ſcilicet ad gloriam) *praecedit juſtificationem, ſed electionem juſtificatio*: deinde *Hilar.* (*m*) *non res indiſcreti judicii eſt electio, ſed ex meriti defectu facta diſcretio eſt*: demum *Hier.* (*n*) *liberum ſervat arbitrium, ut in utramque partem, non ex praejudicio Dei, ſed ex meritis ſingulorum, vel poena, vel praemium ſit.*

563 Adcedit denique rationum congruentia. Quoniam nequit eſſe in Deo intentio dandi alicui gloriam, quin ſit determinata, & non confuſa, quoad gradus gloriae; haec autem nequit ſubſiſtere, non viſis meritis, quae ſunt menſura graduum gloriae: ergo. Deinde inutile, ac repugnans videtur decretum efficax, & abſolutum gratis praedeſtinandi ad gloriam, quae non niſi per merita comparanda eſt. Item Chriſti merita, ut nobis adplicata, ſunt fundamentum noſtrae Praedeſtinationis, ex *Epheſ.* 1. 4. & *Act.* 4. 12. atque adeo eorum intuitu, prout nobis adplicantur, & datur nobis gloria, & praedeſtinatur. Demum electio ante merita tollere videtur omnem ſollicitudinem bonorum operum, & ſalutis, immo & nos immergere in ſenſa Praedeſtinatianorum; quum contra electio poſt merita multum animos erigat ad ſalutis ſtudium (*o*).

OBJECTIONES.

564 Obj. *primo*. Praedeſtinatio poſt praevia merita repugnat Scripturis. Nam 1.° Luc. 12. *complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*. En in hac complacentia electionem gratuitam, & omnium meritorum radicem. 2.° Rom. 9. Deus nullo praeviſo merito, aut demerito, Jacob dilexit, ſeu elegit ad gloriam, Eſau autem odio habuit, id eſt rejecit a gloria ſaltem negative; quo, ſcilicet, *ſecundum electionem propoſitum Dei maneret*. Et quidem ex Rom 8. *praedeſtinavit ſecundum propoſitum voluntatis ſuae*. 3.° Act. 13. *crediderunt quotquot erant praeordinati ad vitam aeternam*. En gratuitam, & immediatam praeelectionem. 4.° ſaepe in Scriptura Praedeſtinatio nominatur Dei gratia, opus Dei vocantis, ſolius Dei miſerentis &c.

565 *R. N. Adſ.* Ad 1. prob: loquitur Chriſtus de Patris voluntate non abſoluta, quum ibi Judas etiam tunc adeſſet, ſed de conditionata, id eſt *ſi perſeveraveritis*, cujuſmodi ſunt promiſſiones vitae aeternae, ex *C. Trid.* (*p*) Ad 2: ibi non agitur de electione ad gloriam, ſed de electione ad juſtificationem, ſeu de electione ad beneficia hujus vitae, partim temporalia, partim ſpiritualia. Eſau ſiquidem cum Jacob, aliiſque ejus poſteris probabiliter ſalvatus eſt. (*q*) Saepe in Scripturis nomine *vocationis, electionis,*

Prae-

(*l*) L. 1. ad Simpl. q. 1.
(*m*) In Pſ. 64.
(*n*) In c. 1. Iſai.
(*o*) V. *Les.* cit. ſ. 2. per tot. & *Vaz.* cit.
(*p*) Seſ 6. can. 20.
(*q*) Ap. *Platel.* n. 210. ex Eſtio, Cornel. aliiſque.

praedeſtinationis, propoſiti, intelligitur radicalis, ſeu virtualis praedeſtinatio, conſiſtens in collatione prorſus gratuita auxilii, praeviſi efficacis, ad gloriam promerendam neceſſaria. Ad 3: ibi agitur de praeordinatione virtuali, ſcilicet ad fidem, & juſtificationem, quibus illi credentes ſi perſeverarunt, aeternam vitam adepti ſunt. Ad 4.: illae nomenclaturae indicant eſſe gratuitam Praedeſtinationem radicalem, item que, mavis, formalem, hoc ſenſu, quod Deus voluit libere moveri ex meritis ad gloriam retribuendam (*r*)

566 Obj. *ſecundo*. Praedeſtinatio poſt praeviſa merita repudiatur a Patribus. Nam 1.° Aug. (*s*) docet, electionem ad gloriam non fieri ex bonis operibus etiam futuris. 2.° Proſp. (*t*) *Deus his, quos elegit ſine meritis, dat unde ornentur & meritis*. 3.° Fulgent. (*u*) *illi cum Chriſto regnabunt, quos Deus gratuita bonitate ſua praedeſtinavit ad regnum*. 4.° D.Th. (*x*) *quod Deus velit alicui dare gratiam, & gloriam, hoc ex mera liberalitate procedit*. Adde C. Valentinum, docens (*y*) *quod in electione ſalvandorum Miſericordia Dei praecedit meritum bonum*. Item Facultatem Theologicam Pariſienſem, quae an.1347. proſcripſit contra Joan. de Mercuria electionem non gratuitam. Tum Facultates Lovanienſem, ac Duacenſem, quae ipſam electionem omnino deſeruerunt.

567 R. PP. & TT. heic in diverſas abeunt ſententias: omnes probabiliter. His alios, immo, & ipſos pro nobis objicimus. Quin & ipſi ſatis congruenter exponi queunt. Hinc *N. Adſ.* Ad 1. prob: Aug. ſolum excludit a motivo electionis ad gloriam opera naturae contra Pelagium, & opera gratiae tantum conditionate praeviſa contra Semipelagianos. Ac ſaepe dum adſerit gratuitam electionem, de virtuali loquitur, non de formali. Quid? quod ejus de Praedeſtinatione doctrina ſolum quoad articulos de gratuita quoad gratiam electione adprobata eſt a Pontificibus Leone, Gelaſio, Sozimo. (*z*)

568 Ad 2: loquitur de electione ad gratiam Chriſti, ex qua gratis conceſſa oritur pretium noſtrorum operum. Ad 3.: non explicat, in quo conſiſtat illa Dei Bonitas; nempe vel in decreto abſoluto, antecedente omnem meriti praeviſionem, vel in decreto, quo Deus velit moveri ad gloriam conferendam. Ad 4.: etiam ipſe ſic ait (*a*) *poteſt eſſe aliquid creatum ratio voluntatis divinae ex parte voliti, ſicut dum vult coronare Petrum, qui legitime certavit*. C. Valent. loquitur de electione radicali ſalvandorum. Facultas Pariſienſis in illa proſcriptione nullam habet mentionem de praedeſtinatione gratuita ad gloriam. Iſtam admittunt Lovanienſis, & Duacenſis, quin oppoſitam reprobent, quae ſalva fide in Scholis Catholicis propugnatur. (*b*)

569 Obj. *tertio*. Praedeſtinatio dependens a meritis abſolute praeviſis.

(*r*) Conf. *Leſ.* cit. ſ. 3. & *Tourn.* cit.
(*s*) Enchir. c. 98. ep. 105. de correp. & grat. & ſaepe alibi.
(*t*) L. 2. de vocat omnium gent. c. 35.
(*u*) L. de fid. ad Petrum c. 3.
(*x*) De verit. q. 9. ar. 1. itemque alibi.
(*y*) Can. 3.
(*z*) Ex Coeleſtin. epiſt. ad Epiſc. Galliae.
(*a*) In c. 1. Ephes. lect. 1.
(*b*) Conf. *Les.* cit. *Tourn.* cit. *Amort* in Theol. eclectica heic t. 1. d. 6. q. 2.

viſis pugnat cum ratione. Nam 1.° qui ordinate vult, prius vult efficaciter finem, quam media ad finem: ergo Deus prius vult gloriam, quae eſt finis, quam merita, quae ſunt media ad gloriam. 2.° Deus electis vult efficaciter ante praeviſa merita gratias, quas praeſcit, fore efficaces, vultque eas qua efficaces, ipſas non optaturus, ſi efficaces non forent; permotus videlicet ex adfectu ſpeciali erga Praedeſtinatorum ſalutem: ergo & iſtam vult efficaciter. 3.° conſequutio gloriae pendet immediate a finali perſeverantia: ſed haec amatur & confertur gratis electis: ergo & gloria. 4.° Deus ante praeviſa merita, confert electis auxilia multo plura moraliter, nempe congrua, quam det reprobis; ſed non niſi quia illis vult efficaciter gloriam, non vero iſtis: ergo. 5.° ſaltem Deipara, & D. Joannes Baptiſta praedeſtinati ſunt omnino gratis, cum ob ſuam praecipuam dignitatem, tum ob maximum Dei amorem erga ipſos. (c)

570 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* ſi finis ex ordinatione ſui Inſtitutoris habeat rationem praemii, non niſi propter merita conferendi, *N.* ſecus, *Eſto*. Et *N. Con.* Deus in primo ſigno habet decretum univerſale intentivum efficax conferendi gloriam ut coronam adultis, libere perſeverantibus finaliter in gratia, quaſi per verba illa, *non coronabitur niſi qui legitime certaverit*: in ſecundo videt eos, qui perſeverabunt; in tertio eos praedeſtinat, adjudicans particularibus cujuſcumque meritis particulare praemium gloriae. Unde quum haec particularia media moveant ad illud particulare praemium, prius ordinate vult Deus ejuſmodi media, quam finem.

571 Ad 2. *D. A.* vult illas qua efficaces, ex motivo proximo, & immediato conferendi formaliter aeternam ſalutem, *N.* ex motivo conſenſus, medio quo conferat illam formaliter, *C.* Et *D. Conſ.* vult illam formaliter, & in ſe, *N.* virtualiter, & in alio, nempe in gratiis efficacibus, in quibus continetur virtualiter, *C.* Nequit Deus ante praeviſa merita habere ſpecialem adfectum erga adultum, qua praedeſtinatum, quum talis non ſit, ſed ut ſummum qua praedeſtinandum per media, quae novit fore efficacia ad formalem praedeſtinationem. Hic autem adfectus antecedens, a ſola Dei voluntate pendens, eſt ſimplex complacentia reſpectu finis, quem mediate reſpicit, ac deſiderium efficax reſpectu mediorum, quae reſpicit immediate.

572 Ad 3. *D. Ma.* pendet a perſeverantia, tanquam a conditione ſine qua non, *C.* ſecus, *N.* Haec autem conditio pendet a noſtra libera cooperatione, quam Deus, ut praemiet, expectare debet tanquam actu moraliter praeſentem. Et *D. Mi.* amatur & confertur gratis, ideſt amatur, & confertur gratis auxilium, ut praeviſum fore conjungendum cum libera cooperatione finali, *C.* ſecus, *N.* Et *D. Conſ.* gloria datur gratis formaliter, & in ſe, *N.* radicaliter in praedicto auxilio, *C.* Poteſt quis mereri de congruo perſeverantiam, ideſt conjunctionem mortis cum ſtatu gratiae

(c) Hoc poſtremum de Deipara, SS. Apoſtolis &c. adſerendum duxit laud. Amort concl. 3. at ſine urgenti fundamento, quod egeat ſolutione.

juſtificantis, quoad auxilium, quum iſtud impetrare poſſit; non autem quoad cooperationem, quum iſta, utpote pendens a proprio arbitrio, nequeat habere rationem mercedis ab alio collatae.

573 Ad 4. *N. Mi.* Sic enim Rex, qui militibus victuris proponit praemium, poteſt hoc uni, quam alteri magis deſiderare, ac uni propterea aptiora praeſtare arma, quam alteri; quin tamen exinde velit ipſi conferre praemium ante praeviſam victoriam. Quid? quod auxilia fore congrua, ex voluntate hominis pendet, non Dei. Ad 5: ſi haec ratio valeat, Deipara, & Baptiſta excipiuntur a regula, quae omnes Angelos, homineſque adultos includit: verum nec majus videtur beneficium, nec major dignitas, eligi ante, quam poſt praeviſa merita. (*d*)

574 QUAESTIO V. Quae virtus in Deo ſit haec praeadſerta electio? ADSERO. Multiplex eſt, quatenus in ea relucet honeſtas, & adfectus ad objectum formale plurium virtutum. Et ſigillatim eſt Caritas, quae ſummum oſtendit creaturae amorem: Fidelitas, quia ſtat promiſſis finaliter perſeveranti: Liberalitas, quia concedit liberaliter media efficacia ad obtinendam gloriam: ſtricta Juſtitia, quia de rigore juſtitiae gloriam merenti rependet: unde Apoſtolus *Timoth.* 4. *repoſita eſt mihi corona juſtitiae*. Heinc ſecundum reſpectus ad diverſa virtutum objecta, varie a SS. PP. adpellatur haec electio, tum gratioſa, tum debita &c. (*e*)

CAPUT SECUNDUM.

Cauſſae, & Effectus Providentiae Praedeſtinantis.

575 QUAESTIO I. Quid heic veniat nomine Cauſſae, & Effectus? ADSERO 1. Nomine cauſſae venit duntaxat cauſſa moralis, & motiva in genere meriti, diſpoſitionis, & impetrationis circa aeternam gloriae poſſeſſionem, quae eſt objectum finale praedeſtinantis electionis, prout haec illam decrevit obtinendam ſub neceſſaria conditione perſeverantiae finalis in gratia; & prout ſimul decrevit parare media efficacia, quibus praefata conditio certo ab electis haberetur (*f*).

576 II. Nomine effectus veniunt media, quae directe, ac intrinſece conferunt ad aeternam gloriam obtinendam; utpote praeordinata ab electione praedeſtinante qua tali: unde haec media nomen effectus ſortiuntur, quaſi profecta ex illa cauſſa finali (*g*). Et vero ſub nomine iſtorum effectuum, ſumitur quoque non raro Praedeſtinatio apud *AA.* (*h*) objectiva, ſcilicet conſiſtens in ſerie auxiliorum praedeſtinantium, non vero formalis, quae ſita eſt in actu Dei.

577 QUAESTIO II. Num, & quae ſint Cauſſae meritoriae Provi-

(*d*) Conf. *Vaq.* cit. d. 89. c. 12. & d. 90. *Les.* cit. *Bec.* heic q. 4. a n. 38. *Platel.* cit. a n. 213. *Val.* heic. d. 1. q. 23. pu. 4. §. 7. *Amort* cit. *Monſchein* tr. 1. p. 3. q. 2. a n. 587.

(*e*) Lege *Mun.* d. 11. a n. 92.

(*f*) *AA.* vulgo cum *Aran.* d. 43. n. 199.

(*g*) Fere *Junius* ſect. 17. c. 7. n. 1.

(*h*) Ex *Mun.* d. 12. n. 1. cum *Ant. Perez.*

videntiae praedeſtinantis? ADSERO I. Etſi formalis electio tota pendeat a divina voluntate; haec tamen, licet proprie cauſſari nequeat, adtamen moveri poteſt ad electionem a meritis, ita ut horum intuitu exſiſtat divina electio (*i*). Quia paſſiva electio, vel ſupernae Beatitudinis collatio adultis, dependet a meritis, gratia juſtificante condignificatis: ergo ab iſtis cauſſatur (*k*). Deinde Praedeſtinationis effectus per Sanctorum orationes impletur (*l*): ergo quia iſta Deum movent, ut velit praedeſtinare.

578 II. Nullus homo poteſt eſſe cauſſa moralis ſuae integrae Praedeſtinationis, quatenus haec importat primum auxilium, quod adpellatur exordium Praedeſtinationis (*m*). Quia hoc auxilium nequit naturae viribus ullo pacto comparari; ne dicatur, initium ſalutis eſſe a nobis, quod averſantur *CC.* (*n*). At vero poteſt homo eſſe cauſſa moralis meritoria, ſaltem de congruo, praecipui ſuae Praedeſtinationis effectus, ſcilicet ultimae gratiae, quae eſt donum perſeverantiae finalis (*o*). Quia Deus poſt primum meritum hujus intuitu moveri poteſt, ad conferendum aliud auxilium efficax, & aliud deinceps uſque ad interitum (*p*).

579 III. Chriſtus Dominus meruit condigne integras Angelorum, & hominum Praedeſtinationes, & quidem immediate, & in ſe ipſis (*q*). Nempe quatenus ſua merita ſpecialiter, ac efficaciter adplicavit pro iis, quos voluit, prae aliis, negative praetermiſſis (*r*). IV. Eaſdem meruit de congruo Beatiſſima Deipara; quippe *per quam ſalus omnibus parabatur* (*s*). V. Poteſt ſimiliter Juſtus alteri Praedeſtinationem integram mereri (*t*). Quia nulla in eo eſt implicantia. Et de facto ita ſaepe evenit (*u*). Heinc *Aug.* (*x*) *ſi aliqui nondum ſunt vocati, pro eis oremus, ut vocentur; fortaſſis enim ſic praedeſtinati ſunt, ut noſtris orationibus, & adcipiant gratiam, & efficiantur electi.* Immo poſſunt duo ſibi invicem eam mereri (*y*).

OBJECTIONES.

580 Obj. contra *quintum* Adſ. Actus, quo quis alteri Praediſtinationem integram impetraret, pertineret ad effectus ejuſdem Praedeſtinationis; adeoque ejuſdem actus meritum in ſe ipſum caderet: quod repugnat. Nam 1.° conceſſus ille foret a Deo, ut per eum fieret Praedeſtinatio. 2.° etiam ſigna externa, ac impedimentorum obviae remotiones,

(*i*) *Quir.* heic d. 15. ſ. 1. n. 1. ex *D. Th.*

(*k*) Ex *Supra* adſertis.

(*l*) Ex *D. Th.* q. 23. a. 5.

(*m*) Omnes Catholici ſub hoc ſenſu, ap. & cum *Suar.* heic l. 2. c. 7.

(*n*) Contra Pelagianos, ap. & cum *Suar.* cit. l. 2. a c. 7. ad 19.

(*o*) De quo *D. Aug.* de corrept. & grat. c. 6. 12. ap. *Bonae Sp.* heic. d. 17. n. 34.

(*p*) *Arri.* heic. d. 37. n. 1. *Red.* heic a. 2. contr 2.

(*q*) *Suar.* heic l. 2. c. 21. *Amicus* heic d. 15. n. 39. cum *D. Th. Dur.* &c. *Red.* cit. contr. 1. n. 6. *Jun.* ſ. 17. c. 2. n. 14. cum communi.

(*r*) Ex *Inferius* diſputandis Par. IV. Tr. I. Lib. III. ubi de Chriſti meritis.

(*s*) *D. Ambr.* in Luc. ad verba *Ecce Ancilla*. Ita DD. Mariani, & *Jun.* cit. c. 6. n. 3. *Red.* contr. 2. n. 43. *Mun.* d. 12. n. 65. *Suar.* prox. cit. De iis quoque *Inferius* Par. IV. Tr. I. Lib. I. ubi de meritis Deiparae.

(*t*) *Red.* cit. n. 42. cum *Aug.* & *Th.*

(*u*) Ap. *Vaz.* ex *Mun.* cit. n. 59.

(*x*) De dono Perſev. c. 2.

(*y*) Ap. *Jun.* cit. c. 6. n. 9.

nes, quibus noſtra prima vocatio praeparata fuit, ſub noſtram Praedeſtinationem cadere dicuntur: ergo pariter ille actus &c.

581 R. N. *Adſ.* Quia alioqui etiam Chriſti merita deberent inter noſtraae Praedeſtinationis effectus connumerari, ſimili repugnantia ſuborta. Ad 1. prob. *N. Con.* quae nec infertur ex ſuppoſis Chriſti meritis. Ad 2. *N. Con.* quia illa ſunt praedeſtinato principium operandi ſaltem per adcidens: quare ad ejus Praedeſtinationem referuntur; at ille primus actus non eſſet praedeſtinato principium operationis, ſed per illum duntaxat huic donaretur facultas bonae voluntatis habendae (z).

582 QUAESTIO III. Num ſint aliae Praedeſtinationis Cauſsae in alio genere? ADSERO 1. Sunt, ſi ſumatur Praedeſtinatio objective pro mediis, vel auxiliis, quibus Deus praedeſtinatum ad gloriam ordinat, & perducit: tunc enim ipſas habet Praedeſtinatio cauſas phyſicas, quas habet auxilium (a). II. Si ſumatur Praedeſtinatio formaliter pro actu Dei praedeſtinante, nullam habet cauſſam phyſicam, quum ſit ipſe Deus: at pro cauſſa finali habet extrinſecam Dei Gloriam, & Beatitudinem praedeſtinato conferendam (b).

583 QUAESTIO IV. Quinam ſint effectus Providentiae praedeſtinantis? ADSERO 1. Certo unus eſt, Gratia ultima, vel donum perſeverantiae in adultis; & quidquid per ſe ad gratiam ultimam habendam ordinatur, ex vi decreti praedeſtinantis. Quia gratia ultima, & media ad eam obtinendam ordinata, cum perenni glorificatione connexa ſunt (c). At quaenam iſta ſint? Nimium ſuper eis decertant *AA.* (d): plura de voce. Eorum pace dixerim: multa ſunt abs dubio; ſed ea Deus novit; nobis ſigillatim conjectare licet, certo ſcire non licet, uti & certa ſigna praedeſtinationis, de quibus longas ſyllabos contexunt *AA.* (e) quum tamen nihil ex iis ſatis probabile ex Scripturis, aut PP. inferri liceat.

584 Prae innumeris, exemplo ſint Judas, & bonus Latro; quorum primo, nec vocatio ad Apoſtolatum, nec Jeſu Societas, amor, & honor fuerunt effectus, aut ſigna Praedeſtinationis; at ſecundo tamen ejuſmodi fuerunt effectus capi, torqueri, cruci adfigi tanquam perditum ac ſceleſtiſſimum hominem, & quidem ob peccata, quorum permiſſio ad hos praeſtandos effectus forte fuerat neceſſaria. (f)

CA-

(z) Conf. *Vaz.* heic d. 94. c. 5. a n. 41.

(a) De his *Infra* Par. III. Tr. I. L. II. Conſulatur interea *Suar.* cit. l. 2. c. 2.

(b) Conf. *Mun.* d. 12. n. 1.

(c) Ex *Supra* diſputatis. Conferatur *Suar.* cit. l. 3. c. 3.

(d) *Suar.* l. 3. per tot. *Jun.* l. 17. *Red.* q. 9. ar. 3. *Bonae Sp.* heic d. 17. *Quir.* heic d. 16. *Amic.* d. 15. ſ. 5. *Mun.* d. 13. *Aran.* d. 43. *Pau. a Conc.* heic. d. 3. &c.

(e) Cum *Recupito* tr. de Signis Praedeſt. & *Rui.* heic a d. 22. ad. 26.

(f) Conſule ſis *AA.* citt.

CAPUT TERTIUM.

Liber Vitae, ac numerus Praedeſtinatorum.

585 QUAESTIO I. Quid de *Libro Vitae*, de quo in *Apoc.* cap. 3. 20. & 21. ADSERO. Cum eo comparant PP. & TT. Sanctorum Praedeſtinationem: quatenus iſti concipiuntur praeviſi cum adprobatione a divina ſcientia, & quaſi inſculpti in divina voluntate, quae ipſis ad vitam aeternam dirigendis ſpecialiſſime benefica oſtenditur: haec autem beneficentia in libri vitae metaphora ſubintelligitur. Deleri tamen ex libro, idem eſt, ac in illo aliquem non perſcribi; idque recte ex eo concipitur, quod Praedeſtinatio adulti a ſuis meritis pendeat, ac parvuli a ſolo Deo, & Chriſti meritis: quocirca poteſt uterlibet non videri, aut non haberi a Deo perſcriptus, ſeu praedeſtinatus (*g*).

OBJECTIONES.

586 Obj. Si liber vitae denotet Praedeſtinationem, haec non erit fixa, & immutabilis. Nam. 1.° ex Pſ. 68. 29. *deleantur de Libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur*: ergo praedeſtinatus poteſt reprobari. 2.° Moyſes Exod. 32. 32. Deum adloquens, animoſe inquit, *aut ſi non facis, dele me de Libro tuo, quem ſcripſiſti*. Cui Deus, *non, ſed quæ peccaverit, delebo eum de libro meo*. 3.° Paullus Rom. 9. 3. *optabam ego anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis*, id eſt e libro Praedeſtinatorum deleri. 4.° ex Apoc. 3. 5. *qui vicerit.... & non delebo eum de libro vitae*: ergo deleri poſſet. His adcinit Eccleſia, ubi orat, *ut liber vitae praedeſtinatorum nomina ſcripta retineat*.

587 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: optat David, ut aliqui hypocritae deleantur, non reipſa, ſed in hominum opinione, adeo ut ipſis innoteſcat illorum reprobatio. Ad 2: vel Moyſes, & Deus loquebantur de libro, in quo geſta Iſrael deſcribebantur, vel Moyſes petendo quod noverat impoſſibile, oſtendebat ſuum eximium adfectum erga populum; Deus autem minatur delere, non re, ſed opinione illius, qui peccaverit. Ad 3: Paullus loquitur de tempore, quo erat in Iudaiſmo; tunc enim cupiebat eſſe anathema, ſeu a Chriſto ſeparari, ut fratrum ſuorum id eſt Judaeorum leges tueretur contra novum Chriſti Evangelium. Ad 4: ibi ſolum denotatur ſingularis Dei benevolentia erga victores. Tandem Eccleſiae oratio ſolum loqui poteſt de illa retentione quoad nos, ideſt prout nobis innoteſcere poteſt ex iis, quae ſigna, ſeu effectus Praedeſtinationis adpellamus (*h*).

588 QUAESTIO II. Quid de *Numero praedeſtinatorum*? ADSERO 1. Certus eſt; & a ſola Dei voluntate pendet, quod ii potius, quam alii eum

(*g*) Fere *D. Th.* q. 24. per tot. *Suar.* l. 1. c. 28. *Mun.* d. 16. a n. 23. *Bert.* heic c. 13. a n. 3. *D. Th.* q. 24. a. 1 & 2. *Orteg.* heic controv. 7. d. 6. q. 7. certamine 3.

(*h*) Conferendi *Bec.* heic. c. 14. q. 3. a n.

eum numerum impleant, quatenus decrevit Deus immittere auxilia praevisa efficacia pro finali perseverantia iis potius adultis, quam aliis (*i*). De parvulis nemo ambigit. II. De numero Praedestinatorum, quantus ille sit ex Angelis, & hominibus, multa tentant divinare *AA.* (*k*). Quid nos? Praestat imitari *Herizeum* (*l*) ac concludere cum *D. Th.* (*m*) *melius dicitur, quod soli Deo est cognitus numerus electorum, in superna felicitate locandus.*

LIBER TERTIUS

De divina Providentia Reprobante.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Deum Reprobantem.

HISTORIA POLEMICA. 589 SUnt etiam qui in Deum impios ad aeterna supplicia elicito decreto destinantem impio ausu invecti sunt.

I. *Turba perfida insanientium* huc rursum advocanda: eorum nempe, quibus fabula est, aut 1.° Dei quaevis in homines Providentia; aut 2.° animorum immortalitas; aut 3.° Gehennae aeternitas.

II. *Turba altera Erronum* ex indicatis in proxima Prolusione generatim etiam adpellanda: qui videlicet aeque insipienter vice versa de divina Reprobatione differuerunt, ac de electione. E. c. *Valentiniani*, *Marcionitae*, *Lutherus*, *Calvinus* & alii; quorum nempe errores in Reprobationem, utpote satis connexos cum erroribus Electionem spectantibus, in ejus Prolusionis articulis summo pollice adtigimus.

III. *Origenes* Reprobationis caussam retulit in peccata, quae commiserunt animae priusquam ad informanda corpora detruderentur; quemadmodum & caussam Electionis ad merita ibidem gesta revocavit (*). Pec-

(*i*) *Arri.* d. 37. n. 47. contra Gran.
(*k*) Cum *Suar.* l. 6. c. 2. 3. *Recup.* in tractatiuncula 2. de numero electorum & reproborum per tot.
(*l*) Heic d. 31. c. 2. n. 9.
(*m*) Q. 23. a. 7.

ADNOTATIONES.

(*) I. ITa disertis verbis idem *Origenes* in lib. 2 περὶ ἀρχῶν, seu de Principiis cap. 9. & 7. in epist. ad Rom. & alias. Adeo jure hic error Origeni vulgo adpingitur cum *Epiph.* haer. 64. n. 4. *Huet.* in Origenian. l. 2. q. 7. §. 25. *Ruiz* in tr. de Praedest. & reprob. disp. 5 sect 1. n. 10. qui tamen incaute iis adjungit Theophilum Alex. in Paschali 1. & S. Augustinum in l. de haeresibus cap. 70. & 11. de civ. c. 23. neuter enim ubi citatur errorem Origenianum, quem in praesentia versamus, diserte explicat, & quoad singulas ejus circunstantias suo authori adscribit.

II Heic minime reprehendendus Author, quod praevisis animarum meritis ac demeritis postponerit Electionem atque Reprobationem, ut vehementer dolet *Jansenius* junior de

Peccavit etiam in ſancta Electionis ac Reprobationis decreta; ubi enim & coeleſtis Beatitatis (*n*) & Gehennalis poenae (*o*) tempus certis circunſcriptum terminis eſſe voluit, plane negavit, decreta illa in aeternitatem abſoluta cum tendentia ferri. Verum de hoc Origenis & aliorum errore alias opportunius (*p*).

IV. *Origeniſtae*, alias etiam *Miſericordes*, Origenis veſtigiis quodammodo inſiſtentes, in divinae Reprobationis negotio multifariam aberrarunt. Quippe in varias abiere ſententias. Alii enim adſeruerunt, Deum Reprobantem nullum hominem aeternis addixiſſe ſuppliciis, ajentes, omnes tandem aliquando damnatos a gehennali carcere fore liberandos: alii eos tantum non addixiſſe, qui ſacro Baptiſmate abluti, participes fuerint Chriſti Corporis; & quidem in quacumque haereſi vel impietate vixerint: alii eos duntaxat, qui in catholica Eccleſia, quantumvis peſſimam ducentes vitam, perſeverarint: alii demum eos tantummodo, qui peccata ſua dignis eleemoſynis redimere non neglexiſſent, juxta *Jacob.* cap. 2. 13. Ejuſmodi Errones commemorat, ſolideque more ſuo convellit *Auguſt.* (*q*).

V. *Turba* plurium male ſapientum hominum divino Reprobanti decreto crudelitatem quandam adpinxerunt: docentes utique 1.° nulla Deum voluntate ſimpliciter velle reprobos ſalvos fieri; & 2.° minime Chriſtum pro reprobis fudiſſe ſanguinem, mortemque oppetiiſſe.

Sic porro qui vocati ſunt *Praedeſtinatiani* (*r*): ſic *Godeſcalchus* (*s*): ſic *Calvinus* (*t*): ſic *Calvini gregales*, cum *Beza* (*u*) & *Hieron. Zanchio* (*x*): ſic *alii* mox advocandi.

His illi porro ſubnectendi, qui non multum abſimili injuria in decretum reprobans exiſtimarunt, reprobos inter verae Eccleſiae Chriſti membra nequaquam poſſe connumerari. Sic enim *Wicleffus*, ſic *Hus*, ſic *Auguſt. de Roma* (*y*) ſic alii jamjam adpellandi. VI. *Jan-*

de haereſi Pelag. l. 6. c. 13. & 16. quis enim heterodoxam finxerit hanc ſententiam? Conf. *Huet.* proxime laudatus §. 16. Sed exinde duntaxat ardenter increpandus, quod merita & demerita Praedeſtinationem divinam excitantia in eo, quem ſomniavit, fabuloſo ſtatu creationis animarum collocarit. Plura de eo ſtatu laudatus *Origenes*, pluribus confutatus ab *Aug.* 11. civ. c. 23. cum notis *Leonardi Coquaei*, & l. de haer. c. 45. & laudatis *Epiph. Ruiz. Huet.* cit. l. 2. q. 6. a §. 1. & aliis.

III. Hunc omnino ipſum Origenis erro-

(*n*) In l. 3. Periarch. c. 1. & 3. & alibi.

(*o*) Ibidem c. 5. & hom. 7. in Levit. & alias ſaepe.

(*p*) In Parte II. ubi de Erronibus in ordinaria Receptacula.

(*q*) Lib. 21. civ. c. 17. 18. 23. 24.

(*r*) Ap. *Cellot.* in Hiſt. Godeſc. l. 2. c. 8. & 9.

rem adpinxit Hieronymo *Rufinus*, quatuor Peri-archon librorum Interpres latinus. Immerito tamen, quum oppoſitam veritatem non ſemel adſeruerit S. Doctor, cum in Apol. contra Rufinum, tum alibi. Siquidem in epiſt. 120. olim 150. ad Hedibiam, quaeſt. 10 adverſus animarum merita, quae fuerint ante corpus elicita multus invehitur, & praeterea in comment. ſup. epiſt. ad Epheſ. c. 1. electionem ante mundi conſtitutionem ita proponit, ut nequeat intelligere, *quemadmodum*, inquit, *haeretici quidam ſomniant, animas antea in coelo fuiſſe ſegregatas?*

(*s*) In lib. ad Raban. Archiep. Mogunt. ap. *Hincmar.* in l. de praedeſt. c. 24. & alias.

(*t*) In comment. de aeterna Dei praedeſt. paſſim, & alibi.

(*u*) In Apol. colloquii Momp.

(*x*) De Praedeſt. c. 5. theſi 11. & 12.

(*y*) Ubi *ſupra*, de Erronibus in Deum Praedeſtinantem.

VI. *Janſenius* Iprenſis haec in divinae Reprobationis negotio, conſequenter ad doctrinam in ſuo *Auguſtino* evolutam, ſibi ſtatuenda duxit. Equidem 1.° docuit, peccatum originale, etiam per gratiam Baptiſmatis remiſſum, eſſe primam ſaltem radicalem cauſſam, etſi non immediatam hominum reprobationis. (z)

Et vero, ex fide catholica, cum Tridentino (a), homines per Baptiſmum cujuslibet originalis noxae deletione purgati ſunt, nihilque in iis, qui ſunt per Baptiſmum in Chriſto Jeſu, damnationis reperire eſt. (*)

2.° tametſi Deo reprobanti veram, ſinceram & antecedentem voluntatem ſalvandi omnes homines, aut etiam reprobos, in ſpeciem concedere videatur (b); eam reipſa tamen apertiſſime denegat, ubi adſerit, poſt lapſum hominis & ſpectato ejus peccato, antecedentem illam Dei voluntatem in ſola mentis praeciſione ac nuda velleitate, nihil omnino gratiae cauſſante, tam in hominibus quam in Angelis reprobis, conſiſtere. (c) (*)

3.° de-

(z) In lib. 10 de Grat. Chriſt. c. 21 & 3.

(a) Seſſ. 5. in decr. de peccato originali.

ADNOTATIO.

(*) NIhilo tamen ſecius opinionem iſtam erroris minime inſimulavero; quippe quam ſaepe tradit *Auguſtinus*, uti, praeter alios contendit *Petavius* tom. 1. theol. dogm. l. & c. 9. atque impune fertur a multis ex Schola Theologis, puta *Gonet*o diſp. 5. de reprob. art. 3. *Bert.* de theol. diſcipl l. 6. c. 18 cum *Lemos*, *Bancel*, *Gotti*, aliis, quibus omnibus praeluxiſſe videtur *S. Thom.* de verit. q. 6. art. 2. ad 9. & in c. 8. epiſtolae ad Romanos lectione 3. & 4.

(b) L. 3. de grat. Chr. c. 17. 20. 21. & l. 2. c. 27.

(c) L. 3. de grat. Chr. c. 20. & 21.

ADNOTATIO.

(*) SCilicet in Janſenii Syſtemate auxilia divinae gratiae, parva vulgo adpellata, quae Deus ex voluntate antecedenti reprobis elargitur, vires pares ac vere ſufficientes non conferunt, ut heic & nunc oppoſitam concupiſcentiam ſuperare poſſint. Velleitas ergo eſt illa voluntas, utpote prorſus ſterilis, minime vera, ſinceraque ſalvandi reprobos volitio, Deo digna.

Anne vero ſententia haec erroris e veſtigio inſimulanda ſit? Plane *Coccius* in theſauro l. 2. art. 7. ſub init. ea reponit inter haereſes Benedicti Aretii Calviniani; ac *Petav.* theol. dogm. l. 9. c. 3. immitem vocat. Tum *Tournel.* q. 17. de volunt. Dei, artic. 10. concl. 3. oppoſitam ſententiam nuncupat catholicam & fidei proximam; eamque plane celebriores Scholae Catholicae totis lacertis propugnant, puta Thomiſtica cum *S. Thoma*, Scotiſtica cum *Scoto*, Jeſuitica cum *Suarezio*, Auguſtiniana cum *Bertio*, variae Eclecticae cum *Bonae ſpei*, *Juenino*, *Tournelio*, *Amortio* &c. adeo recentiores Theologi uno adſenſu in ipſam abeunt, quidquid nonnulli veteres ſecus ſenſerint.

Sunt praeterea qui Janſenianam, de qua diſſerimus, theſim proſcriptam tacite velint una cum illa ejuſdem Iprenſis, quod nempe Chriſtus mortem pro omnibus ſimpliciter non ſubierit; hoc enim qui adfirmat, nec Deum, nec Chriſtum velle omnes ſalvos fieri, adſerat, oportet.

Suarezius demum in l. 4. de Provid. c. 1. n. 1. cenſet, videri Apoſtolum 1. *Timoth.* 2. v. 1. *ſqq* quaeſtionem hanc definire, & partem adfirmantem, Deum velle omnes fieri ſalvos, tanquam de fide certam docere.

Ex iis autem quotuſquiſque ſapiens facile

3.° decernit, Chriſtum Dominum non pro omnibus omnino hominibus, ſeu pro ſingulis etiam reprobis, mortuum eſſe aut ſanguinem fudiſſe (*d*) (*).

VII. *Janſeniani vetuſtiores*, qui cum *Paullo Irenaeo* ac *Dionyſio Raymundo* quaelibet Magiſtri placita mordicus ſubſtinuerunt, eoſdem pene, quos expoſuimus, Janſenii errores amplexi ſunt; eſto ut viderentur ſentire catholice, millenis eos technis, cavilliſque obvolverint & fucarint (*e*). Adde, in Gallico *Catechiſmo* Janſeniano de Gratia doceri, *Deum eos tantum ſalvare velle, quos praedeſtinavit* (*f*). Et huic quidem mihi ſubſcribere videntur ceteri recentiores cum famoſo illo *Gerberonio* (*g*) & *Sovillacio* Lodevenſi Epiſcopo in t. 3. de Praedeſt. p. 96. & alias (*h*).

VIII. *Paſchaſius Queſnellus* haud ſubobſcure ſui Ducis Janſenii damnata veſtigia calcaſſe viſus eſt, ubi theſes iſtas decretum Reprobans concernentes evulgavit in ſuis commentariis gallicis in Novum Teſtamentum. Equidem haec adſeruit. 1.° *quando Deus vult ſalvare animam, quocumque tempore, quocumque loco effectus indubitabilis ſequitur voluntatem Dei* (*i*): tum *omnes quos Deus vult ſalvare per Chriſtum, ſalvantur infallibiliter* (*k*). Porro utrobique Deo perſpicue abſtulit ſinceram voluntatem ſalvandi reprobos, qui nunquam ſalvi fient.

2.° *Jeſus Chriſtus ſe morti tradidit ad liberandum pro ſemper ſuo ſanguine*

cile conjiciat, Janſenium, ceteroſque illius theſis adſertores ut minimum a vero multum aberrare.

(*d*) Eſt Propoſitio v. ex quinque famoſis Janſenii, deprompta ex lib. 3. de gratia Chr. c. 21.

ADNOTATIO.

(*) PRofecto in ſenſu Janſenii non ea intentione Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, ut gratiam mereretur, qua poſſent omnes, etiam divino decreto reprobati, aeternam ſalutem adipiſci: quoniam ſolis praedeſtinante decreto electis confert eam gratiam ſufficientem, aut delectationem coeleſtem ſuperiorem, ac relative victricem, quae tanquam virtus ſufficiens & efficax gratia poteſt ad ſalutem perducere.

Plura in hanc propoſitionem *Anti-Janſeniſtae* cum *Franc. Annato* in informatione de V. propoſitionibus Janſenii, ubi de quinta, *Martinone*, alias *Moraines* in Anti Janſenio tr. 3. diſp. 26. *Dechamps* de haereſi Janſeniana l. 1. diſp. 7. *Tournel.* tr. de gratia Chriſti q. 3. ubi de hac quinta prop. *Viva* in expoſitione ejuſdem prop. *Anonymo* in Indiculo locorum Janſenii, in quibus illae v. famoſae propoſitiones continentur, & exſtat ap. *D' Argentr.* in collect. judic. de novis erroribus tom. 3. ad an. 1656.

Poſtremo circa erroneum Janſenii ſyſtema de Deo Reprobante perplura poſſem diſſerere. Quid vero? Actum fruſtra agerem, poſtquam *Ducheſnius* in hiſtoria Praedeſtinatianiſmi lib. 6. per totum, illud in apertiſſimo lumine collocavit, nervoſeque perſtrinxit. Ipſe conſulitor.

(*e*) Legantur *Irenaeus*, hoc eſt *Nicolius*, d. 6. art. 8. ad calcem Diarii, & *Raymundus* 1. p. c. 6. art. 6. & in epiſt. ad Dekerium pro Queſnelli vindiciis.

(*f*) Ad Interrogat. 66.

(*g*) In ſpeculo pietatis p. 134. ap. Lexicon librorum Janſeniſticorum t. 4. p. 270.

(*h*) Ibid. t. 1. p. 285. ſqq.

(*i*) Eſt Propoſitio XII. ex Queſnellianis, damnatis in Conſt. *Unigenitus*, e *Queſnello* in Obſervationibus moralibus in Marcum 2. 11.

(*k*) Prop. XXX. ex *Queſn.* in Joan. 6. 40.

guine primogenitos, id est Electos de manu Angeli exterminatoris (*l*). Eu ſubdole innuit, Chriſtum pro reprobis ſanguinem non fudiſſe ... 3.° *nihil ſpetioſius Eccleſia Dei, quia omnes Electi & juſti omnium ſeculorum illam componunt* (*m*). Heic tacite docet, Reprobos ac peccatores eſſe extra Eccleſiam, aut non eſſe membra Eccleſiae, quam ſuo Chriſtus ſanguine aedificavit.

Has deinde theſes, uti & reliquas in Queſnello proſcriptas, mordicus tutari pergunt plerique poſteri Queſnelliſmi Sectatores in ſuis ſcriptis bene multis (*n*) (*).

His praehabitis, in velitationes noſtras animum intendimus.

(*l*) Prop. XXXII. ex *Queſnel.* in Galat. 4. verſ. 4. 5. 6. 7.

(*m*) Prop. LXXVI. ex *Queſn.* in Epheſ. 2. 22. Ac in idem plane recidunt Prop. LXXII. & LXXIV. & LXXV.

(*n*) Conſer, ad dignoſcendum harum theſium dolos, fucum, verum ſenſum, qualificationes, *Anti-Queſnellianos Scriptores*, earumdem theſium Interpretes & Oppugnatores, alias indicatos.

ADNOTATIONES.

(*) I. AUthor Libelli, cui titulus, *Theologia ſupplex coram Clemente XII. Pontif. Max. Clementinae Conſtitutionis* UNIGENITUS DEI FILIUS *explicationem & intelligentiam ſubmiſſe rogans* &c. Coloniae 1736. (qui vulgo dicitur *Hiacynthus Serri*, in ſpeciem refragante ejuſdem Antagoniſta *Pio Vanden Dyck* in ſuis vindiciis in Praefat. §. XI.) & prohibiti a S. R. Congr. Ind. decr. 14. Jan. 1737: hic, inquam, Author, variis ſubdola arte propoſitis, probatiſque dubiis, reapſe Queſnellianarum theſium eximium patronum agit.

Inter alias vero, quas mox poſuimus tanquam reas, & eaſdem ipſe profert pene tanquam innoxias, ac ſuſpicione immunes; quae nempe, inquit a SS. Patribus ſyllabatim traditae ſunt, vel perquam ſani ſenſus interpretationem patiuntur. Sic ille de propoſitione Queſnelliana XII. in ſua pagina 165. & 244; de prop. XXX. in p. 201. & 249 de prop. XXXII. in p. 205. & 250; de propp. LXXII. LXXIII. LXXV. LXXVI. in p. 84. & 226; de prop. LXXIV. in p. 87.

Quid tum vero profecerit catholicus hic Doctor pro immunitate theſium, quam aperte propugnabat, & inſimul pro adcuſatione pontificiae earumdem damnationis, quam tacite ſuggerebat? Porro omnino nihil Breviori dedit ipſe compendio, quae adverſus Clementinam Conſtitutionem vulgarant *Joan. Frickius*, *Joan. VVolfg. Jaegerus*, *Gottlob. Frideric. Jenichen.*, Lutheranorum Trinitas, tum Queſnelliani, cum duce *Queſnello*, Socius *Hexapliſta*, Cardinalis *Noallius*, aliique ejuſdem factionis plurimi; impudens vero, inſolenſque ignorare adfectavit, ea omnia & ſingula invicte diluta & confutata fuiſſe a longe pluribus clariſſimi nominis Doctoribus nuper adlegatis; ad quos quidem eum, ceteroſque ſibi pares (ſi qui nondum Clementinae, quam univerſa Eccleſia excepit, probavitque Conſtitutioni adquieſcunt, & infremunt) remittimus, ne in ignoto hoſte convellendo tempus terere videamur.

II. Huc coronidis loco revocanda ſunt & adplicanda quae in proxima Proluſione praenotavimus ſparſim circa erronea Syſtemata, in Deum Reprobantem pugnantia, ne quid fruſtra ingeminemus.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 590 QUAESTIO PRODROMA. Quid praeſupponendum circa Providentiam Reprobantem? ADSERO I. Definitur, *efficax Dei diſpoſitio, creaturam rationalem, ad aeternam vitam ineffi caciter praeordinatam, ob finale peccatum a eterno ſupplicio deſtinans*, ſcilicet, ob peccatum vel originale, vel perſonale. II. Eſt pariter fide certa, ex *Scripturis*, cum *Matt.* 25. 41. *Prov.* 16. 4. *Joan.* 17. 12. *Rom.* 9. 22. & 2. *Tim.* 2. 20.

Tum

Tum ex *PP.* cum *Damasc.* (*o*) *Aug.* (*p*) *Prosp.* (*q*) *Fulgent.* (*r*) eruiturque ex *CC. Valent.* (*s*) *Arausic.* (*t*) *Trid.* (*u*) III. Non est naturaliter demonstrabilis, utpote supernaturalis, nimiumque arcana.

591 Et vero ipsam tanquam sub aenigmate, seu rudi imagine noviſſe & adfirmasse dicendi sunt Sapientiores illi Ethnici, qui statuerunt, animo immortali ac improbo decretas esse poenas post mortem luendas. Eos numero perplurimos dabimus in Parte II. ubi de Inferno Gehennali. Et quidem eo pari omnino jure, quo de Providentia Praedestinante nuper adsertum est. Ea relege & huc adplica. IV. Est species propriae Providentiae, quia dirigit primario per media sufficientia ad vitam aeternam, ob bonum creaturae; secundario tamen, dependenter a peccato finali, destinat ad supplicium ob bonum universi (*x*). Heinc ejus essentiae physicae adscribenda sunt proportione adcommoda, quae diximus de Providentia generatim (*y*).

CAPUT PRIMUM.

Expenditur natura Providentiae Reprobantis.

592 QUAESTIO I. Quotuplex est? ADSERO I. Solet dividi 1.° in activam, & passivam: illa consistit in Dei actibus; ista in serie auxiliorum utilium, sed inefficacium usque ad peccatum finale, atque supplicium aeternum. 2.° in negativam, radicalem, seu permissivam, quae dicit actum nolentem eligere efficaciter ad gloriam, simulque praescientiam, & praeparationem mediorum, quibus homo non evitabit peccatum finale, nec finaliter merebitur gloriam, etsi eam Deus intendat; & formalem, positivam, punitivam, seu dogmaticam, quae dicit adaequate decretum ejectionis a gloria, & damnationis ad poenam: haecque consonat cum divisione adlata (*z*) de Praedestinatione in dogmaticam, & Augustinianam (*a*).

593 QUAESTIO II. In quo differat Reprobatio a Praedestinatione? ADSERO. In eo praecipue, quod Praedestinatio per merita supponit intentionem gloriae, meritis successurae; at Reprobatio per demerita non supponit intentionem poenae, successurae demeritis: immo supponit intentionem gloriae, etsi inefficacem, ex qua intentione providet Deus reprobo media sufficientia ad poenam vitandam, & gloriam obtinendam (*b*). Heinc per Reprobationem est Deus sufficienter benevolus, & beneficus, quatenus intendit sufficienter salutem reprobi, sufficientia media ad eam

(*o*) L. 2. de fid. c. 29.
(*p*) L. 3. contra Julian. c. 18. & saepe alias.
(*q*) Ad Objection. Vincentian. respons. 11.
(*r*) L. 1. ad Monim. c. 13. 14. 19. 24. 27.
(*s*) Sub Lothario, c. 5.
(*t*) Can. 25.
(*u*) Sess. 6. can. 17.
(*x*) Ut loquitur *D. Th.* q. 22. a. 2. *Mun.* d. 14. n. 4. Conf. *Rhod.* heic d. 5. q. 3. s. 1.
(*y*) Lib. I. sparsim.
(*z*) *Supra.* n. 555. p. 316.
(*a*) V. *Suar.* l. 5. c. 4. *Mun.* d. 14. a. n. 6.
(*b*) Conf. *Rui.* d. 16. & 17.

praeſtans (*c*): non eſt efficaciter beneficus, ſed abſque injuria, quum nulli teneatur conferre auxilia praeviſa efficacia. (*d*)

594 QUAESTIO III. Num ſit, aut eſſe poſſit aliqua Reprobatio, antecedenter ad peccatum finale abſolute praeviſum? NEGO. (*e*) Quia ejuſmodi Reprobatio eſſet ſaeva, & crudelis, ac indecens Deum, qui non niſi invitus, hominumque ſceleribus coactus, ad eorum vindictam deſcendit, ut declamant Scripturae, PP. totumque Univerſum: quis autem eum impulit, aut coegit ante praeviſa ſcelera? Valet equidem haec cauſalis in omni providentia, *ideo Deus decernit poenam, quia videt culpam*, non e contrario: ſemper itaque pro priori ad poenam eſt culpa. Quin immo ex *Auguſtini* ſententia (*f*) *Deus non poteſt quemquam ſine malis meritis damnare*.

595 Heinc 1.° dicta valent pro quacumque Reprobatione (ſcilicet vel Angeli, cum ſolo peccato perſonali, vel hominis cum ſolo originali, aut cum originali, ſimulque perſonali) in quocumque ſenſu deſumatur antecedenter ad peccatum; id enim pro omni caſu Dei benignitatem dedecet: atque adeo nulla effingi quit Reprobatio aut a gratia congrua, aut a gloria, quae non ſit culpam conſequens (*g*). Quid? quod ita facilius concipitur & voluntas Dei erga omnium ſalutem, & rebrobi libertas in ſua Reprobatione. 2.° non inde impeditur indiviſibilitas virtualis decreti, & ſcientiae (ſi eam admittere lubeat). Quia Deum decernere damnationem, ex abſoluta demeriti praeviſione, nihil eſt aliud, quam Deum ita adfici, ut re apſe velit poenam, quia culpam videt, non autem videat culpam, quia poenam velit; eo quod id poſtremum ſit modus immitis, adeoque incapax qui Deum adficiat (*h*).

OBJECTIONES.

596 Obj. *primo*. Hoc Adſertum pugnat cum Scriptura, & PP. Nam 1.° ex *Sap.* 12. *juſte omnia diſponis, ipſumque, qui non debet puniri, condemnas, & exterum aeſtimas a tua virtute*. Ex Sap. 16. 4. *universa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum*. Ex Rom. 9. 17. ait Deus Pharaoni, *in hoc ipſo excitavi te, ut oſtenderem in te virtutem meam*. Ex Rom. 9. 21. *annon habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* pariter ergo Deus. 2.° ex Aug. (*i*) *ſola gratia redemptos diſcernit a perditis, quos*

(*c*) *Rui.* d. 17. ſ. 4. 5. *Mun.* d. 15. n. 21. cum *Aldr. Ribad. Eſp.*

(*d*) Videatur *Rui.* cit.

(*e*) *Suar.* l. 5. c. 3. *Vaz.* heic d. 96. c. 5. *Comp.* d. 45. ſ. 2. 3. *Heri.* d. 33. c. 3. *Rib.* tr. 7. d. 7. c. 2. 4. *Viv.* heic q. 2. a. 2. *Jun.* ſ. 6. c. 8. *Quir.* d. 17. ſ. 2. 4. *Amic.* d. 16. n. 45. *Rhod.* q. 2. d. 2. §. 2. *Tourn.* q. 23. art. 2. per tot. cum *Mol. Bellar. Arrub.* &c. *Kriſp.* heic diſt. 22. q. 1. a. 6. *Maſtr.* d. 5. n. 240. *Mezg.* tr. 1. d. 19. ar. 1. §. 1. de reprobatione poſitiva, *San-Gall.* tr. 3. q. 8. concl. 9. *Petrocorienſ.* tr. 1. l. 3. c. 4. q. 2. *Martinon* heic. d. 21. n. 49. *Herinx* heic d. 7. n. 85. cui haec theſis eſt fide certa, cum *Smiſing. Arri.* d. 39. n. 20. *Mun.* d. 14. n. 11. *Aran.* d. 45. n. 274. contra Pau. a Conc. heic tr. 5. d. 3. n. 79. cum Caj. & commu. Thomiſt. Red. q. 10. a. 1. contr. 1. 2. Piett. de Deo q. 19., &c.

(*f*) L. 5. contra Julian. c. 18.

(*g*) *Comp.* d. 45. ſ. 3. contra Suar. & Tanner.

(*h*) Conf. *Mun.* d. 14. n. 21. ſtrenuus ejus indiviſibilitatis propugnator.

(*i*) Enchir. c. 98. & 99. itemque epiſt. 106. & ſaepe alibi.

quos in unam concreverat maſſam, ab origine ducta, cauſſa communis. Ex D. Th. (*k*) *ſed quare hos elegit ad gloriam, & illos reprobavit, non habet rationem, niſi divinam voluntatem.* Pro quo advocat Auguſtinum, ajentem (*l*), *quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle judicare, ſi non vis errare.*

597 R. *N. Adſ.* quia Scripturae, ac PP. innititur. Nam in primis ex *Matt.* 18. *non eſt voluntas ante Patrem veſtrum qui in Caelis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis*, ſcilicet ante praeviſum peccatum. Ex *Ezech.* 18. *numquid voluntatis meae eſt mors impii, & non magis ut convertatur?* Ex 2. *Petr.* 3. *patienter agit propter vos, nolens aliquem perire.* Ex *Sap.* 1. 13. ſqq. *Deus mortem non fecit... impii manibus, & verbis adcerſierunt illam.* Ex 1. *Timoth.* 2. 4. *omnes homines vult ſalvos fieri*; cum qua voluntate antecedente repugnat decretum antecedens efficax ex iis plurimos reprobandi. Deinde ex *Conc. Valent.* (*m*) *in damnatione peccatorum meritum mali praecedit juſtum judicium Dei.* Ex *Aug.* (*n*) Ex *Proſp.* (*o*) *quia praeſciti ſunt caſuri, non ſunt praedeſtinati.* Ex *Chryſoſt.* (*p*). *Deus non modo nos non derelinquere vult, ſed quoties punit, invitus punit.* Ex aliis plura (*q*).

598 Ad 1. prob: textus Sap. eſt mendoſus, nam in editione vulgata legitur, *ipſum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum aeſtimas a tua virtute*, & ita nobis favet. Textus alter Sap. denotat, Deum ordinaſſe reprobos poſt praeviſa peccata, ad diem vindictae, ut ſuam juſtitiam manifeſtet. In primo textu Paulli ſenſus eſt, Deum excitaſſe Pharaonem ad malum pure permiſſive, ut in eo puniendo Juſtitiae ſuae exemplum oſtenderet. In ſecundo textu adumbratur Praedeſtinatio radicalis gratuita, & Reprobatio radicalis gratuita ſita in negatione auxilii praeviſi efficacis, quae fiat optime cum voluntate antecedente ſalvandi reprobum. Ad 2. Aug. & Th. ad ſolam Dei voluntatem referunt Reprobationem radicalem, non formalem. Audi rurſum *Auguſtinum*, (*r*) *niſi per indebitam Miſericordiam nemo liberatur, & niſi per juſtum judicium nemo damnatur.*

599 Inſiſtis *primo*. Praefata Reprobatio radicalis referri poteſt cum in parvulis ad peccatum originale, tum in adultis ad peccatum Adae, quatenus ex ipſo manſit in poſteris aliqua obligatio, non modo contrahendi peccatum originale, ſed etiam carendi gratia congrua; cujus equidem negatione fit, ut reprobus abeat in finalem imperſeverantiam. Etenim quum illa negatio ſit poena, culpam debet ſupponere. Et haec videtur mens D. Aug. (*s*) ubi ſupponit, cunctos ſimul homines in eadem maſſa perditionis fuiſſe, priuſquam a Deo, vel praedeſtinarentur, vel reprobarentur: ergo referenda non eſt ad eam Dei voluntatem.

600 *Secundo*. Illa negatio auxilii eſt permiſſio peccati, primuſque Reprobationis effectus, & prior peccato; hoc enim ſine illa permiſſione ſtare

(*k*) Heic q. 23. a. 5. ad 3.
(*l*) Tractat. 26. in Joan.
(*m*) C. 3.
(*n*) Ubi *ſupra* n. 594.
(*o*) Ad 12. Objectionem Vincentianam.
(*p*) Hom. 67. in Joan.
(*q*) Ap. *Orteg.* cit. d. 5. q. 4. certam. 3. num. 10.
(*r*) Enchir. c. 84.
(*s*) Epiſt. 106. ubi paullo *ſuperius*.

ſtare nequit: ergo aliqua eſt Reprobatio ante demerita abſolute praeviſa, quae crudelitatem non ſapiat. *Tertio*. Finis a Deo intentus in illa efficaci negatione auxilii, eſt privatio gloriae, & ad gehennam damnatio, cum quibus illa negatio connexa eſt: ergo Deus in illa negatione efficaciter intenta vult ſaltem virtualiter hominem privare gloria, & damnare, independenter a demeritis abſolute praeviſis. *Quarto*. Illa auxilii negatio eſt proprie reprobatio negativa: ergo haec ſaltem eſt in Deo independenter a demeritis.

601 R. Ad *primum*. *N. A.* quod gratis adſumitur ut de facto exiſtens. Reprobatio radicalis quoad parvulos eſt negatio medii efficacis ad Baptiſmum; quoad adultos eſt negatio gratiae efficacis in actu primo praedeſtinantis: nulla ex iis eſt poena, quae culpam ſupponat, ſed utraque pendet a ſolo Deo, ex ſe miſerante, vel non miſerante; eo quidem modo, quo ab ipſo pependit Reprobatio radicalis Angelorum apoſtatarum. Quod ſi Auguſtini verba ſtricte ſumantur, probant, etiam in reprobis baptizatis originale fuiſſe motivum Reprobationis quoque formalis; cum tamen ex *Conc. Trid.* (*t*). *in renatis nihil odit Deus, quia nihil eſt damnationis iis, qui vere conſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſma in morte*.

602 Ad *ſecundum*. Illa negatio eſt praeciſive peccati permiſſio, quia non dicit formaliter ſe permittere peccatum, ſed ſolum nolle conferre auxilium efficax: ac licet materialiter ſumpta ſit radix Reprobationis formalis, non eſt tamen effectus, quum non ſit in Deo ex intentione Reprobationis formalis: eſt tantum prior peccato, quatenus iſtud non ſupponit. Unde ante praevia demerita ſolâ Reprobatio radicalis, quae dici ſolet ab AA. *reprobatio a gratia*, locum habet.

603 Ad *tertium*. *N. A.* Finis ejus negationis eſt aut uſus divinae libertatis in conferendis auxiliis, aut alter ex iis, quos Deus habet, quum etiam electis negat auxilia congrua, abſque animo eos reprobandi. Et *N. Con.* quia ex ejuſmodi negatione non illa per ſe ſequuntur, ſed per adcidens, & ex humana malitia, quae propterea non tenetur velle Deus; alioqui vellet etiam peccatum, cum divina permiſſione connexum. Ad *quartum*. *D. A.* videlicet eſt praeciſe non electio ad Gloriam ceteris electis, nulla habita intentione, & adfectione ad Reprobationem formalem, *C.*, ſecus, *N.* Et *D. reſpective Conſ.* (*u*).

604 Obj. *ſecundo*. Reprobatio poſitiva ante demerita abſolute praeviſa, non eſt crudelis, adeoque nec repugnans. Nam 1.° poteſt Deus ſaltem in alia providentia deſtinare innocentem ad aeternos cruciatus per modum adflictionis, in oſtenſionem ſui dominii: ergo & poteſt in hac providentia ad ipſos deſtinare nocentem per modum poenae in praeviſis demeritis. 2.° Deus non aliter decernit infligere poenam, niſi poſt culpam abſolute praeviſam, & exiſtentem: immo eam vult irrogare citra condignum, aut minorem culpa: ergo eſt pius. 3.° Reprobatio illa haberet objectum materiale, & formale juſtitiae punitivae: ergo eſſet actus ejus virtutis. 4.° *Deus*

(*t*) Seſ. 5. de pec. orig.

(*u*) Conſulantur *Vaz.* hic d. 95. a. c. 3. & deinceps, *Aran.* d. 39. a n. 21. *Orteg.* cit. contr. 7. q. 6. certam. 1.

605 4.° Deus in ſigno, quo reprobat, vult Reprobationem contra ſuam inclinationem, ſimulque vult efficaciter reprobo multa bona ſuperna, ex ſe conducentia ad beatitudinem; immo iſtam illi vult ſerio, licet inefficaciter: ergo ipſi clemens eſt. 5.° non eſt crudelis, qui alterum excludit a beneficio ſibi indebito, prout indebitum eſt; atqui poſſeſſio gloriae eſt beneficium homini indebitum: ergo non eſt Deus crudelis, dum ante praeviſa demerita vult decreto intentivo excludere hominem a beatitudine; non quidem prout talis excluſio habet rationem poenae, ſed prout dicit unice poſitivam denegationem Beatitudinis, quatenus eſt beneficium indebitum, cujus Dominus abſolutus Deus eſt.

606 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *C. A.* quia tunc poſſet ſe gerere ut Dominum abſolutum; adeoque poſſet creaturam ſuam ad nutum torquere, ac etiam annihilare. Et *N. Con.* quia in hac providentia ſtatuit ſe ſe gerere ut juſtum Judicem, cui repugnat intendere poenam, & judicare, non praeviſis reorum meritis. Ad 2. *D. Conſ.* ſi ita intendat, & decernat ante praeviſam culpam, *N.* ſic enim, licet non exſequutive, eſſet tamen intentive, & adfective crudelis: ſi poſt praeviſam culpam, *C.* Illa Reprobatio, ſi fiat ante praeviſam culpam, ſub quocumque modo tendendi quoad decretum exſequutivum, expleta jam eſt & crudelis. Ad 3. *N. A.* quia culpa non niſi ut abſolute praeviſa poteſt movere intentionem efficacem ad juſtam ſui punitionem, uti meritum ad ſui praemium. Et ulterius vitiaretur ille actus ex indebito modo tendendi in ſuum objectum.

607 Ad 4. *N. A.* Nec illa cohaerent in eodem ſigno cum Reprobatione efficaci, quae proinde ſpeciale debet habere ſignum poſt abſolutam culpae praeviſionem. Ad 5. *D. Mi.* indebitum abſolute, *C.* quia potuerat Deus hominem non ordinare ad finem ſupernum: indebitum, ſuppoſita hac gratuita ordinatione, ſimulque Chriſti Redemptione, ad hunc finem obtinendum peracta, *N. Mi.* & *Con.* Plane poſitis hiſce titulis, illa Reprobatio eſſet poena, quum eſſet rei debitae denegatio. Ac inſuper prefata Reprobatio, etiam ſeorſim ab his titulis, fieret cum adfectu, & intentione efficaci erga aeternos cruciatus: adeoque vel utraque Reprobationis intentio repugnat ante praeviſa demerita, vel nulla (*x*).

608 QUAESTIO IV. Quo jure Reprobatio ſit libera reprobo, quum certa ſit, & infallibilis? ADSERO. Eodem jure, quo certa Praedeſtinatio eſt libera praedeſtinato. (*y*) Quia quum Reprobatio non niſi dependenter a peccato finali ſubſiſtat; eo modo, quo iſtud eſt liberum, ac evitabile a creatura, eſt ipſi pariter libera, & evitabilis Reprobatio (*z*).

QUAE-

(*x*) Conf. *Vaz.* cit. *Arria.* cit. *Val.* d. 1. q. 23. heic pu. 3. *Oxteg.* cit. *Salman.* heic to. 1. tr. 5 d. 8. dub. 1. §. 4.

(*y*) Ex *ſupra* n. 556. p. 316.

(*z*) *Mol.* ibid. cit. *Comp.* d. 45. ſ. 4. n. 5. *Suar.* l. 5. c. 8. *Mun.* d. 16. ſ. 2. Vide *Jun.* ſ. 18. c. 1.

609 QUAESTIO V. Quo pacto velit Deus reprobos ſalvari? ADSERO. Vult ſerio, ſive ex animo, ita ut ſalutem vere intendat in omnibus reprobis per volitionem, non ſigni, ſed beneplaciti; id eſt quae realiter in Deo eſt (*a*). Quia Deus *omnes homines vult ſalvos fieri*, 1. *Timoth.* 2. 4. & Chriſtus, ut ibid. v. 6. *dedit redemptionem ſemetipſum pro nobis*: ergo eo modo vult omnes ſalvos fieri, quo modo pro omnibus mortuus eſt; ſed pro omnibus reprobis vere mortuus eſt; ergo vult vere reprobos omnes ſalvari. Huc advoca Prop. V. Janſenii, toties proſcriptam, necnon IV. ab Alex. VIII. profligatam (*b*).

610 Adſertum oſtendunt Scripturae aliae, e. c. *Joan.* 3. 16. & 6. 39. 40. & 17. 6. 12. 24. & 1. *Theſſal.* 5. 9. & 10. PP. itidem cum *Clem. Alex.* (*c*) *Orig.* (*d*) *Cypr.* (*e*) *Baſil.* (*f*) *Cyr. Hieroſ.* (*g*) *Paulin.* (*h*) *Hieron.* (*i*) *Proſp.* (*k*) *Aug.* (*l*) *Chryſoſt.* (*m*) *Damaſc.* (*n*) *Oecum.* (*o*) *Theophyl.* (*p*) *Beda* (*q*). Quibus addito CC. quibus priores & poſteriores vulgo dicti Praedeſtinatiani, theſim adſerto noſtro adverſam docentes proſcripti ſunt; puta *Arelatenſe* ſub an. 453. (*r*) & *Lugdunenſe* ſub idem pene tempus (*s*).

611 II. Haec volitio in Deo eſt absolute inefficax, at ardens, & ſecundum quid efficax, etiam quoad finem gloriae; ſcilicet vel conditionaliter, quum abſque altera volitione ſit ſufficiens ad conferendam gloriam, ſi reprobus perſeveret (*t*); vel quantum ex Deo eſt, quia non utcumque bene Deum adficit erga Reprobi gloriam, ſed ita ut iſtam ei obtinendam pararet per auxilia, ſeu aliud donum, quod vult adhibere, ac adhibet, niſi alienae voluntatis determinatio reſiſteret (*u*). Quia alioqui illa volitio diceretur luſio, & velleitas, Deo indigna (*x*).

OBJECTIONES.

612 Obj. *primo* Haec Adſerta pugnant cum ſacro Codice. Heic enim habemus 1.° voluntatem Dei ſemper impleri, e. c. Pſal. 113. *omnia quaecumque voluit, fecit*; Eſth. 13. *non eſt qui voluntati tuae poſſit reſi-*

(*a*) *Suar.* l. 4. c. 1. 2. *Quir.* d. 18 19. *Comp.* d. 38. a ſ. 1. *Jun.* ſ. 17. c. 11. n. 13. cum *Izq. Rui.* d. 39. & alibi, *Amic.* d. 16. n. 11. *Rhod.* q. 2. ſ. 2. §. 1. *Mun.* d. 15. n. 12. cum *Vaq. Petav. Rip. Ribad.* contra Cajet. Marſil. Bannez., Albarez. &c.

(*b*) Ap. *Dechamps*, *Vin.* ceteroſque Anti-Janſeniſtas Scriptores ſuper his propoſitionibus.

(*c*) L. 7. ſtrom.

(*d*) L. 1. & 4. cont. Celſ.

(*e*) Epiſt. 52. ad Antonianum.

(*f*) In Pſ. 29. 6.

(*g*) Catech. 18.

(*h*) Epiſt. 2.

(*i*) Ad cap. 64. Iſaiae.

(*k*) In reſponſ. ad Object. Vincentian. ſub init.

(*l*) Tr. 106. in Joan.

(*m*) Hom. 44. in cap. 6. Joan.

(*n*) L. 2. de fid. c. 29.

(*o*) In 1. Tim. 2.

(*p*) In c. 6. Joan.

(*q*) In idem c. Joan.

(*r*) In eo probata eſt Fauſti Rejenſis epiſtola ad Lucidum Presb.

(*s*) In iſto pariter probata eſt Epiſtola ejuſdem Lucidi, errores ſuos ejurantis.

(*t*) Ex *Amic.* d. 16. n. 21.

(*u*) Ex *Mun.* d. 15. n. 15. cum *Rip. Ribad.*

(*x*) Conſule plures de hac univerſali voluntate Dei opiniones ap. *Vitaſſium* in quaeſt. 13. de volunt. Dei art. 4. ſect. 4. & conf. ulterius *Saguens* de perfect. div. t. 2. diſp. 4. art. 3. & 4. *Maſtr.* t. 1. d. 5. q. 1. ad art. 1. *Simonn.* tr. 1. diſ. 8. art. 2. ſqq. *Tournel.* q. 17. art. 10. *Boucat* de volunt. Dei diſſ. 2. art. 2. ac prae ceteris *Coel-ſtin. Sfondrat.* in nodo Praedeſtinationis diſſoluto, par. 1. per tot.

reſiſtere; Iſai. 46. *conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet*: atqui voluntas ſalvandi omnes non impletur: ergo nulla eſt. 2.° Chriſtum oraſſe Patrem, non pro omnibus, ſed pro aliquibus, hoc eſt pro ſolis praedeſtinatis, e. c. Joan. 17. *non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi, quia tui ſunt*. 3.° Chriſtum redemiſſe multos, non omnes, e. g. Math. 20. *venit filius hominis dare animam ſuam in redemptionem pro multis*, & Matth. 26. *hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*.

613 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* voluntatem efficacem, & abſolutam, qualem praeferunt adducti textus, *C.* inefficacem, & hypotheticam, qualis eſt voluntas ſalvandi reprobos, *N.* Quid vero? Etiam habemus *Ezech.* 14. dixiſſe Deum, *mundare te volui, & non es mundata*, & Chriſtum itidem *Matth.* 20. *quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos ſuos ſub alas, & noluiſti*. Impletur itaque voluntas Dei antecedens & hypothetica quantum ad effectum ſibi proprium, qui eſt omnes in via ſalutis ita conſtituere, ut hanc, ſi velint, adſequantur; non autem impletur quantum ad effectum voluntatis abſolutae & conſequentis, qui eſt reapſe perducere ad ſalutis terminum.

614 Ad 2. quandoque Chriſtus, ut heic, oravit oratione ſpeciali aut efficaci pro Apoſtolis, vel electis; alias oratione generali & hypothetica pro ſalute reproborum; & in cruce etiam pro ſui crucifixoribus *Luc.* 23. 34., e quibus pleroſque ſaltem reprobos plane dixeris (*y*). Ad 3. quia omnes redemit Chriſtus, optime dicitur multos redemiſſe; qui enim verius multi, quam omnes? Quid? quod in ſacris literis frequenter idem *multi* ſonat, ac *omnes*. Subinde *Rom.* 5. legimus, *ſicut per inobedientiam unius peccatores conſtituti ſunt multi*, nempe *omnes*.

615 Obj. *ſecundo*. Pugnant cum Patribus & antiquis ex Schola Theologis, docentibus utique, nullam ſimpliciter inexſiſtere Deo voluntatem ſalvandi reprobos. Nam 1.° ſic docuiſſe perhibentur e Patribus Aug. (*z*) Proſp. (*a*) Hilar. (*b*) Author hypognoſticon (*c*) Author librorum de vocatione gentium (*d*) Fulgent. (*e*) Petrus Diacon. (*f*) Gregor. M. vel author commentarii in 1. Reg. (*g*) Beda (*h*) Lupus Servatus (*i*) Prudent. Trecenſis (*k*) &c. 2.° idem cenſuerunt e Theologis Rob. Pull. (*l*) Petr. Pictavienſ. (*m*) Praepoſitiv. (*n*) Greg. Ariminenſ. (*o*) Bradvvardin. (*p*) Eſtius (*q*) Sylvius (*r*) &c.

(*y*) Conf *S. Aug.* in ſerm. 109. de temp. & ſerm. 4 de S. Stephano.
(*z*) In Enchir. c. 103. & l. 4. in Julian. c. 8. & l. de corrept. & grat. c. 14. n. 44. & ſaepiſſime alias.
(*a*) In carmine de ingratis c. 11. & 13. & alibi.
(*b*) Epiſt. ad Auguſtin. n. 6.
(*c*) L. 6. c. 8.
(*d*) Cap. 1. 9. 10. &c.
(*e*) L. de incarnat. & grat. c. 29.
(*f*) Epiſt. ad Fulgent.
(*g*) Lib. 5. in cap. 14.
(*h*) In 1. Timoth. 2.
(*i*) In l. de tribus quaeſtionibus, q. 1 n. 26.
(*k*) In Tractoria ad Synodum Senonenſem.
(*l*) In l. 1. ſent. c. 14.
(*m*) In par. 1. ſent. c. 11.
(*n*) In ſumma ſub init.
(*o*) In 1. diſt. 46.
(*p*) L. 1. de cauſſa Dei c. 23.
(*q*) In 1. diſt. 46. §. 4.
(*r*) In 1. p. S. Th. q. 19. ar. 6.

℟. *D. Adſ.* pugnant cum omnibus Patribus & antiquioribus Scholaſticis, *N.*, cum iis nonnullis, quos Objectio laudavit, *Eſto*; nec enim vacat ſingulorum ſenſa diſcutere atque librare. Quid tum vero? His Patribus alios opponimus, nobiſcum nuper ſentientibus, inter quos haud inconſulto reponimus *Auguſtinum* & *Bedam*, etiam pro adverſa parte adlegatos: adeo ipſi utrobique exponendi ſunt, ne ullibi ſibi non conſtare videantur.

616 Scholaſticis item alios contra objicimus Scholaſticos. E. c. *Magiſtrum* (*s*) *Alex. Alenſem* (*t*) *S. Thomam* (*u*) *Bonavent.* [*x*] *Scot.* [*y*] *Durand.* [*z*] *Ockam.* [*a*] *Rubion.* (*b*) *Putean* [*c*] *Stapleton.* [*d*] &c. quibus addere licet abique haeſitatione ex Recentibus e Schola & extra Scholam Doctores pleroſque omnes [*e*].

617 Et quidem quaerenti mihi rationem potiſſimam, ob quam tantus Vetuſtiorum coetus in ſententiam noſtrae adverſam conceſſerit, haud alia plane ſuccurrit, quam quod noſtram ſuſpicarentur erroneam, utpote a Semipelagianis adſertam, ſtrenueque propugnatam. Ceterum oportuiſſet inter commixtas eorumdem Novatorum aſſertiones a falſis veras diſcernere. Licet enim ii, aliique haeretici plerumque vera falſis ſtudioſe miſcerent, non tamen omnia, quae ipſi tenuerunt, falſa ſunt; alioqui falſum dixeris, Deum eſſe Omnipotentem, & Chriſtum ſanctiſſimae Euchariſtiae Authorem fuiſſe, quoniam haec etiam plures heterodoxi cum Semipelagianis fatebantur (*f*).

618 Obj. *tertio*. Pugnant cum ratione. Nam 1°. non eſt voluntas antecedens ſincera, quae conjungitur cum voluntate conſequente illi oppoſita: ſic enim mercator, qui potens tempeſtatem ſedare, merces in mare projiceret, argueretur evidenter non habuiſſe ſinceram voluntatem merces conſervandi. Atqui divinae voluntati antecedenti ſalvandi omnes opponitur voluntas conſequens damnandi ex iis ipſis quamplurimos, quos ipſa ſalvare poſſet: ergo. 2.° Antecedens illa Dei voluntas eſſet mera velleitas, ſterilis & otioſa, ex qua ſcilicet nullum defluit in reprobos gratiae beneficium; qualis eſſet voluntas Judicis, qui vellet homicidam vivere quatenus homo eſt, eum tamen mori, quatenus eſt reus homicidii. Haec tamen Deum dedecet.

619 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob *D. Ma.* ubi voluntas antecedens & conſequens reſpiciunt eundem omnino terminum, *C.* & hujuſmodi quidem nobis reputatur quaelibet voluntas mercatoris; quippe qui unicum ſibi finem praefigere videtur, negotiationem videlicet ac lucrum; atque adeo ſi merces in mare projiciat, arguitur ad evidentiam caruiſſe voluntate eas

(*s*) In collectaneis in Epiſtolas S. Pauli ad 1. Tim. 2.
(*t*) Par. 1. q. 36. memb. 2.
(*u*) P. 1. q. 19. a. 6. ad 6.
(*x*) In 1. diſt. 46. q. 1. ar. 1.
(*y*) In 1. q. 46. q. un.
(*z*) In 1. diſt 47. q. 1.
(*a*) In 1. diſt 46 q. 1. ad 2.
(*b*) In 1. diſt. 46. q. 1.
(*c*) In 1. p. q. 23. ar. 5. dub. 1.
(*d*) In antidoto in epiſt. ad Rom. c. 9 n. 19.
(*e*) Recole & advoca huc quae diſſeruimus in proxima Proluſione, ubi de errore Janſenio, artic. VI. pag. 328.
(*f*) Conf. *Sfondr.* in nodo par. 1. §. 1. n. 16.

eas conſervandi: ubi reſpiciunt diverſum terminum, *N.* Sic autem evenit in Deo, qui in ſigno priori tanquam Proviſor generalis voluntate antecedenti reſpicit univerſim rationalem quamlibet creaturam, eamque viſceribus caritatis complectitur, ac deinde in ſigno poſteriori tanquam Proviſor particularis, voluntate conſequente hos beat, illos damnat. Heinc ſub eo ſenſu *C. Mi.* & *N. Con.*

620 Ad 2. *N. A.* & paritatem. Quoniam illa Dei voluntas praeparat media, qua generalia, qua ſaepe particularia, quibus munitae creaturae rationales, ſi velint, ſalutem obtineant. At vero voluntas illa, qua fertur Judex in vitam homicidae, quatenus homo eſt, quum nulla ei praeparet media, quibus capitis poenam evitet, plane ſterilis omnino eſt, ac nuda velleitas.

621 Inſiſtis. Ejuſmodi voluntas antecedens eſſet nuda velleitas, Deo indigna. Nam 1.° de ea inquit S. Thom. (*g*) quod magis velleitas, ſeu voluntas ſecundum quid dicenda ſit, quam vera & propria voluntas. 2.° haec voluntas reſpicit etiam daemonum, omniumque damnatorum ſalutem, quatenus ſalus in ſe ſpectata bona eſt; atqui ſaltem reſpectu illorum ſterilis omnino eſt ac otioſa. 3.° ea volitio conditionata eſſet; atqui hoc ipſo & ſterilis eſſet, & Deo indigna, quum ab ipſo omnino pendeat conditionem ponere, ſeu non ponere.

622 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* & explico S. Thomam: ſi in ſe ſimpliciter ſpectetur, *N.* ſic enim eſt efficax, quatenus praeparat multimodis media ad ſalutem obtinendam ſufficientia: comparate ad voluntatem abſolutam & conſequentem, *C.* quia haec infallibiliter ſalutem obtinet. Ad 2. *N. Ma.* quia hujus voluntatis effectus eſt eſſentialiter ipſe ordo naturae in finem ſalutis, (*h*) cujus equidem finis expertes omnino ſunt daemones & damnati, extra viam ſalutis conſtituti.

623 Ad 3. *D. Ma.* conditionata ex parte ſubjecti, vel Dei, quaſi Deus in ſuſpenſo eſſet, aut ſuſpenſam haberet ſuam volitionem omnes ſalvandi, *N.* quia Deus actu & determinate vult omnium ſalutem: ex parte objecti, ſeu creaturae, *C.* quia Deus vult ſalutem dependenter a creatura, libere cooperationem adponente. Id autem in Deo ſic conditionate volente nullam arguit imperfectionem: alioqui exinde Deus imperfectus eſſet, quod creaturam in manu conſilii ſui relinquere decreviſſet. (*i*)

624 QUAESTIO VI. Quo pacto Deus ex praeadſerta volitione provideat cunctis reprobis media ad ſalutem ſufficientia? ADSERO. Providet cunctis media generalia, mediata, remota, quatenus Chriſtus pro omnibus oravit, adplicuit Redemptionis ſufficientiam, & inſtituit Sacramenta, cunctis remote adplicabilia, etiam parvulis in materno utero decedentibus, quorum mortem non tenetur naturae Author per extra-

(*g*) P. 1. q. 19. a. 6. ad 1.
(*h*) Ex *D. Th.* in 1. diſt. 46. q. 1. a. 1.
(*i*) Plura in hanc rem *Gonet.* de voluntate Dei d. 4. art. 3. & 4. *Tourn.* & ceteri Recentiores ſub initium Quaeſtionis laudati. Eos conſulito.

ordinarias providentias impedire. Quod ſi ii, aliive ſimiles ſalutem abſque culpa non adſequantur, non ſtat per Deum, ſed aliunde provenit, per adcidens (ut ajunt) & praeter intentionem (*k*). Deinde adultis omnibus providit media proxima, nempe auxilia ſufficientia pro omni eventu, quo ſingulis ad ſalutem neceſſaria ſunt (*l*). Haec autem plane ſufficiunt ad ſartam tectam ſervandam veram voluntatem cunctos reprobos ſalvandi (*m*). Quia hoc ipſo, quod illa praeſtet media, quae ſecundum ſtatutum rerum curſum, & legem ordinariam praeſtari poſſunt, & ſolent, cenſetur divinus Proviſor cunctorum ſalutem ſerio velle. (*n*)

OBJECTIONES.

625 Obj. Saltem erga parvulos, nulla alterius negligentia decedentes in culpa originali, nullum Deus providit medium, abſolute conducens ad ſalutem; quam propterea nequit illis ſerio velle. Nam 1.° non eſt abſolute conducens quod nec eſt ſufficiens, nec adplicari fas eſt, unde nec moraliter poſſibile; at ejuſmodi eſt medium, quo per Baptiſmum obtineant ſalutem ii parvuli, e. c. qui obeunt materno utero incluſi, vel in regione infidelium, omnino Baptiſma neſcientium. 2.° ideo auxilium, quod confertur adultis, eſt medium abſolute conferens ad ſalutem, ſimulque demonſtrativum ſeriae voluntatis Dei erga ſalutem, quia auxilium eſt proxime ſufficiens, & ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem; at medium proxime ſufficiens, & ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem parvuli eſt receptio Baptiſmi, qua privatur per cauſſas naturales, quas Deus regit, & amat, naturaliter incompoſſibiles cum adplicatione Baptiſmi: ergo tunc Deus illi denegat medium abſolute conferens ad ſalutem, ſimulque convincitur &c. Siquidem vera finis intentio debet producere electionem mediorum ſibi proportionatam.

626 R. Duplex eſt in Deo voluntas antecedens, ſeu unica ſub duobus ſignis, formalitatibus, aut virtualitatibus: nimirum *primaria*, quae intendit omnes ſalvare, & eligit pro omnibus media generalia, indirecta, & remota, e.g. Chriſti Redemptionem, Sacramentorum inſtitutionem &c.; ac *ſecundaria*, quae eligit pro aliquibus media ſpecialia, directa, & proxima, ſcilicet ſuapte natura proxime conducentia ad ſalutem obtinendam: haecque media eligit pro aliis pauca, pro aliis plura. Utraque eſt ſeria, inefficax quoad finem obtinendum, & nobis benefica; verum utraque eſt efficax quoad ſua media; at ſecundaria in ſuo genere plus benefica. *Primaria* omnes reſpicit; *ſecundaria* non niſi eos, quos intendit ſalvare per media proxima. Ex iis

627 *D. Adſ.* abſolute, id eſt proxime conducens ad ſalutem, *C.* abſolute, id eſt nec vere, nec remote conducens, *N. Adſ.* & *Sequelam*, quum illi parvuli ſint objectum voluntatis primariae. Ad 1. prob. *D.* eam

(*k*) *Suar.* l. 4. c. 4. cum *D. Th. Proſp. Scot.* &c. *Comp.* d. 38. ſ. 8. n. 3. 4. cum *Leſ. Val. Tan.* Conf. *Rui.* d. 49. per tot. *Arri.* d. 39. ſ. 3. *Jun.* ſ. 17. c. 11. n. 9.

(*l*) *Suar.* l. 4. c. 3. *Rui.* a d. 40. ad 47. *Rhod.* heic q. 2. ſ. 3. §. 1. In hanc rem latius *infra* diſputabimus Par. III. Tr. I. Lib. II. ubi de Gratia Auxiliante.

(*m*) *Arri.* d. 39. ſ. 3. cum *Heri:* tum *Jun.* ſ. 17. c. 11. & *Mun.* d. 15. ſ. 4. & de Grat. Auxil. d. 12. per tot.

(*n*) Conf. *Kriſp.* heic diſp. 22. q. 2. n. 3.

eam ſimiliter. Nam quod illud medium nequeat actu adplicari, ſolum provenit ex eo, quod illi parvuli non contineantur ſub voluntate ſecundaria. Ad 2: auxilii collatio eſt medium proximum, adeoque demonſtrativum voluntatis ſecundariae: verum & ipſa creatio parvuli, ad finem ſupernum elevati, & Chriſti Sanguine redempti, eſt quoque medium remotum, & voluntatis primariae demonſtrativum. Quo plane fit, ut huic utrique voluntati, ſeu intentioni finis, peradcommoda mediorum electio reſpondeat. Deus amat, & diſponit pro bono univerſi curſum illum cauſſarum, at ſine ullo adfectu ad parvuli damnationem, quae ex illis una cum morte ſubſequitur. Siquando vero deneget juſte Deus Paullo e. g. auxilium ſufficiens, convincetur non habere erga Paulum voluntatem ſecundariam,

628 Hac plane doctrina, ni fallor, plura in ſpeciem difficilia ſolvuntur; ſimulque conciliatur Authorum gravius in hoc puncto diſſidium, praeſertim Doctorum *Suarezii* & *Vazquii*, utrinque ſane probabiliter pro ſua parte certantium (*o*) (*p*).

CAPUT SECUNDUM.

Cauſſae, & Effectus Providentiae Reprobantis.

629 QUAESTIO I. Quae ſint cauſſae hujus Providentiae? ADSERO I. Cauſſa unica formalis & proxima Providentiae poſitivae eſt peccatum finale, vel illud originale ſit, vel perſonale, vel utrumque (*q*). Quia ſolum iſtud eſt Deo motivum formale damnandi creaturam rationalem ad poenam aeternam damni, & ſenſus, aut ſolum damni: at iſtam tamen intendit ob bonum univerſi, ac extrinſecam oſtenſionem ſuae Juſtitiae, Aequitatis &c. (*r*).

630 II. Peccatum originale Adae, ac interdum peccata perſonalia ſunt cauſſa remota, & indirecta Reprobationis, quatenus haec refunditur, tanquam in radicem, in peccatum Adae & in perſonalia praeterita, ob quae Deus auxilia ſaepe ſubtrahit, ac finale efficax denegat (*s*). III. Cauſſa formalis Providentiae Reprobantis negativae, id eſt cur reprobis non confert auxilia congrua, quibus collatis, praenovit, finaliter perſeveraturos, eſt una Dei voluntas, qui pro ſuo ſupremo dominio id poteſt, etſi non in poenam, ob rationes ſibi notas (*t*).

631 QUAESTIO II. Qui ſint Effectus hujus Providentiae? ADSERO I. Proprie, ac ſtricte nullus eſt (*u*). Quia quidquid ejuſmodi Effectus rationem ſortitur, fieri debet a Deo ut reprobante, vel ex adfectu, & intentione reprobandi; atqui repugnat Deo quicumque ejuſmodi

(*o*) Nimirum *Suar.* l. 4. c. 4. & *Vaz.* heic d. 96. c. 2.

(*p*) Conf. *Orteg.* heic contr. 7. d. 5. q. 2. cert. 1. n. 8.

(*q*) *Suar.* l. 5. c. 6. *Comp.* d. 45. ſ. 4. *Mun.* d. 15. n. 8. cum *D. Aug. D. Th.* &c.

(*r*) *Suar.* cit. c. 6. & *Comp.* cit.

(*s*) Conf. *Suar.* proxime laudatus.

(*t*) *Suar.* l. 5. c. 5. cum communiore; Conſulitor *Mun.* d. 15. ſ. 1.

(*u*) *Amic.* d. 16. n. 61. *Comp.* cit. d. 45. ſect. 4. n. 6.

modi adfectus, antecedenter ad peccatum finale praeviſum: ergo. Heinc excluditur a propria ratione effectus permiſſio peccati, mortis inflictio, dum quis lethali infectus eſt, obcaecatio, obduratio, & id genus alia, de quibus AA. ſaepe cum lite de voce (*x*). Quia nihil horum provenit a Deo, cum adfectu directo ad aeternum ſupplicium. Ex quibus pariter de ſignis Reprobationis, quae coacervant AA. (*y*) idem, aut ſimile eſto judicium, ac de ſignis Praedeſtinationis (*z*): utraque enim ſaepiſſime ad evidentiam fallunt.

CAPUT TERTIUM.

Liber Mortis, & numerus Reproborum.

632 QUAESTIO I. Num pariter ſit in Deo *Liber Mortis* pro reprobis? ADSERO. Licet ſit de iis ſcientia, & volitio reprobans, ſicut de Praedeſtinatis eſt ſcientia, & volitio praeeligens, quamobrem eſt liber vitae: adtamen neutiquam eſt, vel ne quidem nomen, aut umbra libri mortis (*a*). Quia hujuſmodi libri nomen haud reperitur in Scripturis, uti liber vitae: tum quia conſcribi non adſolent qui repudiantur: tum maxime quia ſic potius nobis commendatur benignitas Dei, qui, quum velit ſerio cunctos ſalvari, quaſi invitus praeterit, nec legit reprobos in libro electorum (*b*).

633 QUAESTIO II. Quid de *Numero Reproborum*? ADSERO I. Pariter certus eſt, ac reprobis liber (*c*). II. De numero in ſtatu naturae lapſae, ac reparatae, idem dic, quod de numero Praedeſtinatorum (*d*). Et quidem tum ex Angelis, tum ex hominibus, tametſi prae minore numero Angelorum reproborum aliquid minus obſcure eruant ex ſacris literis *AA.* (*e*). Quid tandem ex hominibus, ſi in ſtatu innocentiae perduraſſent? Divinant aliqui (*f*): prudentes erimus, ſi divino judicio relinquamus (*g*).

634 III. Sed dixero tamen pro ſolatio noſtro, qui haec tremenda Myſteria cum intuitu, & ſpe firma noſtrae Praedeſtinationis exponimus. Si liceat quod vero ſimillimum eſt conjectare, haec demum ſtatuamus oportet.

635 *Principio* in collectione omnium Chriſti fidelium adultorum in catholicae Eccleſiae ſinu degentium, multo minor eſt reproborum numerus, quam praedeſtinatorum (*h*). Quia iis praecipue, tanquam electo

(*x*) Lege *Arri.* cit. d. 39. ſ. 3.

(*y*) Cum *Suar.* l. 6. c. 3. *Jun.* ſ. 18. c. 4. *Mun.* d. 6. ſ. 4. *Rui.* d. 54. a ſ. 1.

(*z*) Ex *Supra* diſputatis n. 583.

(*a*) Fere omnes cum *D. Th.* q. 24. a. 3. *Suar.* l. 1. c. 20. *Rui.* d. 60. ſ. 5. 6.

(*b*) Conferendus *Orteg.* heic controv. 7. d. 6. q. 2. certam. 2.

(*c*) Ex abunde dictis.

(*d*) Ex adſertis *ſuperius* n. 588.

(*e*) Ap. & cum *Suar.* l. 6. c. 3. De iis rurſus *inferius* Par. II. Tr. I. L. II. C. II. §. II.

(*f*) Cum *Scot.* ap. *Suar.* de Opere 6. dierum, l. 5. c. 9.

(*g*) Cum *Orteg.* proxime cit.

(*h*) *Suar.* l. 6. c. 3. *Franc. Carthagena* in tr. de Praedeſt. & reprob. diſc. 10.

&to Dei populo, favere debent innummera teſtimonia, quibus divina bonitas vult omnes ſalvare, omnes ad ſe venire, nullum perire. Ideo ex iis ſtantes ante thronum numerari nequeunt, *Apoc.* 7, utpote vaſa miſericordiae, in quibus oſtendit Agnus divitias gloriae ſuae, *Rom.* 9. Unde adumbrantur in convivio Patris familias, ubi unus tantum abſque veſte nuptiali inventus eſt, *Matt.* 21. Hic eſt potiſſimus, ac manifeſtiſſimus fructus Chriſti Redemptionis, & Sacramentorum, quae non niſi in pignus aeternae vitae inſtituta ſunt a Chriſto, & a Chriſtianis recepta, ac prae ceteris Sanctiſſima Euchariſtia.

636 *Deinde* in collectione omnium hominum, praedeſtinatorum numerus eſt multo major, & conſequenter reproborum numerus eſt multo minor, quam quod opinio communis exiſtimet (*i*). Immo forte ſaltem non reprobi cum reprobis ut minimum aequales ſunt. Ratio generalis utriuſque partis Adſerti; quia adtributum divinae miſericordiae, cum voluntate ſalvandi omnes, eſt prae caeteris in ſacro Codice inculcatum, commendatumque; atqui major miſericordia, & eo plus benefica ea voluntas, quo plures ſint praedeſtinationes, quae ſunt radicaliter in manu Domini, quatenus vocare poteſt cum auxilio praeviſo efficaci; & quo pauciores ſint reprobationes, quae pariter ſunt in manu Domini, quatenus vocare poteſt cum auxilio praeviſo ineffieaci: ergo pie, ac ſolide poteſt adſeri praedeſtinatorum, aut ſaltem non reproborum aequalitas cum reprobis.

637 Liquet ſpeciatim 1. pars. Quia numerus praedeſtinatorum eſt abſolute magnus, & ingentiſſimus ex Scripturis, aut literaliter, aut figurate rem exprimentibus, e. c. *Apoc.* 7. 9. *Cant.* 6. 7. *Joan.* 14. 2. adeo ut tot homines ſalvandi ſint, quot fuerint Sancti Angeli, qui vicerunt apoſtatas (*k*). Eſt ergo coelum *civitas* illa *in quadro poſita*, quam menſus eſt Chriſtus aurea meritorum arundine, faciens homines, paullo minores Angelis in natura, ipſis in glorioſo numero pares, *Apoc.* 21. 16. (*l*). Quare ſicut dicitur de Angelis, *numquid eſt numerus militum ejus* ex *Job.* 25. 5. ita & de praedeſtinatis, *& erit numerus filiorum Iſraël, quaſi arena maris, quae ſine menſura eſt, & non numerabitur.*

638 Neque vero tot ſunt reprobi, exceptis fidelibus, quot vulgo declamantur; nam Eccleſia habet innumeros *filios occultos*, de quibus ipſa dicet in die noviſſimo, *quis genuit mihi iſtos, & iſti ubi erant?* ex *Iſai.* 49. 21. quoniam tum in terris haereticorum multi haeretici materiales, tum in terris infidelium, & paganorum plurimi adulti, laborantes ignorantia invincibili verae religionis (ſi tamen haec abſque ulla offenſione admitti queant, quemadmodum multi AA. catholici ſermone & ſcri-

p. m. 348. *Sylveſ. Franc. a Chriſto.* ap. Orteg. heic d. 6. q. 3. cert. 3. n. 4. *Trigoſ. Alarc. Martin. Palavic. Gran. Ramir. Marin* ap. *Loſſad.* in adprobat. operum Joſ. a S. Bened. contra communior. cum Caj. Mol Rui. &c. ap. & cum Orteg. cit. & Bert. heic l. 6. c. 16.

(*i*) Ita caelico perfuſus lumine, Venerandus Vir *Joſeph. a S. Bened.* par. 2. ab opuſc. 1. & in poſteriorib. declarationib. aliquot ſententiarum, *Columb.* de Angel. & hum. Hier. l. 4. c. 49. *alii* mox laudandi.

(*k*) Ex *D. Greg.* M. in Evang. hom. 34. n. 11. edit. Maurinae, *Mag.* ap. *Suar.* de Angel. l. 1. c. 11. & aliis, quos preſſo nomine fert *D. Th.* 1. p. q. 27. a. 7.

(*l*) Ap. laud. *Joſeph.* opuſc. 8.

& ſcriptis plane admittunt) ſuos tranſigunt dies cum exacta legis naturalis obſervatione, eoique propterea excitat Deus, vel per ſe, vel per Angelum, vel per aliud medium, ad finalem juſtificationem, ut ita in ipſis ſuppleat ante mortem Baptiſma fluminis. Siquidem ex pacto Dei inito cum Chriſto Domino, facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam, maxime Praedeſtinantem. Ac ita ſentiendum plane eſt de divina Bonitate ſe geſſiſſe cum ſimilibus adultis, in omnibus aetatibus, & nationibus, ac jugiter ſe geſſurum uſque ad finem ſeculi (*m*).

639 Liquet etiam 2. pars. Quia numerus non reproborum continet tum adultos praedeſtinatos cum parvulis baptizatis; tum parvulos, & adultos, qui deceſſerunt cum ſola noxa originali; hi autem non ſunt poſitive reprobi, ſed negative electi, quatenus poſt diem judicii, ex Chriſti meritis, quadam naturali beatitudine gaudebunt (*n*). Hic autem numerus eſt ſaltem compar reprobis, ne dici poſſit cum dedecore, & injuria divinae Majeſtatis, & Clementiae, majus eſſe imperium daemonis, quam Chriſti, qui plane ſuum non fuderit ſanguinem quoad efficaciam, ut in tanta hominum paucitate, quam praeſert communis opinio, ſua copioſa Redemptio adimpleretur. Et porro minima dici poteſt quaecumque Dei Miſericordia, a Chriſto promerita, erga hominem, in quo cum ceteris quibuslibet beneficiis conjungeretur reprobatio, facillime a Deo impedibilis. Nec eſt, cur Deus voluerit magis rigorem, quam amorem in ſuos redemptos oſtendere.

OBJECTIONES.

640 Obj. *primo*. contra III. Adſ. & doctrinam, qua ipſum confirmatur. Haec generatim pugnant cum Scripturis, PP. & DD. Nam 1.° multi Scripturae textus deſignant ſalvationis difficultatem, multique probant paſſim tum figurate, tum literaliter raram paucitatem electorum; haec etenim comparatur octo animabus, quae ſalvae factae ſunt in Arca Noe, 1. Petri 3. tum ſpicis, quae poſt meſſem in agro remanent, tum granis uvarum, racemiſque reſiduis in palmite poſt vindemiam, Iſai. 24.

641 Tum Chriſtus dixit, Matt. 20. 16. *multi ſunt vocati, pauci vero electi*. Et Matt. 7. 14. *quam angusta porta, & arcta via eſt, quae ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam*. Dicitur demum 1. Petr. 4. 18. *ſi juſtus vix ſalvabitur, impius, & peccator ubi parebunt?* 2.° haec tanquam in ſenſu plane obvio, & literali dicta intelligunt, exponuntque fere omnes PP. & ſacri Interpretes, ap. AA. biblicos, itemque Scholaſtici; adeo ut electorum numerum, quamvis in ſe fortaſſe magnum, minimum vero putent in comparatione reproborum: ergo oppoſita opinio ad omnes omnino homines protenſa, ſaltem temeraria eſt.

642 R. *N. Adſ.* Deus in Scripturis medicinam paravit omnibus; ſcilicet terrificas, & amaras ſententias, quibus ſuperbi, & obſtinati deterriti reſipiſcerent; ſimulque alias ſuaviſſimas, quibus omnes omnino pro quocumque eventu ad ſpem ſalutis adlicerentur; & volens profecto,

(*m*) Conf *Joſeph.* cit. in declarat. a n. 4. ex *inferius* latius adſerendis Par. II. ubi de Recep-

(*n*) Ex *Joſeph.* prox. laudato, a n. 8. & taculis.

cto, ne unus quidem a ſua miſericordia deſperaret, quoniam *praeſtabilis eſt ſuper malitia*, ex *Joël* 2. 13. Ex verbis item Scripturae alia notant ſummum Dei rigorem, alia ſummum amorem. Quare aductis textibus pro rigore alios pro amore objicimus, ea praecipue, quibus Deus vult omnium ſalutem, adeo, ut nec unus pereat, *Ezech.* 33. 11. *Rom.* 2. 11. *Joan.* 6. 39. & 1. *Tim.* 2. 4. &c. Ecquid vero prohibet, Deum voluiſſe efficaciter ſalutem, vel majoris, vel aequalis hominum numeri, ad ſuae potentiae, ac amoris oſtenſionem? Aut quid vetat, nos pro amore ſtare potius, quam pro rigore, quando electorum, aut reproborum numerus omnibus omnino incertus eſt, quum infinitae ſint Deo viae, nobis abſconditae, ad gentes ſalvandas? Heinc

643 Ad 2. prob: ſi textus illi probent ſimpliciter tantam raritatem electorum, nimis probant, quum re vera illorum numerus ex ſe magnus ſit; ſcimus enim beari in coelo innummera Sanctorum milliaria. Illis autem verbis fraenantur peccatores indomiti, & omnes generatim inſtruimur, ut adſidue procedamus in via Domini cum ſalutari timore, ac praefervide in ſanctis operibus, ne fiamus de numero reproborum, ſi prolabamur in ſcelera, vel ſi miſere prolapſi non cito revertamur ad Dominum. Tò *pauci vero electi* poteſt intelligi vel de electis ad ſingularem virtutem, & gloriam; vel de electis ad ducendam vitam penitus immaculatam abſque ulla peccati lethalis labe.

644 Ac in idem recidere poteſt τό *& pauci ſunt, qui inveniunt eam*. Tó *ſi juſtus vix ſalvabitur*, non loquitur de aeterna ſalute, quae in ſenſu compoſito juſtitiae finalis certa eſt, ſed de adflictionibus, quibus a Deo ſaepe vir juſtus torqueri ſolet; ut inde fiat comparatio ad eas, quas injuſtus vel in hac vita, vel in aeterna ſubſtinendas promeruit, juxta *Prov.* 11. 31. *ſi juſtus in terra recipit, quanto magis impius, & peccator?* Ad 2: PP. & DD. ita ſentiunt, quia panico terrore correpti, ac nimium intenti verborum cortici, eorum obliviſcuntur, quae de ſumma Dei potentia, & miſericordia ſaepe alibi producuntur.

645 Inſiſtis *primo*. Si ad Dei potentiam, & miſericordiam recurramus, non modo electi excedent reprobos, ſed etiam ex iis, vel nullus erit, vel erit minimus eorum numerus: quod abſonum videtur. *Secundo*. Heinc erit anſa etiam ſceleſtiſſimis perditiſſimam ducendi vitam; adponent enim firmam ſpem de ſua praedeſtinatione in eximiam Dei bonitatem, omni ſepoſito timore erga ſuam juſtitiam: quo quid perniciosius? Exinde vero nulla erunt Praedeſtinationis ſigna, quae adferunt AA. & inculcant concionatores, quemadmodum & ſigna reprobationis.

646 R. Ad *primum*. Ex *Pſ.* 138. 18. *dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur*, infert *Fr. Joſ.* (o) reprobos ab electis excedi; nec enim reprobi ſub tanto depicti numero uſpiam reperiuntur. Quod vero non adeo minimus ſit eorum numerus, patet ex vita deperdita, ſimilique morte plurium fidelium, & infidelium, quos propterea oportet, ac decet aeternum ſentire pondus divinae juſtitiae. Ad *ſecundum*.

(o) Cit. opuſc. 1. n. 3.

N. Adſ. Alioqui reponam, ex oppoſita ſententia induci omnes omnino ad deſperationem ſalutis, quum quandam ingerat animo oppreſſionem, & pene dejectionem. Sicut ergo illa ſententia ducit hominem ad virtutem per Dei timorem, quo nitatur adcedere ad ſuum parvum numerum electorum; ita e converſo noſtra ducit per Dei amorem, quo nitatur recedere a noſtro reproborum numero, vel minore, vel aequali. Et ſicut oppoſita ſententia non reddit inutilia ejuſmodi ſigna conjecturalia; ita nec noſtra.

647 Obj. *ſecundo*. Speciatim contra 1. Adſerti partem. Gens chriſtiana eſt plena ſceleribus, quibus Deus gravius offenditur, quam ſceleribus aliarum inimicarum gentium: ibi paſſim infringitur lex divina: pauci eam perfecte obſervant, reliqui peccatis, aut peccatorum reincidentiis obruuntur: multi terra marique morte repentina pereunt, ac improviſa: ergo eſt improbabile, Deum juſtum judicem favere majori fidelium numero cum finali perſeverantia. Et hic eſt ſenſus PP. & DD.

648 R. *D. Conſ.* ſi ſola adtendatur humana fragilitas, Deique juſtitia, *Eſto*: ſi adtendatur miſericordia ejus, qui *cognovit figmentum noſtrum*, e *Pſ.* 102. 14. & cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere; ſimulque Chriſti dignitas, prout eſt caput Eccleſiae id eſt populi ſui electi, *N.* Quid? quod major pars fidelium in morte Sacramentis munitur cum dolore de peccatis, ac ſpe ſuae praedeſtinationis.

649 Obj. *tertio* contra 2. partem Adſerti. Haec nullo nititur fundamento. Nam 1.° nititur oſtenſione divinae bonitatis: ſi vero ſit ad iſtam tam obvius, faciliſque recurſus, nullus erit divinae juſtitiae locus, ac ubique de divina bonitate praeſumentes, impune peccabimus. 2.° nititur aequalitate electorum cum omnibus bonis Angelis; quam tamen negant communiter PP. & TT. eo maxime, quod ex ſolo infimo Angelorum ordine ſuus cuique hominum deſtinatus ſit cuſtos: unde immenſa ſupereſt Angelorum turba ſupra homines. 3.° nititur naturali beatitudine futura decedentibus cum ſolo originali, quam negant communius TT. cum D. Aug. Bellarm. &c.

650 4.° nititur illis ſecretis illuſtrationibus, quas gratis adſumit; tum quia de illis non conſtat aut ex Scriptura, aut ex PP. aut ex Hiſtoriis, tum quia extra Eccleſiam nulla eſt ſalus, uti extra Arcam nulla fuit; tum quia heinc fieret, etiam infideles peccatores excitari divinitus in hora mortis ad veram poenitentiam. Adcedit, quod inter fideles, tam magnis inſtructos auxiliis, adeo rari ſint, qui mortem obeant omni immunes gravi noxa actuali; rariores, & rariſſimi inter infideles: quare tam parvus eorum numerus fere nihil augebit intentum numerum electorum.

651 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: divina bonitas eſt prima radix Praedeſtinationis: unde opportunius eſt in re iſta ad bonitatem recurrere, quam ad juſtitiam, cui nihilominus aeternum reſtat exercitium in reprobos. Bonitatem extollimus, ut in ipſam ſperemus humiliter, non praeſumptuoſe. Hoc certum: in mortis articulo omnes omnino, etiam

ſce-

ſceleſtiſſimi, debent firmiter ſperare a divina bonitate ſalvationem: iſtam igitur pro omnibus paratam habet divina bonitas, ad quam proinde in primis debemus recurrere, ubi loquimur, & vehementer angimur circa numerum ſalvandorum.

652 Ad 2: illam aequalitatem alii defendunt, putantes decretam fuiſſe creationem, & gloriam hominum, independenter ab Angelorum creatione, & gloria; alii negant, quin tamen evincat eorum ratio, quum adhuc incertum ſit, num etiam ex aliis ordinibus deſtinentur cuſtodes; & an unus idem pro multis ſimul, aut ſubceſſive cuſtodiendis deputetur (*p*). Ad 3: eam beatitudinem ut probabilius certam tenent *D. Th. Bonav. Nyſſen. Azor Salmer.* aliique ap. & cum *Joanne Salaſ.* (*q*)

653 Ad 4: illae illuſtrationes tot habent patronos, quot habent Scripturas, PP. & TT. vel innuentes, vel adfirmantes illud certum axioma, *facienti quod eſt in ſe* &c. ac praeſertim in ſimili *D. Th.* (*r*) loquentem de juſto fideli in ſilvis enutrito, in hora mortis certo per Deum illuminando. Nec deſunt Hiſtoriae. Nam plura Myſteria noviſſe, aut ſaltem ſubodorati perhibentur infideles, uti Sibyllae, Triſmegiſtus, Plato, Seneca, aliique (*s*). Narratur, multos in hora mortis fere divinitus ab hominibus edoctos fuiſſe viam ſalutis. Quid ergo inficiemur, plurimos a Deo proxime fuiſſe eruditos?

654 Illi quidem per actus, quibus cooperantur illuſtrationi, ſalutemque obtinent, fiunt de Eccleſia inviſibili, ſeu quaſi noctu in Eccleſiam viſibilem ingrediuntur. Porro non eſt ita probabile, quod excitentur peccatores ad poenitentiam, quia quum ſuo peccato dederint cauſſam negationi auxilii, non illis valet, *facienti quod in ſe eſt* &c. Verum quid prohibet, non obſtante illa cauſſa, eos miſericorditer excitare Dominum, qui vult ſerio omnes ſalvos fieri, & apud quem *omnia poſſibilia ſunt*, ex *Luc.* 18. 27. & *copioſa Redemptio*, ex *Pſ.* 129. 7? Tandem ut expleatur magnus numerus electorum, eſt qui adſerat, fieri proculdubio ex divina Providentia, ut multo plures ſint infideles a peccato gravi immunes, quam fideles; iſti enim ut reſurgant, & ad ſuam praedeſtinationem perveniant, multis inſtruuntur mediis e. c. Sacramento Poenitentiae, hortationibus, exemplis &c. quibus omnibus illi carent. Sed hanc tamen ſententiam prudentum judicio definiendam relinquimus (§).

(*p*) Ap. *Suar.* l. 1. de Angelis c. 11.
(*q*) T. 2. q. 83. tr. 13. d. 15. ſ. 6. n. 83.
(*r*) De verit. q. 14. a. 11.
(*s*) Ap. *D. Juſtin.* in apol. 1. c. 28. *D. Th.* cit. & 2. 2. q. 2. *D. Aug.* l. 6. confeſ. c. 9. *Vaz.* 1. p. diſput. 132.

OBSERVATIO.

(§) Poſtquam III. hoc Adſertum jam pridem, prout jacet, definitum ac illuſtratum, Viriſque doctis probatum prelo paraveram, incidi in famoſam illam Diſſertationem *Benedicti Plazza*, ſeu potius *Joſephi Mariae Gravina* in commentario poſthumo ejuſdem Benedicti Plazza de Paradiſo, par. 3. cap. 5. ubi ſine haeſitatione ſic adſeritur, *veriſimile eſt electos homines reſpectu hominum reproborum longe numeroſiores eſſe*.

Id autem luculentiſſimis probationibus oſtenditur, petitis heinc inde, & undequaque argu-

COROLLARIUM.

655 Ex disputatis in toto Tractatu, hic contexitur ordo signorum in utriusque Providentiae negotio (*t*). In 1.° signo est scientia naturalis, videns possibilia media, quibus uti possit homo ad salutem; & abuti ad damnationem. In 2.° scientia media videns, quid ipse ageret in quavis hypothesi. In 3.° volitio dispensandi singulis haec media. In 4.° scientia visionis, videns eos, qui in bono, & qui in malo finaliter permanebunt. In 5.° volitio efficax, quae bonorum, malorumque intuitu illis praemium, iis poenam decernit (*u*).

TRA-

argumentis e sacra pagina, e Patribus, e Theologis qua Scholasticis, qua Adsceticis, e coelestibus revelationibus, e theologicis conjecturis, selectis quidem ac propemodum innumeris.

Porro qui nostrae adhaereat opinioni, uberrimam inde colliget documentorum segetem, quibus eam tanquam probabilem ac verisimilem, si me omnia non fallunt, sublineat atque propugnet.

(*t*) Ap. *Comp.* d. 45. s. 3. n. 5.

(*u*) Aliter *Suar.* l. 6. c. 4. & aliter alii, secundum uniuscujusque opiniones in hoc Tractatu definitas.

TRACTATUS TERTIUS.

De Deo Trino.

COmprehendit Titulus univerſam de Sanctiſſima Trinitate materiem, quae tribus abſolvitur Libris. Agendum videlicet in I. de divinis Perſonis univerſe, in II. de Patre & Filio, in III. de Spiritu Sancto.

LIBER PRIMUS.

De divinis Perſonis univerſe.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Myſterium Ss. Trinitatis.

656 HAud facile juſtum in cenſum redigas eos ſingulos, qui vel iniqua pertinacia, vel inculpata inſcitia occaecati in ſacerrimum Religionis Arcanum impegerunt. Ex iis nominatiores, in varias claſſes diſtributi, illi quidem recenſendi, qui in ipſum arcanum tanquam univerſe adceptum invecti ſunt: ceteri vero, qui ſigillatim in ſingulares Myſterii Perſonas inſurrexerunt, eis Divinitatem abnegantes, in reliquis Tractatus Proluſionibus. Igitur HISTORIA POLEMICA.

Principio ex Ethnicis Philoſophis

Omnes omnino, utpote fidei lumine penitus deſtituti, tres in unica natura Perſonas ex eo plerumque ſubridentes inficiantur, quod ſit ipſis ſollemne paradoxum ad evidentiam pugnans cum illo naturae principio, *quae ſunt eadem uni tertio, ſunt idem inter ſe*. (*)

Deinde ex Judaeis

Pleri-

ADNOTATIO.

(*) QUid vero, inquies, de multis e Paganiſmo Sophiſtis, ac *Platone* prae ceteris, qui viſi ſunt ſcriptis ſuis vel adprobaſſe, vel adumbraſſe veritatem Arcani? Latius quidem ſuper iis ſenſum noſtrum proxime exponemus. Interea id unum in anteceſſum pronuntiandum duximus.

Nimirum *Plato*, & vulgo Platonici cum *Plotino* & *Porphyrio*, in tribus divinis perſonis, quas admittere videntur, eſſentiae multiplicitatem comminiſcuntur, ſi fides ſit *Cyril. Alex.* l. 1. cont. Julian. ſub fin. idemque notarunt plurimi cum *Scalig.* exerc. 365. n. 3. & *Genebr.* 1. de Trin. circa 5. errorem; adeo, proſequitur laudatus *Cyril.* p. m. 35. ſub fin. *non mentis oculum omnino purum & caligine vacuum lucidumque habuerunt, quos ſi quis ſtrabos dixerit, non utique a ratione deerrabit.*

Addunt alii, Arianam haereſim ex Platonicorum doctrinis profectam eſſe. Id quod & de aliis generatim erroribus in Ss. Trinitatem, primaevis Eccleſiae aetatibus ſubortis ipſe ſuſpicor cum *Petav.* conſulendo l. 1. de Trin. c. 6. n. 1.

Plerique vulgo, praeſertim Juniores divinam Triadem tenaciſſime pernegant, utique cauſſati, quod in antiqui Foederis codice, qui unus eis eſt uſui, Myſterium exerte ac perſpicue non habetur. Sed de hac tamen gente longior erit ſermo paullo *inferius*.

Inſuper ex Heterodoxis vetuſtioribus

I. *Simon Magus* Anti-trinitariis principem & Patriarchen ſeſe exhibuit, ubi ſe Deum Patrem, Filium & Spiritum S. effinxit ex *Ireu.* l. 1. c. 23. alias 20. *Aug.* de haer. c. 1. *Theodor.* haer. fab. l. 1. c. 1. (*x*)

II. *Valentinus* commentus eſt totam Trinitatem paſſam fuiſſe. (*y*) Heinc conſequenter apud *Valentinianos* Pater etiam & Spiritus S. carnem geſtarunt (*z*). Addunt alii, neſcio qui (eos tamen legiſſe memini) ipſum finxiſſe, quod aeternus Pater infinitis retro ſeculis in altiſſimo ſilentio jacuerit, e quo tandem genuit Verbum, tanto a Patre intervallo diſtans, ut ipſum ignoraret. (*)

III. *Patripaſſiani*, hoc eſt portio aliqua Montaniſtarum, putarunt, Chriſtum ipſum eſſe Filium & Patrem, atque hunc propterea paſſum eſſe. (*a*) Hanc haereſim *Praxeas* tenuit ſub an. Chr. circ. 196, Romanoque ſolo primus intulit. (*b*) (**)

IV. *Noe-*

(*x*) Ita vulgo *Scriptores* cum *Claudio Fraſen* in tr. de Ss. Trinit. in praevio indice haereticor. n. 1. ac *Tournel.* in tr. de Trin. art. 4. q. 1. ubi de erroribus. At ſecus nos ſentire alias oſtendimus in tom. de Promis pag. 326.

(*y*) Ap. *Athan.* l. 2. con. Appollinarium §. 12. ex edit. Maurina graeco at. an. 1696.

(*z*) Ex laud. *Athan.* l. 1. §. 11.

ADNOTATIONES.

(*) I. ANnti-trinitariorum Catalogo vulgo adtexitur Valentinus, cum *Tournel.* mox laudato, quod totam Trinitatem paſſam eſſe effutierit. Verum haec exiſtimatio in Myſterium Incarnationis, ſi ſtricte loquaris, peccat, quum tacite adſerat, totam Trinitatem eodem modo humanam Chriſti naturam adſumpſiſſe, ac eam Verbum adſumpſerit; minime tamen in Ss. Triados Myſterium, cujus nempe ſubſtantiam notatum placitum nihilo mihi offendere videtur.

II. Cl. V. *Petavius* diſſerens de Valentini erroribus l. 1. de Trin. c. 6. §. 2. ſub fin. adfirmat, Ignatium Martyrem in epiſt. ad Trallianos meminiſſe haereſis unam perſonam in Ss. Triade adſerentis. Et licet eam referat haec epiſtola in editione Pariſienſi Patrum an. 1624. ac in altera Lugdunenſi an. 1677. tom. 2. adtamen in caſtigatiſima Antuerpienſi Cotelerii de an. 1698. a p. 22. ea relatio omnino deſideratur.

(*a*) Ap. *Tert.* l. de praeſcr. c. 53. ſub fin. & *Marium Afrum*, alias *Victorinum* l. 1. cont. Arium p. m. 258. col. 2. ap. *Bibl.* PP. Lugdunenſem tomo 4.

(*b*) Conf. *Tert.* mox cit. & in l. cont. Praxeam c. 1. ſub. init.

ADNOTATIO.

(**) VIdetur S. *Hieronymus* in epiſt. ad Marcellam contra Montanum, olim 54., in edit. Maurina 27. & in Vallarſiana 41., adfixiſſe inadvertenter Montaniſtis omnibus eum errorem, quem cuidam duntaxat Montaniſtarum portioni adfiximus. Quin & Hieronymo incaute adhaeſerunt *Coc.* *eius* in theſaur. t. 1. l. 4. ubi de Trin. in praevio catalogo haeret. & *Fraſen* nuper laudatus.

Equi-

IV. *Noëtus*, gente Epheſius, aut Smyrnaeus, ſub an. Chr. circ. 245. ardenter propugnare adniſus eſt, Patrem, Filium & Spiritum S. non modo natura, ſed etiam perſona unum & ſingularem eſſe Deum (*c*).

Impiiſſimam hanc opinionem, qua Myſterium funditus evertitur, ſectati ſunt Novatores alii, eam ſub variis terminis ac nominibus, pro cujuſque genio atque ſyſtemate, exponentes. Nimirum *Hermogeniani*, duce *Hermogene*, qui ſub idem fere tempus errorem in Africa diſſeminavit (*d*)... *Sabelliani*, architecto *Sabellio*, in Cyrenaica provincia orto, Noëti diſcipulo, ſub an. circ. 257. (*e*)... *Paullianiſtae*, Patrono *Paullo*, Samoſatenſi patria, gente Syro, Epiſcopo Antiocheno, ſub an. circ. 262. (*f*)... *Photiniani*, Authore *Photino*, Sirmienſi olim Antiſtite, circiter 343. docentes, Deum ſolitarium eſſe atque more Judaico adorandum, quum unica ſit in Deo perſona. (*g*)... *Priſcillianiſtae* ſub an. circ. 344. (*h*)... *Fauſtus* Manichaeus, S. Auguſtini rivalis, inquiens, ſe Deum unum ſub triplici adpellatione Patris, Filii, & Spiritus S. colere. (*i*) Unde nonnemo colligit, perſonas in Deo non diſtinxiſſe. Verum id non colligit *Aug.* contra eum diſputans, tametſi alia abſurda ſubinfert, & urget. Lege totum eum librum 20. ac eſto judex. (*)

V. *Arius*

Equidem Montani diſcipuli, dicti Kata Proclum, qui ſectam inter Montaniſtas praecipuam. nobilioremque conſtituebant, recte ac ſane cum Catholicis de Ss. Trinitate ſenſerunt; atque alii duntaxat, qui vocantur Kata Aeſchinem, ſeu Cataphrygae ac Pepuſiani, in praefatam haereſim delapſi ſunt. Illos igitur Critici *Haereſeologi* haec praetereunt, cum *Philaſtrio* & *Auguſtino*, dum iſtos referunt. Conf. *Epiph.* haer. 48. a num. 1. *Tert.* de praeſcr. c. 52. ſub fin. *Theod.* l. 3. haer. fab. c. 2.

(*c*) Ap. *Aug.* haer. 36. *Theod.* l. 3. haer. fab. c. 3. *Epiph.* haer. 57. ubi addit, dixiſſe Noëtum, Patrem eſſe paſſum.

(*d*) Ap. *Aug.* haer. 41.

(*e*) Ap. *Aug.* ibid. *Euſeb.* hiſt. eccl. l. 7. c. 6. ineditione *Valeſiana*, *Athan.* in orat. cont. Sabellianos, *Baſil.* epiſt. olim 64. *Theod.* l. 2. haer. fab. c. 9. *Epiph.* haer. 62.

(*f*) Ap. *Epiph.* haer. 65.

(*g*) *Epiph.* haer. 71. *Theod.* l. 2. haer. fab. c. 11. *Phil.* haer. 65. cum notis *Gulardi*.

(*h*) *Aug.* haer. 70. *Leo* P. epiſt. ad Turibium olim 93. in edit. Queſnelliana 15. cap. 1.

(*i*) Ap. *Aug.* l. 20. cont. Fauſt. c. 2.

ADNOTATIONES.

(*) I. INdubium porro mihi eſt, quod Noëtus fuerit primus, qui errorem mox ſibi adſcriptum diſſertis omnino verbis protulerit; eum enim ita expreſſum in nullo antiquiore apud priſcos Haereſeologos hucuſque reperi. Et quidem licet *Patripaſſiani* & inter ipſos *Praxeas*, Patris & Filii perſonas confuderint in unam, nemo tamen ex ipſis perſonam inſuper Spiritus S. in eandem unam perſonam confudiſſe dignoſcitur; quidquid inadvertenter, ac ſine teſte, oppoſitum adſerat *Nat. Alex.* In Seculo 3. c. 3. art. 7 n. 1.

Plane Epiphanius haud ſatis adcuratus eſt quum ſcribit, neminem talem haereſim invexiſſe ante Noëtum, haer. 57. §. 1. ut optime notat *Petav.* de Trin. l. 1. c. 6. §. 2. exſcriptus ab eodem *Nat.* cit. n. 2; videlicet haereſim de una Patris & Filii perſona in Chriſto paſſa & mortua, quam Patripaſſiani & Praxeas, antiquiores Noëto, qui eam pariter adoptavit, praeformarant; minime vero haereſim aliam propius Noëtianam, de qua diſputamus. Corrigendus itaque *Perimezzius*, qui rem iſtam de Noëti haereſi, ac de obſervationibus Petavii & Natalis in Epiphanium omnino confundit, perturbatque tom. 2. diſſ. 105. §. *Sexto exhibetur*.

II. Quamvis Paullo Samoſatenſi Noëtia-

V. *Arius* ex Lybia ortus in orbis perniciem, Alexandrinae Eccleſiae Presbyter, exſecrandus *Arianiſmi* author ab an. circ. 315. aut 317. aduſque 336. quo in latrinis una cum ſanguine ac viſceribus animam effudit. Adſeruit hic impius, praeter alia, quod Pater, Filius & Spiritus S. non ſint unius, ejuſdemque naturae, ſubſtantiae vel eſſentiae, quae apud Graecos adpellatur οὐσία *uſia*, atque adeo Trinitas non ſit ὁμοούσιον *omouſion*, hoc eſt conſubſtantialis: immo Filius ſit creatura, Patri minime coëterna, & Spiritus S. creaturae creatura, nempe a Filio creatus. (*)

Arii

tianum errorem adſcribimus, Epiphanii authoritate ſuffulti; nihilo tamen ſecius haec tantillum ſcrupuli ingerere poſſent. Quod nempe eum praetereunt, ubi de Samoſatenſis errore differunt, *Philaſtr.* haer. 64. *Aug.* haer. 44. *Euſeb.* l. 7. hiſt. c. 27. ſqq. &, quod caput eſt, *Concilium Antiochenum*, quod Paullum condemnavit, in epiſtola Synodica, quam recitat *Euſeb.* ibid. c. 30.; haec enim id unum tradit, quod nempe pervicaciter tenuerit, Patris & Filii unam eſſe perſonam; de perſona tamen Spiritus Sancti, altum ſilentium.

Adde, quod alias *Euſebius* l. 5. hiſt. c. 27. ac *Theodoret.* l. 2. haer. fab. c. 8. Samoſatenſem reum duntaxat produnt haereſeos *Artemonis*, qui Chriſtum merum hominem eſſe commentus eſt.

Ex iis autem ſaltem colligere fas eſt, quod vel priſci illi Haereſeologi in recenſione haereſium minus adcurate quandoque procederent, ut fama eſt de Philaſtrio, ac Epiphanio; vel germana eorum ſcripta ad nos interpolata devenerint.

AD NOTATIO.

(*) SIc *Aug.* haer. 49. *Athanaſ.* in tribus oration. cont. Arianos & alias ſaepiſſime, *Epiph.* haer. 69 *Theod.* l. 4. haer. fab. c. 1. ceterique priſci Haereſeologi & Hiſtorici ubi agunt de Arianiſmo. Quin etiam haec & cetera Arianici ſyſtematis deliramenta aperte, legitimeque conſtant ex encyclica epiſtola *Conc. Alexandrini* ad univerſos catholicae Eccl. Epiſcopos, de Arii damnatione, quam habes ap. *Socratem* l. 1. hiſt. c. 6., ex Synodica *Nicaenorum Patrum* epiſtola ad Eccleſiam Alexandrinam ap. ipſum *Socrat.* ibid. c. 9., ex *Arii* epiſt. ad Euſebium & altera ad Alexandrum Epiſc. Alexandrin. quas adfert *Epiph.* haer. 69 §. 6 & 7. & ex ejuſdem demum *Arii* Carmine ſeu *Thalia*, quam citat *Athan.* in epiſt. de decretis Nicaenae Synodi num. 16. ex edit. Maurina 1698. tom. 1. part. 1 ejus operum, & epiſt. ad Epiſcopos Aegypti & Lybiae ibid. n. 20. & epiſt. de Synodis Arimini & Seleuciae n. 15. tom. 1. ubi ex eadem Thalia, ſive ex altera nova blaſphemias recitat, quas mox ſubjicimus.

„ Ejectus autem Arius dum apud Euſe„ bium verſaretur, ſuam haereſim in charta „ diſpoſuit, & quaſi in Thalia, neminem „ prudentium, ſed Aegyptium Sotadem mo„ tibus & diſſolutione numerorum imitatus, „ multa ſcripſit, quorum pars haec eſt. (*Et haec quidem edita videtur paullo poſt an.* 320.)

Blaſphemiae Arii.

„ Ipſe igitur Deus ſecundum illud quod „ eſt, ineffabilis omnibus eſt. Hic ſolus nullum „ ſibi vel aequalem, vel ſimilem vel aequalis „ gloriae habet. Ingenitum autem illum dici„ mus, propter eum qui natura genitus eſt: „ hunc ſine principio celebramus, propter eum, „ qui initium habet. Aeternum ipſum venera„ mur, propter eum qui in tempore natus eſt.

„ Qui ſine initio eſt, Filium poſuit ini„ tium creaturarum, hunc que tulit, ac ſibi in „ filium adoptavit, qui nihil Deo proprium „ habet ſecundum propriam ſubſtantiam, non „ eſt enim aequalis, aut conſubſtantialis illi.

„ Sapiens vero eſt Deus, quia ſapientiae „ magiſter ipſe eſt. Evidens quoque res eſt, „ Deum inviſibilem eſſe omnibus, quae per Fi„ lium ſunt, ipſique Filio inviſibilem eſſe. Di„ ſerte autem dicam quomodo a Filio videatur „ qui eſt inviſibilis: qua vi Deus videre po„ teſt, eadem propriis modis in Filium cadit „ Patrem videre, quatenus fas eſt.

„ Nimirum Trinitas eſt non ſimili gloria: ſub„ ſtantiae enim eorum inter ſe permixtae non „ ſunt: altera glorioſior eſt altera in immenſum. „ Extraneus a Filio ſecundum eſſentiam Pater „ eſt, quia ſine principio eſt. Intellige unita„ tem fuiſſe, dualitatem vero non fuiſſe priuſ-

„ quam

Arii dogmatum Sectatores pene sine numero fuerunt; at illius praesertim, quo perfidus Haeresiarches signanter Verbo Patris Divinitatem ademit. Idcirco ejusmodi Errones cum duce suo, ubi de Verbo sigillatim erit sermo, referuntur, adjectis heic tantummodo tanquam in sede propria *Aëtianis*, alias *Anomaeis*, qui, authore *Aëtio*, gente Antiocheno, Diacono Ariano, sub an. circ. 358. singula Arii de Trinitate dogmata ut saniora & verissima ardentioribus animis substinuerunt. (*i*)

VI. *Apollinaristae*, duobus ducibus *Apollinaribus* patre & filio, gente Alexandrinis, ac professione clericis, sub an. circ. 372. confinxerunt in Ss. Mysterii Personis inaequalitatem; quod nempe Spiritus S. magnus sit, Filius major, Pater maximus. (*k*)

VII. *Jacobitae*, Authore *Jacobo Zanzalo* (*l*) non credunt sanctam Trinitatem, sed Unitatem duntaxat; in cujus rei significationem crucis signaculo uno digito se muniunt. Ita primus omnium, quem viderim, ex Haereseologis, *Bernard. Lutzemburgus* (*m*) quem certatim posteri sequuti sunt, *Prateolus*, *Gaulterus*, *Sianda* &c., tum plerique Lexicographi, cum *Joan. Jacobo Hofmanno*. (*n*) (*)

„ quam exsisteret.

„ Igitur Filio nondum exsistente, Pater „ Deus est. Dehinc quum Filius aliquando non „ exstiterit (voluntate autem paterna exstitit) „ unigenitus Deus est & ab utroque alienus. „ Sapientia, Dei sapientis voluntate sapientia „ exstitit.

„ Sexcentis igitur rationibus hic intelligitur, Spiritus, Virtus, Sapientia, Dei gloria, Veritas, Imago & Verbum. Intellige „ illud etiam splendorem & lucem concipi. Aequalem filio gignere potest Deus: at praestantiorem, vel meliorem, vel majorem, ne „ quaquam.

„ Dei voluntate Filius quantus quantus „ est, ex quo tempore a Deo exstitit, Deus „ fortis quum sit, se praestantiorem ex parte „ celebrat. Ut paucis dicam, Filio Deus est ineffabilis, est enim sibi quod est; hoc est ine„ narrabilis; ita ut nihil eorum, quae secun„ dum comprehensionem dicuntur, intelligere „ aut effari valeat Filius: impossibile quippe „ est illi Patrem investigare, qualis in se est.

„ Nam ipse Filius ne suam quidem substantiam novit: Filius enim quum sit, pa„ terna ex voluntate revera exstitit. Qua ra„ tione fieri queat, ut qui est ex Patre, ipsum „ genitorem cognoscere atque comprehende„ re possit? Palam quippe est id quod habet „ initium, non posse id quod non habet ini„ tium, ut est, cogitare vel comprehendere.

Ita inconcinnus & blasphemus ille Musicus in exsecrando Thaliae epigrammate concinit ap. laud. *Athanas.*

(*i*) Conf. *Epiph.* haer. 76. & *Aug.* haer. 54.

(*k*) Ap. *Theod.* haer. fab. l. 4. c. 8. Hunc tamen errorem silent vulgo ceteri cum *Aug.* & *Epiph.* ubi de errore Apollinare differunt.

(*l*) De quo in proxima Prolusione.

(*m*) In catal. haeret. ubi de Jacobitis.

(*n*) In Lexico univers. tom. 1. p. m. 800. edit. Basileensis 1677.

ADNOTATIO.

(*) CEterum *Guido* reliquis antiquior ubi de Jacobitarum erroribus cap. 4. eum filet errorem; atque idcirco Jacobitas uno tantum digito se signare, quod adserant, in Christo unam naturam esse, sicut una est persona. Fere consonant *Jacob. de Vitriaco* in hist. orientali cap. 77. ex eorundem Jacobitarum narratione sibi facta, & *Naironius* Maronita mox adlegandus, pag. 31. Addit *Morerius* in Lexico art. *Jacobites*, haud aliter eos erravisse, quam propugnando unicam in Christo naturam.

Et quidem, teste eodem *Fausto Nairono* in Evoplia fidei catholicae historico-dogmatica

VIII. *Anaſtaſius* Imp. edixit, non Trinitatem, ſed quaternitatem adorandam eſſe : ob quod facinus fulmine percuſſus animam efflavit, (nempe an. 518.) *Paullus Diaconus*, *Pomponius Laetus*, & *Blondus* in hoc Imperatore. (*)

IX. *Chilpericus* Francorum rex, ſui temporis Nero & Herodes nuncupatus, proditorie occiſus an. Chr. 584. jam edictum, ſeu indiculum ſcripſerat, ut ſancta Trinitas non in perſonarum diſtinctione, ſed tantum Deus a cunctis ſubditis nominaretur, adfirmans etiam ipſum eſſe Patrem qui eſt Filius, idemque ipſum eſſe Spiritum S., qui Pater & Filius. Contra nitentibus vero, ac pro Trinitate palam pugnantibus duobus Epiſcopis, Gregorio Turonenſi, & Salvio Albigenſi, edictum non publicavit, aut jam publicatum revocavit. (o)

Adjiciendus heic *Mahumedes*, qui in Alcorano Deo Trinitatem adimit, ubi Deum unum centies ſtatuit, qui tamen nullum genuerit Filium

tica part. 1. p. m. 29. & 30. edit. Romanae 1694. nullus Orientalium Syrorum haereſim illam adtribuit Zanzalo, vel ſuis ſectatoribus Jacobitis; quorum nempe libri & monumenta nihil penitus ejus peſtis redolent, immo potius oppoſitum concinunt Dogma.

Principio enim idem Zanzalus haec profert in limine ſuae catecheſeos : „ dico, „ credo & profiteor, Patrem eſſe genitorem, „ non genitum, habentem ſemper ac perpetuo proprietatem generandi & paternitatis. „ Item dico, credo & profiteor, Filium eſſe genitum, non genitorem, & habentem „ proprietatem generationis & filiationis. „ Item dico, credo & profiteor, Spiritum „ Sanctum procedere a Patre, extenſum per „ Filium, nec eſſe Patrem, neque Filium, „ ſed habentem proprietatem proceſſionis „. Haec apud laud. *Nairon*.

Praeterea in Jacobitarum Catechiſmo pag. 67. ap. Cl. V. *Aſſemanum* in Biblioth. Orientali tom. 2. cap. 32. p. m. 204. diſertis verbis adſeritur eorum fides ac pietas erga Ss. Trinitatem.

Demum in formulis Sacramentorum Baptiſmi & Confirmationis apud Jacobitarum Rituale ſit trium Myſterii Perſonarum expreſſa mentio & invocatio. Refert ac verba recitat idem *Naironus* a pag. 126.

Itaque inſcitiae, eruditionisque polemicae ignorantiae jure inſimulandi Scriptores, qui ejuſmodi notam ſectae univerſim Jacobitarum inuſſerunt.

ADNOTATIO.

(*) TOtidem verbis rem adſerit laud. *Coccius* in theſauro cathol. tom. 1. art. 4. in praevio Indice haereticor. ipſumque fere ſyllabatim exſcribunt laudati *Fraſſen* & *Perrimezius*. Et vero falleris quidem qui cum iis exſcriptoribus loquenti Coccio abſque examine fidem adhibeas. Equidem ex tribus teſtibus, quos ille adpellat, unus Pomponius Laetus rem ita profert in Romanae hiſt. compendio ubi de Anaſtaſio, *Anaſtaſius, ut credibile eſt, malo genio actus in divinis praecepit non Trinitatem, ſed quaternitatem adorandam eſſe*. Ceteri vero nec verbum quidem, videlicet nec Paullus Diaconus lib. 17. rerum Romanar. in Anaſt. nec Blondus lib. 3. decadis 1. hiſtoriarum ab inclinatione Romanorum, ubi de Anaſt. nec item Blondi decadum Epitomator Pius II. P. in ſua epitome ubi de eodem Anaſt.

Quin immo celebriores Hiſtorici, ut *Evagrius* cum Notis *Valeſii* & *Variorum*, *Baronius* cum *Pagiana* critice, *Tillemontius* in Hiſtoria Imperatorum tom. 6., ac fortaſſe plerique omnes, quos evolvere non vacat, dum Anaſtaſium tanquam Eutychianum, & virum ſceleſtiſſimum, perfidumque in Eccleſiam & Romanos Pontifices fugillant, adductam a Pomponio blaſphemiam omnino reticent. Unus ergo teſtis, nullus teſtis.

(o) Conf. *Greg. Turon.* in hiſt. Francor. l. 5. cap. 45. *Aimvinius* Monach. Floriacenſis in hiſt. Francor. c. 41. *Daniel* in hiſt. Franciae t. 1. in Chilperico ad an. 584.

lium, qui Deus ſit. Heinc chriſtianos haud ſecus ac gentiles paſſim irridet, vocatque *Sociatores*, ac ſi fide Trinitatis Deo conſortes adtribuant. (*p*)

X. *Heribertus* & *Liſojus* Aurelianenſes Clerici ſub an. 1017. convicti ſunt docuiſſe, quod quidquid in veteri novoque Canone certis ſignis ac prodigiis, veteribuſque teſtatoribus de trina unaque Deitate beata confirmat authoritas, ſit nudum deliramentum. (*q*)

XI. *Ruzelius* aut *Roſcelinus* defendiſſe dicitur, tres perſonas eſſe tres res ad invicem ſeparatas, uti ſunt tres Angeli; ita tamen ut una ſit voluntas & poteſtas: tum Patrem, Filium, ac Spiritum S. fuiſſe incarnatos, ac vere tres Deos dici poſſe, ſi uſus admitteret. (*r*)

XII. *Bogomili*, ſeu *Baſiliani* ſub an. circ. 1118. hoc ſibi de S. Triade ſtolidum Syſtema confinxerunt. 1.° Soli Patri adtribuendae ſunt tres adpellationes, nempe Patris, & Filii & Spiritus S., ut ſcilicet videaris Triadem in ſenſu catholicorum admittere: 2.° Pater humana forma praeditus ex binis cerebri panniculis binos emittit radios, unum Filii, alterum Spiritum S: 3.° Filius & Spiritus S. in Patrem rurſum, ex quo provenerunt, reſolvuntur, & ipſe qui anno ab heinc quinquies milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio trium fuerat perſonarum, rurſus unius factus eſt perſonae, incorporeus quidem, ſed humana tamen forma praeditus: 4.° Filius & Spiritus S. non exſtiterunt uſque ad quinquies milleſimum & quingenteſimum annum, quo principium extrinſecus ſuſceperunt, ut eſſent ac nominarentur: 5.° Pater Filium genuit, Filius Spiritum, hic Judam & undecim Apoſtolos. (*s*)

XIII. *Anonymus* Anglus in Oxonienſi provincia ſub an. circ. 1365. inter alios errores, hos binos diſſeminabat. 1.° Pater in divinis eſt finitus, & ſolus Spiritus S. eſt infinitus (Eſt error 18.) 2.° ſolus Pater efficit, ſolus Filius format, & ſolus Spiritus S. finit quamlibet creaturam. (Error 19.) Eos una cum ceteris triginta proſcripſit Simon Langham Archiepiſcopus Cantuarienſis an. 1368. 9. Nov. (*t*)

Praeterea ex Heterodoxis recentioribus

I. *Eraſmus Roterodamus* (praefatione in tomum ſecundum operum D. Hieronymi) *Arianos*, dicit, *non tam haereſim foviſſe, quam ſchiſma feciſſe; quum eſſent illi noſtris numero pares, eloquentia doctrinaque ſuperiores*. Totidem verbis laudatus *Coccius*. Ex quibus luce clarius eſt,

(*p*) Conf. *Marraccius* in notis & refutationibus ad Suram II. num. 119. ac ad Sur. IV. num. 169. tum *Damaſcen.* l. de haereſib. cap. 101. cum notis ſui Editoris *Lequienii*, qui Marraccium ſibi ducem ſectatur & exſcribit.

(*q*) Conf. *Glaber Rodulphus* hiſtoriar. l. 3. c. 8. §. 1. Exſtat in tom. 4. Scriptorum hiſtoriae Francorum *Duchesnii*.

(*r*) Recole quae de hoc errore diſſeruimus *ſupra* in Proluſ. de exiſt. & unit. Dei ſect. II. art. IV. pag. 11.

(*s*) Refert & convellit *Euthymius* monachus Zigabenus in panoplia par. 2. tit. 23. §. 2. ſqq.

(*t*) *D' Argentraeus*, qui ad an. 1368. in ſua collectione judiciorum haec exſcripſit e collectione conciliorum Angliae tom. 2. & e collect. Labbeana CC. tom. 11. part. 2., conjectat, eum Anonymum eſſe nonneminem ex Lollardorum ſecta.

Arianiſmi dogma adverſus Trinitatem Eraſmo non fuiſſe haereticum. Idem Coccii exſcriptor proxime adductus *Fraſſen.* (*)

II. *Lutherus* averſatur nomen *Trinitas* (*u*) tum nomen Ὁμόσιον *omuſion* (*x*) quod ab hominibus, non a Deo inventa ſint ac impoſita. Haec in iſtam rem deinde ſic differit ubi proxime citatur, nomen Ὁμόσιον *non fuit receptum a multis, iiſque praeclariſſimis, quod & Hieronymus optavit aboleri, adeoque non effugerunt periculum, hoc invento vocabulo . . . quod ſi odit anima mea vocem homouſion, & nolim ea uti, non ero haereticus.* (**)

III. *Michael Servetus*, a quo *Servetani*, ſeu *Anti-trinitarii*, & quem ut Patriarcham Sociniani reverentur, immenſa errorum portenta adverſus

ADNOTATIO.

(*) Miror tamen vehementer Coccii facilitatem, praecipitemque Scripti Eraſmiani lectionem. Hic enim in laudata praefatione, quae ſimul eſt operis nuncupatio ad Guillielmum VVaramum, Archiep. Cantuarienſem, facta Calendis Junii 1524. ex edit. Baſileenſi 1553., in hunc modum ſcribit.

„ Arianorum haereſis communita literis, „ ac divinae quoque Scripturae validiſſimis, „ ut videbatur, nixa praeſidiis; inſuper Im„ peratorum ac gentium adjuta ſtudiis opi„ buſque, periculoſiſſimis rerum motibus la„ befactavit orbem Chriſtianum; in tantum „ ut diu eſſet in dubio, utro ſe inflecteret „ Eccleſiae ſinceritas, & factio ſchiſmaque „ eſſet verius quam haereſis, quod adverſarii „ numero prope pares eſſent, eloquentia do„ ctrinaque ſuperiores. Ea peſtis tandem „ utcumque ſopita.

En diſerte apud Eraſmum *Arianorum* doctrina *haereſis* ac *peſtis*; nuſquam vero *Arianos* dicit *non tam haereſim foviſſe, quam ſchiſma feciſſe*. Corrigantur itaque Coccius & Fraſſenius, ac reddatur unicuique, etiam hoſti infenſiſſimo, quod ſuum eſt. Niſi vero aliam nactus fuerit Coccius Eraſmi praefationem, ea ipſa verba praeferentem, quae nos omnino latet.

(*u*) In enarrat. Evangelii S. Trinitatis.

(*x*) In confutatione rationis Latomianae verſus fin. §. *Eſt hoc Paullum*, & *Jam ſi eſſet*.

ADNOTATIO.

(**) Haec porro oſtendunt Lutherum longe irreverentem ac ridiculum contemptorem vocum, quas uſu ſaltem univerſa comprobavit Eccleſia; minime tamen haereticum. Et ipſe quidem etſi male ſenſerit de vocibus, de re, ſeu de Myſterii veritate minime dubitaſſe vulgo judicatur; quidquid oppoſitum abſque ulteriori documento ardenti animo inclamet in diſſ. 106. laudatus *Perrimezzius*, in quo nonnihil Critices deſideramus. De origine, decreto, adceptione, uſu vocis Ὁμόσιον plura *Bullus* in defenſione fidei Nicaenae, & *Nat. Alex.* ad Sec. IV. in diſſ. 14. & 15. de hac voce.

Anne vero optarit Hieronymus eam vocem aboleri? *Coccius* proxime laudatus adſeverat in margine, quod *nuſquam haec Hieronymus de Homouſio ſcribit*; & idem ipſe minime caeſpitans adſeruerim; nec enim illud reperire eſt in iis, quae ſparſim tradit Hieronymus in eam vocem, praeſertim (quo nullus rejiciendo Homouſio aptior locus) in Chronico ad an. 367. ubi de Synodo quadam Antiochena Meletii, quae exſtat in t. 8. edit. Vallarſianae, in quem locum videndus *Pontacus* in notis ad ipſum chronicon a p. m. 734. edit. Burdigalenſis 1604. nec in iis quae de hoc argumento indicant luculenti Indices omnium Hieronymi Operum in editione *Eraſmi*, *Victorii Reatini* cum Romana, cum Antuerpienſi, *Martianaei* & *Pougeti*, *Vallarſii*; nec in iis, quae in eam diſputant Scriptores, cum citatis Bullo & Alexandro. Heic fortaſſe Haereſiarches ubi Hieronymum adduxit, locum, more ſuo, non indicavit.

ſus Ss. Triadem impiiſſimo auſu vulgavit in libris ſeptem, quos inſcripſit *de Trinitatis erroribus*, Baſileae primum excuſſis an. 1531. tum in Dialogis de Trinitate, necnon in parte 1. commentarii de chriſtianiſmi reſtitutione: ubi porro haereſes Noëti, Samoſatenſis, Sabellii, Photini, Arii, ceterorumque Anti-trinitariorum ſceleſtiſſimus nebulo innovavit.

Haec autem ejus ſumma ſyſtematis. Tripartitus inducitur Deus, ubi in ejus eſſentia tres perſonae reſidere dicuntur. Trias haec imaginaria eſt, utpote cum Dei unitate pugnans. Sunt quidem ejuſmodi perſonae externae quaedam ideae, quae in Dei eſſentia vere non ſubſiſtunt, ſed Deum nobis hac vel illa ſpecie repraeſentant. Nihil initio fuit in Deo diſtinctum, quia olim idem erat Verbum quod Spiritus; ſed ex quo emerſit Chriſtus Deus de Deo, alius etiam fluxit Spiritus ex ipſo Deus. Heinc tam in Filio, quam in Spiritu pars eſt Dei, ad eum videlicet modum, quo idem Spiritus ſubſtantialiter in nobis atque etiam in lignis & lapidibus Dei portio eſt. (*y*)

Praecipuum Servetani dogmatis articulum, qui S. Triadem e medio tollit, complurimi e veſtigio ſectati ſunt, ac etiamnum haud abſimili impietate propugnare pergunt, variis adhibitis deteſtandi erroris explicationibus, aut potius repugnantiis. E. c. *Heſuſſiani* ſub an. 1562. duce *Tilmano Heſuſſio*, quem propterea, tametſi ſecta Luthericum, Calvinus *Servetanum* dixit, & Boguinus *Arianum* ... *Gribaldini*, architecto *Matthaeo Gribaldo*, in Tubicenſi Academia Juriſconſulto an. circ. 1565. .. *Novi Ariani*, parente *Georgio Paulli*, Lutheranico Miniſtro, an. circ. 1566. (*z*)

Tum alii ſingillatim privati Novatores. E. c. *Sebaſtianus Francus* (*a*) an. circ. 1550... *Jacob Schegkius* (*b*) circ. 1560... *Chriſtianus Franken* e catholica religione Apoſtata (*c*) an. circ. 1576. ſed eum tandem ſuae impietatis poenituiſſe teſtatur Epiſtola, quae ſub ejus nomine circumfertur, ſi legitimus ſit Frankenii foetus ... *Theodoſius Schimbergius* circ. 1580. (*d*) *Theodorus Dorſchius* (*e*) circ. 1590... *Nathanael Aelianus* (*f*) circ. 1580. (*g*)

IV. *Joan. Calvinus* male audit, praveque de Myſterio ſentire adcuſatur a nonnullis catholicis Doctoribus (*h*) propter ejuſmodi effata, quae

(*y*) Plura in hanc rem *Calvinus* l. 1. Inſt. c. 13. §. 22. & l. 2. c. 14. §. 5. & 8. necnon in refutatione errorum Mich. Serveti, quae exſtat inter tractatus theologicos Calvini a p. m. 510. edit. Amſtelodam. 1667.; ac in variis literis, e. c. in ſcriptis Sultzero 9. Sept. 1553. Eccleſiae Francfordienſis Paſtoribus 27. Aug. 1553; Farello 26. Oct. 1553; Miniſtris Eccleſiae Berneuſis eodem anno; tum *Author* hiſtoriae Socinianiſmi, editae Pariſiis 1723., qui errores ex ejuſdem Serveti libris de Trinitate excerptos offert a p. m. 221. in part. 2. cap. 3.

(*z*) De iis & aliis ejuſdem furfuris maledicis paſſim *Haereſeologi juniores*.

(*a*) In epiſt. de abolendis ritibus eccleſiaſticis.

(*b*) In Apolog. contra Genebrardum.

(*c*) In libro adverſus Trinitatem, Cracoviae edito.

(*d*) In Epiſt. praefixa Scriptis Joannis Sommeri.

(*e*) In libro Germanico, quo adnititur defendere Franciſci Davidis dogmata.

(*f*) In libro item germanico, quem inſcripſit *Mattan Ja*.

(*g*) Hos pene ex integro excipimus e tabulis *Coccii* alias laudatis; nec enim libros, quorum ipſe teſtimonia adduxit, evolvere licuit.

(*h*) Cum laud. *Coccio*, *Fellardentio* in Theomachia Calviniana, dial. 1. de Trinit. *Gaulter.* ad Sec. XVI. ubi de erroribus Calvini, errore 24.

quae literis consignavit. 1.° *utinam sepulta essent* (nomina *Trinitas*, *Persona*, *Consubstantialis*) *constaret modo haec inter omnes fides, Patrem, & Filium, & Spiritum S. unum esse Deum; nec tamen aut Filium esse Patrem, aut Spiritum Filium, sed proprietate quadam esse distinctos* (*i*). 2.° *Unus Deus id est Trinitas, creditis in Deum id est in Trinitatem, ut cognoscant te unum Deum id est Trinitatem: hoc non modo tanquam insipidum, sed ut profanum quoque repudiamus* (*k*). 3.° *precatio vulgo trita, sancta Trinitas unus Deus miserere nobis, mihi non placet, ac omnino barbariem sapit* (*l*). 4.° *Persona est residentia in essentia divina* (*m*). 5.° *Personas vocarunt discretas in Deo proprietates, quae se mentibus conspiciendas offerunt* (*n*) (*). V. *Cal-*

(*i*) L. 1. Inst. c. 13. §. 5. ap. laud. *Cocci.* & *Feuardent.* proxime adducendum.

(*k*) Epist. ad Polonos, p. 946. ap. *Cocc.*

(*l*) In eadem epist. ap. *Gault.*

(*m*) L. 1. Inst. c. 13. §. 6. edit. gallicae ap. eundem *Gault.* & ap. *Feuard.* in Theomach. Calvin. l. & dial. 1. ubi de essentia Dei subsistente in tribus personis.

(*n*) In cap. 1. Joan ap. cit. *Cocc.*

ADNOTATIONES

(*) I. PRo catholico Calvini sensu erga rem ipsam sanctissimi Mysterii, multa idem & quidem conspicua testimonia exhibuisse videtur. Videlicet 1°. in l. 1. Inst. c. 13. fere per tot. 2°. in refutatione errorum Serveti, alias laudata. 3°. in explicatione & confutatione perfidiae Valentini Gentilis, quae exstat inter tractatus theologicos Calvini a p. m. 568. 4°. in responso Calvini ad quaestiones Georgii Blandratae, ibid. a p. 585. 5.° in brevi admonitione ad Fratres Polonos, ibid. a p. 598. 6.° in epistola confirmatoria ad eosdem Polonos, subscripta Genevae 30. April. 1563. ibid. a p. 591. 7.° in confessione Calvini de Trinitate propter calumnias Petri Caroli, primum Naeocomensis, heinc & Lausanensis Ministri, quae exstat in collectione epistolarum Calvini in tom. 9. ejus operum p. m. 180. edit. Amstel. 1667.

Porro, mea opinione, si Author hic cetera fidei Mysteria, ut Ss. Trinitatem defendisset, Polemicus Doctor inter sapientes jure audiret; saltem si nonnullas positiones fortasse nimium duras exceperis.

II. Quid vero de illis effatis, quae catholici Doctores pessimis auribus excipiunt? Principio non sibi constat Calvinus, longe a se ipso distat; quippe qui illa nomina, ipsorumque usum oppido probat in eodem capite 13. libri 1. Institutionum, ac etiam in quodam fragmento de voce Trinitatis & de voce personae, quod reperio in collectione Epistolarum p. m. 181. ubi sic effatur,

„ Quoniam voces istas Trinitatis & Per„ sonarum plurimum Ecclesiae Christi commo„ dare intelligimus, ut & vera Patris, Filii „ & Spiritus Sancti distinctio clarius exprimatur, & contentiosis controversiis melius occurratur, ab his usque adeo non abhorremus, ut libenter eas amplexemur, sive „ ex aliis audiendae, sive a nobis usurpandae sint. Itaque quod antea a nobis factum est, in posterum quoque operam daturos quoad licebit recipimus, ne earum usus „ in Ecclesiis nostris aboleatur.

Et nihilominus, teste *Petro Carolo* in actis colloquii Lausanensis ap. *Feuard.* in Theomach. Calvinist. l. & dial. 1. p. m. 9. edit. Paris. 1604. *Calvinum vox Trinitatis offendit, eo quod Ciceroni fuit insueta.*

Deinde τὸ *utinam sepulta essent* &c. dictum est a Calvino in persona adversarii, ea objicientis; quae nempe illico diluere pluribus adgreditur, minime in persona propria, uti vulgo exponunt nostri, disputationis contextum, nexumque non adtendentes, ut Calvinum severius carpant. Expendas, precor, quinque priores laudati capitis sectiones, & mecum eris.

Insuper τὸ *unus Deus id est Trinitas* &c. rejicit Calvinus in Epist. confirmatoria ad Polonos, tanquam dictum & blateratum ab *Stancaro*, qui Christum divinitate spoliabat, more Arianorum; ac forte in formula illa minus usitata latentem anguem suspicabatur. Audi Calvinum in editione, qua utimur, sic differentem,

„ Quid blateret Stancarus, nihil moror: „ nec vero aequum est, puram & genuinam „ pietatis doctrinam, cui nihil adfine habet;

„ ejus

V. *Calviniani* nonnulli ſingillatim feruncur in Ss. Triadem deliquiſſe. E. c. 1.° *Beza* haec protulit, *Verbum Dei clare nos docet, quod iſta eſſentia divina eſt diſtincta realiter & ſecundum veritatem & ab aeterno in tres*

„ ejus commentis obſcurari. Quod ergo ab „ eo dicitur, Unus Deus & unus Media„ tor, id eſt Trinitas; item, ut cognoſcant te „ unum Deum, id eſt Trinitatem; creditis „ in Deum, id eſt in Trinitatem; quidquid „ petieritis a Patre, id eſt a Trinitate; non „ modo tanquam inſipidum, ſed profanum „ quoque repudiamus. Faceſſant igitur per„ verſae illae ſpeculationes, quae invidiam „ conflare poſſent ſanae doctrinae apud impe„ ritos, & ab improbis nebulonibus in hunc „ finem captioſe obtenduntur „ Haec audin? Et tamen a noſtris intepolantur, ac in peſſimum ſenſum Calvino vertuntur.

Praeterea quod Author adſerat, divinas Perſonas proprietate quadam eſſe diſtinctas, vocarique diſcretas in Deo proprietates, non video plane quid erroris praeſeferat, aut fidei, aut Patrum doctrinae diſſonum. Nec enim illae per aliud ſunt Perſonae, ac invicem differunt, quam per quidpiam relativum unicuique proprium, minime ſingulis commune: quemadmodum idem ſaepe Calvinus eas, quas nominat proprietates, tenendas expoſuit. Quid ergo heic erroris inſimulatur?

Poſtremo perperam Calvino objicit laudatus *Gault.*, quod perſonam divinam definierit, inquiens, *perſonam eſſe reſidentiam in eſſentia divina*. Porro de Verbo dixit reſidere in Patre, quoniam alioqui apud Deum eſſe non poſſet, quemadmodum & omnes catholice profitemur, ſingulas Perſonas in ſingulis reſidere per circuminſeſſionem, de quo argumento late & egregie *Petav.* de Trin. l. 4. c. 16. per tot.; nuſpiam vero adparet, ubi adlegatur dixiſſe, Perſonam in eſſentia divina reſidere.

Secus ipſe perſonam definiit. Audi loquentem ubi adlegatur a Gault. *Perſonam igitur voco ſubſiſtentiam in Dei eſſentia, quae ad alios relata, proprietate incommunicabili diſtinguitur. Subſiſtentiae nomine aliud quiddam intelligi volumus, quam eſſentiam*. Quid heic Doctori catholico increpandum ſeſe offerat, non video.

III. Colligis ex dictis, opinor, ex illis quinque effatis Calvini principio adductis tertium eſſe vehementer caſtigandum, quod nempe precationem piiſſimam, quae apud univerſam Eccleſiam religioſe obtinet, adfectata & faſtidioſa ſuperbia deſpicit; ſed illud tamen Myſterii ſubſtantiam non contingit; quod & Calvinus adnotaſſe videtur, ſic proxime poſt ipſum effatum ad ſuos Polonos inquiens, *Nolim igitur vos de rebus ſupervacuis litigare, modo illibatum maneat quod dixi de tribus in una eſſentia Perſonis*. Circa reliqua vero ſatis mentem noſtram aperuimus.

IV. Eccur autem, ais, pro Haereſiarche Dei Eccleſiae infenſiſſimo vindicias, adverſus Scriptores catholicos inſtituimus? Quia nempe veritatis, ſinceritatis & aequitatis amor ita poſtulat, ita clamat: nempe ſemper & ubique *litandum Veritati*.

Porro iniquum eſt adverſario tuo cuiquam falſa crimina adfigere, ſeu vera ultra modum extollere. Suum cuique jus tribuendum etiam ex Haereſiarchis ſceleſtiſſimo. Etiam de haereticorum rebus adcurata critice agendum; quam quia noſtri frequenter negligunt, utpote in ſingula fere Heterodoxorum opera ſtabili horrore, taedioque praeventi, in defectus plurimos anti-criticos delabuntur, ac fere quidquid in ipſis perlegunt in ſenſum improbum detorquent.

Non ita porro *Bellarminus*, rurſus jamjam laudandus, qui, ad amuſſim diſcuſſis Calvini de Ss. Triade opinionibus, iſtas quoad ſubſtantiam adprobavit & quoad modum duntaxat loquendi reprehendit. Nec ſemel item *Petavius* ab impactis erroribus Calvinum vindicavit: e. c. in l. 5. de Deo, cap. 6. §. 17. &c.

Quin etiam dedecet virum probum vel leviſſima impoſtura adverſarium denigrare. Et jure quidem ipſi Heterodoxi, qui ſuorum principum textus aut falſatos, aut interpolatos a noſtris animadvertant, vel eos cachinnis excipient, vel cum ipſis de probata infidelitate expoſtulabunt. Abſit ergo inter Errones circa Myſteria fidei eum ullum connumerare, de cujus errore certo non conſtet.

V. Haec dicta ſint, dummodo poſtrema haec qua utor, editio Amſtelodamenſis de an. 1667. fidelis ſit, & autographis Calvini ſcriptis ex aequo reſpondeat, quemadmodum & aliae editiones, e quibus antiquiores noſtri effata, quae adlegavimus, deprompſerunt, aut ſincere debuerunt depromere.

Quod ſi haec mea editio falleret, utpote ab Editore Calviniano correcta & caſtigata, quo nempe in ſui Patriarchae obſequium antiquiorum naevos detergeret, converſo in Calvinum ſtilo, noſtris adſerta effata ei adſcribentibus magna ex parte lubens adquieſcerem.

tres perſonas (*o*) idemque ingeminat (*p*) *hoc non obſtante, hae tres perſonae divinae ſunt diſtinctae in eſſentia ſua*. Tum etiam (*q*) *nos non conſideramus iſtam Deitatem in perſonis, niſi relative*... 2.° *Anonymus* quidam impie ſcripſit, *quod eſſentia Dei eſt incommunicabilis* (*r*). 3.° *Joan. Bodinus* (*s*) propenſione ſaltem & ſtudio Calvinianus, aſſerere non dubitavit, quod *infinitum ab infinito fluere nequit* (*t*).

VI. *Sociniani*, primo Authore *Laelio Socino*, extincto an. 1562. hoc ſyſtema mordicus ſubſtinuerunt, ac ſubſtinere pergunt. Unica in divina eſſentia eſt perſona, quae quidem eſt perſona Patris; ſumme enim repugnat triplex perſona cum unica eſſentia: haec autem diſtinctio unius eſſentiae ac trium perſonarum nuſquam adparet in ſacris literis, immo nec adparere licet, quum ipſa & rationi & veritati apertiſſime opponatur; certo enim liquet nullam eſſe perſonam, quin ſit eſſentia, & eſſentiam nullam, quin ſit perſona (*u*). En Socianiſmi caput, ex Serveti doctrina depromptum.

VII. *Adſeclae Socinianiſmi* perplures alii, poſt *Laelium* & *Fauſtum* duces, impium ipſum ſyſtema anti-trinitarium literis mandarunt ac defenderunt. E.c. *Jacob. Aconcius*, Italus (*x*)... *Gregorius Paulli*, Polonus (*y*) ... *Georgius Blandrata*, Pedomontanus, profeſſione medicus (*z*)... *Franciſcus David*, Hungarus, extinctus 1579. (*a*)... *Joan. Sommerus*, Miſnenſis (*b*)... *Adamus Goslavius* a Bebelno, Polonus, reor (*c*).

Et ii quidem, me judice, potius opinionis adhaeſione, quam alicujus vinculo ſocietatis, aut ſectae, quam primus, opinior, palam ac ferventiore adplauſu inſtituit *Fauſtus Socinus*, fato functus Lunclavii an. 1604. 3. Mart., dicendi ſunt Sociniani: alii vero, quos ſub eodem argumento mox ſubjicimus, re, opinione, & ſecta.

Videlicet *Joan. Volkelius*, Miſnenſis in Saxonia (*d*)... *Valentinus Smalcius*, extinctus 1622. (*e*)... *Erneſtus Sonerus*, Nurembergenſis, Crellii

(*o*) In magna fidei confeſſione gallica punc. 1. art. 2. ap. laud. *Feüard.* p. m. 16. 17.

(*p*) Serm. 5. de paſſione Dom.

(*q*) In libello gallico quaeſtionum & chriſtianarum reſponſionum.

(*r*) In commentar. gallicis in hebdomadam 1. poëmatum Guliel. Saluſtii Barthaſii ap. ipſum *Feüard.* p. 24.

(*s*) De quo plura ap. *Pope-Blount* in cenſ. celebriorum Authorum, ubi de Bodino.

(*t*) In methodo ad legendas hiſtorias ap. cit. *Feüard.* p. 33.

(*u*) Conf. *Calov.* in examine librorum Crellii de uno Deo Patre, ac in Paraſceve in refutatione Crellii; praelectiones theologicae *Fauſti Socini*, tum ejuſdem reſponſio ad argumenta pro Trinitate; necnon animadverſiones in aſſertiones Collegii Poſnanienſis &c. quae omnia exſtant ap. Socinianicam Bibliothecam; *Valentinus Smalcius* in Racoviana catecheſi; *Bibliotheca* Fratrum Polonorum, quos Unitarios vocant; *Volchel* de ver. relig. l. 5. c. 9., *Author* hiſt. Socinianiſmi par. 2. c. 5. ubi de erroribus Fauſti Socini; *Bibliotheca* Antitrinitariorum, & adparatus ad diſputationes Socinianas tribus tomis per *Cloppenburgum* & *Hornebechium* concinnatus; *Abrahamus Heidanus* in diatribe de Socinianiſmo.

(*x*) In l. de ſtratagematis Satanae, an. circ. 1560.

(*y*) In tabula de Trinitate, & in Catecheſi Racovienſi prima, circ. 1560.

(*z*) In libris de falſa & vera Dei cognitione & alibi, circ. 1564.

(*a*) In tr. de dualitate, & in libello parvo, & alias.

(*b*) In theſibus de Deo trino circ. 1571.

(*c*) In refutatione Bartholomaei Keckermanni, 1613.

(*d*) In libris v. de vera religione, circ. 1613.

(*e*) In catecheſi Racovienſi, 1605. & alias.

lii Magiſter, fato functus 1612. (*f*)... *Joan. Crellius*, magnum ſectae decus, in Franconia ortus, & Racoviae extinctus 1633. (*g*)... *Jonas Slichtingius*, Polonus Buckovienſis, ob. 1661. (*h*)... *Jo: Ludovic. Wolzogenius*, Auſtriacus, vita functus 1658. (*i*)... *Daniel Zwicberus*, Dantzicenſis, ob. 1678. (*k*)... *Joachimus Stegmann*, Polonus, ob. 1678. (*l*)... *Stanislaus Lubienieskius*, Polonus, extinctus 1675. (*m*)... *Chriſtophorus Sandius* junior, Konisbergenſis, fato functus 1680. (*n*) (*)

VIII. *Autotheani*, alias *Gentiliſtae*, Artifice *Valentino Gentili*, alias producto, ſub an. cir. 1562. Serveti doctrinam in Germania & Polonia propagarunt, haec adſerentes. 1.° Filius eſt a Patre eſſentiatus, & ab eo ſubſtantialiter differt. 2.° Filius & Spiritus S. ſunt a Patre eſſentialiter diverſi. 3.° Pater, Filius & Spiritus S. ſunt tres aeterni, inter ſe ordine, gradu & proprietate eſſentiali diſtincti. 4.° Symbolum Athanaſianum ſophiſticum eſt. 5.° Trinitas eſt humanum commentum, novum idolum, Deus fictitius, triceps, triperſonatus, larva triformis. Sacrilega haec & monſtroſa errata, ob quae Gentilis a Bernenſi Senatu capitali ſententia plexus eſt, plures deinceps cum *Tritheitis* & *Ariomanitis* propugnarunt. (*o*)

IX. *Sternbergenſes*, parente *Luca Sternberger*, in Moravia nato, fidei, ac religioſae profeſſionis deſertore, Lutheri digno diſcipulo, ſub an. circ. 1566. impia de S. Triadis perſonis & nomine blaſphemarunt; haec e. c. delirantes: 1.° minime ſunt in Deo tres Perſonae; nihil enim de Triade conſtat ex ſacris literis. 2.° neſcimus, an Trinitas ſit mas aut femina? 3.° veroſimilius Trinitas eſt femina trium virorum uxor. (*p*)

Anti-trinitarios Heterodoxos multo plurimos quaerenti dabit *Chriſtophorus Sandius* junior in Bibliotheca Anti-trinitariorum, & in Nucleo hiſto-

(*f*) In argumentis pro ſolo Deo Patre.

(*g*) De Deo & adtributis ejus, ac de Deo uno Patre libris II. & alias.

(*h*) In trib. quaeſtionibus de S. Trinitate, ac ſaepius.

(*i*) In declaratione duarum contrariarum ſententiarum de uno Deo Patre, & de uno Deo in eſſentia & tribus perſonis.

(*k*) In revelatione veri catholiciſmi, & in Speciminibus infelicis pugnae D. Calovii contra Crellium & ſaepe alias.

(*l*) In brevi diſquiſitione inter duas de S. Trinitate diſputantium partes.

(*m*) In exercitatione in exercitationem M. Joannis Latermanni de Ss. Trinitatis Myſterio contra Socinianos, & in veritatis primaevae compendio.

(*n*) In confeſſione fidei de Deo Patre, Filio & Spiritu S. ſecundum Scripturas & alias.

ADNOTATIO.

(*) SOcinianis Anti-trinitariis modo indicatis ſerio adnumerantur a Criticis Eruditiſque Viris nonnulli e Calviniſtica Secta magni nominis Proteſtantes, puta *Hugo Grotius*, *Elias Saurinus*, *Jurius*, *Joannes Clericus*. Hinc inde, & quidem vehementi ſtudio adcuſantur & vindicantur. Singulorum cauſſas diſcutiemus quum otium erit. Conſulas interea, ſi lubet *Authorem* Hiſtoriae Socinianiſmi part. 2. a cap. 42. ad 45. & ulterius ſingillatim circa Joan. Clericum, doctiſſimum *Lamium*, qui eum tanquam Socinianum nervoſe perſtringit eruditiſſima diſſertatione de recta Patrum Nicaenorum fide.

(*o*) Conf. *Lindanus*, *Prateolus*, *Gualter.* ubi de Valentinis, necnon *Author* hiſt. Socinianiſmi par. 2. c. 6.

(*p*) Conf. *Prat. Genebr. Gault.* ubi de Sternbergero, & *Spondan.* ad an. 1561.

hiſtoriae eccleſiaſticae, nec non *Hiſtoria Socinianiſmi* gallice edita an. 1723, Authore innominato *P. Athanaſio* (q) tum *Jo. Georg. Walchius*. (r)

X. *Paullus Maty*, apud Belgas Proteſtantes, qui ſe Reformatos appellitant, inſignis olim Catecheta in eccleſia Wallonica Hagienſi, chriſtianum de tribus in uno Deo perſonis dogma nova & inaudita ratione recentius exponere adgreſſus, libellum edidit an. 1729. menſe Martio (s). Et in eo quidem, acriter explosis tanquam ineptis, quae inter Chriſtianos, cum veteres, tum recentiores de Myſterio obtinuerant, opinionibus, aliam tanquam omnium probatiſſimam ſtatuit, & pluribus promovere contendit.

Haec novi ſumma ſyſtematis. 1.° perſona genita eſt reapſe inaequalis, ſubordinata, minor & inferior Patre, quemadmodum perſona ſpirata minor & inferior ſpirantibus Patre ac Filio. 2.° perſonarum diſtinctio haudquaquam continetur in natura divina, ſed tota quanta eſt, in perſonis ſit, oportet, & ab ipſis repetatur; ſeorſim omnino a divinitate, quae ceteroqui tribus perſonis communis eſt. 3.° in perſona Patris una tantum natura eſt, ipſa nimirum divinitas pura; ceterae vero perſonae duabus naturis inſtructae ſunt; altera divina & infinita, quae unica eſt, & in tribus perſonis eadem, altera finita & intelligente, quae Filio & Spiritui propria eſt, eoſque non modo a Patre, ſed etiam inter ſe diſtinguit.

4.° duplex ejuſmodi natura unicam conſtituit perſonam vi cujuſdam unionis perſonalis: quippe quemadmodum divina atque humana Chriſti natura, unione intercedente, nonniſi unam perſonam efficit, ita & eadem ratione ex divinitate, & finita quadam natura connexis una reſultat perſona, & quidem divina; eodem nimirum ſenſu, quo Chriſtus Dei aeque ac hominis nomine inſignitur 5.° potuit Pater ab aeternitate generare Filium quoad expoſitam naturam finitam, ac ſpirare uterque Spiritum quoad ſimilem naturam; quoniam non repugnat creaturam ab aeternitate produci a Deo. Sic Author ille. (t)

Ecquis autem heic non videat & horreat apertiſſima haereſum portenta, vetuſtioribus quamſimillima, fucato licet ingenio, ſtiloque obducta? Ea quidem ſuimet gregales exhorruerunt; ſubindeque calamum extemplo in male partum paradoxon vehementer acuerunt, ac prae ceteris *Armandus Chapellius*, *Jacob. Boullier*, *Chaufepiedius*, & ſerius deinceps *Jo: Laurentius Moſhemius*; eſto unus aut alter Authoris doctrinae quamſaeva procella exagitatae, ac periclitanti ſuo faverit patrocinio.

Re tandem ad libram & judicium publicum deducta, proſcriptum eſt Matyanum ſyſtema, nigroque haereſeos theta notatum ſub an. circ. 1731.

(q) Ap. *Morer.* in magno Lexico hiſtor. edit. 1740. art. *Socin. Fauſtus* ſub fin.

(r) In miſcell. ſacris l. 1. exercit. 5. de Samoſatenianis neotericis, praeſertim §. 15. qq. edit. Amſtelod. 1744.

(s) Cui titulus, *Lettre d'un Theologien à un autre Theologien ſur le Myſtere de la Trinité*.

(t) In laudato libello, & rurſus in aliis, quos deinceps in publicum emiſit, ſuo tenacius confirmando Syſtemati.

1731. ab ſenatibus eccleſiaſticis, Campenſi primum, deinceps Hagienſi, quos iidem Proteſtantes Synodos vocant. Adeo vel ipſis eccleſiis, etiam a noſtra diſciſſis, curae fuit ſubnaſcentem haereſim actutum proterere, ac ter ſanctum Myſterium vindicare. (*u*)

Jam vero ex hucuſque connumeratis Erronibus, quotquot in Myſterii veritatem univerſe adceptam invehuntur, & pari conſequenter gradu adtributa Trinitatem conſtituentia vel exornantia, quae nempe ſeu fides catholica docet, vel ex Patrum traditione communis Eccleſiae ſenſus amplectitur, e medio tollunt: cujuſmodi dixeris heinc divinas Proceſſiones, Relationes, Hypoſtaſes, Verbi generationem, Tertiae Perſonae Spirationem; illeinc vero Miſſiones, Notiones, Circuminſeſſiones.

Sed & ex ipſis tenebrionibus nonnullos animadvertimus in expoſitas primi generis proprietates caeco auſu ſingillatim impegiſſe. Videlicet e. c.

I. *Valentiniani*, cum aliis perridiculae opinionis Sectatoribus, numerum in Triade Proceſſionum plurimum auxere, dum illud in Deo ſpiritale Pleroma, hoc eſt plenitudinem, & complementum ex triginta Aeonibus ſibi conjugio copulatis, alioſque ut patres & matres procreantibus, ac omnibus in natura ab aeterno Patre diverſis, commenti ſunt. (*x*)

II. *Ariani* generationem Verbi rejecerunt, contendentes, in divinis nullum eſſe, qui proprie ſeu Pater, ſeu Filius adpellari valeat, ſed improprie duntaxat & abuſive; defendentes utique, non alium generandi modum agnoſci, quam qui in creatis vulgo reperitur, qui nempe cum deciſione, partitione, mutatione, paſſione ſubſtantiae conjunctus ſit. (*y*)

III. *Mahumedes* (*z*) ſtatuit, eo Deum non habere filium, quod nullius rei ſit indigus.

IV. *Servetani* (*a*) propugnarunt ſingillatim, nullam eſſe in Deo realem generationem (*b*) ac divinas inſuper relationes nominatim repudiarunt.

V. *Calvinus* haec in rem, de qua agimus, effata literis mandavit. 1.° *Quid enim diſputare adtinet an ſemper generet Pater? quando ſtulte fingitur continuus actus generandi, ex quo liquet ab aeterno tres in Deo Perſonas ſubſtitiſſe*. (*c*) 2.° *Pater deitatis* (quae eſt in Filio Chriſto Jeſu) *eſt principium, non eſſentiando, ut fanatici* (Anti-trinitarii Gentiliſtae) *nugantur, ſed ratione ordinis* (*d*) 3.° *Verbum ſemper fuit Deus: quare neuti-*

(*u*) Criticam rei hiſtoriam, una cum Inquiſitione in novum Syſtema prodidit adcuratiſſimus *Moshemius* an. 1743. typis Altonaviae & Flensburgi, in tomo altero diſſertationum ad hiſtoriam eccleſiaſticam pertinentium, p. m. 399. ſqq. Ipſe confertor.

(*x*) Confer priſcos *Haereſeologos* cum *Tert.* l. adverſ. Praxeam c. 8.

(*y*) Conf. *Hilar.* de Trinit. l. 6.

(*z*) Ubi *ſupra* in hac Proluſione.

(*a*) De quibus etiam nuper.

(*b*) De iis late *Calvin.* in refutatione errorum Serveti §. *Nunc ſigillatim.* p. m. 543.

(*c*) L. 1. Inſt. c. 13. §. 29. ſub fin.

(*d*) Ibid. §. 26. ſub init.

quam illi a Patre datum eſt, ut eſſet. (*e*) (*)

Ad extremum ex Catholicis Doctoribus

Ut praetereamus Patres aliquot, e. c. *Tertullianum*, *Origenem*, *Iraeneum*, de quibus in proxima Proluſione, tanquam in ſede propriore, latius diſſeremus,

I. *Godeſcalchus*, alias productus, acerbiſſimo ſermone adcuſatur ac impetitur ab *Hincmaro* Remenſi Epiſcopo (*f*) tanquam blaſphemus, Arianus haereticus, Ario pejor, ac Dei tyrannus, eo quod in quadam ſchedula (*g*) has poſitiones perſcripſerit. 1.° dici a nobis catholice poteſt *Trina Deitas*. 2.° ſicut unamquamque ex Trinitate Perſonam quiſquis eſt catholicus credit & confitetur integrum, plenum, perfectum penitus Deum; ſic unicuique perſonae ſuam propriam Deitatem integram, plenam, perfectam penitus ineſſe credat & confiteatur, oportet; id quod exinde patet, quia nequaquam adſumpſit humanitatem tota Trinitas, ſed ſola tantummodo Filii Deitas. 3.° ſicut ſancta Trinitas una eſt eſſentialiter, atque naturaliter, ſic proculdubio eſt perſonaliter trina Deitas. Hoc Hincmari judicium eximie probat, & pluribus confirmare adnititur *Ludov. Cellotius* (*h*) (**) II. *Ra-*

(*e*) In Praefat. libri ſui contra Valentinum Gentilem, ap. *Gault.* ubi de erroribus Calvini, errore 27.

ADNOTATIO.

(*) EX ternis hiſce effatis 1. videtur luſorie duntaxat tangere quaeſtionem illam Scholaſticam, quam ex Patrum teſtimoniis diſcutit *Magiſter* in lib. 1. ſent. diſt. 9. quae fere ad modum loquendi tota denique revocatur. Conf. ipſe *Mag.* ejuſque Interpretes in eum locum. 2. in id unum videtur tendere, ut convellat τὸ *eſſentiando*, quae nempe vocula, in pravum ſenſum contorta, uſui erat Gentiliſtis, qua nempe ſuam haereſim proderent, ſimulque fucum facerent incautis. Conſule ipſum *Calvinum* in confutatione errorum Gentilis.

Quod autem Pater ſit Deitatis principium ſaepe a Patribus expreſſum habemus, ſcilicet in catholico ſenſu, a quo heic Calvinus forte non deviat. 3. prout fertur a Gaulterio, deſideratur omnino apud Opuſculum contra Valentinum in Amſtelodamenſi, qua utor, editione de an. 1667.

Ceterum alias quid ſimile habet, e. g. quum adſerit, Filium qua Deus eſt, a ſe eſſe, non a Patre, quoniam Deitas non gignitur (l. 1. Inſt. c. 13. §. 19. 23.) atque adeo adſeritur Filium eſſe αὐτόθεον hoc eſt a ſe ipſo Deum, ac duram eſſe loquutionem illam Symboli, *Deum de Deo*, *Lumen de Lumine* (in l. contra Gentil. & in Epiſtolis ad Polonos ſaepe.)

Id quod acriter in Calvino reprehendit *Petav.* de Deo l. 2. c. 3. n. 6. & l. 3. de Trinit. c. 3. a n. 2. At *Bellarm.* l. 2. de Chriſto c. 19. eum excuſat & ſolum quoad modum loquendi peccaſſe, late probat: ipſumque ſequutus eſt *Pridaux* in faſcic. controv. c. 2. q. 4. in Obj. 2. Socinianor. Quid? quod apud omnes catholice ſentientes conſtat, Patrem dediſſe Verbo Deitatem per communicationem; quod quidem & ipſe *Calvinus* aperte adſeruerat l. 1. Inſt. c. 13. §. 23.

(*f*) In prolixo tr. de non trina Deitate, in *Sirmondiana* ejus operum editione, t. 1. a p. 433. de an. 1645.

(*g*) Quae exſtat ibidem ſideliter exſcripta pag. 415. ſqq.

(*h*) In Hiſt. Godeſcalchi l. 5. c. 2. ſqq.

ADNOTATIONES.

(**) I. QUod poſitionem primo loco notatam ſpectat, quam alias quoque commemorat *Hincmarus*, nempe in epiſt. 24. ad Egilonem in tom. 2. p. 291. & ep. 17. ad Nicolaum

II. *Ratramnus*, ſeu *Ratrannus*, aliis *Bertramus*, Corbejenſis Abbas, Godeſcalchi conſodalis & Magiſter, ejuſdem cum diſcipulo erroris graviſ-

colaum P.I. ibid. p.264. & ep.25. ad eundem Egilonem ibid. a p. 293. exinde originem ſumpſit; quod nempe exorta tum temporis controverſia ſuper poſtrema illa ſtrophe in hymno plurimorum Martyrum, *te trina Deitas, unaque poſcimus*, quae jam multo ante varias apud Eccleſias canebatur, num rejici deberet, ac in iſtam commutari, *te ſumma Deitas*; in ſuis rejiciendam Eccleſiis & commutandam ſevere praeſcripſit Hincmarus.

Sed huic tamen praeſcripto reſtitit urgentiſſime ex carcere Godeſcalchus, ac praefata ſchedula pluribus vetuſtiorem formulam, tot annorum ritu & conſuetudine adprobatam, roboravit; documentis nempe petitis a multis ſacris ſcriptoribus, qui *Deitatem trinam* vel innuunt, vel exprimunt, puta *Conſtantinus* junior in quodam decreto, *Proſper*, *Prudentius*, *Arator*; tum a ratione multiplici, atque nonnullis conjecturis.

Haec omnia praefervido animo ſubvertere & confutare tanquam haeretica adgreſſus eſt Hincmarus in praefata diſſertatione de non trina Deitate. Quid tum vero? Ea porro doctrina, eruditione, diris, exſecrationibus in Godeſcalchum confertiſſima eſt; at, me judice, quidquid laudatus Cellotius contra reclamet, minime conficit rem ſuam.

Equidem principio quod Godeſcalchus eam formulam in ſenſu penitus ſano & orthodoxo ſumat & intelligat, nullus qui ſuam ſchedulam perlegat, non advertet.

Deinde quae pene innumera Patrum teſtimonia profert Hincmarus, Myſterium plane Trinitatis aut probant, aut adſerunt, aut elucidant; cuncta vero a ſua theſi procul aberrant; nec enim apud unum reperire potuit perſpicuis aut aequipollentibus verbis, quod repugnet magis, aut quod minus catholica ſit loquutio *Deitas trina*, quam illa vulgatiſſima *Deus trinus*.

Inſuper Godeſcalchi argumenta e Patribus deprompta, vel nulla, vel nimis tenui minerva diluit Hincmarus; nec ſemel quidem ſuccumbit oneri, ut e. c. ubi reſpondet, ſacros illos Poëtas formula *Deitas trina* non niſi metri neceſſitate uſos fuiſſe; quaſi vero lex poëticos poſſit cogere ad loquutionem, quae ſibi Arianica eſt.

Jam vero quod hic Praeſul elaborata diſſertatione nihil profecerit, ex duplici liquet capite; quippe primum Nicolaus Pontifex de Godeſcalchana formula certior factus per Hincmarum, ac etiam fortaſſe per Egilonem, qui eum nomine Hincmari palam Romae convenit, ad hocce caput reſcripſit nihil.

Praeterea ipſam formulam ut plane catholiciſſimam aliquot poſt Secula uſurpavit Eccleſia, quae in hymno *Sacris ſollemniis*, ab Euchariſtico Doctore *S. Thoma* edito ubique piiſſime canit, *Te Trina Deitas, unaque poſcimus* &c.

Heinc Godeſcalchum contra Hincmarum in cauſſa Victorem jure dixeris, cum *Nat. Alexand.* ad Sec. IX. diſſert. V. §. XIV. *Continuatoribus Sammarthanis* in Gallia Chriſt. t. 9. ubi de Eccleſia Remenſi, §. 33. ad an. 859. *Jacobo Longueval* in hiſt. Eccl. Gallicanae t. 6. ad an. 866. p. m. 189.

Et heinc viderint Hincmarus, & Cellotius, quo ille jure praeter tot invectivarum plauſtra, occinuerit in praefata diſſert. §. IV. p. m. 468. *Unde ſunt Arrius atque Godeſcalchus, juxta Poëtam,*

Ambo errore pares, quanquam diverſa qui, loquantur.

Plura in hanc rem *Mauguinus* in Vindiciis Praedeſtinat. tom. 2. in diſſ. hiſtorica & chronica cap. 45.

II. Poſitio altera, quam Godeſcalcho objicit perdoctus Antiſtes, a nullo Authore, quem viderim, Cellotio excepto, reprehenditur, ſana enim eſt; id quippe indicat, quod quaelibet perſona ita Deitatem habet identice, ut eam privativa quadam ſeu perſonali proprietate adficiat; non ita vero, ut eam diſtinctam Deitatem conſtituat. Heinc in Schola catholice dicimus, Deitatem, prout in Verbo eſt, non prout in Patre, aut Spiritu, incarnatam eſſe.

III. Tertia demum loquutio ipſi impacta tanquam erronea, plane orthodoxa eſt, ſi quae altera; nihil enim aliud denotat, quam quod Trinitatis eſſentia vel natura una ſit, tres vero ſint Perſonae: quo quid fidei magis conſonum? Ideo nec ipſam loquutionem, praeter Hincmarum, ejuſque Patronum, Vindicemque Cellotium, apud alium notatam reperi.

IV. Nonnullae aliae loquendi formulae ab eiſdem Adverſariis in laudata Godeſcalchi ſchedula tanquam male ſonantes in ſanctum Myſterium nigerrimo theta inuſtae ſunt; at illas tamen Theologus quislibet ab omni partium ſtudio alienus in rectum, ſanumque ſenſum nullo negotio adduxerit: in Scripto praefer-

viſſime inſimulatur a laudatis *Hincmaro* (*i*) & *Cellotio* (*k*) quod eandem poſitionem ardenter defenderit edito ſpiſſo volumine (*l*) de *Trina Deitate*, ad Hildegarum Epiſcopum Meldenſem nuncupato. (*)

III. *Petrus Abaelardus*, dictus etiam *Bajolardus*, adcuſatur vehementer, ſaepenumero prave ſenſiſſe, aut ſaltem peſſime loquutum fuiſſe de Myſterio, ubi de ipſo diſſeruit: e. c., ut alias, in commentario praeſertim de Theologia chriſtiana, v. libris abſoluto, quem nempe Sueſſionenſe Concilium damnavit primum, flammiſque addixit, & deinde ex ejuſdem apographo MS. Majoris-Monaſterii Turonenſis exſcriptum in lucem edidit *Martenius*. (*m*)

Porro plurimos ſanctam ſpectantes Triadem errores, aut ſaltem duriſſimas loquutiones ex Abaelardi ſcriptis & effatis plurimi collegerunt; puta *S. Bernardus* (*n*) *Guillelmus* Abbas S. Theodorici, & *Abbas* alter *Anonymus* (*o*), *Joannes Durandus* (*p*) *Martenius* (*q*) *Mabillonius* idem (*r*).

En ſummulam praecipuorum ejus errorum, e laudatis documentis extractorum, ut leviores mittamus.

1.° notitiam de Myſterio Trinitatis naturaliter ratio unumquemque edocet, etiamſi Judaeus ille ſit, ſive Gentilis. (*s*) ... 2.° Spiritus S. etſi Patri, Filioque conſubſtantialis, ex Patris tamen Filiique ſubſtantia non prodit. (*t*) ... 3.° Patri tantum tribuenda eſt omnipotentia, Filio quaedam potentia, Spiritui Sancto nulla potentia. (*u*) ... 4.° propria eſt Patris potentia, Filii ſapientia, Spiritus Sancti benignitas. (*x*) ... 6.° Fi-

ſertim, quod alias ubique catholice loquitur de Myſterio. Et haec ſatis de controverſia, quae tota deſinit in quaeſtionem de nomine, ut nos definimus cum *Dupinio* in tom. de controverſiis eccleſiaſt. ſub Seculum IX. cap. 2. ſub finem.

(*i*) In Prologo citati commentarii.
(*k*) In hiſt. cit. l. 5. c. 2.
(*l*) Qui periiſſe videtur.

ADNOTATIONES.

(*) I. MAgiſtro ac diſcipulo vindiciae circa *Trinam Deitatem* pares omnino ſunto, in pari ſcilicet utriuſque cauſſa.

II. *Cellotio* proxime laudato *Ratramnus* hic fuit *ingenium novitatum omnium capax*, &c. ſecus tamen pleriſque aliis viſum eſt, qui eum tanquam clariſſimum Authorem commemorant: puta *Sigebertus*, *Eſpencaeus*, *Petrus de Marca*, *Petavius*, alii, quorum de viro elogia vide ſis apud *Dacherium* in Spicilegio tom. 2. in Praefat. Conſulendus etiam pro Ratramno *Caveus* hiſt. lit. adan. 840. cum laudato *Mauguino*.

(*m*) In theſauro novo anecdot. t. 5. a p. m. 1556.

(*n*) In Epiſt. 190. quae eſt Opuſc. XI. cap. 1. 2. 3. apud Edit. Mabillonicam ejus Oper. de an. 1719. tom. 1. a p. 650; tum in aliis ſparſim epiſtolis.

(*o*) In commentariis adverſus Abaelard.

(*p*) In Indice haereſum Petri Abaelardi §. 1. 2. 3. 5. 14. ap. mox laudat. *Mabill.* a p. 645.

(*q*) Proxime cit. praeviis in Obſervationibus in Theologiam Abaelardi, a §. 1. ubi incipit errorum demonſtratio, p. 1149.

(*r*) In Annal. Bened. t. 5. & 6. ſparſim, ubi agitur de Abaelardo.

(*s*) In theol. chriſt. l. 1. ſub fin. & l. 2. paſſim.

(*t*) Ex *S. Bern.* laud. epiſt. 190. cap. 1.

(*u*) Id *Marten.* in laud. praeviis obſervationibus infert ex verbis libri quarti theologiae Abaelardi, quae ibidem fideliter exſcribit num. 13.

(*x*) Ex lib. 4. Theol. Abaelardi.

5.° Filius ſeu Sapientia eſt quaſi portio quaedam ipſius potentiae Dei, quae eſt Omnipotentia, hoc eſt Pater. (y) (*)

IV. *Gilbertus Porretanus* & *Joachimus* Abbas adſerta ſancto Trinitatis dogmati parum conſona ſtatuiſſe feruntur. De utroque plura *ſuperius*. (z)

De erroribus hactenus. Jam tandem ad ſacroſanctas Veritates ac Dogmatico-Scholaſticas diſceptationes.

QUAE-

(y) Ex eodem lib. 4.

ADNOTATIONES.

(*) I. PORro ſecundum ac tertium, quos adnotavimus, errores, iis adnumerat *Amboëſius* in praefat. apolog. pro Abael. qui Abaelardo aliquando objecti ſunt.

II. Circa ipſum errorem ſecundo loco poſitum haec idem *Abaelardus* in ſua Confeſſione. „ Tam Filium, quam Spiritum Sanctum ex „ Patre profiteor eſſe, ut ejusdem ſint cum „ Patre ſubſtantiae, ejusdem penitus voluntatis atque potentiae: quae quorum omnino „ eadem ſubſtantia vel eſſentia, nulla poteſt „ eſſe vel voluntatis diverſitas, vel potentiae inaequalitas. Quisquis etiam me ſcripſiſſe adſerit, quod de ſubſtantia Patris Spiritus Sanctus etiam non ſit, malitiae id, vel ignorantiae maximae fuit.

III. Circa errorem tertium ſic fatur ipſe *Abaelardus* in ead. conf. „ Quod igitur mihi „ vel per malitiam impoſitum eſt, quod ſcripſerim, quia Pater plena potentia, Filius „ quaedam potentia, Spiritus Sanctus nulla potentia: haec ego verba non tam haeretica „ quam diabolica, ſicut juſtiſſimum eſt, abhorreo, deteſtor, & ea cum ſuo authore pariter damno. Quae ſi quis in meis reperiat ſcriptis, non ſolum me haereticum, „ verum etiam haereſiarcham profiteor.

„ Heic (reponit *Marten.* proxime laudatus) impudentiam Abaelardi, qui ea ſe dixiſſe negat, quae diſertiſſimis adſeruit verbis, merito redarguit Abbas anonymus, qui ejus quondam fuerat diſcipulus, & qui conſequenter ejus doctrinam adprime noſſe potuerat.

Enim vero blasphema propoſitio illa, ſi inferenda ſolummodo ſit ex Abaelardianis textibus, ibi a *Martenio* productis, ſimulque ipſorum contextibus toto libro IV. Abaelardi Theologiae patentibus, minime ex illis aperte colligitur, quantum ego capio, poſt adcuratam totius libri lectionem. Sed ea tamen doctioribus conferenda & judicanda relinquimus.

IV. Haud levis de Abaelardi erratis excuſatio, aut ſi malis, virtute revocatio in medium adferri poteſt ex ejuſdem ſermone. Audi ipſum, ubi de Myſterio diſſerit, loquentem.

„ Quidquid itaque de hac altiſſima philoſophia diſſeremus, umbram, non veritatem „ eſſe profitemur, & quaſi ſimilitudinem quandam, non rem: quid verum ſit, noverit „ Dominus; quid autem veriſimile, ac maxime philoſophicis conſentaneum rationibus, quibus impetitur, dicturum me arbitror. In quo quidem, ſi culpis meis exigentibus, a catholica, quod abſit, exorbitavero intelligentia vel loquutione, ignoſcat ille mihi, qui ex intentione opera dijudicat, parato ſemper ad omnem ſatisfactionem de male dictis, vel corrigendis, vel „ delendis, quum quis fidelium vel virtute rationis, vel authoritate Scripturae correxerit „ Haec ille in laudata theol. chriſt. lib. 3. §. *Cum itaque*. ſub fin. p. 1258.

Tum inſuper „ Haec nos de altiſſima & „ incomprehenſibili philoſophia Divinitatis „ coacti frequenter & provocati importunitate infidelium ſcribere auſi ſumus, nihil adferentes de eis, quae dicimus, nec veritatem „ docere intendentes, quam neque nos poſſe „ ſcire profitemur „. Ibid. l. 4. ſub fin. §. *Haec nos*. p. 144. Plura in rem Abaelardi ſuperius in Proluſ. de Erronib. in Dei providentiam, ubi de Abaelardo.

(z) In Proluſione de Erronibus in Dei Eſſentiam p. 69. Et quidem ſatis ibi dixiſſe remur. Nec porro vacat ad ulteriora capita eorum Doctorum vindicias protrahere.

QVAESTIONES DOGM. SCHOL. 657 QUAESTIO PRAELIMINARIS. Quae praemittenda circa Myſterii notionem, & certitudinem inter Orthodoxos, Gentes, Judaeos? ADSERO I. Dei Trinitas eſt, *Myſterium continens tres Perſonas, realiter inter ſe diſtinctas, ſimulque realiter cum Natura Divina identificatas.* En Catholicae Religionis Stemma. II. Auguſtiſſimum Myſterium tanquam fide certiſſimum enuntiant *Scripturae*, nempe ſuboſcure in veteri Teſtamento, e. g. *Gen.* 1. 26. & 3. 22. & 11. 7. & 19. 24. *Deuter.* 6. 3. & 4. *Iſai.* 48. 16. *Zach.* 2. 10.; videlicet ſecundum plures verſiones, variaſque Rabbinorum, Patrum, & Interpretum inper eis textibus expoſitiones: nitide vero in novo Teſtamento, e. g. *Matt.* 3. 13. & 28. 19. *Marc.* 1. 10. *Luc.* 3. 22. *Joan.* 8. 18. & 14. 23. & 15. 26. & 1. *Joan.* 5. 7.: tum etiam *quatuor Symbola*, Apoſtolicum, Nicaenum, Conſtantinopolitanum, Athanaſianum: item CC. tam Generalia fere omnia, & quae in Oriente, & quae in Occidente celebrata ſunt a Nicaeno I. ad uſque Tridentinum, quam pleraque Particularia, per XVIII. Secula toto chriſtiano terrarum orbe coacta (*a*): tum PP. innumeri ex cunctis Seculis, cum *Dion.* (*b*) *Pſeudo-Martial.* (*c*) *Ignat.* (*d*) *Pſeudo-Juſtin.* (*e*) *Tert.* (*f*) *Anaſtaſ. Sinai.* (*g*) *Naz.* (*h*) *Athan.* (*i*) *Cypr.* (*k*) *Hilar.* (*l*) *Baſil.* (*m*) *Ambr.* (*n*) *Aug.* (*o*) (*p*)

658 III. Anne praeterea profanae Gentes, ac Ethnici earum Sophiſtae dogma iſtud oppido arcanum ope naturae penetraverint? Sunt profecto qui vulgo exiſtimarunt, complures ex iis, ſecundum pleraque eorundem teſtimonia, quae literis prodita ſunt, quaſi per nubila & caliginem, rationis ope, vidiſſe Myſterium, ipſiuſque adumbrationem quandam ſcriptis conſignaſſe. (*q*)

659 Ejuſmodi adumbraſſe Myſterium perhibetur 1.° *Hermes*, ſeu *Mercurius Triſmegiſtus*, Aegyptiae Philoſophiae ac Theologiae facile princeps (*r*) (§) 2.° *Aegy-*

(*a*) In Confeſſionibus fidei, quae Synodorum Actis quibuſque praemitti conſueverunt. Eas optanti paſſim dabunt Conciliographi in Actis earumdem Synodorum, qua oecumenicarum, qua particularium.

(*b*) De div. nom. c. 1. & de Myſt. Theol. c. 3.

(*c*) Ep. 1. c. 10.

(*d*) Epiſt. 8.

(*e*) In expoſit. fid.

(*f*) L. contra Praxeam c. 25.

(*g*) L. 1. de rectis fid. dogmatib.

(*h*) Orat. 32.

(*i*) In Orat. contra gregales Sabellii.

(*k*) De unit. Eccleſ.

(*l*) L. de Synod. & de Ss. Trinit.

(*m*) Serm. contra Sabell. & alias.

(*n*) L. 2. de fid. ad Gratianum c. 4.

(*o*) LL. de Trin. & alibi.

(*p*) Conſule, ſi lubeat, *Petav.* theol. dogm. de Trin. in Praefat. & l. 1. *Suar* heic l. 1. c. 10. *Rhod.* heic d. 6. q. 1. ſ. 1. *Red.* heic q. 11. a. 1. 2.

(*q*) Sed iis tamen ita opinantibus frequenter alii emunctae naris Critici refragantur.

(*r*) In Poemandro cap. 1. fere ſub init. & ſerm. 3. ad Aſclepium & alias, in quibus nempe locis fertur meminiſſe Patris & Verbi & Spiritus Sancti, ac Trinitatis mundum fulcientis. Ex iis nonnullos collegit *Cyril. Alex.* l. 1. adv. Julianum Auguſtum, ſub fin.

OBSERVATIO.

(§) HOs quidem Mercurii libros, prout ipſi circumferuntur, ut legitimos exceperunt plurimi, cum *Marſ. Ficino*, *Eugubino*, *Kirchero*, *Raynaudo*, *Cudworthо*, aliiſque apud *Jo. Albertum Fabricium* in Biblioth. Graeca l. 1. c. 8. ſub fin; ut ſpurios vero alii permulti, eruditione & critice clariſſimi, cum *Caſaubono*, *Iſ. Voſſio*, *Petavio*, *Dupi-*

660 2.° *Aegyptii Philoſophi*, Mercurio poſteriores, qui in Hieroglyphico continente alatum globum, ſerpente foetum, tum in alio Triangulum paſſim exhibente, Ss. Trinitatis ſignum expreſſerunt. (*s*)

3.° *Zoroaſter*, Perſarum Philoſophiae ac Theologiae conditor, ſeu inſtaurator, qui fertur de Deo hoc inter alia Oraculum effudiſſe, *Unitas dualitatem genuit, dyas enim apud eam ſedet, & intellectuali luce fulgurat: inde Trinitas, & haec Trinitas in toto mundo lucet, & gubernat omnia.* (*t*)

661 4.° *Orpheus*, Graecae Philoſophiae ac Thelogiae parens, in Dei Unitate Trinitatem agnovit, treſque in uno numine naturas reveritus eſt; adeo Deum fecit τριμορφον. (*u*)

662 5.° *Pythagoras* aenigmatica ſui ternarii numeri doctrina Ss. Triadis, aut Dei Trini Myſterium adumbravit; quippe voluit, Deum eſſe principium, medium & finem omnium. Summo igitur Deo numerum perfectum adſignavit; adeo eum ſequutus *Virgilius* dixit Ecl. 8.

... *Numero Deus impare gaudet.*

Magiſtri placitum amplexi ſunt Diſcipuli, pluribuſque illuſtrarunt cum *Parmenide*, acutiſſimo Pythagoreorum dogmatum Patrono. (*x*)

663 6.° *Plato* Athenienſis, ſectae Academicae Author (*y*) divinam exponens naturam, tres in ea deſignat Reges, primum nempe rerum omnium eximiarum cauſſam; ſecundum addictum rebus ſecundis; tertium tertiis. Et haec quidem Platonis Trinitas Pater eſt, & Potentia, & Mens. (*z*) Quin etiam adſeruit, uſque ad tres ſubſtantiam progredi:

Dupinio, Lambecio, Bullo, VVitſio, Urſino &c. apud eundem *Fabricium*, quibus addendus *Jacob. Bruckerus* in hiſt. Philoſ. tom. 1. l. 2. c. 7. §. 16. p. m. 294. edit. lipſienſ. 1742.

Borrichius tandem, cui adhaerere videtur laudatus *Fabricius*, cenſet, hujuſcemodi Triſmegiſti opera, eſto germana ſint, longo tamen aevo varie interpolata fuiſſe. Id quod a vero multum abludere non videtur. Subindeque prudenter ſuſpicari quis poterit de illis textibus, qui divinam Trinitatem praeſeferunt. Rurſus de iiſdem libris erit ſermo in Par. II. ubi de Erronibus in Angelos.

(*s*) Ita *Kircher.*, cui placuit omnem fere Aegyptiorum ſuperſtitionem ad Myſteria chriſtianorum traducere, in Sphing. Myſtag. p. 2. c. 3. tum in Obeliſco Pamphilio l. 5. c. 3. necnon in Gymnaſ. hieroglyph. Sed eum tamen acriter explodunt *VVitſius*, & proxime laudati *Fabricius* & *Bruckerus*, qui conſulantur.

(*t*) Hoc tamen & reliqua id genus Oracula tanquam fictitia cum aliis Criticis jure repudiat laudatus *Brucker.* ubi de Philoſ. Perſarum p. m. 186.

(*u*) Id vulgo contendunt Theologiae Orphicae *Interpretes*, cum *Kirchero* in Oedip. Aegypt. *Cudvvorth.* in Syſtem. intellect. t. 1. p. m. 353. &c. at pro viribus refragatur laudatus *Brucker.* ubi de Philoſ. Graecorum fabulari p. m. 391. contendens, ea, quae de Orpheo adferuntur, ſuppoſititia eſſe, nec id deinde deſignari, quod adverſarii exiſtimant. Sed iis tamen perperam adjungit *Huetium*, qui nempe ubi a Bruckero citatur in qq. alnetan. l. 2. c. 3. in hanc rem inquit, *quae ex Pſeudo-Orpheo adferuntur, parum inter ſe conſentiunt* &c.

(*x*) Ita *Proclus* in Timaeo l. 2. *Servius* in Virgil. Eclog. 8. *Plotin.* Ennead. 5. l. 1. c. 8. & rurſus *Procl.* in Theol. Platon. l. 3. c. 21. & l. 4. c. 35. & alias; quibus ſubſcribunt *Cudvvorth.* laud. in Syſt. int. t. 1. a p. m. 446. *Huet.* in qq. alnet. l. 2. c. 3. aliique concordiae rationis ac fidei Adſertores. Ceterum refragantur vehementer *Moſhemius* in notis ad citatum locum Cudvvorthi, & laudatus *Brucker.* p. m. 1053. quem conſulas.

(*y*) In Gorgia & epiſt. 2. ad Dionyſium, & alias

(*z*) Ex *Proclo* in Theol. Platon. l. 2. c. 2 1.

tum esse quidem Deum bonum, post illum autem & alterum conditorem, tertium & mundi animam. (a) Plura demum Platonis effata retulerunt *Clem. Alex.* (b) *Euseb.* (c) *Cyril.* (d) *Aug.* (e) & alii complurimi, cum *Eugubino* (f); ut nempe sacram Trinitatem Platoni cognitam & celebratam fuisse commonstrarent.

664 Hanc Magistri trinitatem *Platonici* discipuli recentiores post Christum natum, sub IV. prioribus Ecclesiae Seculis lubenter adoptarunt, immo iis commentariis ipsam exornare ac illustrare conati sunt, ut christianae Trinitati quammaxime consentaneam, immo identicam ostenderent. Puta *Numenius*, *Plotinus*, *Porphyrius*, *Jamblicus*, *Amelius*, *Proclus*, *Damascius*, *Theodorus*, & *Chalcidius*, cui tamen aliqua adhaeret christianismi suspicio. Hisque serius sub Sec. XIV. subscripsit *Gemistus Pletho*, cujus compendium Zoroastreorum & Platonicorum dogmatum exscripsit *Fabricius*. (g) Videlicet fere penitus commentitium. (§)

665 IV. Quid demum de Judaeis? Principio videtur in dubium prudenter non posse verti, in Lege veteri primores Patriarchas & Prophetas Deo adceptissimos, ab eo revelante notitiam Trinitatis habuisse,

(a) Ex *Porphyr.* ap. *Cyril. Alex.* l. 1. adv. Julian. & alias.

(b) L.V. Strom.

(c) Praep. evang. l. 11. c. 20.

(d) Adv. Julian. l. 3. & 4.

(e) X. civ. c. 23. 28. 29. ibique *Vivesius* ad c. 23.

(f) De peren. Philos. l. 2. c. 8. & saepius.

(g) Vol. 14. Biblioth. Graecae l. 6. c. 12. a p. m. 137. ex *Valentino Hermanno Thryllitio*.

(h) Plura illorum in hanc rem testimonia plures congerunt. E. c. *Augustin.* 10. civ. c. 23. & alias, *Cyril. Al.* l. 8. adv. Julian. ad text. 2. & 3 *Eugub.* de per. philos. l. 2. a c. 6. ad 14. *Huet.* in qq. alnet. l. 2. c. 3. *Joan. Lamius* in erudito comment. de Trinit. sparsim.

OBSERVATIO.

(§) QUi veram de Ss. Trinitate notitiam Platoni adjudicant, censent, eam adquirere potuisse, vel a Deo proxime revelante, aut inspirante (Conf. *Suarez* l. 1. de Trinit. c. 11. n. 12.), vel a sacris Veteris Testamenti Oraculis, Mysterium adumbrantibus (Conf. *Gilatin.* in Arcanis fid. l. 2. & *Genebr.* in notis chron. praesertim aetate 4. & 6.) vel ab obscura aliqua traditione sibi adcepta ex consuetudine cum Hebraeis, aliisve legis naturae fidelibus (Conf. doctissimus *Joan. Lamy* in comment. de Trin. praesertim l. 3. c. 5. sqq. ad 10. & *Can.* l. 6. de loc. c. 6.) vel a libris Sibyllinis, Deum Trinum non semel portendentibus (Conf. *Raynaud.* t. 5. de Theol. nat. dist. 5. num. 256.)

Enim vero qui Platoni, prout liquet ex ejus scriptis, veram quamlibet de Ss. Trinitate cognitionem abjudicarint, multi sunt, praesertim ex junioribus Criticis, cum *Joan. Clerico* Ep. Crit. 7. quem pluribus exagitavit laudatus *Lamyus*, *Mosheimio* in Syst. intel. Cudvvorthi c. 4. §. 36. a p. m. 679. *Basnagio* in Hist. Jud. t. 4. c. 4. §. 19. *Gundlingio* in Otiis, Fasc. 2. & proxime laudato *Bruckero* ubi de secta Academica, p. m. 505.

Hi siquidem Authores quidquid in Platone sancto dogmati velificari videtur, ad poëticum dicendi genus, quod animi notiones, vel etiam Dei adtributa more paganico in personas mutat, vel potius personarum habitu inducit, referre non dubitarunt.

Ipsis, post *Euseb. Aug. Cyril. Theodoret.* mihi praeluxisse videtur *S. Thomas* ubi negat universim Ethnicos Philosophos, sive ex effectis, sive aliunde Trinitatis Personarum notitiam habuisse, 1. p. q. 32. ar. 1. & in Boët. de Trin. q. 1. ar. 4. O. & ad 8.

Et quidem Plato nullam in primis conspicuam de Spiritu Sancto cognitionem habuisse creditur a *Justino* in paraen. ubi agit de virtute a Deo data, *Authore* operis de cardinalibus operibus Christi, serm. de Spir. S., *Didymo* in l. de Spir. S. *Aug.* l. 1. de Incarn. c. 16. & q. 25. in Exod. *Petro Damiani* in serm. de Adnunt. & alias.

ſe, e. g. Abrahamum, Moyſem (*hh*) & pene ceteros. (*i*) Nonnullis deinde conjectare lubet, Hebraeos olim poſt Abrahamum vulgo noviſſe & adoraſſe Myſterium. (*k*) Plerique inſuper in medium adferri poſſunt e Rabbinis aut Doctoribus Hebraeis, cum vetuſtis, tum junioribus, qui ſacerrimum dogma palam teſtati ſunt.

666 E. c. *Philo* Hebraeorum diſertiſſimus (*l*) *Cabbaliſtae*, qui in tribus primis ſplendoribus aut luminibus, adumbratis in celabratiſſimo illo ſuae Cabbalae aenigmate, quod nuncupant *Sephirot*, Ss. Trinitatem ſuſpicere ac reverenter colere dicuntur (*m*), R. *Simeon Johai* filius (*n*) *Menahem Rakenad* (*o*) *Joannes*, *Joſua*, *Elieſer* (*p*) *Onkelos Hagher*, vulgo *Aquila* (*q*) *Eliezer Hakalir*. (*r*)

667 Verum enim vero, ut video, ſaltem poſt ortum Meſſiae, impium Judaeorum vulgus ſanctum dogma praefracte repudiavit. Sic enim perfrequenter nos edocent Scriptores pene cujuſque aetatis, qui vulgo non ſecus differunt de Judaeis ſuorum temporum, ac de infenſiſſimis in

Ac inſuper videtur Plato nullibi admiſiſſe naturae ac eſſentiae identitatem inter perſonas, quas excogitavit; immo eas tanquam deos prorſus diverſos ubique ſuſpexit. Quaenam ergo Platonica Trinitas, aut chriſtianae Trinitatis adumbratio? Lege laudatos *Rayn.* n. 257. *Moſhem.* & *Brucker.*

Quid vero de laudatis Platonicis? Eſt plane qui merito ſentiat, eos ex inepto chriſtiana ſublimiora dogmata ſuis cum nugis conciliandi ſtudio, genuinas Magiſtri doctrinas de Deo & principiis divinis ad evidentiam corrupſiſſe. Quod ſi quidquam chriſtiano Myſterio adprime conſonum protulerunt, id pronum ſibi fuit haurire vel ex Novi Teſtamenti oraculis, vel ex Patrum commentariis, vel ex eorum conſuetudine, diſputationibus aut colloquiis cum catholicis Doctoribus. Conf. *Petav.* de Trin. l. 1. c. 1. & 2. & laudatus *Lamyus* l. 5. c. 5.

(*hh*) Ap. *Cyril. Alex.* l. 1. cont. Julian. p. m. 521. & 522.

(*i*) Pluribus hoc argumentum perſequitur eruditiſſimus Vir *Joan. Lamius* in comment. de Trinit. l. 1. c. 5. p. 14. ſqq: ipſe conſulitor.

(*k*) Ita cum aliis *Rittangelius* in notis ad librum Jezirah, qui Abrahamo (apud ipſum & paucos alios) adſcribitur, ſemita 2. & 3. pag. m. 3. & 8., idemque rurſus laudatiſſimus *Lamius* in cit. comment. l. 3. c. 7. ac ſaepius; tum *Joſ. Arndius* proxime laudandus, aliique penes ipſum.

(*l*) Complura ex ejus commentariis teſtimonia pro Ss. Triade excerpſit *S. Iſidor. Peluſ.* epiſtolarum l. 2. epiſt. 143. ap. *Bibl.* PP. Lugd. t. 7. p. 607.

(*m*) Rem tradunt *Rittangel.* proxime laud. *Henric Morus* in Cabbala denudata par. 2. t. 1. p. m. 14. & in Catechiſmo Cabbaliſtico, ibid. a p. 275. *Huet.* in qq. alnet. l. 2. c. 3. p. 122. ex Rabbinis *Moſe Corduario*, *Simeone ben Jochai*, *Manaſſe ben Iſraël*.

Ceterum alii plures cum *Bajnag.* in hiſt. Jud. t. 2. p. 219. ſqq. (& forteſſe longe veroſimilius) interpretationes quaslibet in praefatum illud *Sephirot* penitus arbitrarias ducunt.

(*n*) Ap. *Petr. Galatin.* de arcan. cath. verit. l. 2. p. 28. ſub fin.

(*o*) Ibidem p. 29 ſub init.

(*p*) Ap. *Joſ. Arndium* in diatriba de Myſt. Trinit. e ſcriptis Rabbinorum veterum p. m. 284. & 285. Exſtat in faſce 5. *Thomae Crenii*.

(*q*) In Paraphraſi ſacrorum Codicum ſaepe, ut expendit *Bartolocc.* in bibl. rabb. t. 1. in Onkeloſo a p. 412.

(*r*) In quibuſdam precibus Litaniuticis, quas olim Synagoga recitare ſolebat in ſupplicationibus publicis; ibi enim haec habentur, *cuſtodi* (Domine) *in Trinitate ſanctitatis tuae, in trina laude tua*. Sic laud. *Bartoloc.* pag. 196. ex codice quodam Vaticano hebraico.

Vereor tamen, ne Synagoga cum ſuo Rabbino intelligenda ſit ibi loqui, non de Trinitate Chriſtianorum, ſed de Triſagio illo Iſaiae cap. 6. 3. *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus Dominus exercituum* &c. Judaeis quidem ſacerrimo, quodque ipſi inter orandum devota mente recitare conſueverunt.

S. Triadem adverſariis. Sic diſerte e. c. *Iſidor. Peluſiota* (*s*) *Anaſtaſ. Sinaita* (*t*) *Martinius* (*u*) ibique *Joſ. Voiſinius* (*x*) *Guido Carmelit.* (*y*) *Petr. Galatinus* (*z*) *Bartolocc.* (*a*) *Auguſtus Pfeiferus* (*b*) *Paull. Bergerus* (*c*) *Arndius* (*d*); ſic alii complurimi.

668 Et haec quidem ſatis, ut morem geramus hodiernis Criticis, qui ejuſmodi quaeſtiones praefervide, adcurateque exagitant. Qui plures optes apud alias Gentes Ss. Trinitatis adumbrationes, adeas eruditum *Huetium* mox laudatum, multas quidem ſub finem capitis, at ullo fine examine, referentem.

669 Deum trinum in Perſonis peregregia adſerunt ac depraedicant Monimenta perplurima, e ſacrae Vetuſtatis Gazophylazio deprompta, jamjam exponenda.

(*s*) In Epiſt. mox laudata.
(*t*) In Hexaemer. l. 10. paullo poſt init.
(*u*) In pugione adverſ. Judaeos par. 2. diſt. 1. capp. 4. 5. 6.
(*x*) In Obſervationibus ad praedicta capita.
(*y*) In ſumma de haereſ. ubi de error. Judaeorum, c. 1.
(*z*) De arcan. l. 2. c. 1. ſqq.
(*a*) In laudata bibl. rabbin. t. 1. p. 196. & ſaepius.
(*b*) In Matheologia Judaica, in praefat. §. 111.
(*c*) De Cabbala dogmatica c. 3. §. 14. ſqq. a p. 68.
(*d*) Proxime citatus.

MONUMENTA ANTIQUITATIS. *CLASIS XI.*

CHRISTIANI TITULI.

I

HIC REQVIESCIT IN SOPNO PACIS
AGELPERGA ANCILLA CHRISTI
QVAE VICSIT AN. PL. M. XVIII.
CREDO DEVM PATREM CREDO
DM̄ FILIVM CREDO DM̄ SPIRITV
SANCTO * CREDO Q̄ NOBISSIMO
DIE RESVRGAM

* *Spiritum Sanctum.*

Capuae, ut ſupra Claſſe IX. *n.* 1. *p.* 285.

Habemus in dogmatico Lapide formulam illam apud chriſtianos Titulos ſepulcrales uſitatiſſimam, *in ſomno pacis*, qua nimirum tacite adſerebant Majores noſtri animae immortalitatem, ejuſque beatam requiem in Empyreo. Sic enim *dormire in pace* dicuntur in ſuis Titulis *Innocentius*, *Victora*, *Januarius* &c. ap. Fabrett. c. 8. p. 552. a n. XXI. & 34. ad uſque 55. ſic *Apronia* & *Claudia* ap. Fleetvvood p. 344. 2. & p. 377. 6; ſic alii, quos paſſim offendes ap. collectores Chriſtianarum Inſcriptionum. Tum Myſteria Ss. Triados contra Socinianos, & Reſurrectionis univerſae carnis in die noviſſimo adverſus Sadocaeos, eorumque adſeclas.

Anne Agelperga haec fuerit Monialis, aut Virgo Deo devota,

eo

eo quod dicatur *Ancilla Chriſti* ? Adſerent nonnulli cum *Zacharia* in laud. diſſ. ubi de voto Virginitatis. Ego tamen haud parum ambigo, quum videam apud plures Chriſtianorum Lapides *Ancillas Chriſti* feminas quoque nuptas & viduas. Sed relinquamus tamen hoc dubium, inferius ex profeſſo decidendum Par. III. ubi de Virginitate.

Titulus creditur inſcriptus Seculo VI. aut fortaſſe V. ad finem vergente.

2

QVINTILIANVS . HOMO . DEI
CONFIRMANS TRINITATE
AMANS CASTITATEM
RESPVENS MVNDVM
REQVIESCET VNA CVM...
QVI VIXIT ANN. PM...
THEODOSIO AVG ET....

Romae ap. Fabrett. c. 10. n. 467. p. 736. e ſched. Barberinis.

Clariſſ. *Zacharia* in hiſt. lit. Italiae tom. 5. l. 2. c. 7. p. 485. & rurſus in laudata ſaepius diſſ. c. 4. p. 336. definit, hunc Lapidem certo ſpectare annum 403., quo Theodoſius junior fuit primum Conſul cum Rumorido, atque adeo ſic ſupplendum eſſe Titulum, *Theodoſio Aug. & Rumorido Coſſ.* minime vero ſpectare aetatem Theodoſii primi, Conſulis an. 380. cum Gratiano; quoniam hic in Faſtis Conſularibus praeponitur Theodoſio ſeniori, non item in noſtro Titulo.

Et merito quidem. Quandocumque enim Conſulem laudant Lapides, nulla ſigillatim ejuſdem vice Conſulatus adſignata, e. c. II. III. aut IV. &c., intelliguntur apud Eruditos certo denotare primam Conſulatus vicem. Atque adeo Lapis noſter intelligendus eſt adpellare Theodoſium aliquem primum Conſulem; videlicet Juniorem, qui praeponitur Fl. Rumorido Collegae, non autem Seniorem, primum Conſulem cum Gratiano, atque huic ſuppoſitum.

3

IN N* PATRIS ET FILII ET SPIRITVM ** S̄CI HIC
REQVIESCIT IN PACE DOMINICVS PR̄B DE
SERVIENS BASILICE S̄CI VITALIS MARTY
RIS ET SI QVIS HVNC SEPVLCHRVM VOLAIE
RIT PARTEM HABEAM * CVM IVDA TRADITOREM *.
ET IN DIE IVDICH NON RESVRGAT PARTEM SVAM
CVM INFIDELIBVS IONAM.

* *Nomine.*
** *Spiritus.*
* *Habeat.*
** *Traditore.*

Ravennae in Sancti Vitalis detectus Lapis an. Ch. 1732. in capella vulgo dicta Sancta Sanctorum, ap. Murat. p. 858. 5. ex Ginnanio.

Cenſet ibidem *Murat.* Inſcriptionem ſpectare tempora ſubſequentia annum 547., circa quem ex *Agnello* in vitis Archiepiſcoporum Ravennatum

natum, Sancti Vitalis Basilica consecrata est. Ceterum fortasse longe prius eadem Basilica exaedificata fuit, quam consecrata: atque adeo potuit Dominicus sub eo lapide ante consecrationem sepeliri.

Jam vero haec Dogmaticus Lapis statuit, seu diserte commemorat. Videlicet Ss. Triados Mysterium: Presbyteratus Ordinem: antiquam Basilicam in honorem cujusdam Coelicolae: Vitalem *Sancti & Martyris* titulo insignitum: Judae traditionem fide certam; quae insuper tacite involvit gehennae supplicium, cui Judas traditor addictus creditur; nec enim alia de causa haec ipsum exsecratio proderet; universalis tandem Judicii ac Resurrectionis dogmata.

4

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI AMEN
SACERDOS CHRISTI HOC TVMVLO ANSELBERTVS CONSEDIT &c.

Vercellis ap. Murat. p. 1828. 1. *ex Rogerio.*

Anselbertus hic Episcopus Vercellensis floruisse fertur ab *Ughell.* ubi de Vercell. Episc. an. Ch. circ. 754.

5

✻ HIC REQVIESSCIT CORPVS DEVOTVS XPI
FAMVLVS ARCHIPBR BENEDCTVS DIAC SCE MA
RIE QA DOMICA* OMS. AD HANC BASILICA IN *In Dominica.
GREDITIS DIGNEMINI ORARE PRO ME PECCA
TORE XPI NOMEN OMS CONIVRANS VT
NVLLVS HOC TVMVLO VIOLARE AVDEAT. SI QVIS
AVTE VIOLARE: P: SVPSERIT: A PATRE ET FILIO ET SPS
SCI ANATHEMATE I PP DANATVS EXISTAT

Romae in S. Stephani in Monte Coelio, in pavimento ad dextram arae S. Crucifixi - Exscripsi.

Titulum recitat, sed minus tamen adcurate, *Crescimbenius* in hist. Basilicae S. Mariae in Cosmedin l. 2. c. 8. p. 70. & multo minus adcurate *Donius* p. 539. n. 71. ac *Murat.* p. 1842. 1.

Quinam fuerit hic Benedictus & quando floruerit, unde Lapidis aetatem expiscari possem, nullibi satis expeditum reperire licuit. *Ciaconius* eum dicit Cardinalem Diaconum sub Joanne P. XIII. an. circ. 972. alii Cardinalium collectores ipsius ad ea tempora diserte non meminerunt;

runt ; & *Creſcimbenius* demum in hiſt. Coll. S. Mariae in Coſmedin, l. 2. c. 8. p. 70. cenſet, Lapidem per τὸ *Diac.* vero ſimilius deſignare *Diaconiae*, quod nempe Benedictus hic fuerit *Archipresbyter Diaconiae Sanctae Mariae in Dominica ſeu Domnica*. Sed nec inde tamen Benedicti aetatem diſcimus, quam propterea in profundo latentem relinquamus, oportet ; hoc uno poſito, quod ipſa longe praeceſſerit Epochae noſtri inſtituti finem, annum nempe Chriſti milleſimum.

6

VICTORINA TVMVLAVIT ♀ ERACLIO
MARITO ♀ BM. FECIT MECVM AN. XI.
D. VII. VIX. AN. XXXXI. M. II HABET. DE
POSSONE III. ID. IVL. CVM FAVSTO
CARO SVO CVSTODI CARINARVM
IN PACE

Romae e cemeterio Priſcillae erutus, ap. Aringh. t. 1. p. 605.

Si laudato *Aringhio* adſentiamur (a quo non videtur equidem diſſentiri Cl. *Oderic.* in ſylloge vet. Inſcr. p. 264.) habemus heic ſub ea Trianguli effigie perſpicuum Ss. Triados documentum & Symbolum ; nempe ob tres angulos, quos una eademque figura continet ; conſuevit enim, inquit, adumbrari a chriſtianis hoc Myſterium, de quo Prudentius cecinit, *claro coruſcat Trinitas Myſterio*. Addit, palmam marmori inſculptam Martyrii, quod Eraclius ſubiit, palmam praeferre.

Ceterum piiſſimi, juxta ac eruditiſſimi Viri pace, haec mihi liceat reponere. Principio forma triangularis haud ſemel occurrit in Titulis Ethnicorum, quibus nullaa rat de Ss. Myſterio cognitio ; ea quippe viſitur in Titulo *Panſii* ap. Hruter. p. 699. 13. & *Viviae Sabinae* ibid. p. 716. 1. & *P. Valerii* ibid. p. 730. 10. tum in Titulo *Partheni* ap. Reines. Claſ. 9. n. 32. p. 561. & *P. Clodii Cupiti* ap. Murat. p. 2071. 3. Nullum itaque triangularis haec forma portendit Myſterium ; immo nec ipſa ethnicum Lapidem a chriſtiano diſcernere nata eſt aut inſtituta, ſed tota ab uno marmorarii arbitrio, fortunaeque eventu, quemadmodum perplura alia, quae viſimus in ſaxis literatis ornamenta, pendere conſuevit.

Ex nullo inſuper documento liquet, ejuſmodi formam apud catholicos olim obtinuiſſe ad denotandam Triados Myſterium, hujuſve confeſſionem aut fidem ; nec id ipſum e Prudentiano textu, quem Author produxit (potius *Paullinum* dixeris, a *S. Paullino Nolano* paullo inferius producendo) mihi ullo ex capite colligitur. Quod ſi chriſtianos evolvas Lapides apud eorum Collectores, fortaſſe rarus, immo nullus occurret

curret adſimili forma inſignitus. Potuit quidem fieri ex mente authoris noſtri Tituli ut inſculperetur ea forma, ob finem nobis ignotum, in Symbolum Ss. Triados; quod ita vero reapſe factum ſit, non video qua veroſimili conjectura ductus hariolari poſſis. Maneat ergo, Titulum hunc orthodoxum quidem eſſe, ac vere dogmaticum, quatenus in ſignis triangulo circunſcriptis Deum adumbrat principium & finem creaturarum, ſimulque Chriſtum Dominum Unigenitum Dei filium, Deum-Hominem.

Palmam demum quod ſpectat, plane arbitror, non eam quandocumque in chriſtianis loculis adparet, Martyrem illico demonſtrare. Sunt plane Lapides ethnici, qui palmam quoque praeferunt. Adi, ut Lapidarios ceteros mittam, *Muratorium*, qui tibi offeret, vel una, vel bina etiam palma inſignitos Titulos e Paganiſmo: e. c. *Votum Jovi Doliceno* p. 9. 9., *Anathema Libero Patri* p. 175. 1., *Baſim Statuae Tanonii Bojonii* p. 334. 1. *Collare Servi cujuſdam Romani* p. 479. 7. *Figlinas pervetuſtas e Romanis coemeteriis eductas* p. 495. 12. & p. 496. 15. & 22. & p. 504. 14. *Titulum denique ſepulcralem Siliae* p. 2074. 7.

Sunt & palmae praeterea in chriſtianis Lapidibus, quae jacentis ſub loculo virtutes praecipuas, e. g. fortitudinem, magnanimitatem, conſtantiam deſignarunt, Martyrium nullum. Fruſtra quidem huic effato confirmando exempla congeſſero, quum ea abunde nimis ſuppeditent chriſtianarum Antiquitatum Interpretes cum *Boſio*, *Aringhio*, *Fabretto*, *Boldetto*, *Marangonio*, *Lupio*, *Mamachio*; tum Lapidum Collectores ubi de Titulis chriſtianorum. Eos ſi lubeat, evolvas.

Ex iis autem liquido deſcendit, nec inſcriptam palmam ſolitarie adceptam indubium chriſtiani Tituli conſtituere ſignum, nec in Titulo chriſtiano quieſcentis cujuſque Martyrium certo patefacere: atque adeo Eraclius noſter ex unica palmae inſcriptione nequit ore pleno Martyr depraedicari. Quo vero titulo ipſe Martyr abſque haeſitatione vocetur etiam a *Lupio* in epitaph. S. Sev. p. 142. nota (2), plane non adſequor, quum nullum innuat Clarus Author. Plura de veroſimiliori ſigno Martyrii in Par. III. ubi de veritate Martyrii. Interim lege, ſi vacat, *Murat.* de Antiq. Italiae t. 5. diſſ. 58. col. 33. ſqq. ubi operoſe ac perquam erudite confutat *Boldettum*, pro oppoſita Aringhiana ſententia praefervide diſputantem in ſuis obſervat. l. 1. c. 45. p. 236. ſqq.

7

IN NOMINE DEI PATRIS OMNIPOTENTIS ET DOMINI NOSTRI IESVX FILII EIVS ET SP
SANCTI PARACLETI EVSEBIVS IN FA*.. RENOVAVIT CYMETERIV. TOTV * *Indignus*
COLVMNAS IN PORTICOS &c. *famulus*.

Extra Urbem, olim, reor, in coemeterio Lucinae, deinde in S. Paulli inter 18. & 19. *column., hodieque in claustro Monasterii, ubi exſcripſi.*

Famo-

Famoſum, ac ſaepe deficientem in effracto marmore Titulum, prout ſuo tempore exſtabat, primus, opinor, in lucem edidit *Aringhus* in Roma ſubt. t. 1. p. 410., ſub an. 1651. Protulit deinde, pluribuſque ſupplevit *Margarinus* an. 1654. in antiq. Inſcript. Baſilicae S. Paulli n. 220. Aringhum praeterea exſcripſit *Reineſius* in Claſſ. 20. n. 442. Reineſium, reor, *Fleetwood* in Sylloge Inſcriptionum p. 516. n. 1. Ipſum poſtremo *Muratorius* in novum ſuum theſaurum intulit p. 1866. 2. ubi lepide gloriatur, ſe Lapidem tot lacunis ac erroribus faedatum, emendatiorem, plenioremque tradere, quam Aringh. & Reineſ. exhibuerint.

Quid vero? Errores ibi cubantes reliquit omnes, & ſingula quaeque adjecta ſupplementa e Margarino, quem omnino reticet, mutuatus eſt, ſi unum exceperis verbulum in poſtrema Epigrammatis linea, prout utrumque mox laudatum conferenti innoteſcet.

Suſpicatur citatus *Aringhus*, anne Lapis pertineat ad Euſebium Pontificem ſummum, vita functum an. Chr. 310. poſt menſes 4. Pontificatus; ſuam tamen ſuſpicionem nulla videtur ſatis veroſimili conjectura munire. Nullus adtamen ipſe dubito, quin eidem Euſebio, & huic ſuae donationis inſtrumento antiquiſſima aetas merito adſignanda ſit.

DIPLOMATICA SEGMENTA.

7 *.... & ſint vobis loco patriæ in perpetuum poſſeſſiones, quas donamus in nomine ſanctæ, individuæ, æqualis & conſubſtantialis Trinitatis.*

CLODOVEUS MAGNUS hoc dictavit perinſigne de Ss. Triade teſtimonium ſub an. 508. ubi *ſupra* Claſſe IX. n. 23. p. 265.

8 *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Gloria Domino. ✠ Amen..... ✠ Remigius Epiſcopus teſtamentum meum relegi, ſignavi, ſubſcripſi, & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Domino adjuvante complevi.*

S. REMIGIUS Epiſcopus Remenſis in exordio & fine Teſtamenti brevioris & ultimi, quod confecit ante an. 533. quo idem Sanctus ad coelum migravit. (Ap. *Phil. Labbe* in nova biblioth. MSS. librorum t. 1. ad calcem tomi p. 806. ſqq.)

Hoc equidem documentum, ab *Jo. Bollando* datum *Chiffletio*, & ab iſto primum evulgatum in diſquiſitione de ampulla Remenſi, plane ſincerum eſt, ac genuinus S. Remigii foetus, quemadmodum vulgo ſentiunt Eruditi cum *Marloto* in hiſt. Remenſi t. 1. l. 2. c. 11. *Cointio* in annal. Francor. ad an. 533. n. 50. p. 407. *Pagio* ſeniore in Critice Baroniana ad an. 514. n. 9. & ad an. 541. n. 11. *Nat. Alexandro* Sec. VI. c. 4. art. 3. *Longuevallio* in hiſt. Eccl. Gallicanae t. 2. p. m. 392. *Bollandia-*

nis Hagiographis in t. 1. noviſſimo Octobr. p. 106. ſqq. adverſus perpaucos alios immerito refragantes.

Nec enim profecto video, unde Remigianum iſtud teſtamentum ſuppoſititium aut interpolatum ſuſpiceris, quale illud prolixius cum adprime Criticis reputo, quod circumfertur ex *Flodoardo* in hiſt. Eccl. Remenſis l. 1. c. 18. ante hujus editionem, a Sirmondo adcuratius ornatam; nempe quod iis olim ſcatebat interpolationibus, quae ab illorum temporum candore ac ſimplicitate, & a Remigii genio plurimum abhorrebant; adeo, ut merito exiſtimes cum *Pagio* proxime laudato, ipſum Flodoardi hiſtoriae poſteriore manu inſertum fuiſſe. Haec tamen abſurda in breviori, quod probamus, teſtamento, minime adparent. Plura in hanc rem laudati *Bollandiani*.

Authores novi tractatus Diplomatices, alias laudati, Remigianum teſtamentum adductis formulis inſtructum, ut legitimum recipiunt, ac ut exemplar ſimilium e Seculo VI. documentorum exhibent in tom. 5. part. 5. pag. 396. Verum ipſi loqui videntur de teſtamento prolixiori, quindecim ſubſcriptionibus communito poſt primam S. Remigii, quale fertur ap. *Flodoardum* in hiſt. Eccl. Remenſis edita primum a *Sirmondo* an. 1611. l. 1. c. 18. ac deinceps ſcholiis auctum a *Greg. Colvenerio* ſub an. 1617. Sed hoc tamen nos rejicimus cum Criticis mox laudatis.

Jam vero iſtud quidem documentum primum Diplomaticum, quod mihi occurrit, hac ſacerrima initiali formula exornatum & communitum. Viam itaque ſanctiſſimus hic Praeſul aperuit, & exemplar Principibus Viris, ceteriſque poſteris imitandum reliquit.

9 ... *Hanc donationem meam in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti ... ordinavi ...*

ATHELBERTUS ſub an. 605. ubi *ſupra* in eadem Claſ. IX. n. 24. p. 265.

10 *in nomine Dei Omnipotentis Patris & Filii & Spiritus-Sancti ...*

PALLADIUS ſub an. 634. ubi *ſupra* in Claſ. VI. n. 7. p. 99.

11 *In nomine Patris & Filii & Sps Sci. omnium ...*

DAGOBERTUS Francorum Rex in Privilegio conceſſo Trevirenſi monaſterio S. Maximini ſub an. 644. (ap. *Papebr.* in Propyl. antiq. p. v.)

Sacra haec initialis formula diplomatica plurimum invaluit apud orthodoxos Principes, poſt primum, quod ſciam, e Regibus, Dagoberti exemplar. Plurium inſtar ii merito commemorandi:

EGFRIDUS Rex Northumbrorum ſub an. 685. in Placito cujuſdam donationis (ap. *Monaſt. Anglic.* t. 1. p. 39.)

KENREDUS an. 709. ut *ſupra* Claſ. IX. n. 26. p. 266... CAROLUS MAGNUS an. 803. in Epiſt. increpatoria ad Albinum (ap. *Baluz.* in Capit. Reg. Franc. t. 1. col. 413.) & ſaepe alias... LUDOVICUS PIUS Imp.

an.

an. 817. in Confirmatione donationum, quas Pippinus Rex & Carolus Magnus Eccleſiae Romanae fecerant (ibid. col. 591.)... RANIMIRUS I. Rex Hiſp. an. 844. in Privilegio, quod *Votorum* dicebant, conceſſo Eccleſiae B. Jacobi Compoſtellani (ap. *Henric. Florezium* in Hiſp. ſacra, t. 19. p. 329.)... LOTHARIUS Rex an. 860. in quodam Placito (ap. *Papebroch.* in Propyl. antiq. poſt p. XII. ubi ejus ſpecimen cum autographi caracteribus profert.)... ADEFONSUS, dictus Hiſpaniae Imperator, an. 877. in Placito pro Eccleſia Mindunienſi (ap. laud. *Florezium* t. 18. pag. 313.)

12 *In Dei nomine & Trinitatis. Anno* DCCXLIV. *ab incarnatione Chriſti, ſub die* VI. *Nonas Martii*...

PIPPINUS Dux & Princeps Francorum in Capitulari Sueſſionenſi (ap. laud. *Baluz.* col. 155. ex Codice MS. S. Vincentii Metenſis.)

Papebrochius in Propylaeo antiq. par. 1. n. 30. p. VII. acriter invehitur in hocce Capitulare tanquam plane ſuppoſititium, utpote inducens Pippinum in conventu eccleſiaſtico praeſidem, & circa res pure eccleſiaſticas ferentem leges. At minime nobis exaudiendus; quoniam ſi fictitium iſtud ſit, & cetera pene cuncta Francorum Regum Capitularia fictitia ſint, oportet; quum ea pari laborent vitio ac fictionis argumento, ad mentem Papebrochii.

Sed & rurſus reliqua propterea Capitularia ſuppoſita eſſe idem Author contendit, probroque vertit Conciliographis & Baronio, quod ea tanquam vera illi Conciliis inſeruerint, & hic Annalibus; videlicet abſque ſeveriori examine, ſubactaque critice. Enim vero dormitaſſe heic dixeris bonum iſtum Homerum, Virum quidem cetera egregie criticum & pro Arte Diplomatica primum Authorem.

Siquidem ejuſmodi Capitularium veritas, & antiquis temporibus ſumma apud pleraſque gentes authoritas ab hodiernis quibuſque Eruditis & Criticis vulgo, meritoque receptae ſunt, pluribuſque commentariis illuſtratae. Conferendi in hanc rem *Sirmond.* in notis ad Capitularia, *Anton. Auguſtinus* in dialogis de emendat. Gratiani l. 1. dial. 10. *Baluz.* de capitular. t. 1. in Praefat. *Mabill.* de re dipl. p. 187. & 188. edit. 2. *Authores* novi tract. de re dipl. t. 5. p. 444.

Quo tamen pacto, quo que jure Reges illi Francorum ſeſe rebus mere eccleſiaſticis immiſcuerint ut ſuprema capita, ac pro diſciplina eccleſiaſtica promovenda conventus indixerint, legeſque tulerint, expendere ac definire, inſtituti noſtri non eſt; quod nempe id unum exigit, ut Diplomata, quae ſancto dogmati confirmando, illuſtrandoque producimus, vera ſint, indubiaque Traditionis teſtimonia.

13 *In nomine ſanctae & individuae Trinitatis*...

PIPPINUS Francorum Rex in Placito donationis factae coenobio Funcellenſi ſub an. 762. (ap. *Baluz.* t. 2. in adpend. actorum veterum §. 15. col. 1393. ex archivo ejuſdem coenobii.)

Fugit Diploma iſtud Papebrochium, apud quem nulla ejus mentio in laud. Propylaeo; nec mirum quidem, quum illud poſt editum Propylaeum primus, quod ſciam, vulgarit *Baluz.* an. 1677. Quod ſi ipſum legitimum ſit, hujuſce initialis formulae primus Author jure habendus Pippinus.

14 *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis...*

Carolus magnus ubi ſupra Claſſ. IX. n. 27. p. 266. Tum in Praecepto de Scholis graecis & latinis inſtituendis in Eccleſia Olnabrugenſi ſub an. 804. (ap. *Baluz.* cit. t. 1. col. 417.)

Rurſus heic nobis adverſantem habemus laudatum Papebrochium n. 28. & 29. ubi decretorie adſerit, ſe, poſtquam detexerat vitia plurium diplomatum ſub praefata formula initiali Carolo Magno adtributorum, ut omnino verum ſtatuiſſe, nullum ſub ea formula diploma Carolum inchoaſſe; immo primum aut priores omnium, quibus haec adſcribenda ſit formula diplomatica, eſſe Ludovicum juniorem, Ludovici Pii filium, ejuſque fratrem Carolum Calvum.

Aſpernandum profecto non eſt hoc ſummi Viri judicium, non vacat tamen ad graviora properanti prolixa diſſertatione rem diſcutere atque decidere. Sufficiat modo nobis pro duplici eo diplomate adſerto Carolo authoritas Baluzii, adcuratiſſimi juxta & eruditiſſimi Scriptoris.

Iam vero religioſa haec & prooemialis diplomatum formula apud chriſtianos fere ubique gentium Principes mirum in modum obtinuit. In regium ipſorum cenſum ii jure optimo adſcribendi:

Carolus calvus Rex an. 844. in Praecepto pro Monaſterio ſanctae Gratae in dioeceſi Urgellenſi apud Catalanos (teſte *Baluz.* t. 2. col. 1446. ex archivo Eccleſiae Urgellenſis); & eodem an. in Placito pro Eccleſia Gerundenſi etiam in Catalonia (ap. ipſum *Bal.* col. 1450. ex archivo Epiſcopi Gerundenſis). Tum Imperator an. 877. in Placito ſuperius laudato Claſſ. VI. n. 20. p. 105., & alibi centies... Ludovicus II. Imp. an. 858. in Praecepto pro Eccleſia Viennenſi (*ibid.* col. 1469. ex chartulario Archiep. Narbonenſis)... Ludovicus balbus Rex Francorum an. 878. ut *ſupra* in Claſſe VIII. n. 16. p. 143.... Boso Rex Provinciae an. 879. in Praecepto pro Eccleſia Auguſtodunenſi (ap. *Bal.* col. 1506. e chartulario ejuſdem Eccleſiae)... Carolomannus Rex an. 884. in Placito pro S. Germano Autiſſiodorenſi (ap. *Mabill.* citat. p. 550.)

Tum Carolus crassus Imp. eodem an. 884. in Praecepto pro reſtitutione monachorum in coenobium S. Apri (*ibid.* p. 552.) & alias... Odo Rex an. 888. in forma manumiſſionis cujuſdam Alberti (*ibid.* p. 555.) & ſaepius... Guido, ſeu Wido Italiae Rex an. 889. in Praecepto pro Eccleſia S. Nicomedis de Fontana Broculi (ap. *Murat.* de Antiq. Ital. t. 3. diſſ. 34. p. 65.) & an. 892. in Placito pro monaſterio Sanctae Chriſtinae (ap. laud. *Bal.* col. 1521. ex veteri codice Langobardico)... Arnolfus Rex Italiae ſub an. 895. in Praecepto pro monialibus Ticinenſibus S. Ma-

S. Mariae Theodotae (ap. cit. *Murat.* p. 52. ex archivo ejuſdem adſceterii)... ZUENTEBOLDUS aut ZUENTEBULCHUS Rex Auſtraſiae ſub an. 896. in Placito cujuſdam piae donationis (ap. laud. *Mab.* p. 415. ex archivo Dionyſiano)... LAMBERTUS Imp. an. 898. in Placito pro Canonicis Eccleſiae Parmenſis (ap. *Mur.* cit. p. 60. ex archetypo.)... CONRADUS I. Imp. an. 912. ubi *ſupra* Claſ. VIII. n. 19. p. 143. & alias ap. *Chron. Gotwic.* a p. 94.... ORDONIUS II. Rex Hiſp. an. 915. in Placito pro Eccleſia t. 18. Jacobi Compoſtellana (ap. *Florez* in Hiſp. ſacra t. 19. p. 352.)... CAROLUS SIMPLEX Francorum Rex an. 916. in Praecepto pro coenobio Baleolenſi in dioeceſi Gerundenſi (ap. laud. *Bal.* col. 1528. ex arhivo ejuſdem coenobii) & ſaepe ſaepius... HENRICUS I. Imp. an. 922. in Praecepto cujuſdam piae donationis (ap. *Chron. Gotw.* t. 1. p. 139. ex autographo Abbatiae Corbejenſis) & alias.

Inſuper RODULPHUS Italiae Rex an. 922. in Praecepto pro Canonicis Eccleſiae Parmenſis (ap. cit. *Mur.* p. 53. e tabulario ejuſdem Capituli.)... RODULFUS Rex Francorum an. 924. in Placito pro coenobio S. Martini Aeduenſis (ap. cit. *Mab.* p. 564.) & alias... LUDOVICUS TRANSMARINUS Francorum Rex an. 936. in Placito pro Eccleſia Compendienſi (*ibid.* p. 568. ex autographo.)... GERBERGA Francorum Regina ſub an. 959. in Diplomate pro Abbate Hummolarienſi (*ibid.* pag. 571. e chartario Hummolarienſi) OTTO I. Imperat. an. 966. in Privilegio dato coenobio Sancti Maximini Trevirenſi (ap. *Papebr.* in Propyl. cit. ante pag. XIII.) & alias (ap. laud. *Mur.* pag. 72. & 73. & *Godefridum* in Chron. Gotwic. tom. 1. p. 159. &c.).. OTTO II. Imp. an. 980. in Praecepto pro Abbate Corbejenſi (ap. laud. *Godefr.* p. 193. ex Abbatia Corbejenſi) & alibi... HUGO CAPETUS Francorum Rex an. 987. in Praecepto pro coenobio S. Vincentii Laudunenſis (ap. cit. *Mab.* p. 575.) & alias... OTTO III. Imp. an. 997. in Placito pro Eccleſia S. Victoris Moguntini (*ibid.* p. 209. ex archivo ejuſdem Eccleſiae.)

Haec itaque ſunt Imperialia & Regia priſcorum temporum teſtimonia, quae teſtatiſſimam oſtendunt de ſacratiſſima Triade Traditionem. Ea rurſus nonnulla excipiant, aliis concepta formulis.

15 ... *Haec ſunt nomina teſtium, qui jurare debent & jurant... Dicimus per Deum Patrem omnipotentem & per Jeſum Chriſtum filium ejus & per Spiritum Sanctum, qui eſt in Trinitate unus & verus...*

TESTES VARII in Judicio pro Epiſcopo Gerundenſi ob oppidum Baſcharae ſub an. 817. (ap. laud. *Baluz.* t. 2. col. 1416. ex archivo Epiſcopi Gerundenſis.)

16 *Jurati autem dicimus & juramus in primis per Deum Patrem omnipotentem & Jheſum filium ejus*

ſan-

ſanctumque Spiritum, qui eſt in Trinitatem unus & verus Deus &c....

TESTES alii in cauſſa Monaſterii Caunenſis de quadam vinea jurati ſub an. 821. (ap. laud. *Mabill.* p. 513. ex archetypo Caunenſi.)

17 *In nomine Dñi, qui unus permanet in Trinitate Deus...*

ORDONIUS II. Rex Hiſp. an. 915. in Placito pro Eccleſia Compoſtellana S. Jacobi (ap. *Florez* in Hiſp. ſacra t. 19. p. 349.)

18 *In nomine Genitoris & Geniti, necnon & Spiritus almi, qui eſt trinus in unitate & unus in Trinitate verus Deus, cujus laus & imperium permanet in ſæcula nunquam finienda....*

ORDONIUS idem & GELOIRA Regina conjux an. 916. in Placito pro Sede Mindonienſi (ap. laud. *Florez* t. 18. p. 317.)

19 *Sub genitoris ac geniti, procedentiſque Spiritus Sancti nomine incombulſa Majeſtas, & una vera & unica & ſempiternæ virtutis Deitas, vivens & regnans perpetuis eonis, ego...*

S. GENNADIUS, Aſturicenſis Epiſcopus, an. 920. in Donatione facta Eremitis in Bergidenſi monte degentibus (ap. ipſum *Florez* t. 16. p. 429. qui ibidem p. 426. ſimile retulerat ejuſdem S. Gennadii teſtimonium in Diplomate ſubſcripto an. 916.)

20

In nomine Sanctæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti...

SANCTIUS ABARCA Rex Aragonum an. 921. in Charta donationis Sancto Joanni Baptiſtae de Piña (ap. *Blancam* in comment. Aragonenſium rerum p. 74. ex archetypo) & alias ſimiliter *ibidem*.

Sacrum iſtud initiale ſignum in Diplomatis, obtinuiſſe reor apud Aragonum Reges per bina ſaltem Secula, ex iis, quae ibidem tradit laud. *Blanca*. Nec multum ei quidem abſimile videtur quod ſuperius de Alphonſo IX. Hiſpaniae Rege exhibuit Claſſis II. n. 4. p. 28.

21 *Sub ſancte & inſeparabilem Trinitatem: Patris & Filius & Spiritus Sanctus: quod corde credimus hore proferimus & lingua profeſſuri ſumus...*

MO-

MONACHI coenobii S. Joannis Baptiſtae *de Tabladillo* apud Hiſpanos, an. 931. in Actu electionis Abbatis Stephani (ap. *Authores Mauri-nos* novi tract. diplomatices, t. 3. p. 697., cum propriis ejuſdem Actus caracteribus viſigothis, ex Polygraphia hiſpana *Chriſtophori Rodriguez*.)

22 *In nomine trinæ & unæ deitatis. Omnipotens ſupernarum....*

AEDMUNDUS Anglorum Rex an. 941. in Placito pro Aedrico (ap. *Monaſt. Anglic.* t. 1. p. 213. ex biblioth. Denveſiana.)

23 *Pax in ſummæ trinitatis nomine, patris & filii & ſpiritus ſancti... Iſta donaria licet minima ad laudem ſummæ Trinitatis.. ſtabilivi...*

EADREDUS magnae Britanniae Rex an. 948. in Placito pro coenobio Croilandenſi in agro Lincolnienſi (*ibid.* a p. 167.)

24 *In nomine Dei omnipotentis, qui trinus eſt in perſonis & unus in eſſentia. Notum ſit omnibus....*

STEPHANUS Epiſcopus Mimatenſis an. 950. in Charta de conſtructione Prioratus S. Enimiae (ap. cit. *Mab.* p. 569. e chartario S. Theofredi.)

25 *O altithroni genitoris ingeniti, ejuſdemque nativi divinitus uniti, cum ſancti unione paracleti, monarchia rebus....*

AETHELREDUS Anglorum Rex an. 984. in Placito pro parthenone Shaftesburienſi in agro Dorſetenſi (ap. laud. *Monaſt. Anglic.* p. 215.)

26 *Anno incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo octogeſimo ſeptimo, regnante ipſo cum coeterno Patre & Spiritu Sancto perpetua majeſtate...*

AETHELMER, Regis Aethelredi ſatrapa, in Donatione facta Cernellenſi coenobio in eodem agro Dorſetenſi (*ibid.* p. 254. ex chartis antiquis litera W. num. 16.)

27 *In nomine ſummi Dei Creatoris omnipotentis, qui trinus eſt in perſonis & unus in eſſentia majeſtatis. Notum ſit....*

STEPHANUS Vicecomes an. 998. in Charta donationis pro quodam coenobio conſtruendo (ap. laud. *Mabill.* p. 579. ex chartario S. Theofredi.)

2 8

Romae apud Baſilicam S. Mariae Majoris in media navi, ad dexteram ſummi altaris, areola ſeu tabula II.

Haec muſivi operis ſuperna tabellae pars ejuſdem eſt antiquitatis cum aliis, quas ibidem hodieque viſimus, artificio omnino paribus. De illis ſupra paucis diſſeruimus in Claſſ. V. a p. 43. Eam quoque primum e ſchedis Barberinis vulgavit Cl. V. *Ciampin.* de vet. monim. t. 1. c. 22. tab. LI. p. 212.

Hic ille jam vero Patriarcha ſanctiſſimus Abraham, quum tres Angelos excepit hoſpitio, ac tres videns unum adoravit, videlicet Deum unum ac trinum; quemadmodum ex *Geneſeos* 18. 1. ſqq. probat, pluribuſque confirmat *Auguſtin.* lib. 2. alias 3. contra Maximinum Arianum cap. 26. a n. 5. ex edit. Maurina. Et quidem Patres cum *Euſeb. Ambroſ. Cyril.* Alexandr. *Epiphan.*, nec non ſacri Interpretes cum *Eſtio*, *Sa*, *Alap.* tum Viri Eruditi cum Clariſſ. *Joan. Lamio* in comment. de Ss. Trinit. l. 1. cap. 5. p. 14. communi adſenſu perinſigne Trinitatis Symbolum ſub hoc expreſſum eventu ſuſpiciunt. Quin & heic ipſum exprimere intendiſſe chriſtianum Opificem hariolatur laud. *Ciamp.* cui & nos quidem perlubenter adcedimus.

Figuram muſivam huic ſimillimam videris quoque Ravennae in abſide templi S. Vitalis, an. Ch. circ. 547. elaboratam. Eam pariter edidit *Ciamp.* de vet. monim. t. 2. pag. 69. tab. XX. figuris 7. 8. 9. quibus nempe exprimitur convivium, quod ſanctus Abraham, una cum Sara conjuge, tribus exceptis Angelis poſt adorationem miniſtravit. Conſule ſis eundem *Ciamp.* proxime laudatum.

Apud

92

Palmus Romanus Ἀρχιτεκτονικὴς.

Apud Romanum Muſeum Victorium exſtat pervetuſta haec Imago in tabella lignea, Graeco, induſtrioque opifice depicta. Qualem vidimus & diligenter obſerva-

vimus, humaniſſime favente Muſei Domino Cl. & Nob. Equite Commendatore Franc. Victorio, huc quamfideliter incidendam, vulgandamque curavimus.

Adſpicis in hocce ſpecioſiſſimo, & hucuſque, quod ſciam, inedito Monimento Ss. Triados emblema undecumque praeclariſſimum. Heu quot, quantaque obſervatu digniſſima oculis heic, mentique obverſantur!

Sedent itaque in campo aureo Pater & Filius ſub forma hominum in ſtrato praenobili, magnifico & politiſſimo, culcita rubea auro intertexta, pulcriſque ſuppedaneis pro firma quiete pedum exornato, tanquam in ſolio ſupremae majeſtatis & gloriae. Dixeris, hoc ſtratum illud excelſum & elevatum referre ſolium, in quo viderat *Iſaias* (ex cap. 6. 1. ſqq.) ſedentem Dominum Deum Unum ac Trinum, qualem ſacerrimo illo triſagio depraedicabant Seraphim, ex communiore adſenſu Patrum & Interpretum, cum *Nazianz.* orat. de Paſcha, *Ambroſ.* l. 3. de Spiritu S. c. 23. *Damaſcen.* in epiſt. de hymno triſagio, quam conſulas cum adnotationibus *Lequienii* apud hujus editionem t. 1. a p. 480.

Ad laevam ſedet Pater, albis, auroque quaſi irradiatis (videlicet, ut vulgo loquuntur Pictores Itali, *lumegiate a oro*) indutus veſtibus, longo nempe pallio ſeu chlamyde, tunicae ſeu interulae ſuperpoſita, clavoque itidem ſubobſcuro e dextro humero pendente. Siniſtra manu apertum, peſcriptumque librum, ſeu volumen, priſco more conſtructum praefert, de quo paullo inferius; dextraque benedicentis ritum gerit. Caput crucigero nimbo enitet; ac pedes ſuppedaneo conſiſtentes ſandaliis adcinguntur. Patri tandem inſidet graeca epigraphe Ο ΠΑΛΑΙΟΣ ΤΩΝ ΗΜΕΡ, hoc eſt *antiquus dierum*, de quo videlicet adſeruit in ſacra viſione *Daniel* ad cap. 7. 9. & 10. *antiquus dierum ſedit: veſtimentum ejus candidum quaſi nix... ſedit & libri aperti ſunt*; haec enim de aeterno Patre ſingillatim, ſciteque interpretatur *Cornel. Alapide* in eum locum, duce *Dionyſ.* de div. nominibus, cap. 10.

Adparet ad Patris dexteram Filius, quandoquidem, teſte Pſalte regio ad *Pſal.* 109. 1. *dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis*, idemque profitemur omnes in eccleſiaſtico Symbolo, *qui ſedet ad dexteram Patris*. En autem tibi effigiem, paternae, ut vides, quam ſimillimam, quoniam ipſe, qui dixerat (ex *Joan.* 14. 5.) *qui videt me, videt & Patrem*, eſt quidem *Speculum*, *Figura*, *Imago Patris* (ex *Sap.* 7. 26. ex *Hebr.* 1. 3. ex *Coloſſ.* 1. 15.) ſuccinentibus ſacris Doctoribus & Interpretibus cum *Hilar.* l. 7. de Trinit. *Ambroſ.* de fide l. 1. c. 7. *Auguſt.* 7. de Trinitate, c. 2.

Verum & ab effigie paterna in paucis differt; veſtes enim induit coloris aureo-caerulei, prae vetuſtate in fuſcum, quaſi nigro-viridem vergentis, ornamentis ex auro ſparſim contextas, & pendente pariter e dextro humero clavo aureo; librum geſtat clauſum, injecta operimento Ss. Cruce; ipſique demum ſuperne adfigitur programma Jesus Christus ſub notiſſimis juxta ac vetuſtiſſimis Graecorum ſiglis ΙC ΧC; quippe idem Deus Filius a Patre miſſus

miſſus ad hominum redemptionem, & Jesus ab Angelo vocatus eſt ex *Matth.* 16. 16., & factus eſt Patri obediens uſque ad mortem, *mortem autem Crucis* ex epiſt. ad *Philipp.* 2. 8.

Quin immo fortaſſe hanc Filii cum Patre ſimilitudinem ac diſparitatem exprimere intendit pictor, ubi monogramma $\overline{IC}$ $\overline{XC}$ deſuper Patrem geminavit; quaſi nempe is titulus denotaret ſymbolice, primam Perſonam eſſe Patrem ſecundae, ſibi omnino paris, qua Deus eſt, & Patri conſubſtantialis, ſimulque imparis, qua eſt homo Jesus Christus.

In ſummo praeterea vertice, dupla circunſcriptus quadrata areola exſtat Spiritus Sanctus in columbae ſpecie, qua viſus eſt in Jordane ex *Marc.* 1. 10., cum nimbo crucigero, quemadmodum Pater & Filius, & radios, more graeco confictos; hac illac emittens; quibus videlicet ultro deſignentur & illae diſpertitae linguae tanquam ignis, quarum forma inſedit olim Spiritus Apoſtolico Senatui, ex *Act.* 2. 3. & dona ſuperna, quae Spiritui tanquam Datori ſingillatim adtribuimus ex ſacris Literis, cum *Iſai.* 11. 2. *Joël.* 2. 28. *Act.* 2. 4., & ex Patribus, cum *Pſeudo-Melchiade* P. in epiſt. ad certos quoſdam & ad omnes Hiſpaniae Epiſcop. poſt med. *Cyril. Alex.* in theſaur. l. 3. c. 3. *Athan.* dial. 3. contra Macedon. *Epiph.* haer. 69. *Leone* M. ſerm. 2. de Pentec. & alias.

Praefigitur demum proxime quadratae areae, qui omnia virtute continet, paemonſtratque graecus titulus, TO AΓION $\overline{ΠNA}$, hoc eſt TO AΓION ΠNEYMA *Sanctus Spiritus*, quo quidem auguſtiſſimo quaſi agnomine tertiam Perſonam ſacri Codices graeci paſſim nuncupant; e. c. *Sap.* 1. 5. *Iſai.* 63. 11. *Luc.* 1. 15. *Joan.* 14. 26. *Act.* 5. 32.

Hactenus de dogmatica Pictura Tabulae, una cum theologicis obſervationibus, quas ipſa ſibi quum primum editur vendicare videtur. Cetera vero, quae materiem Eruditionis, cum ſacrae, tum profanae cumulatiſſimam praeſentant, ut puta nimbi illi crucigeri, veſtium genus & varietas cum clavis, utriuſque Perſonae volumina & calcei ſeu ſandalia cum ſuppedaneis, prolixiorem expoſcunt Diſſertationem, alias, ſi Superi faverint, inſtituendam.

Ex iis vero id unum colligimus, aetatem nempe tabulae, cui ſerius ut ſummum IX. circiter aut X. Chriſti Seculum ſatis congrue adſignandum ducimus, eſto abnuas eidem aetatem longe vetuſtiorem adſcribere. Equidem ſi eam, expoſitis inſtructam notis, cum aliis adcurate conferas id genus monimentis, & heinc Seculo IX. antiquioribus, editis ab *Authoribus* Romae ſubterraneae, *Ciampin.* in III. voluminibus, *Bonarrot.* in obſervat. & aliis; & inde Seculo IX. recentioribus, collectis prae primis a *Gorio* in tom. 3. de Diptych., porro tabulam hanc ſatis parem illis repereris, iis vero nimis abſimilem.

Ad extremum ne quid a fidelitate & adcuratione in reddenda tabula defeciſſe videamur, caracteres eoſdem, inſcriptos volumini, quod manu geſtat figura Patris, heic loco coronidis ob oculos ponimus.

Quid vero iidem denotent (poſito quod cujuſpiam dialecti literae ſint, aut notae tironianae, non autem vanae ſcriptiunculae ad paginam implendam adjectae) quid, inquam, ejuſmodi caracteres ſibi velint, quo loquantur idiomate, qua arte, induſtriaque intelligi poſſint, quis noverit? Nec id quidem tenui meae minervae datum eſt, etiam adjecta eorum cum alphabetis plurium linguarum collatione; nec aliis eruditis Viris linguarum peregrinarum ſcientiſſimis, a me conſultis, conceſſum. Rem, precor, definiat literatiſſimus & acutiſſimus Lector, digneturque definitionem tranſmittete Tomo inſequenti pervulgandam; nec enim aliud in praeſentia ſuccurrit, quam *Plautinum* illud effatum in Poen. ult., colloquente *Milphio*, 1. 3. 34.

... *Iſti quidem hercle orationi Oedipo*
Conjectore opus eſt, qui Sphingi interpres fuit.

Ego vero ex effato alio *Terentiano* in Andria act. 1. ſcen. 2.

Davus ſum, non Oedipus.

PLENO CORVSCAT TRINITAS MYSTERIO,
STAT CHRISTVS AGNO, VOX PATRIS COELO TONAT,
ET PER COLVMBAM SPIRITVS SANCTVS FLVIT,
PIA TRINITATIS VNITAS CHRISTO COIT,
HABENTE ET IPSA TRINITATE INSIGNIA:
DEVM REVELAT VOX PATERNA ET SPIRITVS.

Nolae in Baſilica S. Felicis, condita a S. Paullino Nolano Epiſcopo, in abſide altaris ſub muſivis picturis, quas haec carmina particulatim exponunt.

Haec

Haec porro diſcimus ex ejuſdem *Paullini* Epiſtola, olim XII., modo XXXII n. 10. ex edit. Veronenſi de an. 1736., ad Severum conſcripta an. Ch. 403. Ex iis equidem carminibus, quorum ſeſe Authorem, ibidem dicit Paullinus, luce clarius eſt, eas muſivas picturas, quae fors modo penitus deſiderantur, eximium retuliſſe ſymbolum ſacratiſſimae Triados. Heu quam praeclara eorum temporum Traditio de fide Myſterii! Plura in eadem Carmina Jambica laudatae Editionis Author in nota CLII. ſqq.

31

Romae, olim apud Sabbatinium, deinde apud nepotem Buliellium, modo tandem apud Muſeum ſacrum Vaticanum.

In Muſeo ſpecioſam figuram optime collocatam vidimus, manibuſque contrectavimus hoc an. 1768. 18. April., uti cetera ejuſdem Muſei monumenta, quae in toto opere ſparſim laudamus, duce eruditiſſimo ejuſdem Muſei Praefecto Commend. Equite Franciſco Victorio, permultis mihi nominibus obſervando.

Exornat haec Imago quandam areolam in altera ex duabus tabulis, quibus conſtat & plicatur eburneum & perantiquum Opus, pluribus etiam ſacris figuris conſpicuum. Integras tabulas aere inciſas edidit, notiſque illuſtravit laud. *Gorius* in t. 3. de veter. Diptych. tab. XXXVIII. p. 290. ſqq. Et quidem, ut ipſe perdocte differit, hae Tabulae anaglypho opere elaboratae, ex illo ſunt monumentorum genere, quae olim in catholica Eccleſia inſtituendorum fidelium pietati ſtatis diebus proponebantur & quibuſdam parergis exponebantur, vel in ſacro altari, vel in ambonibus ac pulpitis.

Porro noſtra tabella, intra quatuor Evangeliſtarum Symbola angulis adjecta, Ss. Triadem repraeſentat; ita vero, ut proceſſionem Spiritus Sancti a Filio minime exprimat, immo excludere videatur, quum illam non effingat, dum poſſet quam optime effingere, inſpecta forma & conſtitutione iconis. Heinc autem vehementer ſuſpicor, ipſam, ceteraſque tabellas in Graecia olim Graecum artificem habuiſſe; ſubindeque majore donandas antiquitate, quam quae eiſdem a Gorio ominante adſcribitur.

Idem

Idem praeterea Cl. Author has tabulas & quoddam aliud Forojulienſis monumenti operculum pleno ore Diptycha adpellat, eaque in ſua Diptychorum collectione tanquam ſacra Diptycha proponit & commentatur. Aemulatus utique in ſimili *Bonarrotum*, qui quaſdam tabellas eburneas ſacris ornatas imaginibus, tanquam ſacrum *Rambonenſe Diptychon* edidit, illuſtravitque ad calcem ſuarum obſervationum in antiqua fragmenta vitrea. At fortaſſe aliquorum opinione, minus adpoſite ac minus critice, nec niſi ſub latiſſima & longe impropria quadam uſurpatione *Diptychi*, & quoad nomen, & quoad rem nomine deſignatam.

Equidem Δίπτυχον, graecum nomen, quod idem ſonat ac tabellae plicatiles, geminas ſe pandentes ac porrigentes (omiſſo heic ejus etymo, primaevoque inſtituto ac uſu, de quibus abunde Authores, qui egerunt de re Diptycha, alias referendi) duplex potiſſimum fuit re ac nomine; videlicet profanum aut *Conſulare*, & ſacrum vel *Eccleſiaſticum*. Illud quidem pugillaris erat, plerumque eboreus, nec major quam quem pugillo contineres, quem utique Romani Conſules, Quaeſtores ac majores Magiſtratus, eorum nominibus inſcriptum, & imaginibus decoratum ad amicos mittebant vice xenii ſeu apophoreti in ſybolum Magiſtratus initi & adepti: iſtud vero catalogus erat, inſcripta referens ſingularium perſonarum fidelium nomina, tum e viventibus, tum e vita functis, quae in Eccleſiis coram populo ſtatis liturgicis temporibus recitari conſueverant; aut ſi malis, catalogus triplex tria ſingillatim fidelium perſonarum genera recenſens, quae inter Miſſae ſollemnia legebantur.

Hanc itaque, minime unam aliam, diviſionem Diptychi, praeſertim ſacri, nobis ex profeſſo tradiderunt rei Diptychae Interpretes, cum eorum immortali Chorago *Heriberto Roſ-weydo* de vitis Patrum, in Onomaſtico, art. *Diptychum* p. 1016. ſqq. Quid jam vero in iis noſtris tabellis e Gorio excerptis obſervare liceat cum vero, proprioque Diptycho commune? Eſto quidem ipſae tabellae quoad omnia ſua membra ſimul adceptae, plicatiles ſint, citrinae aut eboreae, figuriſque ſacris exornatae, qualia fuiſſe plerumque dixeris vetuſta Diptycha eccleſiaſtica, vel ea ſaltem, quae ex Conſularibus in Eccleſiaſtica tranſierunt (de quibus egregie Cl. *Alexander Wilthemius* ubi de Diptycho Leodienſi) verum nullum novimus eas nunc, aut olim continuiſſe catalogum, nomina fidelium nulla, quae ad ſanctam Liturgiam legerentur; quibus ſiquidem inſcriptis nominibus eccleſiaſtici forma Diptychi conſtituitur.

Nec alio quidem ſenſu Majores noſtri nomenclaturam Diptychi Eccleſiaſtici uſurpaſſe reperiuntur. (Conferantur *Conc. CP.* ſub Menna Act. 5. *S. Auguſtin.* de unit. Eccl. c. 7. & epiſt. olim 152. ad Donatum, *Juſtinianus* Imp. epiſt. ad Epiph. CP. *Adrian.* P. II. epiſt. ad Synod. Tricaſſinam. *Fulcuinus* de geſtis Abbatum Lobienſium c. 7. *Liberat.* Diacon. in breviar. c. 16. *Facund. Hermian.* l. 4. c. 1. *Fortunat.* l. 10. poëmate 10. de S. Martino, *Pachymeres* l. 7. c. 19. & l. 11. c. 20. *Hincmarus* Remenſ. Opuſc. 17. ad Nicolaum Papam.)

Sint

Sint itaque ejuſmodi tabellae, pluresque reliquae iis pares, ſacra quaedam Monimenta, ob ſuam vetuſtatem ac Myſteriorum imagines pretio, cultuque digniſſima; & claſſem ipſae ſuam apud ſacrae eruditionis Interpretes conſtituant, minime vero in Diptychorum preſſe talium cenſum referendae.

Nuncupaveris eas quidem *Agiothyridas*, cum *Paſſerio* proxime laudando, videlicet janiculas ſacris Myſteriis exornatas, quae clauderentur pro libito ac reſerarentur; aut etiam *Hagioptychas*, hoc eſt ſacras tabulas, Diptychis utcumque adſimiles, cum *Papebrochio*, qui in Append. adparatus ad tom. 1. Maji p. LX. titubans ac pene renuente calamo diptycha ac triptycha vocavit quaſdam Graeco-Moſcas plicatiles tabulas, divorum imaginibus inſignitas, aliaſque ſimiles in Bollandiano Muſeo adſervatas; quoniam, ut ibidem inquit, didicerat a Clariſſ. *Ducangio*, vocis *Diptychon* ſignificatum iis duntaxat concedendum eſſe tabellis, quae fuerint ad ſcriptionis uſum comparatae.

Plura nos de Diptychis, reique Diptychae Interpretibus, tamquam in propria ſede, in Claſſe proxima. Interim conferendus, qui nobiſcum plane ſentit, Clariſſ. Vir *Joan. Bapt. Paſſerius*, perdoctus Editor Goriani de Diptychis commentarii, in Praefatione ad tomum 1. numeris V. & VI.

32

Sigillum hoc, aut Bullam plumbeam pervetuſtam, nobis offerunt Ficoronius in comment. de plumbis antiq. t. 1. par. 1. c. 9. & Murator. in Antiquit. Italiae t. 3. diſſ. 35. de Sigillis p. 138.

Egregium ſane atque perrarum pro noſtro dogmate teſtimonium, plumbo exſcalptum! Quem vero monogramma ſpectet, nondum ſatis exploratum. Ego quidem ſub ipſo *Paſchalis* legerim. Anne hic fuerit Paſchalis P. I? Minime, ait laudatus *Ficoron.* pag. 32. *Muratorius* reſpondet, nondum id potuiſſe divinare. At ipſum quidem haud multum abſimile video monogrammati Paſchalis I., quod exſtat hodieque apud Urbis Eccleſias S. Mariae in Domnica, S. Caeciliae Tranſtiberim, & S. Praxedis; quod item *Ciampin.* retulit in ſuos commentarios de vet. monim. par. 2. c. 26. pag. 150. & alias. Quid? quod, ut bene norunt Eruditi, perſaepe idem ipſiuſmet perſonae nomen ſub Monogrammatis magna ex parte differentibus percuſum legimus.

Neque vero cum perpaucis aliis quis jure reponeret, Sigilli, ſeu

Bul-

Bullae plumbeae morem, ſaltem quod ſummos Pontifices adtinet, eſſe recentioris aevi, nec eum quidem aetatem Paſchalis noſtri vita functi ſub an. 824. adtigiſſe: quoniam, eſto bullae cereae quam longe citius apud omnes fere gentes invaluerint; at non ita recens obtinuerunt plumbeae. Nam, ſi fides *Dominico Raynaldo* Bibliothecae Vaticanae & archivi molis Adriani Cuſtodi, ap. *Allat.* de conſ. Eccleſ. l. 1. c. 6. n. 2. p. m. 87., in archivo molis Adriani adſervabantur tum bullae plumbo obſignatae Leonis I., Gregorii M. ac Sergii I., itemque in archivo Aretino bulla plumbea Silveſtri I. Quin etiam plumbeam bullam Joannis IV. & alteram Sergii I. nobis indicat oculatus teſtis *Mabillon.* de re dipl. l. 2. c. 14. n. 8. Initium denique bullae plumbeae adſcripſit *Polydor. Vergilius* de invent. rer. l. 8. c. 2. Stephano primum III. ac deinde Adriano I. qui VIII. ſub Seculum floruerunt. Eo igitur ex capite bulla noſtra Paſchali I. minime abjudicanda.

Plura de *Re Sigillari* nobis alias differenda ſuperſunt. Interea vero qui in hanc rem ex profeſſo erudiri cupias, adeas praecipuos de eadem Tractatores: e. c. *Cangium* in gloſſ. lat. in *Bulla* & *Sigillum*, *Papebroch.* in propyl. antiq. par. 1. *Mabill. Murat. Ficoron.* hoc capite laudatos, *Mannium* de Sigillis antiq. aevi infimi, *Jo. Mich. Heineccium* de vet. German. Sigill. ubi circa finem praefationis plures recitat.

33



Romae in Cruce majori Stationali Baſilicae Lateranenſis, prout eam in ſollemnioribus almae Urbis ſupplicationibus palam adſpicimus, & colimus.

Habes

Habes in particula pervetuſtae Crucis, argenteis laminis anaglypho opere praedivitis, inſcalptas beatiſſimae Triados perſonas: nempe in ſummo vertice Deus Pater eſt, qui mundum creat, & in ſpecie columbae Spiritus ſanctus, quaſi tendens in primigenias mundi aquas, ac in medio demum orbiculari laterculo Filius Dei, pro ſalute humani generis caro factus, in Cruce pendens. Ita ipſe figuras, earumque artificis mentem nullo negotio interpretor ex adjectis laminis, quae Crucem exornant, duce Cl. *Ciampin.* qui in par. 2. vet. monim. c. 6. & Crucem ipſam, & univerſa Crucis emblemata erudite commentatur.

Neque vero quiſpiam mihi ſuccenſeat, quod hujus generis inſtrumento utar, ipſoque theſim meam confirmare adgrediar. Noſtrum quippe Inſtitutum quam latiſsime vagatur, atque omnia cujuſcumque generis documenta, cum ſacra, tum profana, e Vetuſtate petita, quibus ſanctum Dogma confirmari, ſeu illuſtrari poſsit, avidiſsime adripit, exponitque. Quo plane fit, ut modis omnibus patefiat ſplendentiſsima Traditio de fide dogmatum; tum ut ea inſtrumenta, quae pro rei Orthodoxae negotio minus idonea, immo prorſus inutilia videri poſſent, cum magno tamen catholicae Religionis emolumento ac decore, in idipſum plurimum conferant. Et haec quidem ſatis liquent ex vario monumentorum genere, quae tulit haec Claſsis, expoſuitque pro ſacratiſsimo Myſterio, adverſus quoslibet Anti-Trinitarios.

CAPUT PRIMUM.

Myſterii Trinitatis Cognoſcibilitas.

700 QUAESTIO I. Num intellectus creatus poſſit per aliquam propoſitionem adfirmantem cognoſcere naturaliter hoc Myſterium? ADSERO. Secluſa revelatione, vel ne quidem probabiliter, nec per dubium aut ſuſpicionem ullam poteſt quis exiſtentiam, aut poſſibilitatem cognoſcere. (*e*) Quia nullum eſt in natura medium, unde in eo, qui penetrat principia naturalia, ſuboriatur ejuſmodi judicium, dubium, aut ſuſpicio circa Myſterium, quod ſuperat quamlibet cognitionem naturalem de omnibus principiis naturalibus. Ideo ex *Matt.* 11. *nemo novit Filium niſi Pater, neque Patrem quis novit niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Et ſimilia alibi: unde *CC.* Nicaenum, & Antiochenum noſtrum ſubintulerunt Adſertum, (*f*)

RURSUS QQ. DOGM. SCHOL.

(*e*) *D. Th.* heic q. 32. a. 1. *Suar.* l. 2. c. 2. *Rui.* heic d. 41. ſ. 5. *Rhod.* cit. ſ. 2. §. 1. *Compt.* heic d. 51. n. 8. *San-Gall.* tr. 4. q. 12. concl. 1. *Billuart.* de Trin. diſſ. 1. ar. 4. *Quir.* heic tr. 7. d. 26. n. 3. *Borrull* heic d. 1. nn. 53. 64. 71. 74. *Poncius* d. 9. q. 2. n. 5. cum ſuo *Scoto*, *Mezg.* heic d. 20. ar. 2. a §. 3. Conf. *Ulloa* t. 1. d. 2. c. 1. & 2. *Serryus* in nova edit. t. 1. d. 2. praelect. 1. *Aguirrius* de Trin. in Theol. Anſelmiana t. 2. d. 51.

(*f*) Vide ſis *Rui.* & *Borr.* citt.

OBJECTIONES.

701 Obj. *primo*. Hoc Myſterium eſt evidenter naturali lumine cognoſcibile. Nam 1.° nequit demonſtrari impoſſibile: ergo poteſt demonſtrari poſſibile. 2.° evidens eſt, quod Deus ſit infinite ſui communicativus ad intra. 3.° actus *Deus non eſt trinus*, haberet falſitatem intrinſecam & naturalem, & quidem naturaliter ad evidentiam cognoſcibilem; atqui eodem modo, quo cognoſcitur falſitas actus, debet cognoſci Myſterii veritas.

702 *R. N. Adſ.* (*g*) Ad 1. prob. *N. Con.* quia ad neutrum ſuccurrit evidens ratio naturalis. Quod ſi poſſit demonſtrari adparenter impoſſibile, exinde impedietur naturalis evidentia de Myſterio. Ad 2. *D. A.* in linea communicationis naturaliter modo cognoſcibilis, *C.* ſupernaturaliter modo cognoſcibilis, & adparenter impoſſibilis, *N.* Ad 3. *N. Ma.* quoad ſecundam partem. Nam ea falſitas, tametſi naturalis, potius putaretur evidens veritas: immo actus contrarius, *Deus eſt Trinus*, haberetur falſitas principiis per ſe notis oppoſita.

703 Obj. *ſecundo*. Myſterium eſt ſaltem naturaliter cognoſcibile. Nam 1.° ex Rom. 1. 20. *inviſibilia enim ejus a creatura mundi per ea quae facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*. Unde Athanas. (*h*) inexcuſabiles infert Philoſophos illos, qui Verbi Divinitatem non agnoverunt, ab aliis quidem naturaliter cognitam, ut praeferunt ſcripta Platonis, Triſmegiſti &c. (*i*). 2.° aeque ſuperat principia naturalia Myſterium divinae libertatis, ac Trinitatis; ſed illi adſentimur naturaliter probabiliter: ergo & iſti. 3.° adſenſus naturalis probabilis de Myſterio non dependet ab hujus revelatione; atqui ille eſt poſſibilis poſt revelationem: ergo & ante iſtam. 4.° plures ſunt rationes, ob quas poſt revelationem poſſumus adſentiri probabiliter Myſterio, iſtudque explicare; at eaedem rationes ſubſiſtunt ante revelationem. 5.° ſi Parochus diſcredens Myſterio, id proponeret ut verum ruſtico rudiori, hic poſſet ei naturaliter adſentiri vel propter authoritatem proponentis, vel propter rationem ab iſto expoſitam; nihil enim ab adſenſu ruſticum retardaret: ergo.

704 R. *N. Adſ.* Quia opponitur communi Patrum, e quibus unus pro cunctis audiatur *Ambr.* (*k*) *mihi enim impoſſibile eſt generationis Verbi divini ſcire ſecretum; mens deficit, vox ſilet*. Ad 1. prob: Paullus intendit, quod ex conjecturis e naturae ſinu petitis, poſſumus duci in ſupernorum notitiam, Deo lumen ad id neceſſarium non denegante: unde Gentiles facit inexcuſabiles, eo quod Deum ex creaturis a ſe factis ſua culpa non agnoſcerent. Ac inde contendit Athan. (eſto laudata ejus Diſputatio vera ſit, & non ſpuria) Arianos, quibuſcum agit, qui fatebantur ex Scriptura, Verbum omnia feciſſe, inexcuſabiles eſſe, quod ipſum non fatererentur eſſe Deum. Priſci vero Philoſophi Verbi Divinitatem noverunt (ſi eam

(*g*) Contra Lullum, Henric. Richar. a S. Victore.

(*h*) In diſp. contra Arium in Syn. Nic.

(*i*) Ap. *Suar.* heic l. 1. c. 11. n. 12. & *Petav.* heic l. 1. c. 2.

(k) L. 1. de fid. c. 10. n. 64.

eam aperte noverint) aut per lumen infuſum, aut per naturale, adceptum e libris, vel e traditione fidelium.

705 Ad 2. *D. Ma.* Myſterium divinae libertatis quoad exſiſtentiam, *N.* quoad quidditatem, *C.*; quia nihil iſta obſcurius. Et *D. Mi. reſp.* Et *N. Con.* Ad 3. ille adſenſus pendet a revelatione, non tanquam a principio, vel objecto, ſed tanquam a removente prohibens, quatenus revelatio detegens principiorum naturalium limitationem, removet efficaciam, quam haec haberent in intellectu creato ſibi relicto ad retardandum adſenſum Myſterii, quod principiis illis contrarium adparet. Ad 4. *N. Con.* quia ob maximam Myſterii difficultatem, eſſet nobis evidens, eas rationes in Deo non valere; quare nec ipſae Myſterium nobis perſuaderent, uti perſuadent poſt revelationem, quae rationum contrariarum fallaciam detegit. Ad 5. *D. A.* ſi ruſticus ille non penetraret principia naturalia, *C.* ſi penetraret, uti expoſcit Adſertum, *N.* (*l*)

706 QUAESTIO II. Num eatenus cognoſci nequeat naturaliter, quatenus ſit contra principium naturale, *quae ſunt eadem uni tertio, ſunt idem inter ſe*, in quo nititur forma Syllogiſtica Ariſtotelea vulgo recepta? NEGO. (*m*) Quia verum vero non opponitur: ergo nec Myſterium illi principio. Hoc enim aut venit intelligendum de iis, quae ſunt eadem uni tertio realiter, & virtualiter, cujuſmodi non ſunt Perſonae, ac Natura divina (*n*): aut de iis, quae ſunt adaequate eadem uni tertio (*o*): aut concipi debet cum limitatione, & exceptione Myſterii, quod quum ſit ſupra omnem rationem, antiqui prorſus ignari non adtigere. (*p*)

OBJECTIONES.

707 Obj. *primo*. Perperam conciliatur Myſterium cum illo principio, per diſtinctionem virtualem maximam inter Dei Perſonas, & Naturam. Nam 1.° dum formam ſyllogiſticam, quae in quavis materia locum habet, limitamus ad humana, exponimus ludibrio fidem noſtram. Immo ſi illa forma in divinis non teneat, nullum de Deo poteris argumentum conficere. 2.° dum dicitur illud principium habere duntaxat locum, ubi non datur diſtinctio virtualis inter extrema, & medium, cui identificantur, idem eſt, ac ſi dicatur, tunc extrema eſſe idem, quando nequeunt eſſe diſtincta: ergo dicitur idem per idem, quin explicetur Myſterium. 3.° eſt etiam diſtinctio virtualis inter Dei naturam, & plura ejus praedicata, qualia ſunt e. c. volitio neceſſaria, & libera; atque aliunde eſt eorum realis identitas cum natura, & ſecum ipſis; quapropter in eis locum habet hoc principium: ergo huic non obſtat in Myſterio praefata diſtinctio virtualis.

708 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Quia id petit Magnitudo Myſterii,

(*l*) Vid. *Rui. Suar. Borrull* cit. *Gib.* heic tr. 2. q. 2. c. 1. a. 4. *Aguir.* cit. ſect. 4. & 5.

(*m*) Cum commun. ap. *Arri.* heic d. 43. a num 11.

(*n*) Ex diſputandis paullo *infra* Cap. II.

(*o*) Ut inſinuat *Viv.* heic d. 5. in prooem.

(*p*) Ex *Borrull* d. 3. a n. 24. Confer ingenioſiſſimum *Albarum Cienfuegos* in Aenigmate theologico t. 1. fere per tot., una cum ejus Antagoniſta *Kriſper* in hanc rem tr. 2. diſt. 1. q. 2.

ſterii, abſque ullo ſibi prorſus ſimili in creatis, quibus nec ſimilis diſtinctio virtualis adſeritur. Valet haec forma in divinis circa praedicata, quae non gaudent praetata diſtinctione, quam fide & invicta ratione ducibus, admittere cogimur: unde liberum erit de iis arguere, ſicuti de adtributis creatis. Ad 2. *N. Con.* quia res declaratur per diverſum conceptum, non per ſynonimum, qui tantum praefert circulum vitioſum: immo non eſt bona declaratio, quae ex parte objecti non idem dicat, quod intendit declarare; uti peccat definitio, quae aliud definiat, quam ipſum definitum. Ita vero nos explicare intendimus Myſterium obſcuriſſimum per id, quod minus obſcurum videtur, quin tamen exinde difficultatem evadere arbitremur.

709 Ad 3. *D. A.* eſt diſtinctio virtualis utcumque, *C.* haec autem dicit realem identitatem omnium extremorum diſtinctorum: ſpecialis diſtinctio virtualis, ſcilicet ratio producentis ſimpliciter, & producti, de qua loquitur Adſertum, *N.*; quia haec ſolum reperitur inter naturam, & perſonas ab invicem diſtinctas, & cum natura identificatas: atque adeo in Myſterio fallit illud principium, non in abſolutis Dei praedicatis. Heinc *N. Con.*

710 Obj. *ſecundo*. Illud principium non praeſcindit a Myſterio, ſcilicet negative ante fidem, ac poſitive poſt fidem: immo Myſterium poſitive adtingit. Nam 1.° ſtando illi principio, Myſterium negaretur a Philoſophis: ergo quia ſub illo comprehenditur. 2.° tres Perſonae ſunt idem cum uno tertio, nempe cum natura divina, & ſunt idem inter ſe, quatenus tres ſunt idem Deus.

711 R. *N. Adſ.* Quia Myſterium eſt ſupra omne principium naturale. Ad 1. prob. *N. Con.* Sed ſolum negaretur, quia praeciſio illius a Myſterio eis eſſet incognita, quam tamen ignorantiam depulit a nobis fidei lumen. Ad 2. *N. Con.* quia principium, ex omnium mente reddit hunc ſenſum: *quae ſunt realiter adaequate idem uni tertio, ſunt realiter adaequate idem inter ſe*; quod ſane fallit in Perſonarum Myſterio. (*q*)

712 QUAESTIO III. Quid poſt adceptam revelationem de Myſterio? ADSERO. Tunc poteſt probabiliter cognoſci, & probari ejus exiſtentia per effectus quoſdam naturales, in quibus Trinitas quodammodo depicta eſt, eo quod in eis cum pluralitate unitas eluceat (*r*). Quia poteſt haereticus ob ſigna credibilitatis ſibi propoſita, itemque damnatus adſentiri prudenter Myſterii veritati; qui propterea adſenſus eſſet probabilis, & naturalis. Immo (*s*) poteſt dici Myſterium evidenter negative demonſtrabile, quatenus poſſunt recte diſſolvi omnia argumenta contra ipſum objecta.

OBJE-

(*q*) Conſule *Aguirr.* cit. d. 60. praeſertim ſect. 2 tum *Gisb.* cit. *Val.* heic d. 2. q. 2. pu. 4. *Bec.* heic c. 3. q. 4. *Berrull* heic d. 3. *Arri.* cit. a n. 13.

(*r*) *Rhod.* heic q. 1. ſ. 2. §. 2. *Quir.* d. 26. n. 9. *Fraſſen* tr. 3. d. 1. ar. 1. q. 3. *Herize* d. 1. n. 20. ex *Aug.* contra Rui. d. 43. ſ. 3. num. 14.

(*s*) Ap. *Quir.* cit. n. 6.

OBJECTIONES.

713 Obj. Omnis adſenſus de Myſterio debet eſſe ſupernaturalis; atque adeo non ſufficit naturalis. Nam 1.° haberi nequit niſi praeſuppoſita revelatione ſupernaturali. 2.° exceptio Myſterii a principiis naturalibus, quam ille adſenſus praerequireret, eſſet ſupernaturalis, utpote naturae ſimpliciter indebitus. 3.° non adparet, unde motiva ſeorſim a revelatione, infirma, ex ſuppoſitione revelationis adeo convaleſcant, ut mereantur permovere intellectum ad prudentem adſenſum naturalem. 4.° ſi ſufficiat naturalis, poteſt quis poſt revelationem habere adſenſum phyſice evidentem de Myſterio: quod repugnat.

714 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* Nam illa tantum praeſuppoſitio, vel dependentia ab ente ſupernaturali arguit ſupernaturalitatem, quae fundatur in excellentia rei ab illo dependentis: alias diſſenſus pertinax revelationis, iſtam praeſupponens, eſſet ſupernaturalis. Ad 2. *N. Con.* quia adſenſus non praerequireret illam notitiam ſupernaturalem, ratione ſuae perfectionis, ſuperantis vires motivorum naturalium, in ipſum influentium; ſed duntaxat titulo expediendi ea motiva, per remotionem impedimenti, prohibentis eorum virtutem: unde ejuſmodi adſenſus naturalis eſſet. Heinc

715 Ad 3. infirmitas motivorum naturalium ex praeſuppoſitione revelationis convaleſcit, non quia motiva novas vires adquirant, ſed quia ſinuntur iſtae exercere antiquas illas, quas ex ſe habent, per remotionem impedimenti, prohibentis earum exercitium in revelationis abſentia. Ad 4. *N. A* quia nequit tunc naturaliter habere phyſicam evidentiam de revelatione, ſeu alio medio ſuperno, in quo cognoſcat phyſice evidenter Myſterium (*t*).

716 QUAESTIO IV. Quaenam ſint regulae pro comparanda vera, & copioſa cognitione de Myſterio, de quo proinde poſſit quis digne ſentire, ac loqui? ADSERO. Multas exhibent AA. (*u*). Prae, & pro omnibus Regula generalis haec eſto. Quoniam, ut ſalventur, pleniuſque capiantur adſerta plura, fide certa de Myſterio, inventa eſt idea illa de concretis, denominativis, & abſtractis, quibus enuntiamus praedicata divina, prout noſtris conceptibus ſubſunt; ideo ſecundum hanc doctrinam, illas cogitationes, ac loquutiones par eſt amplecti familiarius, quae communiore Scholarum, & Theologorum uſu receptae ſunt, quacumque novitate rejecta: adeo ut propoſitio, quae ſic adcepta vera ſit, aliter adcepta falſa habeatur (*x*).

CA-

(*t*) Lege *Rhod.* cit. d. 6. q. 1. ſ. 2.

(*u*) Cum *Amic.* heic d. 29. *Red.* q. 14. a. 3. contr. 3. *Borrull* d. 20. a n. 40. *Berti* l. 9. c. 7. *Henno* de Deo d. 5. q. 2. *Kriſp.* tr. 2. diſt. 8 q. un. *Aguir.* cit. d. 56. *Fuen.* p. 2. diſſ 6. per tot. *Perrimez.* t. 2. diſſ. 111.

(*x*) Legito *Ruiz.* d. 1. in prooem. n. 6.

CAPUT SECUNDUM.

Notio Trinitatis.

717 Ex hucuſque tanquam prooemio diſputatis porro elucet objectiva Myſterii notio, vel, ut alias loquuntur, quidditas, aut eſſentia: quod ſcilicet divinae Perſonae cum natura divina identificentur, & ab invicem diſtinguantur, procedant, referantur, ſubſiſtant: quocirca agendum heic de identitate, ac diſtinctione Perſonarum; de proceſſionibus, earumque principiis producentibus ac terminis; de relationibus, & ſubſiſtentiis.

§. I.

De identitate, ac diſtinctione Perſonarum in Myſterio.

718 QUAESTIO I. Quaenam ſit Perſonarum identitas cum natura divina, ipſarumque ab invicem diſtinctio? ADSERO I. Perſonae identificantur realiter cum natura. Quia ſingulae ſunt realiter unus idemque Deus. Fide certum (*y*). Heinc tota Dei eſſentia cum omnibus ſuis adtributis participatur conſubſtantialiter identice a ſingulis Perſonis. II. Naturam inter & Perſonas eſt identitas eminentialis, aut non pure talis, id eſt mixta diſtinctione; quia natura identificatur cum Perſonis ab invicem diſtinctis: uti pariter inter Perſonas eſt diſtinctio eminentialis, ſeu realis non pure talis, id eſt mixta identitate; quia haec extrema diſtincta realiter, identificantur etiam in tertio, ſeu in natura (*z*).

719 III. Tres Perſonae diſtinguntur inter ſe realiter, ſuntque proprie numero tres, & ſpecie diverſae. 1. pars definita eſt ab Eccleſia (*a*). Et patet ex eo, quod relatio realis producentis & producti, ſpirantis & ſpirati importet eſſentialem inter extrema ſic relata diſtinctionem (*b*). Patet etiam 2. pars; tum quia non plures agnovimus Perſonas, quam tres, id eſt tria ſuppoſita, ſeu concreta, quae dicunt in recto Perſonas, & in obliquo naturam divinam, multiplicata videlicet ad recti multiplicationem (*c*): tum quia Pater ab Spiritu S. differt pluſquam numero; non enim differt a Filio in ſpiratione activa, in qua differt ab Spiritu S: ergo & a Filio differt pluſquam numero; nam inter omnes Perſonas aequa eſt diſtinctio vel numero, vel ſpecie (*d*).

OBJECTIONES.

720 Obj. contra III. Adſert., quoad 2. partem. Perſonae non differunt ſpecie. Nam 1.° Perſonae non habent diverſam naturam, uti diverſae ſpecies creatae: ergo nec diverſam ſpeciem. 2.° identitas cum tertio arguit extremorum inter ſe identitatem quam maximam poteſt: ergo

(*y*) Ex *ſupra* dictis n. 657. p. 367.
(*z*) *Viv.* heic q. 2. a n. 1.
(*a*) Ex *ſupra* notatis.
(*b*) Conf. *Rhod.* cit. §. 1.
(*c*) Ex Symbolo Athanaſiano. Lege *Rui.* diſput. 32. ſect. 9.
(*d*) Conſulendi *Zunniga* heic d. 5. dub. 6. n. 1. *Quir.* heic d. 29. n. 2. *Petav.* de Trin. l. 2. c. 7. 8. & deinceps.

ergo quum juxta fidem non arguat identitatem numericam, arguit ſpecificam. 3.° alioqui *Perſona* eſſet genus ad tres perſonas: quod videtur rationi diſſonum.

721 R. *N. Adſ.* quia differunt notabiliter, ſeu penes praedicata notabiliter, prudentum judicio diverſa, ut cuique notum eſt. Ad 1. prob. *N. Con.* Inde nec deberent diſtingui numero, quum nec numero diſtinguatur in illis natura divina. Ad 2. *N. Con.* Quoque fides cogit ad diſtinctionem ſpecificam, dum abſolute admittit diſtinctionem in extremis adeo diverſis. Ad 3. *C. Sequelam* in ſenſu formali, tanquam minime rationi diſſonam. (*e*)

722 QUAESTIO II. Quae ſit inter naturam, & perſonas diſtinctio? ADSERO I. Virtualis maxima intrinſeca (*f*). Quia de natura, & perſonis verificantur praedicata aliunde contradictoria, e. c. *natura communicatur Filio*, *Paternitas non communicatur Filio*, & id genus plura. Haec autem diſtinctio virtualiter realis, ſeu virtute aequivalens reali, nempe quoad effectum ſecundarium, eſt una eademque perfectio infinita, ratione cujus in ordine ad aliqua praedicata in ſe oppoſita, habet capacitatem ea ſimul recipiendi, perinde ac ſi eſſet multiplex reipſa entitas (*g*).

723 II. Heinc rejicitur Neotericus quidam Doctor, dum ſuis pro arbitrio praejactis fundamentis, exhibet naturam divinam quaſi conveſtitam aliquot virtualitatibus, ſeu entibus virtualibus, hoc eſt tribus perſonalitatibus, & praedicatis divinis contingentibus, quae quidem propterea reſpective ad naturam divinam non ſint ens, ſed aequivaleant enti in hoc, quod ſint differentia entis. Ipſe vero his ita excogitatis, ſaepe gloriatur, difficultatem diſtinctionis virtualis, totiuſque Trinitatis Myſterii penitus evacuaſſe, dum fere nullus eſt Author, qui ſuis circa id Arcanum cogitationibus penitus tandem adquieſcat.

OBJECTIONES.

724 Obj. *primo* contra 1. Adſert. Praefata diſtinctio virtualis ſuperflua eſt, ac inutiliter excogitata. Nam 1.° ſolum habet pro conſtitutivo perfectionem divinam: unde vis, & notio diſtinctionis inexplicatae relinquuntur. 2.° in via hujus diſtinctionis committitur circulus, ac idem explicatur per idem; nam dicitur, ideo de natura & perſonis verificari contradictoria, quia diſtinguntur virtualiter; ac diſtingui virtualiter, ſignificare duntaxat, quod de illis dicantur contradictoria. 3.° natura, & perſonae *ſola ratione* diſtinguuntur, ut ferunt communiter PP. cum Conc. Florent. ajente (*h*) *ne ipſam eandem ſubſtantiam re*, *& non ſola ratione a perſonis divinis differre credere videamur*. Et quidem haec diſtinctio verificat contradictoria in praedicatis identificatis, e. g. Dei juſtitia punit, miſericordia non punit, & id genus alia. *R. N.*

(*e*) Conſulatur *Quir.* proxime cit.

(*f*) *Suar.* heic l. 4. c. 4. n. 18. *Arria.* d. 42. a n. 51. *Compt.* d. 53. ſ. 3. 5. 6. *Rhod.* d. 6. q. 2. ſ. 1. §. 4. *Borr.* d. 12. n. 45. *Mun.* de Eſſent. & Attrib. d. 7. n. 91. *Viva* d. 5. q. 2. aliique e *NN.* permulti, adpellati propterea *Virtualiſtae*.

(*g*) Conf. *AA.* praecitatos.

(*h*) Seſſione 21.

725 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* perfectionem divinam utcumque, *N.* ut conciliantem in Deo contradictoria, quod nulli perfectioni creatae conceſſum eſt, *C.* Et en tibi notionem, vim, energiam hujus diſtinctionis, quae quidem non important formaliter reliquae divinae perfectiones ſub aliis formalitatibus conceptae. Ad 2. *N. A.* nam haec diſtinctio contracte ad Myſterium, quod ipſam, & totam ipſius difficultatem continet, ſolum eſt capacitas ad plures perſonas in Deo diſtinctas, ex qua ſubſequitur capacitas ad contradictoria intrinſeca. Ad 3. *D. A.* *ró ſola ratione*, excludente omnem diſtinctionem realem puram, *C.* omnem diſtinctionem virtualem, quae importat eſſentialiter identitatem realem inter naturam, & perſonas, *N.* PP. illi ſolum negant inter ea praedicata omnem diſtinctionem realem, quae reali identitati opponitur. Neque vero diſtinctio formalis per rationem ſatis eſt ad verificanda contradictoria intrinſeca, quae aliunde talia in Myſterio relucent.

726 Obj. *ſecundo*. Praefata diſtinctio repugnat. Nam 1.° eſt eadem cum formali Scotica; nam ſicut per iſtam una formalitas non eſt alia formalitas, ita per illam una virtualitas non eſt alia virtualitas. 2.° in nullo vero ſenſu poteſt natura de perſona negari, ne vere dicamus, *Filietas non eſt Deus*; at poſſet vere negari, admiſſa diſtinctione virtuali: ergo. 3.° diſtinctio realis facit, quod unum non ſit aliud; ſed idem facit haec diſtinctio virtualis; facit enim realiter, quod filietas *ſit producta*, & quod natura *non ſit producta*: ergo haec eſt realis; adeoque repugnans.

727 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* nam Scotica, uti adſtruitur a ſuis Patronis, eſt vera, & realis diſtinctio, vi cujus una formalitas non eſt realiter alia, quod quidem repugnat ſummae Dei ſimplicitati; at vi diſtinctionis virtualis, una virtualitas, quae eſt realiter alia, diſtinguitur modo virtualiter ab alia quoad verificanda contradictoria. His vocibus, reor, nonnulli utuntur, ut clarius diſtinctionis Myſterium percipiamus; re vera tamen nec una, nec multiplex virtualitas eſt, ſed unum, & idem diſtinguitur virtualiter a ſe ipſo, quatenus eſt ei virtus ad recipienda contradictoria. Ad 2. *N. Ma.*, ſi loquamur in ſenſu virtuali; quoniam vere dicimus, *Filietas non eſt virtualiter Deus*; quatenus ſcilicet filietas producitur, Deus vero, ſeu natura divina non producitur. Hanc plane negationem docet fides, unde & diſtinctionem virtualem, quae ab eadem negatione & realiter, & formaliter indiſtinguitur.

728 Ad 3. *N. Mi.* cum prob. ſubj. Nam diſtinctio virtualis qua talis ea non facit, ſed ſupponit facta in Myſterii praedicatis; additque inſuper, in ipſis virtute ſua conciliari ea, quae aliunde contradictorie repugnarent. Neque vero facit Myſterium, neque diſtinctio virtualis, quae eſt idem realiter cum Myſterio, quod filietas non ſit natura, id quod opus eſſet ad realem diſtinctionem hac in re admittendam. Fateor: obſcure capio, & loquor de obſcuriſſimo Myſterio. Sed repono

cum

cum *Cyril.* (*i*) *ſi inter Deum, & nos eſt incomprehenſibile intervallum, cur naturae noſtrae defectus, & infirmam intelligendi vim, tanquam canonem, & regulam Dei paeſiniamus?* (*k*)

729 Obj. *tertio* contra II. Adſ. cum Neoterico illo Doctore. Eo unice natura divina diſtinguitur virtualiter a Perſonis, quod natura ſit ens formale reſpective ad perſonas, & iſtae ſint ens virtuale reſpective ad naturam: quo fit, ut haec diſtinctio ſuis gaudeat extremis, quae ſint, & denominentur v i illius virtualiter diſtincta. Nam 1.° liquet ex CC. Synodus enim IV. General. (*l*) ſcribit, *neque unum, quod extra unum eſt, tria recipit, neque tria ſecundum quod tria ſunt unum admittunt*: ergo tria, vel tres perſonae, ſecundum quod tria ſunt, reſpective ad naturam non ſunt: ergo reſpective ad ipſam ſunt ens virtuale. Tum C. Tolet. XI. definit, *quum dicimus Deus, non ad aliquid dicitur, ſicut Pater ad Filium, Filius ad Patrem, vel Spiritus S. ad Patrem, & Filium, ſed ad ſe ſpecialiter Deus dicitur*: ergo natura divina eſt ens formaliter reale ſuum, & perſonarum.

730 2.° Liquet ex PP. quoniam ex Greg. Naz. (*m*) *relationis differentia diverſa eis nomina procreavit*. Et ex Cyr. Alex. (*n*) *in Patre, & Filio eſt modus quidam, & differentia, & valde aegre dijudicabitis proprietates utriuſque*: ergo perſonae reſpective ad naturam ſunt ens virtuale, quatenus aequivalent enti in hoc quod ſint differentia entis.

731 R. *N. Adſ.* Quandoquidem Deo eſt aeque identicum praedicatum *Paternitas*, ac ſit praedicatum *natura divina*: adeoque non eſt, cur praedicatum ſecundum non ſit ens virtuale reſpective ad primum, ſed e converſo primum ſit ens virtuale reſpective ad ſecundum. Tum quia *τὸ reſpective*, ſi aliter ſumatur, quam in ſenſu formali, falſum ſupponit; nam reſpectus idem eſt, ac relatio; ac nulla eſt ad invicem realis relatio inter naturam, & perſonas. Tum quia ejuſmodi diſtinctio non eſſet adaequate entitative virtualis, quia non haberet extrema paria, e quibus nempe unum eſſet ens formale, & aliud ens virtuale: ſiquidem diſtinctio realis petit extrema realia, & formalis formalia: unde & virtualis extrema virtualia expoſcet. Et vero quum haec diſtinctio re nulla ſit diſtinctio, ſed potius identitatis perfectio, nulla re poſcit extrema.

732 Ad 1. prob. *N. Adſ.* & utramque probationis *Conſ.* ab Arguente ad ſuum ſenſum detortam. Textus primus (ne dicatur, probare nimis) ſolum intendit exponere diſtinctionem noſtram virtualem. Siquidem natura non recipit tria ſuppoſita, quatenus ab eis diſtinguitur virtualiter; ac tria viciſim ſuppoſita non admittunt unam naturam, quatenus ab ea diſtinguntur virtualiter: quia enim realiter identice una natura eſt triplex perſona, ac perſona triplex eſt una natura. Textus ſecundus intendit, quod ad ſe ſpecialiter Deus dicitur, quatenus

(*i*) Ap. *Gisb.* de Trinit. tr. 2. q. 2. c. 1.
(*k*) Conſulendus *Gisbert* proxime laudatus, tum *Rhod.* cit. q. 2. ſ. 1. §. 4. & *Mun.* de Eſſ. & Adtrib. d. 7. a n. 110.
(*l*) Act. 11. de Trinitate.
(*m*) Oratione 15.
(*n*) Lib. dialog. de Trin.

non dicit ſpecialem relationem ad alium, qualem dicunt ad invicem perſonae, id eſt quatenus eſt ens abſolutum, non relativum. Ad 2. *N. Adſ.* & probationis *Conſ.* quia PP. per τὸ *differentia*, vel ſimilem vocem, ut ſummum intelligunt relationis diverſitatem, & diſtinctionem, quae vere eſt inter perſonas.

733 Obj. *quarto* pro eodem Syſtemate. *Natura divina* eſt eſſe, quod prae ceteris praedicatis, maxime, ſeu praecipue pertinet ad naturam divinam, & ad perſonas; ergo eſt ens formale ſuum, & perſonarum. *Quinto*. Natura eſt ens formale ſuum, & aliorum entium virtualium, nempe actuum Dei liberorum; haec enim aliter non identificarentur realiter formaliter inter ſe, quia non haberent idem eſſe formale: ergo pariter relate ad perſonas.

734 R. Ad *quartum*. *N. A.* quod implicat contradictionem in ſuppoſitione; quia ex parte rei inter praedicata adaequate identica entis, non datur, unum magis quam aliud ad ens pertinere: quare aeque ad naturam divinam, vel ad Deum pertinent cetera praedicata adaequate Deo identica, ac praedicatum *natura divina*. Et *D. Conſ.* eſt ens formale ſuum abſolutum, & perſonarum, *C.* ens formale relativum, *N.* Id autem ſolum probat diſtinctionem virtualem inter naturam & perſonas, prout a nobis adſerta eſt. Ad *quintum*. *N. A.* & prob. quia ad ejuſmodi identitatem ſufficit, quod ſit ens formale praedicatum quodlibet, identificatum adaequate cum omni eo, quod Deus importat identice.

§. II.

De Proceſſionibus earumque Principiis, ac Terminis.

735 QUAESTIO I. Quid, & quotuplex generatim ſit in Myſterio Proceſſio? ADSERO 1. Eſt origo, vel emanatio perſonae productae a perſona producente: quo deſignatur quaſi actio immanens, vitalis & neceſſaria perſonae divinae ex eadem ſubſtantia divina, ſine ulla ex imperfectionibus, quae in actionibus creatis reperiuntur. (*o*) Liquet ex proceſſione qua tali, quae definitur, *ratio, qua unum adcipit eſſe reale ab aliquo per influxum*.

736 II. Nomen *proceſſio*, apud Graecos Προοδον, ſeu *Prolatio* rei unius ex altera, jam a prioribus Eccleſiae Seculis apud Scriptores antiquiores invaluit, teſte *Tertul.* (*p*) Vere & proprie dictam perſonarum proceſſionem admittunt quotquot Myſterium fatentur. Eam diſerte pandunt *Scripturae*, cum *Pſ.* 2. 7. *Pſ.* 109. 3. *Eccli.* 24. 5. *Mich.* 5. 2. *Joan.* 8. 42. & 15. 26. tum *PP.* cum *Naz.* (*q*) *Damaſc.* (*r*) *Cyr. Alexandr.* (*s*) *Athan.* (*t*) *Aug.* (*u*) III. Una tantum in Myſterio eſt perſona improducta, nempe Pater,

(*o*) *Rhod.* q. 2. ſ. 2. §. 1. cum communi. Conſ. laud. *Serryus* t. 1. d. 2. praelect. 2.
(*p*) L. contra Praxeam c. 8.
(*q*) Oratione 37.
(*r*) L. 1. orthod. fid. c. 8.
(*s*) L. Theſauri adſert. 5.
(*t*) Orat. 2. contra Arianos.
(*u*) L. de fid. & Symbolo. c. 9.

Pater, & duae tantum ſunt perſonae productae, nempe Filius, qui a Patre procedit & generatur, ac Spiritus S. qui a Patre Filioque procedit, & ſpiratur. (*x*) Hoc fide certum, poſita Myſterii veritate.

737 QUAESTIO II. Num proceſſio activa, & paſſiva in Myſterio re identificentur, aut diſtinguantur? ADSERO. Identificantur. (*y*) Quia illud eſt proceſſio activa, quo Pater producit Filium; id autem eſt quoque proceſſio paſſiva, quum ſit id, quo Filius producitur a Patre. Et quidem quo pacto intelliges productionem Filii a Patre, quin hoc ipſo intelligas Filium productum? Eadem ergo productione eſt Pater producens, & Filius productus.

738 Heinc adpoſite *Joan.* vulgo dictus *a Monte nigro* differens in Conc. Florent. (*z*) *proceſſio namque videtur eſſe via ab uno in aliud, quae quidem a Patre accipitur*. Ob ſimilem rationem actio, & paſſio in creatis identificantur. Exinde vero liquet itidem, divinas proceſſiones in relativo conſiſtere, non in abſoluto; adeoque identificari realiter, & virtualiter cum relationibus. (*a*) Nam in divinis totum diſtinctionis fundamentum in producente, ac producto conſiſtit: ergo repugnat abſolutum producere, aut produci. (*b*)

OBJECTIONES.

739 Obj. *primo*. Proceſſiones activae, & paſſivae re diſtinguntur, quatenus activae ſunt in Patre reſpectu Filii, & in utroque reſpectu Spiritus; ac deinde paſſivae in Filio reſpectu Patris, ac in Spiritu reſpectu Patris, & Filii. Nam 1.° PP. docent perſonam producentem diſtingui, & conſtitui per productionem activam, productam vero per paſſivam. Sic enim Athan. (*c*) *nulla eſt differentia Patris, Filii, & Spiritus S., niſi in eo, quod gignere & gigni, emittere & emitti inter ſe differunt*. Idem fere ſentiunt Cyril. Alex. (*d*) Ambr. (*e*) Magiſt. (*f*) D. Th. (*g*) Bonav. (*h*) 2.° proceſſio activa nihil eſt aliud quam determinatio principii ad terminum; atqui paternitas e. c. eſt ſe ipſa intrinſece determinata ut producat Filium, uti filietas eſt ſe ipſa determinatio ut procedat a Patre: ergo.

740 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ii PP. non ſumunt gignere, per modum fluxus, viae, aut emanationis; ſed intelligunt principium, aut virtutem generandi, & quidem determinatam, atque connexam cum genito: id vero ſatis non eſt ad diſtinguendam proceſſionem activam a paſſiva. Ad 2. *D. Ma.* quam determinatio per modum actus primi, ſeu prin-

(*x*) Ex *Conc. Florent.* & *Symbolis Nicaeno* & *Athan.* Conferendi *Arri.* d. 44. n. 1. *Rhod.* cit. §. 2 *Borr.* d. 4. ſ. 2.

(*y*) *Bernuld* d. 5. n. 25. cum *Henrico Richard. Praepoſ. Bernal* contra Quir. d. 41. n. 7. &c.

(*z*) Seſſione 18.

(*a*) *Arri.* d. 46. n. 16. *Rhod.* cit. §. 3. *Borr.* d. 5. n. 3. *Zunniga* d. 2. dub. 7. a n. 1. cum *Mag. D. Th. Suar. Mol. Val.*

(*b*) Lege *Zunnigam* cit.

(*c*) Dial. 1. de Trin.

(*d*) L. Theſauri c. 5.

(*e*) L. 1. de fid. ad Gratian. c. 2.

(*f*) Lib. 1. ſent. diſt. 26.

(*g*) Heic q. 41. a. 1. ad 2.

(*h*) In 1. ſent. diſt. 26. q. 3.

principii, N. per modum actus secundi seu emanationis, quae in terminum productum referri debet, non in producentem, C. Heinc paternitas est determinatio ut Pater in actu primo, & per modum principii producat Filium; at filietas est determinatio, ut Filius in actu secundo, & per modum emanationis producatur a Patre. Quid? quod processio magis adcedit ad terminum, quam ad principium: subinde processio passiva identificatur cum termino producto, non vero activa cum principio producente. (*i*)

741 Obj. *secundo*. Divina processio consistit in absoluto, tum ex parte principii producentis, tum ex parte termini producti. Nam 1.° PP. vulgo tenent, Verbum procedere per intellectum & intellectionem, ac Spiritum per voluntatem & volitionem; sed haec sunt praedicata absoluta: ergo. 2.° ex Aug. (*k*) *Verbum est cognitio formata*: ergo Verbi productio cognitionem involvit.

742 R. N. *Adf.* Ad 1. prob: PP. loquuntur in sensu praesuppositivo: quatenus videlicet Verbum praesupponit intellectum & intellectionem, ac Spiritus voluntatem & volitionem, tanquam principium *quo* quasi forma (ut ita loquar) ipsi procedunt; non autem in sensu formali, quo nimirum intellectio, & volitio sint quasi actio productiva termini. Ad 2: Augustin. ut summum intendit, Verbum divinum esse terminum productum, qui specialiter praerequirit cognitionem in principio producente, vel cui specialiter adtribuitur cognitio, vel sapientia. (*l*)

743 QUAESTIO III. De qua linea sint divinae processiones? ADSERO. De linea intelligente ac volente, hoc est sunt proxime, & immediate per intellectionem & volitionem essentiales, aut toti Trinitati communes: sic enim processio prima, quae est generatio, est per intellectum, adeoque Filius procedit a Patre per intellectum; ac secunda, quae est spiratio, est per voluntatem, adeoque Spiritus procedit a Patre & Filio, uno Spiratore per voluntatem. (*m*) Quia saepe ab Scripturis, CC. & PP., Filius dicitur antonomastice sapientia, & Verbum Patris; sicuti & Spiritus, caritas & amor; atqui de ratione sapientiae, ac verbi est procedere per intellectum, ac de ratione amoris procedere per voluntatem: ergo. (*n*)

OBJECTIONES.

744 Obj. Sola natura divina est quasi conditio, seu adplicatio reddens proxime expeditum Patrem ad producendum Filium, ac Spiratorem ad producendum Spiritum; adeoque personae solum procedunt proxime per

(*i*) Consule *Borrullium* proxime laudatum.

(*k*) De Trin. l. 15. c. 7.

(*l*) Conferantur *Suar.* heic l. 9. c. 3. *Arvi.* d. 46. a n. 11. *Rhod.* q. 2. s. 2. §. 3. *Platelius* heic num. 234.

(*m*) *Rui.* d. 2. s. 2. 3. *Borr.* d. 4. n. 23. 31. cum *D. Th. Suar. Mol.* &c.

(*n*) Consulendus omnino *Ruizius* nostes proxime adductus

per naturam. Nam 1.° Hilar. (o) Aug. (p) aliique (q) docent, Filium procedere ex *natura Patris*. 2.° in creatis vis genitrix convenit ratione naturae, non vero ratione intellectus, & voluntatis: ergo & in divinis. 3.° ex naturae foecunditate provenit, quod ſint in Deo reales proceſſiones: ergo iſtae ſunt immediate per naturam ſolam.

745 R. *N. Adſ.* (r) Ad 1. prob: PP. per τὸ *ex natura Patris* intelligunt contra Arianos Verbum eſſe filium naturalem, aut per naturam, & non adoptivum, aut per gratiam: itemque procedere a Patre naturaliter, ſeu neceſſario, & non libere, ſeu contingenter. Ad 2. *D. A.* vis genitrix rei materialis, *C.* nam filius dicitur gigni a natura patris: rei ſpiritualis, *N.* quia cognitio dicitur partus intellectus, & amor voluntatis. Et *N. Con.* quia divina non patiuntur ſimilitudinem in omnibus cum creatis. Ad 3. *N. Con.* quia natura qua foecunda exigit communicari ad intra modo infinite perfecto, & naturae rationali perfectiſſimae conſentaneo; atque adeo proceſſionibus immanentibus ad intra per intellectum, & voluntatem. (s)

746 QUAESTIO IV. Undenam deſumatur earum proceſſionum diverſitas? ADSERO. Penitus ex parte terminorum procedentium, ac diverſimode exigentium communicari ſibi omnia divina praedicata abſoluta. (t) Quandoquidem Verbum, ejuſque proceſſio, utpote de linea intellectrice, exigit ſibi communicari illa omnia, quia intellectio ſunt, aut propter intellectionem, non vero propter volitionem: ac e converſo Spiritus, ejuſque proceſſio, utpote de linea volente, exigit, eadem ſibi communicari, quia volitio ſunt, aut propter valitionem, non vero propter intellectionem. Heinc tota diſtinctio verſatur inter exigentias terminorum, non inter exacta praedicata.

747 QUAESTIO V. Cur proceſſio Verbi, non vero Spiritus ſit generatio, ſeu origo viventis a vivente, tanquam a principio conjuncto in ſimilitudinem naturae, ut docet fides? (u) Varia varii. (x) Porro ad hanc Quaeſtionem anſam dederunt Macedoniani & Ariani, ubi Spiritus S. Divinitatem oppugnabant. Siquidem & illi (y) & iſti (z) objiciebant catholicis, quod ſi Spiritus procederet a Patre, ejus eſſet Filius & Verbi frater. ADSERO jam. Quoniam Verbum, non Spiritus, adcipit a Patre naturam foecundam, quum ab eo procedat formaliter in ſimilitudinem naturae, in aliud ſuppoſitum propagandae. (a) Equi.

(o) L. 1. de Synod.
(p) L. 15. de Trin.
(q) Ap. *Rui.* cit.
(r) Cum fere omnibus contra Durand.
(s) Vide ſis *Rui.* cit. & *Arri.* d. 44. num. 21. ſqq.
(t) Cum *Borr.* d. 8. n. 15. & communi contra Henric.
(u) Ap. *Rui.* d. 4. a ſ. 1. & *Zunnig.* d. 2. dub. 20. memb. 2.
(x) Ap. *Rhod.* cit. ſ. 3. *Borrull* d. 10. *Tourn.* de Trin. q. 2. art. 4. *Berti* heic l. 9. c. 3. prop. 1. & 2.
(y) Ap. *Athan.* epiſt. ad Serap.
(z) Ap. *Aug.* l. vulgo 1. contra Maximinum.
(a) *Zunni.* cit. memb. 9. cum *Bonav. Richard. Alen.* & *RR.* Univ. Salmanticenſis, tum *Viv.* heic q. 4. n. 2. cum aliis perdoctis Recentioribus, contra Suar. Rui. Rhod. Billuart, cum Schola Thomiſtica &c.

748 Equidem ex *Conc. Florent.* (quemadmodum laudari consuevit) *credentes Spiritum S. ex Filio nequaquam procedere, necesse est ut intelligant, Spiritum S. ex solo Patre procedere, & consequenter Verbum non esse Filium.* Ubi ex το' *consequenter* aperte liquet, quod Ecclesia latina contra Graecos putet optimam hanc illationem: si Verbum non spiraret, non esset filius. Sentit ergo adceptionem naturae foecundae essentialiter ad rationem filii pertinere. Consonat *Basil.* (*b*) docens, Spiritum non posse dici filium Filii, quia ex eo alius non procedit. Et quidem generatio ex naturae instituto eo tendit, ut natura deinceps perenniter propagetur, ut patet in creatis: ergo exinde petenda est ratio adserti discriminis in divinis. (*c*)

OBJECTIONES.

749 Obj. *primo*. Ad rationem filii non requiritur virtus propagatrix naturae in aliud suppositum. Nam 1.° si sit homo intrinsece infoecundus, ab alio homine productus, erit ejusdem filius. 2.° feminae non habent virtutem propagatricem naturae, quum non concurrant active ad generationem; at dicuntur filiae. 3.° Leopardus, & Lycisca, seu natus ex lupo & cane, ac similes generare nequeunt, & tamen filii dicuntur.

750 R. *N. Adsf.* Ad 1. prob: ejusmodi homo nec esset filius, cui competeret generationis notio, nec haberet eandem specie naturam cum suo principio. Ad 2: feminae, ex sententia sat probabili, praestant influxum activum, seu seminationem, utpote generationi perneccessariam. Ad 3: vel illa bruta non sunt perfecti, ac univoce filii, quum non adcipiant perfecte generantis similitudinem, vel ipsis inest virtus intrinseca propagatrix naturae, etsi ut plurimum non generent, ob impedimenta loci, seu aliunde provenientia.

751 Obj. *secundo*. De ratione filii est adcipere naturam ut foecundam ad generandum, ut patet in filio creato; atqui talis non est in divino Filio: ergo. Inde potius participat rationem filii creatus filius, quam increatus; illeque similior est patri suo, quam iste. *Tertio*. Si Spiritus non procederet a Filio, hic nullam haberet virtutem propagandi naturam in aliud suppositum; sed nihilominus esset Filius: ergo virtus illa non est de ratione filii. *Quarto*. Christus Dominus est filius Beatissimae Virginis; sed Christi generatio non intendit similitudinem in natura; nam terminus est Deus-homo, vel divinum suppositum, cui non adsimilatur Beata Virgo: ergo similiter illa non est de conceptu filii, seu generationis qua talis.

752 R. Ad *secundum*. *N. Ma.* Quia Verbum est filius, & non generat, sed spirat. Convenit autem divinus filius cum creato, quia uterque adcipit a patre virtutem utcumque propagatricem naturae in aliud suppositum; ac deinde differt, quia divinus propagat naturam per iden-

(*b*) L. 5. cont. Eunom. c. 12.

(*c*) Plura, & quidem selecta de generatione divina laud. *Rui.* & *Petav.* de Trin. l. 5. c. 6. & alias sparsim, tum l. 7. c. 13. ubi plures propositi discriminis rationes adfert e documentis veterum Patrum.

identitatem; creatus vero per generationem, terminatam ad naturam, a se realiter distinctam. Filius divinus est patri similior, & simillimus, quoniam uterque propagat naturam per eandem virtutem formalem, qua Spiritus spiratur. Praescindit ergo ratio filii a virtute generandi.

753 Ad *tertium*. *N. Mi.* Tunc esset duntaxat secunda persona procedens, uti nunc. Ad *quartum*: per Christi generationem ex vi principii conjuncti, ex parte Deiparae intenditur, & habetur similitudo in natura humana: at vero suppositum, quod sit homo-Deus non intenditur ex parte ipsius, sed tantum ex vi divini concursus ipsam elevantis ad producendam unionem hypostaticam cum Verbi subsistentia. Neque vero similitudo in creatis debet esse cum subsistentia, sed cum natura, quae subsistit,

754 Obj. *quinto*. Si ad rationem filii sit necessaria virtus propagatrix naturae, filietas consisteret in ejusmodi virtute; atqui in ea virtute non consistit Verbi filietas, sed solum in spiratione activa, per quam utique secunda persona est prae tertia similior suo principio: ergo. *Sexto*. Ex Ambr. (*d*) *mihi impossibile est generationis Verbi scire secretum*. Ac similiter sacro quodam horrore deterriti, effantur PP. Nazian. (*e*) Aug. (*f*) Cyril. (*g*) Damasc. (*h*): ergo temere nos venerandum hoc arcanum explanare conamur.

755 R. Ad *quintum*. *D. Ma.* consisteret in ejusmodi virtute radicali, & remota, *C.*, quia haec est filii generatio, quae quum producta sit, potest esse origo viventis a vivente; immo potius est adceptio virtutis propagatricis, quam ejusmodi virtus: consisteret in ejusmodi virtute formali, & proxima, *N.* quia haec tum quoad Patrem, tum quoad Filium consistit in spiratione activa, communi utrique. Et *D. resp. Mi.* & *Conf.* Porro dicimus, & vere quidem, inesse divino Filio qua tali virtutem formalem propagatricem naturae per spirationem activam, sibi identicam.

756 Ad *sextum*. *N Con.* Nos, & alii TT. hoc Mysterium secretissimum reverenter exponimus, quin expositionis intendamus certitudinem, sed probabilitatem, quae nobis ex eo major adparet, quod de facto subsistat ratio nostrae sententiae; quod nimirum Filius vi suae processionis adcipiat naturam ut foecundam, non vero Spiritus S. Alioqui fere circa cuncta Mysteria TT. temere disputarent. (*i*)

757 QUAESTIO VI. Quodnam sit principium *quo* productivum processionum, id est virtus immediate productiva Filii, & Spiritus S.? Adsero. Consistit formaliter in absoluto, seu natura divina, connotante in obliquo relativum, tanquam conditionem, aut virtutis complementum (*k*). Quia ex *CC.* & *PP.* habemus, Filium esse prolem intellectus

(*d*) L. 6. in Luc.
(*e*) Orat. 1. de Filio.
(*f*) L. 3. contra Maximin.
(*g*) L. 2. de Trin.
(*h*) De fide orthod. l. 1. c. 10.
(*i*) Conf. *Zunni.* & *Viv.* citt. *Martin.* heic d. 24. s. 4. *Plat.* cit. a n. 247. *Petav.* l. 7. c. 13. *Bertius* de Trin. l. 9. c. 3. prop. 3.
(*k*) *Rhod.* q. 2. s. 4. §. *Dico* 3. *Viv.* q. 3. n. 1. 2. cum *Suar. Vaz. Rui.* contra Simonn. tr. 2. d. 5. art. 5. & alios.

ctus, & Spiritum amoris (*l*). Et quidem illud ſolum in Myſterio eſt formaliter principium productivum, aut foecundum, quod eſt communicabile (*m*); atqui ſola eſſentia eſt communicabilis, non relatio: ergo illa ſola eſt principium foecundum. Idem dixeris de principio *quo* proceſſionum communicativo (*n*).

OBJECTIONES.

758 Obj. Repugnat hujuſmodi principium *quo*. Nam 1°. ſaepe CC. & PP. videntur tribuere relationibus virtutem proximam generandi, & ſpirandi. 2.° principium influens realiter in terminum, ab iſto diſtinguitur realiter; atqui principium *quo* productivum influit realiter in terminum: ergo. 3.° hoc principium refertur ad ſuum terminum: ergo ab eo diſtinguitur. 4.° ipſum eſt ratio diſtinguendi principium *quod* a termino producto; at non alia ratione relatio Patris diſtinguitur a Filio, niſi quia eſt ratio diſtinguendi Patrem a Filio: ergo. 5.° Pater eo praeciſe diſtinguitur a Filio, quia eum generat: ergo potiori jure vis genitrix Patris, ſeu principium generativum *quo* diſtinguitur realiter a termino genito, ex adagio, *propter quod unumquodque tale, & illud magis*.

759 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: CC. & PP. loquuntur de exercitio producendi, ſeu de complemento virtutis, neceſſario ad principii munus exercendum; haec enim virtus repoſita eſt in abſoluto, non quomodocumque, ſed prout completo relationibus, uti alii *PP.* cenſent, nempe *D. Th.* (*o*) & apud ipſum (*p*) *Hilar. Damaſc. Mag.* itemque *Baſil.* & *Aug.* apud *Vivam* (*q*).

760 Ad 2. *D. Ma.* ab ipſo diſtinguitur realiter adaequate, *N.* inadaequate penes obliquum, *C.* Si vero ad principium *quod* in divinis ſatis eſt haec inadaequata diſtinctio a termino producto, ut omnes fateri tenentur, eccur ad principium *quo* non ſufficiat? Et *Perm. Mi.* quia ſolum principium *quod*, ſeu perſona, & non *quo*, denominatur influens & producens. Et *N. Con.*

761 Ad 3. *D. A.* refertur penes abſolutum, *N.* penes relativum, *C.* Et *D. reſp. Conſ.* Ad 4. *D. Ma.* eſt formaliter penes rectum ratio diſtinguendi &c. *N.* eſt illative penes obliquum relativum &c. *C.* Et *D Mi.* quia eſt ratio formaliter diſtinguendi, *C.* illative diſtinguendi, *N.* Ad 5. *N. Con.* Adagium valet in cauſſa finali, nam ſi pauper diligatur propter Deum, potiori jure diligitur ſubinde Deus; non autem univerſaliter in cauſſis phyſicis; homo enim cognoſcit propter cognitionem, quin haec ſubinde cognoſcat. Quocirca ex quo Pater diſtinguatur a Filio propter vim genitricem, non conſequitur, vim iſtam diſtingui, ſaltem penes rectum, a Patre, aut Filio. (*r*)

QUAE-

(*l*) Ap. *AA* prox. citt.

(*m*) Ex laudato *Joan.* in Conc. Florent. ſeſ. 18.

(*n*) Hanc in rem plura *Borr.* d. 7. ſ. 4.

(*o*) Heic quaeſt. 41. a. 5. per tot.

(*p*) Ibidem.

(*q*) Ubi proxime eum laudavimus.

(*r*) Conf. *D. Th.* q. 41. a. 5. *Suar.* l. 6. c. 5. *Rhod.* cit. *Arri.* d. 45. a n. 31.

761 QUAESTIO VII. Quinam ſint termini earum proceſſionum? ADSERO I. Terminus *quo*, ſeu formalis proceſſionis divinae, quatenus productio eſt, ſola eſt relatio perſonae productae, nimirum in Filio filietas, & in Spiritu ſpiratio (*s*). Quia ejuſmodi terminus ille eſt, qui immediate, ac integre producitur, nempe ſola Perſonae productae relatio; ſiquidem natura divina, & quae producenti, productoque communia ſunt, improducta manent. II. Terminus *ad quem*, alter eſt formalis productus, ſcilicet perſonalitas; alter formalis communicatus, nempe eſſentia divina; alter demum totalis, videlicet perſona producta: haec autem optime dicitur fieri ex aliquo, quatenus hoc tantum ſonat, retinere aliquid perſonae producentis; ſiquidem perſona producta perſonae producentis eſſentiam retinet. (*t*)

§. III.

De Relationibus.

762 QUAESTIO I. Quid, & quotuplex ſit divina Relatio? ADSERO I. Eſt perfectio, qua altera diverſa perſona aliam reſpicit, & cum illa comparatur, tanquam principium, vel principiatum (*u*). Certo de illa conſtat, tum ex *Scripturis*, quae Myſterium exhibent; tum ſignanter ex *Conc. Tolet.* XI. (*v*) cui conſonant diſerte *PP.* cum *Aug.* (*x*) & *Damaſc.* (*y*) *Nazianz.* (*z*) *Athan.* (*a*) *Nyſſen.* (*b*) *Cyr. Alex.* (*c*) *Hilar.* (*d*) *Boët.* (*e*) *Anſel.* (*f*) *Bernard.* (*g*) tum ex congruenti ratione: quia ubi datur vera productio & generatio, neceſſario datur relatio producentis ad productum, & generantis ad generatum. Quin etiam perſonae divinae ſolum ratione oppoſitionis diſtinguuntur realiter; at in Myſterio nulla eſt oppoſitio, niſi relativa: ergo.

763 II. Relationes divinae ſunt reales, tum reſpectu perſonae, in qua ſunt, tum reſpectu perſonae, ad quam referuntur (*h*). Quia Relationes ſicut ſunt realiter in ſuppoſitis ſuis, ita & ad ſuos terminos. Ac deinde in relationibus idem realiter eſt, eſſe in perſona, ac eſſe ad perſonam; alioqui paternitas (idem de aliis) eſſet duplex relatio.

(*s*) *Borr.* d. 9. ſect. 2.

(*t*) Plura in hanc rem *Rhod.* q. 2. ſ. 2. §. 4. & *Borr.* d. 9. ſect. 2. cit. n. 5. Legatur *Berti* l. 9. c. 3. prop. 2. ubi commendat DD. Scholaſticos, qui divinas proceſſiones tanta doctrinae varietate conati ſunt illuſtrare.

(*u*) *Suar.* l. 5. c. 1. *Rui.* d. 9. a ſ. 2. *Amic.* d. 19. ſ. 1. *Rhod.* q. 2. ſ. 7. §. 1.

(*v*) In Confeſſione fid.

(*x*) V. de Trin. c. 15. & tr. 39. in Joannem.

(*y*) L. 1. de fid. c. 8.

(*z*) Orat. 37. quae eſt. 5. de Theol.

(*a*) Orat. 3. cont. Arian. & dial. 1. & 2. cont. Anom. de Trin.

(*b*) Epiſt. cont. Apollinar.

(*c*) L. 1. Theſauri c. 6.

(*d*) L. 7. de Trin.

(*e*) L. de Trin. & l. de praedicatione perſonar.

(*f*) De Incarn. Verbi c. 3.

(*g*) Epiſt. 190. ad Innocent. P.

(*h*) *Amic.* cit. n. 3. *Borr.* d. 12. n. 10. contra Cajet. Capreol. & Aureol.

latio. Idem ergo realiter eſt in relationibus eſſe *in*, ac eſſe *ad*, ut loquuntur *AA.* (*i*)

765 III. Poſito, quod relatio tranſcendentalis ſit reſpectus ad terminum eſſentialis fundamento, & praedicamentalis ſit reſpectus ad terminum fundamento extra eſſentialis, paternitas quidem, & filietas ſunt Relationes tranſcendentales, itemque Spiratio: at Relatio Spiratoris reſpectu Patris & Filii erga Spiritum S. eſt praedicamentalis. (*k*) Ratio 1. partis: quia Pater per ſe ipſum, & non per Paternitatem diſtinctam reſpicit Filium; & Filius per ſe ipſum, non vero per Filietatem diſtinctam reſpicit Patrem. Ratio 2. quia Pater, & Filius non per ſe ipſos reſpiciunt Spiritum S. ſed per ſpirationis relationem, ipſis extra eſſentialem, & ab ipſis virtualiter diſtinctam.

766 IV. Divinae Relationes quatuor ſunt, paternitas, filietas, ſpiratio activa (hoc eſt principium paſſivae) & ſpiratio paſſiva: ex quibus tres ſunt realiter diſtinctae; ac ſpiratio activa virtualiter ſolum a paternitate, & filietate differt, ac realiter ab ſpiratione paſſiva (*l*). Quia in primis duo tantum ſunt principia producentia, duoque termini producti: ergo & duae tantum relationes principiorum producentium, nempe paternitas, & ſpiratio activa; duaeque relationes terminorum productorum, ſcilicet filietas, & ſpiratio paſſiva.

767 Deinde (*m*), Pater, & Filius ſunt unicum Spiritus Sancti principium, ad quem propterea referuntur unica ſpiratione activa, quae eſt ipſa relatio ſpiratoris; Pater autem ſola paternitate, utpote virtute genitrice, reſpicit Filium, hicque ſola filietate reſpicit Patrem: ergo ut uterque unica ſpiratione Spiritum S. reſpiciat, admittenda eſt unica ſpiratoris relatio, utrique communis. Inſuper de ſpiratione activa, ac de Patre, & Filio verificantur praedicata centradictoria: ergo diſtinguntur virtualiter (*n*). Tandem ſpiratio activa non differt realiter a Patre, & Filio, ne admittamus in Deo, cum Cajet. & Gregorio, numerum realem pluſquam ternarium, contra fidem: ergo differt tantum virtualiter a paternitate, ac filietate (*o*).

OBJECTIONES.

768 Obj. *primo* contra II. Adſert. Repugnant Deo Relationes reales. Nam 1.° Boët. (*p*) negat *ad aliquid* praedicari de Deo. 2.° Relatio non facit extrema diſtincta, ſed illa jam diſtincta ſupponit, ut patet in creatis: ergo perſonarum diſtinctio in divinis peti nequit a relationibus. 3.° commune eſt tribus perſonis dici ad aliquid: ergo. 4.° relatio eſt ordo unius ad aliud; atqui inter perſonas non eſt ordo; tum quia quidquid in Deo eſt, Deus eſt, ac ejuſdem ad ſe non eſt ordo realis;

(*i*) Cum *Amic.* & *Borr.* citt.

(*k*) *Borr.* d. 12. n. 26. 27. contra Zunï. & Arri. d. 48. ſ. 2.

(*l*) *Zuñi.* q. 28. d. 3. dub. 10. n. 1. cum *Mag. D. Th. Amic.* d. 19. ſ. 1. *Rhod.* proxime cit. §. 2. *Borr.* cit. a n. 15. cum *Mol. Vaz.* & communi.

(*m*) Ex *CC. Lugdun.* & *Florent.* ap. *Rhod.* cit.

(*n*) Uti vulgo docent *TT.* contra Quir. d. 32. n. 5.

(*o*) Conf. *Zuñi.* & *Rhod.* citt.

(*p*) L. 1. de Trin. c. 6.

realis; tum quia ordo dicit, vel ſupponit dependentiam unius ab alio, quae perſonis repugnat; tum quia in Deo non eſt ordo realis ad creaturas, ab ipſo procedentes: ergo nec eſt in perſona ad aliam, procedentem ab ipſa.

769 R. *N. Adſ.* cum *Conc. Later.* (*q*) *Joan. de Monte nigro* (*r*) *Conc. Tolet.* XI. (*s*) & communi PP. (*t*) Ad 1. prob. *D. A.* de Deo ut uno, *C.* ut trino, *N.* Quia idem Boët. (*u*) ait: *ſubſtantia praebet unitatem, relatio multiplicat Trinitatem.* Ad 2. *Perm. A.* Et *N. Con.* quia in creatis vel eſt adcidens, vel petit extrema aliunde diverſa in natura; at in divinis eſt ſubſtantia, petitque extrema, quae eadem natura gaudent. Ad 3. *D. A.* dici ad aliquid relatione unica, *N.* diverſa, *C.* Ad 4. *N. Mi.* tum quia eſt ordo ejuſdem ad ſe, in eo, in quo non eſt idem, propter originem unius ab alio: tum quia ordo non dicit, vel ſupponit dependentiam, ſed ſolam connexionem unius cum altero: tum quia licet Deus non referatur ad creaturas, eo quod ſint diverſi ordinis; quoties tamen producens & productum ſunt ejuſdem ordinis, neceſſe eſt, ut ab invicem referantur.

770 Obj. *ſecundo*. Relationes nequeunt dici de aliquo, niſi aut ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum adcidens. De Deo tamen uequeunt dici ſecundum adcidens, quum nullum in eo ſit. Nec ſecundum ſubſtantiam; quia quum relatio efficiat diſtinctionem, eam efficeret in ſubſtantia, ſeu in eſſentia, quae proinde una non eſſet in perſonis. *Tertio*. Penes relationes nec reperitur in Deo fundamentum, nec ratio fundandi.

771 R. Ad *ſecundum*. *N. Adſ.* Quippe quod de aliquo dicitur in ordine ad alium, non dicitur formaliter, nec ſecundum ſubſtantiam, nec ſecundum adcidens, ſed ſecundum eſſe relativum, quod ex ſua ratione abſtrahit a ſubſtantia, & adcidenti. Ad *tertium*: pro fundamento adſignari poteſt natura, prout eſt quaſi radix, cunctas relationes continens: pro ratione fundandi, origo paſſiva perſonae productae, quatenus eſt via, fluxus & emanatio a Perſona producente (*x*).

772 Obj. *quarto* contra IV. Adſert. Relationes ſunt quidem plures, vel pauciores, quam quatuor. Nam 1°. aequalitas, ſimilitudo, & perplura praedicata ſunt quaedam in Deo relationes. 2.° actio unica ſufficit, per quam effectus reſpiciat cauſſam, & haec effectum: ergo poteſt per unicam relationem Pater reſpicere Filium, & Filius Patrem. 3.° ex Conc. Later. IV. (*y*) in Deo *Trinitas eſt ſolummodo, non quaternitas*: ergo nec relationum quaternitas.

773 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. illa praedicata non ſunt relationes reales, ſed rationis tantum. Ad 2. *N. Con.* quia actio ſolum extrinſece denominat agens in creatis; at relatio denominat perſonam intrinſece relatam in divinis: quocirca licet inter Patrem, & Filium unica ſit generatio, relatio tamen duplex eſt. Ad 3. *D. Conſ.* quaternitas diſtincta

(*q*) Sub Innoc. III. C. *Damnamus*. de Summa Trinitate.
(*r*) In Conc. Florent. ſeſ. 18.
(*s*) In Confeſ. fid.
(*t*) Ap. & cum *D. Th.* heic q. 28. a. 1.
(*u*) Ibid. ubi laudatur, c. 12.
(*x*) Conferendi *D. Th.* q. 28. a. 1. *Rhod.* cit. *Gotti* heic tr. 7. q. 3. dub. 1. §. 2. *Giſbert* heic q. 2. c. 2. art. 2.
(*y*) Cap. II.

realiter a tribus Perſonis, quam damnat Concilium, *C.* diſtincta ſolum virtualiter a Patre, & Filio, *N.*

774 Inſiſtis. Non eſt quarta realis relatio ſpiratoris. Nam 1.° nec ejus meminerunt CC. nec PP. immo illam videntur rejicere, dum ſaepe ſtatuunt tres tantum proprietates perſonales poſitivas (*z*). 2.° etſi tres perſonae ſint unum reale principium per unam creationem, ſufficit in eis Creatoris relatio per rationem: ergo & relatio ſpiratoris eſt per rationem, & non realis, licet Pater & Filius realiter ſpirent una ſpiratione, tanquam unum principium. 3.° Perſona jam conſtituta per relationem non eſt ulterius referibilis per aliam relationem realem; alioqui quum haec non ſit ipſi per ſe neceſſaria, eſſet per quandam reſultantiam, aut modum adcidentalem, Deo indebitum. 4.° ſi haec relatio ſit Patri, Filioque communis, non erit inter eos oppoſitio.

775 R. *N. Adſ.* quia Pater & Filius ſunt principium Spiritus; ac inter principium, & id, quod ab ipſo realiter emanat, eſt relatio realis mutua, quando in producente, ac producto eſt eadem natura. Ad 1. prob: antiqui eam non noverunt ſub nomine *Relatio Spiratoris*, ſed ſub nomine *Proceſſio Spiritus*, ſub quo illam ſaepe innuunt, nunquam negant. Porro *Conc. Tolet.* XI. ubi dixit (*a*) perſonas divinas *ad invicem* referri, indicavit, relationes divinas mutuas eſſe, adeoque reales in utroque extremo. Patres indicati loquuntur de proprietatibus conſtituentibus, & diſtinguentibus perſonas, e quibus non eſt quarta relatio Spiratoris, quam tamen ſubinde a perſonis non excludunt.

776 Ad 2. *D. Conſ.* ex eo praeciſe, quod ſint unum ſpiritus principium, *Eſto*: adtenta ratione talis principii, *N.* Quum *Aug.* (*b*) hac ratione comparat Spiratorem ad Creatorem, ſolum adponit ſimilitudinem in unitate principii, non in modo relationis. Ad 3. *N. A.* fundamentum ad relationem aliam ſpiratoris ſitum eſt in virtute ſpirandi communi utrique, ſupponente tanquam conditionem neceſſariam, Patris, & Filii relationes. Reſultantia illa, ſi qua ſit, erit tantum per rationem, utique proveniens ex intrinſeca perfectione, nec requirens terminum diverſae naturae. Ad 4. *D. A.* non erit oppoſitio quoad relationem ſpiratoris, *C.* quoad alias notionales relationes, *N.* (*c*).

777 QUAESTIO II. Num hae Relationes ſint diſtinctae virtualiter ab Eſſentia, ſeu ut inſpectae ſeorſim ab Eſſentia, habeant propriam exſiſtentiam relativam, & notionalem? ADFIRMO (*d*). Quoniam ut ſic etiam diſtinctae habent propria conſtitutiva relativa: ergo & proprias exſiſtentias relativas; quum rei eſſentia, vel conſtitutivum, ejuſque exſiſtentia unum idemque ſint. Et quidem quodvis reale conſtitutivum eſt entitas

(*z*) Ap. Conc. Later. Cap. *Firmiter.* & Cap. *Damnamus*. tum Baſil. epiſt. 43. & Damaſc. l. 1. de fid. c. 10. 11.

(*a*) In Confeſſione fid.

(*b*) V. de Trin. c. 14.

(*c*) Conferantur *Suar.* heic l. 5. c. 4. & deinceps, *Rhod.* cit. *Plat.* a n. 256.

(*d*) Cum communi *NN.* ap. & cum *Borr.* d. 12. n. 48. contra Thomiſtas, cum Pau. a Conc. tr. 6. d. 2. n. 23. & Billuart heic diſſ. 3. art. 4.

tas actualis. Neque vero relationes ſic adceptae nihil omnino ſunt, ſed aliquid. Heinc *Rich. Victor.* (*e*) adpoſite urgebat, *quot igitur in Trinitate Perſonae, tot incommunicabiles exſiſtentiae.*

OBJECTIONES.

773 Obj. *primo*. Adſertum oppugnant Patres. Nam ex Aug. (*f*) *quod enim eſt, ad ſe dicitur*: ergo eſſe, vel exſiſtere, non multiplicatur in Deo. Deinde ex D. Th. (*g*) *nullo modo concedendum eſt, quod aliud ſit eſſe relationis in divinis, aliud Eſſentiae*. Demum ex Damaſc. (*h*) relationes ſunt modi exſiſtendi divinitatis: ergo non ſunt exſiſtentiae relativae, ſed exſiſtunt per eandem naturae exſiſtentiam, quae ſatis ſuperque eiſdem communicatur ad denominationem exſiſtentis.

779 R. *N. Adſ.* Equidem Aug. & Th. loquuntur de eſſe abſoluto Dei, non de eſſe, ſeu exſiſtentia relativa perſonarum. Ac praeterea Damaſc. adpellat modos, non quod in ſe non ſint exſiſtentes, modi ſiquidem in creatis exſiſtunt; ſed quod non reddant naturam formaliter exſiſtentem, ſed ſolum perſonas quoad eſſe relativum. Porro ap. *Aug.* (*i*) *aliud Deo eſt eſſe, aliud Patrem eſſe*: eſt ergo, aut exſiſtit qua Deus, & qua Pater. Naturae demum exſiſtentia ſufficit perſonis ad denominationem exſiſtentis abſoluti, non vero exſiſtentis relativi.

780 Obj. *ſecundo*. Adſertum oppugnat ratio. Nam 1.° exſiſtentia in Deo eſt actus purus, ſeu nulla admixtus potentialitate: ergo ſi exſiſtentiae relativae ſint tres, totidem erunt actus puri, totidemque individua, contra D. Aug. qui (*k*) ex tribus individuis infert tres Deos. 2.° Heinc eſſent in Deo tres relativae aeternitates, & immenſitates, contra ſymbolum Athanaſianum, *non tres aeterni, ſed unus aeternus; non tres immenſi, ſed unus immenſus*: ergo.

781 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Conſ.* totidem actus puri relativi, totidemque individua relativa, *C.* abſoluti, & ab oluta, de quibus loquitur Aug. *N.* Nec nomen actus puri adcipitur ſemper a PP. pro actu eſſentiali, nec negari poſſunt in Deo tria individua relativa, nam perſonae non ſunt tres immediate formaliter ex unitate naturae, ſed ex propria relatione. Heinc *Damaſc.* (*l*) docuit, *numero, non natura, differre divinas Hypoſtaſes*. Ad 2. *C. A.* quod non opponitur ſymbolo, cujus verba, cum communi Patrum, & Eccleſiae conſenſu, ſupponunt pro aeternitate, ac immenſitate abſolutis, non pro relativis, quae quidem ut contractae ad ſingulas perſonas, eodem modo in ipſis opponuntur, ac relationes. Et *N. Con.* (*m*)

782 QUAESTIO III. Num Relationes ut ſic diſtinctae ab eſſentia, vel ratione ſui dicant propriam perfectionem: ac qualis, & quotuplex

(*e*) L. 4. de Trin. c. 17.
(*f*) L. 7. de Trin c. 4.
(*g*) I. p. q. 3. a. 2. ad 11.
(*h*) De fid. l. 1. c. 10.
(*i*) Proxime laudatum.
(*k*) L 7. de Trin. c. 3.
(*l*) L. 3. de fid. c. 4. & 8.
(*m*) Legito *Suar.* hic l. 3. c. 5. ac deinceps, *Arria.* d. 49. ſ. 2. *Tourn.* q. 5. de Trin. art. 2.

tuplex illa ſit? ADSERO 1. Sic habent etiam perfectionem porpriam. (n) Quia ſic ſunt ratio diſtinguendi realiter unam perſonam ab alia, adeoque conſtituendi Trinitatem in perſonis, quod maxima bonitas eſt, aut perfectio, Deum ad ſui amorem adliciens. Heinc ap. *Cyril. Alex.* (o) *Pater divinus perfectus eſt, non ſolum quia Deus, ſed etiam quia Pater*, & ap. *Conc. Nicaenum* (p) definitur, *Verbum eſſe Perſonam perfectam ex perfecta*. (q)

783 II. Tantam habent perfectionem intenſivam, quantam divina eſſentia. (r) Quia alioqui relationes eſſent poſitive imperfectae; minoritas enim in perfectione eſt poſitiva imperfectio. Inſuper quaelibet relatio eſt ratione ſui ſimpliciter infinita perfectio in omni genere, quemadmodum eſt eſſentia; ſic enim continet perfectiones omnis generis, nimirum alias formaliter, nam dicit formaliter ſuam perfectionem; & alias eminenter, nam dicit identitatem immediatam cum omni perfectione abſoluta Dei, & mediatam cum omnibus perfectionibus relativis: ergo. (s)

784 III. Sunt tres perfectiones relativae realiter diſtinctae; & quidem omnino ad invicem aequales. (t) Ratio 1. partis, quia ſic conſtitutae ſunt tres relationes: ergo & tres perfectiones: etenim relationum multiplicatio efficit, ut neceſſario multiplicentur praedicata tranſcendentia, e. g. quod ſint tres exſiſtentiae relativae, tres bonitates &c. non enim ſunt unum relativum: ergo ſunt plura; ceteroqui prout ſunt tres relationes, eſſent purum nihil. Ratio 2., quae aliquibus de fide eſt; quia ſi Pater e. g. diceret aliquam majorem perfectionem, quam Filius, inter Trinitatis Perſonas qua tales eſſet aliquid majus, & minus, contra ſymbolum Athanaſianum: ergo tanta perfectio eſt in Filio generari, ac in Patre generare, & ſic de reliquis cujuſque perſonae adtributis.

OBJECTIONES.

785 Obj. *primo* contra 1. Adſ. In Deo non eſt perfectio relativa. Nam 1.° PP. plerumque negant Deo tres magnitudines, & unicam concedunt ab eſſentia unica; eiſque conſonant Aug. (u) & D. Th. (x) atqui in Deo non eſt alia magnitudo, quam perfectio: ergo. 2.° perfectio penſatur per ordinem ad ſubjectum perfectibile; at relatio non reſpi-

(n) *Suar.* heic l. 3. c. 9. *Arri.* d. 49. a n. 1. cum *Vaz. Penaf.* tr. 14. d. 28. n. 6. *D. Bonavent. Alenſ. Alarc.* &c. *Rhod.* cit. ſ. 7. §. 3. *Borr.* d. 12. ſ. 6. *Juen.* par. 2. diſſ. 3. q. 5. *Perrimez.* diſſ. 113. *Amic.* d. 19. n. 199. cum *Bacon. OKam.* &c. *Berti* l. 9. c. 5. prop. 3. *Serryus* cit. t. 1. d. 2. praelect. 5. *Poncius* d. 9. n. 36. cum ſuo *Scoto*, *Simonn.* tr. 2. d. 5. art. 5. contra Cai. cenſentem. Relationes in ſe nec perfectionem dicere, nec imperfectionem, cui ſubſcribunt Pau. a Conc. cit. n. 49. Eſp. Viv. Fraſſ. tr. 3. d. 2. ar. 2. q. 3. concl. un. Mezg. tr. 2. ar. 3. §. 1. Amicus Recentior.

(o) L. 1. Theſauri, c. 6.

(p) §. *Sancta, & magna*. col. 10.

(q) Conf. *Cienfuegos* in Aenigm. theol. t. 2. d. 9. per tot.

(r) *Guilli. Granad. Lug. Aldrete* &c. ap. *Borr.* cit. contra ipſum, & Quir. d 43. a n. 7.

(s) Conf. *Maignanus* in Philoſ. ſacra t. 1. c. 20. prop 6.

(t) Ita quoad 1. part. *Arri.* d. 49. n. 11. *Rhod.* cit. *Borr.* d. 12. n. 77. & quoad 2. *Penaf* tr. 14. d. 29. n. 6. cum *Suar. Albiz.* &c.

(u) L. 6. de Trin. c. 2. & l. 7. c. 1. & 6.

(x) Heic q. 42. a. 4. ad 2.

reſpicit ſubjectum ratione ſui, ſed ratione termini. 3.° alioqui eſſent in Deo tres perfecti: quod abſonat, & refellit Aug. (y)

786 R. *N. Adſ.* quia natura ſaltem exigit relationes: at quaenam eſſet naturae perfectio, id exigere, quod non eſt perfectio ratione ſui? Ad 1. prob. PP. negant tres magnitudines, ſive perfectiones abſolutas, utique juxta ſenſum Macedonii, aliorumque haereticorum, cum quibus decertabant; non ita vero relativas in noſtro ſenſu. In idem recidunt Aug. & Th. Ad 2. *N. Ma.* de perfectione relativa, cui nempe ſufficit, ut perficiat ſubjectum in ordine ad aliud. Quemadmodum ordo, qui eſt inter partes exercitus, iſtas perficit, non in ordine ad ſe, ſed in ordine ad totum exercitum. Ad 3. *D. ſequelam*: tres perfecti relativi, *C.* abſoluti, qui refelluntur ab Aug. *N.*

787 Obj. *ſecundo* contra II. Adſ. Perfectior eſt divina eſſentia ratione ſui, quam Relationes. Nam 1.° eſſentiae perfectio eſt ſimpliciter ſimplex; non autem relationum perfectio. 2.° ex mathematico axiomate, ſi inaequalibus addantur aequalia, ſemper remanent inaequalia; atqui ſapientia e. c. quam formaliter imbibit eſſentia, eſt ex genere ſuo perfectior quam relatio: ergo licet utrique praedicato addatur ratio communis praedicati *divini*, ſemper erunt inaequales, & ſapientia perfectior erit.

788 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *C. A.* quia eſſentia non patitur, aliam perfectionem a ſe re diſtinctam, eſſe aeque bonam; quod tamen patitur triplex relatio. Et *N. Con.* quia hoc unicum diſcrimen non obſtat, quominus utraque ſit perfectio ſimplex, continens vel formaliter, vel eminenter omnem perfectionem. Ad 2. *D. Ma.* ſi quod additur non eſt ſummum in perfectione, *C.* ſi ſit ſummum, adeoque continens eminenter omnem perfectionem, *N.*; ſic enim non ſinet exſtremum aliquod repere inferius alio in pefectione, prout opus eſt ad inaequalitatem. Et *Perm. Mi.* Et *N. Con.*

789 Obj. *tertio* contra III. Adſ. Perfectiones relativae non ſunt ab invicem omnino aequales. Nam 1.° PP. aliquot cum Aug. agnoſcunt inaequalitatem in relationibus. 2.° aliqua eſt relatio, ſubindeque perfectio, in Patre, quae non eſt in Filio; & aliqua eſt in utroque ſimul, quae non eſt in Spiritu. R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: PP. loquuntur de inaequalitate adparente, ex noſtro modo concipiendi imperfecte Deum ad inſtar creaturarum, in quibus id genus parfectiones reperiuntur cum inaequalitate, e c. inter patrem, & filium. At vero omnes ſummam inter relationes aequalitatem fatentur, cum *Aug.* dum ait (z) *tantus eſt ſolus Pater, vel ſolus Filius, vel ſolus Spiritus S. quantus eſt ſimul Pater, & Filius, & Spiritus S.* Ad 2. ſingulae relationes ſunt in ſingulis, vel formaliter, vel eminenter. (a)

§. IV.

(y) L. 5. de Trin. c. 8.
(z) L. 6. de Trin. c. 8.
(a) V. *Suar.* l. 3. c. 9. 10. *Mun.* de Eſſent. d. 3. ſ. 5. *Gotti* cit. q. 3. dub. 3. §. 2. *Plat.* cit. n. 255. *Maign.* proxime laud. p. 635. ſqq.

§. IV.

De *Subſiſtentiis* .

790 QUAESTIO I. Quid eſt perſona divina? ADSERO. Eſt *hypoſtaſis , vel ratio formalis ultimo complens naturam divinam , cum ea conſtituens ſuppoſitum , alteri ſuppoſito incommunicabile* . (*b*) Heinc triplex eſt in Deo ſuppoſitum , quum triplex ſit hypoſtaſis , aut perſona . Et patet ; quia ſubſtantia rationalis ſine complemento rationali incompleta eſt , ac imperfecta : ergo ſubſtantia divina utpote ſumme perfecta compleri debet perſonaliter . Iſtae autem perſonae , vel perſonalitates , re ac nomine nihil aliud ſunt , quam ſubſiſtentiae , quae proinde perſonarum conſtitutivae dicuntur . (*c*)

791 QUAESTIO II. Num ratio formalis ultimo conſtitutiva perſonae divinae ſit ex integro quid poſitivum ? ADFIRMO . (*d*) Quia quidquid perſona eſt , identificatur realiter cum Deo ; negativum vero ſeu pura communicabilitatis negatio cum Deo nequit identificari . Sic enim pleraque Dei adtributa per negativum explicantur , ut infinitas , aeternitas &c. quae tamen in poſitivo ex integro ſita ſunt .

OBJECTIONES .

792 Obj. Subſiſtentia in Deo eſt formaliter quid negativum. Nam 1.° ſubſiſtentia eſt *incommunicabilis exiſtentia , ſeu individua ſubſtantia* . 2.° ex Joan. 16. ait Chriſtus *omnia quaecumque habet Pater , mea ſunt* ; hoc adtamen fallit , ſi paternitas , quae non eſt Filii , ſit quid poſitivum , & non negativum . 3.° ex Aug. (*e*) *neque quum dicimus perſonam Patris , aliud dicimus , quam ſubſtantiam Patris* ; atqui ſi perſona Patris ſit poſitiva , plus dicimus , quum Patris ſubſtantia ſit natura divina .

793 R. *N. Adſ.* Quoniam ſubſiſtentia ex *D. Th.* dicitur quod *eſt perfectiſſimum in genere ſubſtantiae* ; negatio tamen nulla eſt perfectio . Ad 1. prob: τό' *incommunicabilis* , intelligitur poſitive , ut quum dicimus , Deus eſt infinitus , Angelus eſt immaterialis . Ad 2: verba Chriſti Domini admittunt exceptionem , adhibitam a Conc. Florent. (*f*) *Pater Filio dedit omnia , excepta paternitate* . Ad 3: Aug. per τό *quam ſubſtantiam Patris* , intelligit ſubſiſtentiam , quae ſaepe ſub nomine *ſubſtantia* venit apud alios PP. (*g*)

794 QUAESTIO III. Num divinae perſonae qua tales conſtituantur per praedicata relativa , ſeu per abſoluta ? ADSERO . Per relativa tantum :

(*b*) Doctores catholici ſine lite .

(*c*) Conf. *Berti* l. 9. c. 6. & *Petav.* de Trin. l 4. a c. 1. ad 5. & rurſus c. 7. ſqq.

(*d*) *Rui.* d. 32. ſ. 5. a n. 13. cum innumeris pene *CC.* & *PP.* & communiſſima T T. contra Scot. & Joan. Ripa. *Borr.* d. 14. n. 17. cum *D. Th. Suar.* &c. *Paull. a Conc.* tr. 6. d. 3. n. 7.

(*e*) L. 7 de Trin. c. 7.

(*f*) Seſſione 18.

(*g*) Conſulantur *Becan.* heic c. 3. q. 11. & *Bonae Sp.* heic tr. 2. d. 2. a n. 3.

tum: (*h*) Quia nomina omnia, quibus *CC.* & *PP.* perſonas divinas explicant, & diſtinguunt, relativa ſunt, videlicet Pater, Filius, Spiritus; atqui diſtinctivum & conſtitutivum rei idem ſunt: ergo. Et quidem Adſerto perſpicue favent e Conciliis *Toletanum* II. (*i*) *Lateranenſe* (*k*) *Florentinum* (*l*) Tum e Patribus *Auguſt.* (*m*) *Boët.* (*n*) *Damaſcen.* (*o*) *Anſelm.* (*p*) *Bernard.* (*q*) (*r*)

OBJECTIONES.

745 Obj. Perſonae qua tales conſtituuntur praedicatis abſolutis. Nam 1.° Prov. 30. 4. ſignificatur, nomen Filii Dei nobis eſſe incognitum: ergo quia conſtituitur per praedicatum abſolutum, cujus nomen ignoramus. 2.° in creatis prius eſt eſſe, quam actu operari: item quum actiones ſint ſuppoſitorum, omnis actio praeſupponit conſtitutum ſuppoſitum, ex quo oritur: ergo pariter in divinis: adeoque Perſona Patris e. g. prius conſtituitur in ſuo ſtatu abſoluto, quam actu generet ac ſpiret. 3.° ex Aug. (*s*) *non aliud eſt Deo eſſe, aliud Perſonam eſſe, ſed omnino idem.* Et (*ss*) *omnis eſſentia, quae relative dicitur, eſt etiam aliquid, excepto relativo*: ergo Perſona, quae refertur, eſt quidditative aliquid abſolutum, uti Dei eſſentia. 4.° Nomina Patris, & Filii in divinis non ſunt nomina propria Perſonarum, ſed ſunt a CC. & PP. impoſita ad deſignandas relationes, quae Perſonis per abſoluta conſtitutis adveniunt: ergo.

746 R. *N. Adſ.* Quia Perſonae per illa praedicata conſtituuntur, per quae diſtinguuntur: at plane non diſtinguuntur per aliquod abſolutum, quod eſt omnibus commune; alioqui quum Perſona Patris ſit re diſtincta a Perſona Filii, aliqua eſſet in Patre abſoluta perfectio, quae non eſſet in Filio. Ad 1. prob. *N. Con.* ſed quia nequit intellectus noſter illo nomine capere, & exprimere incomprehenſibilem excellentiam generationis, & Filietatis divini Verbi prout in ſe eſt. Ad 2. *Perm.* de cauſſa creata, non de actione, cui totum eſſe eſt actuale exercitium operandi; itemque de creato ſuppoſito, quod per veram actionem, & mutationem operatur. Et *N. Con.* quia cauſſae, aut ſuppoſito creato contingenter advenit operari; Pater vero divinus qua talis eſt eſſentialiter, & formaliter per ſe ipſum determinatus ad generandum Filium.

747 Ad 3: ex mente Aug. non eſt aliud Deo eſſe ſubſiſtens in communicabiliter, quam Perſonam eſſe, licet ſit aliud Deo eſſe abſolute, quam eſſe Perſonam: quum autem in divinis omnis incommunicabilitas a relativo ſumatur, hoc eſſe, quod Perſonam, aut ſubſiſtens conſtituit, aliquid debet includere relativum, quo excepto alium conceptum retineat,

(*h*) Communius Antiqui *TT.* cum *Alenſi* p. 1. q. 65. n. 3. 4. & *RR.* cum *Suar.* l. 7. c. 7. *Tannero* heic d. 4. q. 3. dub. 1. *Pinc.* d. 9. q. 5. n. 31. *Kriſp.* tr. 3. diſt. 13. q. 1.
(*i*) In Confeſſ. fidei.
(*k*) In cap. *Firmiter.* (*l*) Seſſ. 19.
(*m*) L. 5. de Trin. c. 2.
(*n*) L. de Trin. verſus fin.
(*o*) De fide l. 1. c. 10. 11.
(*p*) L. de proceſs. Spir. S. c. 1. & alias.
(*q*) Epiſt. 190. ad Eugenium P.
(*r*) Conf. *Amic.* d. 20. ſ. 2. 3. *Rhod.* heic q. 2. ſ. 8. *Paul. a Conc.* cit. *Petav.* de Trin. l. 4. c. 11.
(*s*) De Trin. l. 7. c. 6.
(*ss*) Ibid. c. 1.

neat, nempe praeciſe ſubſiſtentis. Ad 4. *N. A.* quia ex *Pſeudo-Hieronymo*, pervetuſto quidem Authore (*t*) *proprium nomen eſt Patri, Pater; proprium nomen eſt Filio, Filius; & proprium nomen Spiritui S., Spiritus S.* (*u*)

748 QUAESTIO IV. Num praeter tres Perſonas relativas, ſit in Deo altera Perſona abſoluta, communis tribus? NEGO. (*x*) Quia repugnat altera abſoluta ſubſiſtentia (*y*): ergo & Perſona abſoluta; videlicet tanquam Deo otioſa, & forte fidei principiis perniciosa. Quia etiam ratio perſonalitatis importat ſubſiſtentiam prorſus individuam, id eſt multis, aut diverſis individuis incommunicabilem: ergo implicat in terminis Perſonalitas communicabilis, ſeu abſoluta.

OBJECTIONES.

749 Obj. In Deo eſt itidem Perſona abſoluta, ſeu *ſemi-Perſona*, communis tribus ſuppoſitis relativis. Nam 1.° ex D. Aug. (*z*) *omnis res ad ſe ipſam ſubſiſtit, quanto magis Deus?* 2.° PP. communiter ſubſiſtentiam ſumunt concrete, ſic, ut idem ſit ac perſona; atqui Deus ſeorſim a relativis habet ſubſiſtentiam: ergo & *Semi-Perſonam*. 3.° Deus praeintellectus tribus Perſonis, intelligitur operari *ut quod*, ſcilicet amando, intelligendo &c.; ſed operari *ut quod* eſt proprium ſubſiſtentis: ergo. 4.° Unitas entis abſoluta ſtat cum tribus entibus relativis: ergo & una Perſona abſoluta cum tribus pariter relativis.

750 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Aug. loquitur de ſubſiſtentia lata, quae eſt forma Deo tribuens exiſtere perfectiſſime ſecundum ſe, non de ſtricta, quae reddit ens alteri ſuppoſito incommunicabile, de qua loquitur Quaeſtio. Ad 2. *N. Mi.* de ſubſiſtentia ſtricta. Ad 3. *D. Mi.* operari *ut quod* incommunicabiliter eſt &c. *C*, operari *ut quod* communicabiliter, *N.* Ad 4. *N. Con.* quia Perſona abſoluta eſſet tribus relativis communicabilis, quum illis abſoluta omnia ſint communia; & non eſſet communicabilis ex intrinſeca ratione Perſonae. (*a*)

CAPUT TERTIUM.

Proprietates adnexae: Notiones, Circuminſeſſiones, Miſſiones.

751 QUAESTIO I. Quid de *Notionibus*? ADSERO 1. Vox iſta *Notio*, deprompta quidem e Sacris Literis, uſurpatur a Theologis, quidquid reclament

(*t*) In explanaione Symboli ad Damaſum, inter opuſcula S. Hieronymo ſuppoſita, in edit. *Martianaea* oper. S. Hieronymi, tom. 5. p. m. 123.

(*u*) Conferendi *Suar.* l. 7. a c. 7. *Vaz.* d. 158. c. 6. 7. & d. 159. c. 6. 7. *D. Th.* q. 40. ar. 1. 2. 3. *Mol.* 1. p. q. 40. a 2. d. 2. mem. 4. *Rhod.* cit. q. 2. ſ. 8. *Becan.* c. 3. q. 12. *Platel.* cit. a n. 259. *Gotti* cit. q. 4. dub. 1. §. 3.

(*x*) Cum *Petav.* de Trin. l. 4. c. 12. *Simon.* tr. 2. d. 5. ar. 8. *Petrocorenſ.* tom. 1. lib. 4. cap. 3. quaeſt. 3. *Ponc.* d. 9. n. 42. ſibi adſciſcentem *D. Th.* & *Scotum*, *Fraſſ.* tr. 3. d. 2. ar. 1. q. 2. concl. 2. *Kriſp.* tr. 2. diſt. 3. q. 4. n. 5. *Mezg.* heic d. 24. art. 2. §. 3. *Billuart* diſſ. 4. ar. 3. contra Cajet. & alios.

(*y*) Ex *ſupra* decretis n. 99. cum *Pau. a Conc.* cit. n. 15. &c

(*z*) L. 7. de Trin. c. 4.

(*a*) Conf. *Rui.* heic d. 34. ſ. 5. *Quir.* heic d. 29. ſ. 1. *Plat.* cit. a n. 266. *Maign.* cit. c. 20. prop. 10. n. 9. ſqq.

ment Haereticorum turba (*b*), etſi nihil de ea Eccleſia ſtatuerit uſque ad tempora D. Th. (*c*), nec uſque modo. II. Dividitur in formalem, & objectivam; prima eſt notitia, qua unum ab alio diſtinctum agnoſcitur; ſecunda eſt proprietas, ſeu forma, qua unum ab alio vere diſtinguitur, & quae notioni formali reſpondet (*d*). De hac in praeſentiarum ſermo eſt. Eaque definitur (*e*) *propria ratio cognoſcendi Perſonam divinam*; ſeu (*f*) *cognoſcibile ſignum*, hoc eſt praedicatum, nota, caracter, quo una Perſona ab alia dignoſcitur diſtincta.

752 III. Tria ad Notionem requiri ſolent: 1.° quod ſignificetur in abſtracto, quia exprimitur ad modum formae, diſtinguentis Perſonas: 2.° quod ſit in ordine ad proceſſionem, vel originem: 3.° quod explicet privativam dignitatem, aut excellentiam Perſonae, cujus eſt Notio (*g*), IV. Divinae Notiones ſunt quatuor, nec plures; videlicet Paternitas, Filietas, Spiratio activa, Spiratio paſſiva (*h*). Quia iis, ut patet, competunt adſignatae Notionum conditiones. Etenim Innaſcibilitas Patris, Inſpirabilitas Filii, pluraque ſimilia, quae Scotus, Arriaga, aliique vulgo adtribuunt Perſonis, ad illas quatuor revocantur, nec ab illis diſtinguuntur pluſquam formaliter penes noſtrum modum concipiendi. (*i*)

753 QUAESTIO II. Quid de *Circumineſſionibus*? ADSERO. Circumineſſio eſt mutua, & inſeparabilis exiſtentia unius Perſonae in alia. Fundatur, vel potius conſiſtit in reali identitate Perſonarum cum tertio, ſeu cum natura divina, per quam mutuo ſibi ipſae circumineſſident: ex quibus Circumineſſio adpellari poteſt identitas realis mediata, nam quidquid eſt per tertium, mediatum dicitur; tertium enim conſideratur quaſi medium inter duo. Heinc ſingulae Perſonae ſunt totae in ſingulis, tum quoad naturam divinam, tum quoad Perſonas. Colligitur haec proprietas ex *Jo.*10.*Ego in Patre, & Pater in me eſt*. (*k*)

OBJECTIONES.

754 Obj. Implicat contradictionem ejuſmodi Circumineſſio. Nam 1.° ſi Filius ita ſit in Patre, quum uterque Deus ſit, etiam Deus erit in Deo, & Pater in Patre: quod quis ſanae mentis admiſerit? 2.° Filius, & Pater opponuntur: ergo unus non eſt in alio. 3.° ex Michea 5. *Filius exivit a Patre*: ergo in Patre non eſt. 4.° ſi propter identitatem eſſentiae, una perſona ſit in alia, etiam eſſentia erit in eſſentia. 5.° Circumineſſio eſt formaliter praeſentia localis inſeparabilis totius perſonae ab alia tota; tum quia ſic eam explicant PP. (*l*) tum quia etiam ſublata unitate eſſentiae, & poſita ſolum immenſitate perſonarum, una eſſet in alia, quum omnes ubique ſint.

(*b*) Ap. *Rui.* d. 46. ſ. 1. ex *Bellar.*
(*c*) Ut ipſe teſtatur heic q. 32. a. 4.
(*d*) Ap. *Rui.* cit. & *Amic.* d. 24. ſ. 1.
(*e*) Ex *D. Th.* cit. artic. 3.
(*f*) Ex *D. Baſil.* ap. *Rui.* cit. d. 46. ſect. 1. num. 16.
(*g*) Ex eodem *Rui.* proxime cit.
(*h*) Contra communem cum Rui. d. 47. ſ. 2. Amic. d. 24. ſ. 2. &c.
(*i*) Conf. *Borrull* d. 20. ſ. 1. & *Aguirr.* d. 97. in Theologia Anſelmiana, ubi de Trinitate.
(*k*) Ita fere *Borr.* cit. ſ. 1. n. 34. & *Zunni.* d. 17. dub. 5. contra Scot. & Suar. ex parte. Conf. *Petav.* de Trin. l. 4. c. 16. & *Aguirr.* cit. c. 59.
(*l*) Puta Dion. de div. Nom. c. 2. ac Damaſcen. de fide l. 1. c. 11.

755 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* quia ut unum ſit in alio, requiritur aliqua realis diſtinctio inter utrumque. Ad 2. *D. A.* opponuntur relative, *C.* quoad intimam praeſentiam unius in alio, *N.* Ad 3. *D A.* exivit per proceſſionem immanentem, *C.* ſecundum eſſentialem aliquam diſtantiam, *N.* Ad 4. *N. Sequelam*, quia eſſentia non diſtinguitur realiter ab eſſentia.

756 Ad 5. *C. Adſ.* Quid tum vero? Sed illa tamen praeſentia vel includit formaliter unitatem in eſſentia, vel in illa proxime fundatur. Nam *Hilar.* docet (*m*) *Patrem eſſe in Filio, non per conjunctionem, ſed per naturae unitam ſimilitudinem.* Ac *Fulgent.* (*n*) *per hanc unitatem naturalem totus Pater in Filio, & Spiritu S.; totus Filius in Patre, & Spiritu S.; & totus Spiritus S. in Patre, & Filio.* Porro per ſolam immenſitatem perſonarum, una eſſet in alia; quum tamen haec immenſitas actu proveniat ab unitate in eſſentia, ideo haec ſaltem fundat proxime circuminſeſſionem (*o*).

757 QUAESTIO III. Quid de *Miſſionibus*? ADSERO I. Miſſio eſt quaſi demandatio perſonae alicujus ad aliam, circa effectum aliquem ad extra exequutioni mandandum: deſumpta nempe analogia ex iis, quae in hominum miſſionibus, aut legationibus intercedunt (*p*). Multae ex iis Miſſionibus conſtant ex ſacro Codice: e. c. Miſſio Filii ex *Joan.* 3. 16., & 6. 58. ac Spiritus Sancti Miſſio ex *Joan.* 14. 26., & 15. 26. (*q*) II. Miſſio duo eſſentialiter importat, proceſſionem aeternam perſonae miſſae a mittente, ac temporalem, hoc eſt manifeſtatricem ipſius aeternae proceſſionis per effectum aliquem vel viſibilem, vel inviſibilem, ad quem mittitur perſona procedens; & qui determinat, ut perſonae miſſae proceſſio ſit Miſſio (*r*). Heinc *Aug.* (*s*) *ex Patre exire, & venire in hunc mundum, hoc eſt mitti.*

758 III. Miſſio eſt operatio perſonae mittentis propria, ex eo ſcilicet quod ex vi Miſſionis, perſona miſſa eſt ſpeciali titulo intime praeſens rei, ad quam mittitur; adeo ut vi illius eſſet ei praeſens, etiamſi non eſſet alioqui ratione immenſitatis. Heinc per novum iſtum praeſentiae titulum dicitur perſona miſſa de novo incipere eſſe aliquo modo ubi antea non erat: idque ſonant verba illa, quibus Miſſio deſignatur, nempe venire, incarnari Filium, adparere Spiritum &c. (*t*)

759 IV. E tribus Perſonis Pater nequit mitti; non equidem a ſe, quia nemo dicitur a ſe mitti; non ab alio, quia a nullo procedit: Filius a ſolo

(*m*) Lib. 7. de Trin.

(*n*) De fid. ad Petrum, c. 1.

(*o*) Vide, ſi vacat, *D. Th.* q. 42. a. 5. *Borr.* cit. *Rhod.* q. 4. ſ. 2. §. 1. 2. *Rui.* hoic diſp. 107. ſect. 2.

(*p*) Fere *Zunniga* d. 18. dub. 1. ex *D. Th.* q. 43. a. 1. 2. *Rui.* d. 108. ſ. 1. *Amic.* diſp. 28. ſect. 1.

(*q*) Perplures dabit idem *Ruizius* proxime laudatus.

(*r*) *Amic.* cit. n. 34. *Paul. a Conc.* tr. 6. diſp. 3. num. 166.

(*s*) Lib. 2. de Trin. c. 5.

(*t*) Ita communiter cum *Rui.* & *Amic.* proxime citatis.

ſolo Patre, a quo procedit, mitti debet: Spiritus ab utroque, quum ab utroque procedat (*u*) v. Filius, & Spiritus ſemel miſſi ſunt mirabili Miſſione viſibili; ille in Incarnatione, iſte in Pentecoſte. Ac Spiritus quidem mittitur ſaepiſſime Miſſionibus inviſibilibus, e. c. in juſtificationibus impiorum &c. (*x*) Et tunc quidem non modo datur gratia, ſed etiam re ipſa Perſona miſſa, adeo ut haec ſit ſpecialiter, etiam ſecundum ſubſtantiam praeſens animae juſti; quia ad *Rom.* 55. *Caritas diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*: datur ergo nobis & Caritas, & Spiritus (*y*).

OBJECTIONES.

760 Obj. *primo*. contra II. Adſert. Multi PP. aliique (*yy*) explicant Miſſionem per ſolam Proceſſionem, eo modo quo dicitur arbor ſuos mittere fructus: ergo Miſſio nihil creatum importat. *Secundo*. Aug. (*z*) ait, *Filium mittere ſe ipſum*. Ipſeque Iſai. 4. dicitur miſſus ab Spiritu S. Quin etiam tota Trinitas de ſe loquens, ait Joan. 14. *ad eum veniemus, & apud eum manſionem faciemus*: ergo tota mittitur, quin tota procedat: adeoque Miſſio Proceſſionem non dicit. *Tertio*. Sacerdos Sacramentum miniſtrans, confert gratiam, quin mittat Spiritum S.: ergo quod effectus ab aliquo procedat, non ſufficit, ut Perſona, cui effectus tribuitur, dicatur miſſa.

761 R. Ad *primum*. PP. aliique loquuti ſunt de Miſſione inadaequata, prout illam exprimit *Aug.* (*a*) *non eo ipſo quod de Patre natus eſt, miſſus dicitur Filius, ſed vel eo quod adparuit huic mundo Verbum caro factum, vel quod ex tempore cujuſque mente percipitur*. Ad *ſecundum*. Aug. loquitur de Filio, quoad humanitatem, ratione cujus a tota Trinitate miſſus eſt. Iſaias inducit Chriſtum pariter ut hominem. Per *veniemus* non denotatur Miſſio, ſed donatio; aut Miſſio tantum ſecundum effectum, quem ipſa importat. Ad *tertium*. Gratia cauſſatur a Miniſtro remote tantum, ac inſtrumentaliter. Et aliunde perſona, cui tribuitur gratiae effectus, non procedit a Miniſtro (*b*).

762 Obj. *quarto* contra III. Adſert. Nequit deſignari effectus proprius ejuſmodi Miſſionis. Nam 1.° non eſt donum naturale; quia ſic etiam peccatoribus darentur Perſonae divinae. 2.° non eſt quodcumque donum ſupernaturale; quia ſic pariter darentur peccatori Perſonae per auxilium mere ſufficiens. 3.° non eſt ſola gratia ſanctificans; tum quia inde quodcumque gratiae augmentum eſſet ſimiliter effectus; tum quia aliunde in Euchariſtia, facta conſecratione, fit Miſſio Perſonae Chriſti; & in Jordanem fuit miſſus Spiritus in ſpecie columbae, idemque mittitur ad Concilia, ut definiant infallibiliter: quin tamen in his eventibus intertuerit infuſio gratiae.

R. N.

(*u*) *Suar.* l. 2. c. 2. 3. *Patr. a Conc.* cit. a. n. 169. & vulgo Theologi.

(*x*) *Amic.* cit. a n. 59. *Borr.* cit. a n. 34.

(*y*) Ita *Suar.* l. 12. c. 5.

(*yy*) Apud Mag. lib. 1. ſent. diſt. 15.

(*z*) Lib. 2. de Trin. c. 5.

(*a*) Lib. 4 de Trin. c. 20.

(*b*) Conſulendi *D. Th.* cit. a. 5. *Suar.* cit. c. 3. *Rhod.* q. 4. ſ. 2. *Arri.* cit. ſ. 3.

763 R. *N. Adſ.* In re ſatis incerta nimium de voce diſputant AA. (*c*) Sunt in divinis Miſſiones diverſi generis, quibus diverſi reſpondent effectus. Miſſiones omnium nobiliſſimae ſunt, quae habent pro effectu unionem hypoſtaticam, gratiam ſanctificantem, viſionem beatam, caracterem perfectum, Maternitatem Dei. Inferiores dici poſſunt, quae habent pro effectu cetera dona ſuperna, quae cum peccato actuali componi poſſunt. Infimae illae ſunt, quae habent effectum pure externum, in quo ſpecialiter reluceant Dei Adtributa, e. g. Spiritus Sancti adparitio inſtar columbae. Neque vero huic diviſioni obeſt Miſſionis divinae definitio, communiter recepta. Et conſentiunt in re *Becanus*, (*d*) & *Arriaga* (*e*). Heinc

764 Ad 1. prob. *D. A.* ſi Miſſio ſit inviſibilis, *C.*, quia haec dicit ordinem ad ſuperna: ſi ſit pure viſibilis, quae illum non dicit ordinem, *N.* Tunc darentur peccatori Perſonae late, ſcilicet quoad ſpecialem praeſentiam in eo neceſſariam ad oſtendendum Miſſionis effectum. Ad 2: alia dona ſuperna pertinent ad Miſſiones ſupremas, alia ad inferiores, ex data diviſione. Ad 3: gratiae prima infuſio, & quodvis augmentum ſpectant ad Miſſiones ſupremas, illa cetera ad inferiores. (*f*)

765 Obj. *quinto* contra v. Adſert. Non ita donatur Perſona miſſa cum gratia ſanctificante. Nam 1.° etiam in aliis Miſſionibus inferioribus Perſona miſſa eſt quoad ſuam ſubſtantiam ex ſpeciali titulo praeſens rei, cui mittitur; atqui non propterea donatur ipſi Perſona miſſa, niſi quatenus haec donat peculiarem ſuae Miſſionis effectum: ergo idem dicendum in Miſſionibus ſupremis. 2.° non percipitur quo ſpeciali titulo donetur Perſona, niſi quatenus animae donatur gratia a Perſona, quae jam ipſa ſibi titulo immenſitatis erat ſubſtantialiter praeſens, & conjuncta. 3.° ex Joan. 7. *nondum erat Spiritus datus, quia nondum erat Chriſtus glorificatus*; atqui ante glorificationem Chriſti data fuerat gratia ſanctificans Angelis, & hominibus: ergo.

766 R. *N. Adſ.* cum communi *PP.* & *TT.*; qui ex Scripturis, 1. *Cor.* 6. 19. *Rom.* 5. 5. *Joan.* 14. & 1. *Joan.* 4. ſubinferunt, aliquo modo magis proprio & peculiari, quam per gratiae infuſionem, Perſonam mitti, & donari. Ad 1. prob. *N. C.* quia pro iis urgent Scripturae, non pro illis. Ceteroqui etiam peccator eſſet templum Dei; at ex *Prov.* 15. *longe eſt Dominus ab impiis*, ad quorum oſtium ſtare dicitur, ut pulſet, ac eos reducat ſuis auxiliis.

767 Ad 2: en titulum. Quatenus Perſona ſit animae praeſens tanquam amicus, & ſponſus, quoniam ex vi gratiae & caritatis, quam in ea cauſſat, ei unitur, non ſolum objective & ſecundum adfectum, ſed etiam re vera, & ſubſtantialiter; ad eum fere modum, quo unitur Verbum cum humanitate, vi unionis hypoſtaticae. Amor enim eo major, quo magis unit, redditque capaciorem amantem, ut re quidem & intime

(*c*) Apud *Arriagam* d. 55. a n. 10.
(*d*) Heic c. 9. q. 5.
(*e*) Proxime laudatus, n. 11.
(*f*) Conſulendus ibidem *Arri.* cit.

me amato perfruatur. Ad 3: ea porro intelliguntur apud Patres (*g*) de Miſſione viſibili, facta in die Pentecoſtes. (*h*)

LIBER SECUNDUS.

De Patre, & Filio.

768 Expeditis omnibus, quae tribus Perſonis univerſe competunt (ubi & operae pretium fuit, ob doctrinae nexum & ordinem, nonnulla de ipſis ſigillatim adtingere) facilius ediſſeremus, quae de ſingulis notatu digniora diſputanda ſuperſunt binis inſequentibus Libris. Quo methodum Suarezianam, quae potiſſimum arridet, adſectamur (*i*).

CAPUT PRIMUM.

De Perſona Patris.

769 QUAESTIO I. Quaenam ſint nomina, Patri ſingulariter adtributa? ADSERO. Eſt vere *Deus*, ut manifeſtiſſime ac abunde evincunt ceteri mox adſerendi tituli, quos Pater ſibi vendicat. Et haec quidem veritas radiis, ut ita loquar, ſolaribus conſcripta, vel ne haereticos plane ſtupidiſſimos, ſi Atheos exceperis, contradicentes habuit; ii ſiquidem, ac prae reliquis Anti-trinitarii, atque ex his nominatim *juniores Hebraei*, *Mahomedes*, *Servetani*, *Sociniani* (*k*) duas alias perſonas, & ab Patre procedere inficiabantur, & a Divinitate ſic arcebant, ut ſolum Patrem eſſe re Deum propugnarent.

Et vero nihil ſacris literis frequentius eſt, quam Dei ac Patris nomina conjungere.

770 *Prima Perſona*, quia ipſa eſt a ſe (hoc eſt non ab alio) & aliae ab ipſa ſunt. (*kk*) Vere *Pater*, quia vere generat Filium, ſibi in natura ſimilem: (*l*) eſtque haec Paternitas ſibi notionalis; (*m*) quia (*n*) *unus Pater, non tres Patres*. Vere *Principium* Filii, & Spiritus, non quatenus hoc dicit durationis inceptionem, ſed quatenus denotat Perſonam ad intra productricem alterius, procedentis ab ipſa. (*o*)

771 Heinc eſt, ac dicitur *Fons* totius Deitatis, & Trinitatis, quatenus eſt principium, totam Divinitatem ceteris Perſonis communicans, quin proinde ſit principium ſui. (*p*) Utrumque hoc adtributum deprae-

dicant

(*g*) E.c. *Aug.* de Trin. l. 4. c. 20 *Hier.* epiſt. 9. ad Hedibiam, *Leon. M.* ſerm. 2. Pentec c. 3.

(*h*) In iſthaec argumenta legendi *Suar.* cit. l. 12. c. 5. a n. 13. *D. Th.* q. 43. a. 3. ibique *Salmant.* tr. 6. d. 19. dub. 5. §. 3. 4. tum *Berti* l. 7. c. 20. *Perrim.* diſſ. 120. *Petav.* de Trinit. l. 3. c. 1. & deinceps.

(*i*) Eam legis apud laud. *Suarezium* de Trinit. l. 8. in prooem. & deinceps.

(k) Ex *ſuperius* adſertis in proxima Proluſione, quam recolere juvabit.

(kk) Lege *Arri.* heic d. 52. n. 1.

(*l*) *Suar.* l. 8. c. 1. *Borr.* d. 15. n. 3. ex *CC.* & *PP.*

(*m*) *Rui.* d. 51. ſ. 1. n. 12. cum *D. Th.* ex *Scripturis* & *PP.*

(*n*) Ex *Symbolo Athanaſiano*.

(*o*) Ex *Script.* & *PP.* videndis ap. *Borr.* diſputat. 15. a num. 5.

(*p*) Conf. *Amic.* diſputat. 25. a n. 14.

dicant CC. cum *Tolet.* XI. (*q*) *Florent.* (*r*) *Wormat.* (*s*) Tum PP. cum *Dion.* (*t*) *Athan.* (*u*) *Hilar.* (*x*) *Aug.* (*y*) *Author* Filii & Spiritus, quatenus id ſupra principium ſolum addit, ab eis Perſonis non produci. (*z*) *Cauſſa* Filii & Spiritus, apud Graecos, non item apud Latinos, quibus utique cauſſae nomen denotat imperfectionem, ac dependentiam in ſuo effectu. (*a*) Plura de Perſona Patris, more ſuo *Petavius* (*b*).

OBJECTIONES.

772 Obj. *primo*. Nequit prima Perſona dici *Pater* in ordine ad ſecundam, quam generat. Nam 1.° ex Joan. 1. Filius dicitur *quaſi Unigenitus a Patre*: ergo non eſt proprie genitus. 2.° idem dicitur in Scripturis *Primogenitus*: ergo alter eſt ſecundo genitus. 3.° Salomon dicitur unigenitus coram Matre ſua Beth-ſabee, quam conſtat, habuiſſe quatuor filios ex David: ergo licet nomen *Unigenitus* tribuatur apud Scripturas, & Patres ſoli Filio, non ideo convenire deſinet tertiae Perſonae, reſpectu cujus etiam prima ſit Pater.

773 R. *N. Adſ.* de eo, *a quo omnis Paternitas in coelo, & in terra nominatur*, ex *Epheſior*. 3. 5. Ad 1. prob: τὸ *quaſi* non ſumitur adſimilative, ſed pro eodem ac *utique*, & *vere*. Ad 2: dicitur *Primogenitus* comparate ad filios adoptivos, qui per gratiam ſunt ſecundo geniti. Ad 3. *N. Con.* quia Salomon non dicitur ſimpliciter unigenitus, uti Filius ab Scripturis, & PP. ſed coram Matre ſua, id eſt quia adeo tenerrime ab ea diligebatur, ac ſi eſſet unicus (*bb*).

774 Obj *ſecundo*. Pater eſt vera cauſſa Filii, & Spiritus. Nam 1.° ſic vocatur apud Graecos, quin reprehendantur a Latinis. 2.° ſic etiam vocatur apud Latinos. Siquidem Joannes a Monte nigro (*c*) utitur aliquando nomine latino cauſſae; Aug. (*d*) Deum vocat cauſſam ſuae ſapientiae; Hieron. (*e*) ipſum ſuae ſubſiſtentiae cauſſam adpellat. 3.° ex Ariſt. (*f*) quod eſt primum in unoquoque genere, eſt cauſſa ceterorum.

775 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Graeci non reprehenduntur, quia per τὸ *cauſſa* intelligunt principium. Ad 2: nullus e PP. latinis adcipit cauſſam cum ſtricta ſignificatione. Heinc Joannes uſurpabat eam vocem Graecorum in eorum ſenſu, quia cum ipſis diſputabat. Aug. & Hieron. ſumunt cauſſam pro ratione tantum, quae ex noſtro modo concipiendi cauſſa eſt, vel gaudet aliqua prioritate in ſenſu formali. Ad 3: vel illud axioma abſtrahit a Myſterio, quod non novit, vel ita intelligitur, ut quod eſt cauſſa in aliquo genere cauſſae, ſit cauſſa ceterorum in eodem cauſſae genere. At vero nec Deus, nec Pater in ullo genere eſt vera cauſſa adtributorum, aut Perſonarum. (*g*) Jam

(*q*) In Confeſſione fid.
(*r*) Seſſ. 24. in lit. union.
(*s*) In Conteſ. fid.
(*t*) De div. nom. c. 3.
(*u*) Orat. contra gregales Sabel.
(*x*) Lib. 2. & 4. de Trin.
(*y*) Lib. 7. de Trin. c. 2. & lib. 3. contra Maximinum, cap. 4.
(*z*) *Amic.* cit. n. 19. ex *PP.*
(*a*) Legito *Amic.* cit. n. 22. & *Borr.* cit. n. 16.
(*b*) De Trin. l. 5. per tot.
(*bb*) Conſule *Borr.* nuper laudat.
(*c*) In Conc. Florent. ſeſ. 23. & 24.
(*d*) Lib. 7. de Trin. c. 2.
(*e*) In c. 3. ad Epheſ.
(*f*) Lib. 3. Phyſ. c. 9.
(*g*) Conf. *Vaz.* d. 139. c. 6. & *Bec.* cap. 4. quaeſtione 4.

Jam vero ſanctum dogma de Patre Deo, quod heic per brevi oratione expoſuimus & vindicavimus, plura comprobant ac illuſtrant documenta e theſauro ſacrae Vetuſtatis deprompta. En illa,

E RE LAPIDARIA.

1 Ο ΘΕΟϹ Ο ΚΑΘΗΜΕΝΟϹ
ΕΙϹ ΔΕΞΙΑ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟϹ
ΕΙϹ ΤΟΠΟΝ ΑΓΙΩΝ ϹΟΥ
ΝΕΚΤΑΡΕΟΥ ΤΟ ΨΥΧΑ
ΡΙΟΝ ΓΡΑΦΕ

Scilicet
Deus qui ſedes ad dexteram Patris,
in loco Sanctorum tuorum
Nectarei animulam deſcribe.

Romae in coemeterio Priſcillae ap. Murat. p.1915. 6. Zachariam, alioſque plures, ex Boldetto.

Facit egregie Lapis, & pro Patre, & pro Filio, qui ad ejus dexteram ſedet; utrumque enim diſerte exprimit.

2 Huc merito advocandi multitudine plurimi (poſtmodum Par. IV. Tr. I. L. II. recitandi) qui Chriſtum Dominum Dei Filium aperte adſerunt; qui enim Filium dicit, verum Filii Patrem plane ſupponit, ac tacite profitetur.

3 HIC . POSITUS . EST . FLORENTINUS . INFANS
QUI . VIXIT . ANN . SEPTEM . ET . REQUIEM .
ADCEPIT . IN . DEO . PATRE . NOSTRO . ET
CHRISTO . EJUS .

In altari Sabariae ap. Guil. Fleetwood in Sylloge Inſcriptionum antiquarum par.2. p.403.n.4.

E RE DIPLOMATICA.

4 *Omnipotens pater, ſpes unica mundi, fabricator coeli, conditor orbis, qui diem Titanis ſplendidiſſime radiis flagrantibus luſtrando procreaſti, noctemque....*

EDIGARUS Rex Merciorum in Charta fundationis Abbatiae Sanctae Werburgae apud civitatem Ceſtriae ſub an. 858. (ex *Monaſtico Anglic.* t. 1. p. 200. e vetuſtiſsimo exemplari.)

5 *.....Si quis.... voluerit hujus noſtri decreti infringere vigorem... ſit anathema in conſpectu Dei Patris Omnipotentis &....*

ORDONIUS III. Gallaeciae Rex in Praecepto pro Eccleſia Compoſtellana S. Jacobi Apoſtoli ſub an. 952. (ap. *Florez* in Hiſp. ſac. t. 19. p. 365.)

6 ☧ *Univerſitatis Creatore in æternum regnante, ac juſto moderamine cuncta creata viſibilia & inviſibilia miro, ineffabilique modo gubernante, Ego.....*

AETHELREDUS alter Britannorum Rex in Placito pro coenobio Taveſtocienſi in agro Devonienſi, ſub an. 981. (ap. idem *Monaſt. Angl.* t. 1. p. 218.)

Hac Aethelredus initiali ſui Diplomatis formula, directa acie unum aeternum Patrem omni procul dubitatione invocat & confitetur; ad eum plane modum, quo nos ipſum ſancte fatemur & extollimus per Symboli verba, *credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem* &c. Equidem univerſi creatio, tametſi a tota beata Triade profecta, Patri tamen ſingillatim, una cum adtributo Omnipotentiae, a Patribus vulgo adſcribi conſuevit.

7 His pariter adjicienda perplura Imperatorum, Regumque Diplomata, quae ſub initialibus formulis Chriſtum Dominum expreſſe adſerunt Deum, aut Dei filium; utrolibet enim modo ea adſertio ab orthodoxo calamo profecta, Chriſtum intelligit, commendatque tanquam Deum filium aeterni Patris, quem propterea tacite confitetur. Illa quoque dabit Pars IV. Tr. I. L. II.

E TABULA I.

Num. 8.



E TABULA II.



En tibi utramque e Diptycho particulam ad invicem colligatam & clarioribus caracteribus fideliter exſcriptam.

E TABULA I.		E TABULA II.
	:::::::::::::::	:::::::::::::::::
	ΕΛΕΩΣ	ΕΙΡΙΝΗ
	ΘΥCΙΑ	ΑΙΝΕCΕΩC
	Η ΑΓΑΠΗ ΤΟ $\overline{\text{ΤΟΥ}}$	ΚΑΙ $\overline{\text{ΠΡC}}$* *ΠΑΤΡΟC
	ΚΑΙ Η ΚΑΡΗC	ΤΟΥ ΚΙΡΙΟΥ ΚΑΙ $\overline{\text{ΘΥ}}$
*CΩΤΗΡΟC	ΚΑΙ $\overline{\text{CΡC}}$* ΗΜΩΝ	$\overline{\text{ΙΥ}}$ $\overline{\text{ΧΥ}}$** **ΙΗCΟΥ ΧΡΙCΤΟΥ
	ΕΦ ΗΜΑC	ΑΜΗΝ
	::::::::::::::::	::::::::::

E TABULA I.	*Nimirum*	E TABULA II.
Miſericordia		pax
ſacrificium		laudis
& caritas Dei		& Patris
& gratia		Domini & Dei
& Servatoris noſtri		Jeſu Chriſti
ſuper nos		Amen

Segmenta ex utraque Tabula Diptychi Negeliniani, apud Muſeum Joachim Negelini, ex Guſtavo Philippo Negelino Norimbergenſi, ejus Filio, in diſſert. inaugurali de eodem Diptycho.

Si legas inſimul (uti legendi ſunt) ſingulos utriuſque tabulae verſus, tanquam unam eandemque lineam conficientes, habes heic expreſſas graphice divinas Patris ejuſque Filii Jeſu Chriſti Perſonas; tum arcanam ſacroſanctae Euchariſtiae confectionem, quae apud Patres & Doctores praecipuum laudis Sacrificium audit.

Praeclarum hoc Diptychon, ex laud. *Phil. Negelino*, ejus Hiſtoriographo, Interprete, & Conjectore ſatis ſolido, binis eboreis conſtat tabulis, praeſtatque magnitudine quibuſque ceteris, quae ad an. uſque 1742. innotuere, Diptychis. Ex figuris deinde, ac onomaſticis titulis quibus exteriora utriuſque tabellae latera inſigniuntur, liquet plane, Diptychon olim Conſulare fuiſſe; ex iis vero, quae interiora earumdem tabellarum latera graeco-barbaro idiomate conſcripta referunt, in Eccleſiaſticum deinceps tranſiiſſe nullus non videt.

Aetas Diptychi, qua Conſulare eſt, ſpectat annum Chr. 361. quo Fl. Taurus Clementinus, ad quem Diptychon adtinet, conſulatum geſſit, eſto Armonius Clementinus, cujus nomen & effigiem tabella ſecunda praefert, ſub aliam aetatem Conſul fuerit: prima ſiquidem ta-

bella hanc habet onomaſticam epigraphen ſuperne inſcriptam,

FLavius . TAVRVS . CLEMENTINVS

ARMONIVS . CLEMENTINVS

& ſecunda hanc aliam,

Vir ILLuſtris COMes SACRarum LARGitionum EXCONSul

PATRICius ET CONSul ORDINarius

Ambae vero epigraphes hoc pacto intertextae intelligi & legi debent; nempe prima,

FL. TAVRVS CLEMENTINVS
V. IL. COM. SACR. LARG. EXCONS.

ac deinde ſecunda,

ARMONIVS . CLEMENTINVS

PATRIC. ET CONS. ORDIN.

Ejuſdem inſuper Diptychi, qua Eccleſiaſticum eſt, aetas, referenda videtur ad Seculum Adriani I. ſummi Pontif. qui ſedit ab an. 772., quoniam in tabula prima interiore ſic in primis legitur, *anno primo Hadriani Patriarchae Urbis*, ac deinde, *memento Domine Servi & Paſtoris noſtri Hadriani Patriarchae*. Et quidem vero valde ſimile eſt, hunc Hadrianum, cujus heic mentio habetur, fuiſſe tum ſummum Pontificem, ſaepe enim ſummus Pontifex Patriarcha olim vocatus eſt, ut habes apud *Du-Freſnium* in Gloſſar. latino & graeco.

Quantum denique ad Eccleſiam, cui fuerit uſui Diptychon qua eccleſiaſticum, conjectari poteſt, eam fuiſſe quampiam Eccleſiam occidentalem, immo Siculam, tum quia in eo fit mentio S. Agathae, quae tanquam Patrona eximia colitur apud Siculos; tum quia apud ipſos uſus linguae graecae, qua conſcriptum eſt eccleſiaſticum Diptychon, plane diu floruit.

Haec ſummatim de praecipuis theſibus aut potius conjecturis Negelinianae diſſertationis; quae tamen non omnibus, credo, probentur, eae praeſertim quae Diptychi aetatem ſpectant, quam utique plus aequo longiorem adfectare videtur.

Principio enim paradoxum cuipiam erit ſyſtema illud de duobus Clementinis Diptycho adfictis, inſcriptiſque, ut Fl. Taurum inveniat Conſulem ſub an. 361. Et vero unicus procul dubio eſt noſtri Diptychi Clementinus, qui, apud caſtigatiſſimos Faſtos Conſulares, geſſit Conſulatum cum Anicio Probo ſub an. 513., ac idem ipſe depictus eſt in utraque tabella, cum epigraphe onomaſtica, quae in prima ejus nomina & agnomina, ſortaſſis etiam a ſuis Majoribus adcepta, prodit, & in ſecunda ſuas dignitates. Nefas ſit, abſque alio exemplo duos uni Diptycho Patronos adſcribere; ubi praeſertim ſimultaneus amborum Conſulatus adſeri nequit. Et quidem Fl. Taurus, qui heic intruditur ſub an. 361. Collegam habuit in Conſulatu Fl. Florentinum, & Clementinus,

nus, ut diximus, ſub 513. Anicium Probum. Nec tandem Armonius ille Clementinus apud Faſtos Conſulares reperitur uſpiam. Hunc itaque poſtremum annum 513. ſpectat Diptychon qua Conſulare.

Hoc idem nobiſcum ſentiunt, Negelinianum errores corrigentes, Praeſes Diſputationis *Schwarzius*, eodem teſte Candidato *Negelino* in diſſert. §. XIX., *Authores* Diarii Literatorum, editi Florentiae, t. 2. par. 1. art. 1. ubi adfertur critice in eandem diſſert., p. 69. *Paſſerius* ad t. 1. de Diptych. Gorianis, ubi tota exſcribitur Diſſertatio cum tabulis diptychis adcuratius delineatis, p. 249.

Quod praeterea ſpectat Diptychon qua eccleſiaſticum, eſto Adrianum Papam illud commemoret, non eſt cur potius hic I. intelligendus veniat, quam Adrianus II. qui ſedit ab an. 868., aut III. adſumptus an. 884., quippe ſub haec poſteriora tempora vigebat adhuc in Eccleſiis Diptychorum uſus, ut liquet ex Adriani II. commonitoria epiſt. ad Synodum Tricaſſinam; qua videlicet praeſcribit Epiſcopis, ut Nicolaum Papam deceſſorem ſuum Eccleſiarum diptychis inſcribi faciant. Liceat igitur hodieque in dubium revocare noſtri Diptychi eccleſiaſtici aetatem, tametſi eam adſerere poſſimus antiquiorem anno 884. quo Adrianus P. III. terris ereptus eſt.

Nec minore demum jure dubitare quis poſſit de Eccleſia, quae hoc olim Diptycho uſa eſt. Do quidem eam Occidentalem fuiſſe. Eccur autem Sicula? Quod ne ibi recenſeatur *S. Agatha* Siculorum Protectrix? At quoque recenſetur *Sancta Deipara*, perplurium Eccleſiarum Patrona Titularis. Rurſus ne quod fiat mentio *Joannis Preſbyteri Eccleſiae Sanctae Agathae*? Non una tamen fuit olim apud Siculos Eccleſia S. Agathae nomini dedicata.

Siquidem, ut alias omittam, Ravennae jam tum ab an. circ. 400. aedificata eſt a S. Exſuperantio, urbis Praeſule, dotataque nobilis Eccleſia in honorem SS. Agathae & Luciae, quae tamen temporis progreſſu ſolius Agathae denominationem retinuit, adjuncto titulo Majoris (ap. *Hieron. Fabri* in memoriis ſacris antiquae Ravennae).

Exſtat praeterea Romae in Subura, perantiqua S. Agathae Baſilica, quam Ricimer Gothus, Conſultatu praeditus an. Ch. 459., marmoribus, & nobilibus picturis muſivo opere intextis adornavit, ut liquet ex veteri Inſcriptione ibidem in abſide adjecta. (Lege *Marlian.* l. 5. c. 18.) Aliud quoque Romae templum ejuſdem Divae honori dicatum conſtruxit S. Gregorius P. II. qui ſedit ab an. 714., in Regione VIII. Tranſtiberina (Conferanrur *Anaſt. Biblioth.* in vita Greg. II. & *Pancirolus* de Urbe Roma.) Tertium denique ibidem Via Aurelia S. Agathae templum olim aedificaverat S. Symmachus P., in ſedem adſumptus an. 497. vitaque orbatus an. 514. (Vide eundem *Anaſtaſ.* in vita Symmachi.) Potuit ergo quam optime Joannes ille Presbyter commemoratus in Diptycho, ad aliquod unum ex hiſce Romanis S. Agathae templis, minime vero ad Siculum, pertinere.

Nihil demum prohibet conjectare, apud aliam quamlibet Eccleſiam

ſiam Occidentalem, ubi adhuc tum temporis uſus graeci idiomatis obtineret, Diptychon mentionem facere Joannis illius alienae Eccleſiae S. Agathae Presbyteri; plures enim plerumque referebant Diptycha, qui ad alias Eccleſias adtinerent, e. c. ſummum Pontificem, Principem, Benefactores, praecipuae ſanctimoniae viros &c. (Conf. *Bona* rer. liturg. l. 2. c. 12. §. 1. ſqq.)

Vides jam, conjecturas eruditiſſimi Negelini conjecturis facile refelli poſſe. Quid tum vero? ubi documenta non ſuppetunt, quomodocumque conjectare ſatis eſt. Et haec quidem quoad perplurima indoles eſt ac natura Diptychae Diſciplinae, uti & aliarum, puta Hiſtoriae, Critices, Chronologiae, rei Lapidariae, Diplomatices; quae nempe ſolidis quandoque deſtitutae documentis, frequentiſſime in ancipiti haerere coguntur; neque theſes, quas ad inſtitutionem ſeu eruditionem meditantur, potius adſerere poſſunt, quam divinare. Exempla, quae apud ejuſmodi diſciplinarum cultores paſſim offendimus, rem adprime teſtantur.

Porro ex hucuſque diſputatis circa Negelinianum Diptychon multa diſces ſpectantia rem Diptycham, qua profana ſit, & qua ſacra. Plura doceri cupienti adeundi *Jo. Baptiſta Cardona* Epiſcopus Dertoſenſis in Catalonia, qui primus omnium, quantum ſcio, ſcripſit de re Dipthyca in commentariolo de Diptychis, edito Tarracone an. 1587. necnon mox laudati *Roſweydus*, *Wilthemius*, *Paſſerius*, *Bona*; tum *Cujacius* obſervat. l. 4. c. 27. *Pamel.* in epiſt. 9. Cypriani, *Dodwellus* diſſert. 5. Cyprianica §.24. *La Higuera* in Diptycho Toletano, *Binghamus* Orig. eccleſ. par. 1. l. 2. c. 17. *Suicerus* in theſauro eccleſ. ubi de Diptych. *Baluz.* in Capit. Reg. Franc. t. 2. col. 1129. *Bonarrot.* in praefat. ad ſuas obſervationes ſuper tribus Diptychis antiquis eboreis, *Ducangius* in Gloſſar. lat. art. *Diptycha*, cum novis additionibus PP. Benedictinor. *Chamberius* in Lexico art. *Diptychum*, & rurſus *Paſſerius* paſſim in ſuis Praefationibus & obſervationibus, quibus tria volumina Goriana de Diptychis illuſtravit.

Quin etiam plura & ſelectiora in rem Diptycham plane erudiunt qui aliquod ſingulare Diptychon ediderunt ac explanarunt; e. c. primus omnium *Sirmondus* in ſuo Diptycho Filoxeni Conſulis, quem rurſus evulgarunt *Mabillon.* in Annal. O. B. t. 3. p. 202. & *Bandur.* in Imper. Orient. t. 2. p. 492-; deinde laud. *Wilthem.* in Diptychis Leodienſi, Bituricenſi, Compedienſi; *Ducang.* in Diptycho incerti Conſulis, quod inſeruit diſſertationi de inferioris aevi num. ad calcem tomi 3. Gloſſar. lat; iterum *Mabill.* & *Bandur.* in Diptycho de Flav. Felice conſule; cit. *Bonarrot. Negelin.* etiam laud; *Gorius* demum in theſauro vet. Diptych. ubi multa primum cuſa dedit, plura recuſa.

RURSUS QQ. DOGM. SCHOL. 776 QUAESTIO II. Quo jure Pater dicatur *ingenitus*, vel innascibilis, & improductus? ADSERO. Eſt notionaliter ejuſmodi, quatenus hic titulus negat omnem paſſivam producibilitatem, ſive per hypoſta-

ſis

fis origenem, ſive per naturae communicationem; ſimulque involvit vim productivam aliarum Perſonarum per virtutem a ſeſe, non ab alio principio adceptam (*h*). Quia in hoc Myſterio deveniendum tandem eſt ad aliquod primum principium omnino improductum, quod nulli congruentius adſeri valet quam Primae Perſonae.

777. Heinc ſaepius ex *Conc. Nicaeno* (*i*) *Unus ingenitus Deus, & Pater*; & ex *Aug.* (*k*) *Pater ſolus non eſt ab alio, ideo ſolus adpellatur Ingenitus*. Ac ſimiliter loquuntur *CC.* cnm *Tolet.* VI. & XI. & *VVormat.* (*l*) Tum PP. cum *Juſti.* (*m*) *Damaſc.* (*n*) *Athan.* (*o*) *Pſeudo-Damaſo* (*p*) *Naz.* (*q*) *PP. Synodi Antiochenae* (*r*) *Baſil.* (*s*) *Hilar.* (*t*) *Aug.* (*u*) Haec autem perfectio, tametſi partim explicetur per negationem, eſt tamen ex integro poſitiva, uti diximus de aliis id genus praedicatis (*x*).

OBJECTIONES.

778 Obj. Eſſe *Ingenitum* non eſt praedicatum notionale Patris. Nam 1.° eſſe ingenitum, vel nullatenus generari convenit etiam naturae divinae, Spiritui S., & enti impoſſibili. 2.° PP. aliqui nomen *Ingenitum*, tanquam maxime aequivocum, praeſtigioſum, & profanum a divinis removerunt (*y*).

779 R. *N. Adſ.* Pater eſt ingenitus, quoniam nec eſt creatus, nec productus per generationem, nec abſolute productus, nec communicatus, uti eſt Eſſentia: idque ob poſitivam ſuae Perſonae perfectionem. Heinc ad 1. prob. *N A.*, ſumpto *το ingenitum* ſub dato ſenſu. Unde PP. aliqui vocant Spiritum ingenitum, hoc eſt non productum per generationem praeciſe. Ad 2: PP. negabant Patri nomen illud, non quod putarent ei non congruere, ſed ad evitandam haereticorum calumniam, qui per ejuſmodi nomen detortum in ſuum ſenſum, ſimplices Catholicos vexabant. Ariani ſiquidem volebant, Patrem eſſe ingenitum, id eſt increatum, ut inde haberent, Filium eſſe creatum, quoniam genitus eſt. (*z*)

780 QUAESTIO III. Quaenam ſit proxima radix Paternitatis, qua nempe conſtituatur in Patre principium proxime generans Filium? Adsero 1. Eſt natura divina prout eſt ejuſmodi natura ſubſtantialis. (*a*) Quia unaquaeque natura ſubſtantialis eſt ſufficiens fundamentum proximum ſuae Perſonalitatis. Quemadmodum natura divina abſque reali productione exſiſtens in Patre, proxime ac per ſeſe eam ſecum adfert Perſonalita

(*h*) *Amic.* cit. n. 31. *Borr.* cit. n. 19. ex *Conciliis* & *Patribus*.
(*i*) Ap. *Borr.* cit.
(*k*) Lib. 15. de Trin. c. 26.
(*l*) In confeſſion. fid.
(*m*) In expoſit. fidei ei adtributa.
(*n*) Lib. 1. de fid. c. 9.
(*o*) Orat. 2. contra Arian.
(*p*) In expoſit. fid. ad Hlier.
(*q*) Orat. 23.
(*r*) Epiſt. ad Paull. Samoſat.
(*s*) Lib. 1. & 2. contra Eunom.
(*t*) Lib. 4. & 9. de Trin.
(*u*) Lib. 5. de Trin. c. 6. & 7. & alibi.
(*x*) Conf. *Amic.* cit. praeſertim numeris 57. & 64.
(*y*) Ap. Amic. cit. d. 25. a n. 29.
(*z*) Hanc in rem plura *Suar.* l. 3. c. 2. a n. 3. *Bec.* cit. q. 9. *D. Th.* q. 33. a. 4. ibique *Mol. Vaz.* d. 140. per tot.
(*a*) Ita ſentit *Suar.* l. 3. c. 1. n. 7. contra D. Bonav. ibi, & Zunnig. d. 8. dub. 1. n. 5. &c.

litatem. Quod ſi eadem ſit natura in Patre & Filio; tamen in hoc, & in illo aliter eſt; in Patre ſine productione, in Filio per productionem communicata: unde in Patre aliam exigit proprietatem, ſeu relationem, & aliam in Filio.

781 II. Eſt natura divina, prout omnibus adtributis abſolutis etiam inſtructa. (*b*) Quia id principium tale eſſe nequit, quin intelligatur habens omnia, quae Pater generatione debet Filio donare; nam nemo dat, aut dare concipitur, quod in ſe non habet, aut concipitur non habere; atqui ex *Florentino* (*c*) *omnia, quae Patris ſunt, Pater ipſe unigenito Filio ſuo gignendo dedit, praeter eſſe Patrem*: ergo Pater, qua tale principium, praeintelligi debet cum abſolutis omnibus adtributis.

782 QUAESTIO IV. Num Pater Spiritum producat per Filium? ADFIRMO. (*d*) Quia Pater communicat Filio vim ſpirativam. Neque vero propterea Filius eſt Patris inſtrumentum, aut producit Spiritum per Patrem: non primum, quia Filius nullam habet inferioritatem erga Patrem, qualem ſaepius habet inſtrumentum erga ſuam cauſſam principalem: non ſecundum, quia Filius nullam Patri communicat vim ſpirativam. Et hoc quidem pacto producit Pater Spiritum mediate, ſimul & immediate. (*e*)

OBJECTIONES.

783 Obj. *primo*. Pater, & Filius eadem ſpiratione producunt Spiritum; atqui hoc ipſo nequit Pater Spiritum mediate, ac immediate producere: ergo. *Secundo*. Heinc fieret, quod Pater principalius produceret Spiritum, quam Filius: quod admitti nequit. *Tertio*: Heinc eodem jure dixeris, Spiritum produci a Filio per Patrem: quod eſt inauditum.

784 R. Ad *primum*. *D. Mi.* nequit per ipſam ſpirationem, *C.* quia per iſtam ſolum immediate producit, uti Filius: nequit per Paternitatem, qua genuit Filium, prius origine, quam ſpiret Spiritum, *N.* quia per iſtam ſolum mediate producit Spiritum. Ad *ſecundum*. *N. Adſ.* Pater, ex *Aug.* (*f*) ſolum *principaliter* producit Spiritum, hoc eſt a ſe ipſo; quum tamen producat Filius per ſpirationem a Patre adceptam. Ad *tertium*. *N. Sequelam*, quia quum aliquis dicitur per aliud operari, non debet hoc ipſo fieri converſio: alioqui perpetua eſſet mutua cauſ. ſalitas, abſque ullo fundamento. (*g*)

CA-

(*b*) Nobiſcum ſentit *Berrullius* conſulendus ad cit. d. 15. a n. 36.

(*c*) In definitione fidei poſt med.

(*d*) Cum *D. Th.* q. 36. a. 3. *Rich. Victor. D. Bonav. Enric. Baſil. Athan.* &c. ap. & cum *Rui.* d. 69. ſ. 4.

(*e*) *D. Th.* proxime cit. & *Rui.* cum eiſdem *Richard Bonav.* &c.

(*f*) De Trin. l. 15. c. 17. & 26.

(*g*) Conf. *D Th.* cit. ibique *Mol. Vazq.* & *Salmantic.* d. 15. dub. 1. §. 2.

CAPUT SECUNDUM.

De Perſona Filii.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Filii Perſonam.

785 MUlta ſunt infidelium decretorum molimina, quibus in pravo ſeu ambiguo ſenſu abundantes homines, praeter adpellatos in proxima Proluſione (fieri enim nequit, ut quum de Trinitate ſermo eſt, plura de ſingulis Perſonis capita non intermiſceantur) divinam Filii Perſonam ſingillatim impetiverunt. Nimirum HISTORIA POLEMICA

Ex Heterodoxis vetuſtioribus

I. *Cerinthus* & *Ebion* adfirmarunt de Perſona Filii, non eſſe ejuſdem cum Patre ſubſtantiae ac dignitatis, ſed inferiorem Deo creaturam, quae in tempore incoeperit. Ita *Recentiores* quidam adſerebant ſub an. circ. 1580. (*)

II. *Valentiniani*, parente *Valentino*, poſuerunt quidem Dei Verbum prolatum a Patre; ſed poſt multa tamen ſecula. (*h*)

III. *Alogi*, ſeu *Alogiani*, ſub an. circ. 180. emerſi, ſic dicti, quaſi eſſent *ſine Verbo*; quoniam ita Dei Verbum abnegarunt, ut nihil omnino eſſe dixerint; qua de cauſſa & initium Evangelii S. Joannis, & Apocalypſin rejecerunt. (*i*)

IV. *Manichaei* exiſtimarunt, Filium eſſe partem unius ſubſtantiae Patris, ex illo deductam, quae in carne adparuit. (*k*)

V. *Hieraxe*, aliis *Hieracas*, ſub an. circ. 280. ortus, Unigeniti ex

ADNOTATIO.

(*) REapſe Cerinthus & Ebion, ac vel ipſi quidem, vel eorum diſcipuli, prout fert nonnulla ſententiarum varietas, ſolummodo decreverunt Chriſtum non eſſe Deum, ex *Iren.* l. 1. c. 25. 26. *Tert.* lib. de carne Chriſti, *Philaſtr.* c. 36. 37. *Epiph.* haer. 28. 30. *Aug.* haer. 8. 10. *Theodor.* haer. fab. l. 2. c. 1. 3. De eis primum diſſeruimus in Lib. de Prodrom. a pag. 326. Illud vero potuiſſent quidem adfirmare, quantumvis tres perſonas Trinitatis in natura aequales conceſſerint. Idcirco nec ipſi contra Trinitatem, nec contra Perſonae alicujus ſubſtantiam ſenſiſſe coarguendi ſunt.

Heinc minus eorum Authorum methodum laudaverim, qui cum *Coccio* ac *Tournelyo*, huc advocant Hiſtoriam de Erroribus in Chriſti Divinitatem, quae plane tota ſpectat divinae Incarnationis tractatum; aut qui in iſtum eundem rejiciunt Errones in unam Filii Perſonam ſolitarie ſumptam, de quibus heic tanquam in ſede propria mihi agendum videtur.

(*h*) Conf. *Iren.* l. 1. c. 1. n. 4. & 5. cum notis *Jo. Erneſti Grabe*, tum *Hilar.* t. 2. edit. Veronenſ. 1730. l. 6. de Trin. n. 9. cum notis *Editoris*.

(*i*) Conferendi *Athanaſ.* epiſt. de decr. Nicaenae Syn. & orat. contra gregales Sabellii, *Epiph.* haer. 51. *Aug.* haer. 30.

(*k*) Ex *Hilar.* mox laud. l. 6. de Trin. n. 10. & ex epiſt. *Arii* & adſeclarum ejus ad Alexandrum, citata ab *Hilar.* ibid. n. 5. & egregie confutata praedicto n. 10.

Patre nativitatem inſipienter comparavit duobus unius lucernae luminibus, aut lychno in duas partes diviſo; quaſi eſſet ſubſtantia exterior, ut olei in lucerna, continens luminis utriuſque naturam, vel certe ut lampas papyro eadem intexta utroque capite luceret, eſſetque media materies lumen ex ſe utrumque protendens. (*l*)

VI. *Donatus*, Carthaginenſis in Africa Epiſcopus, *Donatiſtarum* factionis famoſus propagator ſub an. circ. 314. tenuit, Filium divinum eſſe Patre minorem. Huic tamen errori Donatiſtarum multitudo non fuit intenta.

Ita conceptis verbis *Auguſtin.* (*m*) Quocirca perperam toti Donatiſticae Sectae error ille vulgo adpingitur cum *Didaco Ruizio*, qui (*n*) prò ſua ſententia, neſcio quo conſilio, citat Auguſtinum proxime laudatum.

VII. *Arius*, alias ſaepe nigro theta notatus, impiiſſime juxta ac impudentiſſime Filii Divinitatem oppugnavit. Haec ſumma nefarii ejuſdem Syſtematis. 1.° Filius eſt creatura, minime Patri coaeterna... 2.° nec Patris naturam ut in ſe eſt, nec ſuam ipſius cognoſcit... 3.° mutabilitati obnoxius eſt, ac in libero ejus arbitrio fuit, quamdiu vellet bonus permanere... 4.° Quum Deus praecognoſceret, eum bonum futurum, anticipando illi hanc gloriam dedit, quam homo poſtmodum ex virtute mereretur... Heinc 5.° de gratiae duntaxat participatu Deus factus eſt... Heinc 6.° Deo conſubſtantialis non eſt, ac titulo tenus vocatur Deus. (*)

VIII. *Tres*

(*l*) Totidem fere verbis laud. *Hilar.* n. 12. ubi convellit eam erroneam intelligentiam, quam *Ariani* in eadem epiſtola ſubdole inſerebant, atque rejecerant. Ipſam retulit epiſtolam *Epiph.* haer. 69. num. 7.

(*m*) Haer. 69. prope med.

(*n*) In comment. de Trinit. diſp. 54. ſect. 1. n. 2.

ADNOTATIO.

(*) HAEc conſtant ex eiſdem pene cunctis documentis, quae de Arii doctrina in Ss. Triadem ſupra laudavimus in proxima Proluſione, ubi de Ario a p. 352.

Et haec inſuper omnia virtute dixit in ſuae Thaliae exordio quod tale eſt, prout ipſum recitat *Athanaſ.* Orat. 1. contra Arianos num. 5.

„ Juxta eorum fidem qui electi Dei, „ filii ſancti & orthodoxi ſunt, quique ſanctum Dei Spiritum adceperunt, haec ego „ didici a viris, qui ſapientiae participes, „ comes, a Deo docti, & in omnibus ſunt „ ſapientes. Horum ego, eadem ac illi ſentiens, veſtigiis inſtiti, ego, inquam, celeberrimus ille, qui quamplurima propter „ Dei gloriam paſſus ſum, & a Deo do„ ctus ſapientiam & ſcientiam adcepi.

„ Non ſemper Deus fuit pater: ſed „ fuit quum Deus ſolus eſſet, nondumque „ Pater erat; poſtea vero factus eſt Pater. „ Non ſemper fuit Filius, nam quum omnia „ ex nihilo ſint orta, reſque omnes creatae „ ſint & factae, ipſum quoque Dei Ver„ bum ex nihilo factum eſt, & fuit aliquan„ do quum non eſſet; nec erat antequam „ fieret, ſed habuit quoque creationis ini„ tium. Erat enim ſolus Deus, nondumque „ erat Verbum & Sapientia. Quum autem „ nos poſtea voluit creare, tunc profecto „ unum quemdam fecit, quem & Verbum „ & Sapientiam & Filium nominavit, ut „ nos per ipſum crearet.

Mitto alia, quibus propoſitum ſyſtema totidem pene verbis explicare pergit *celeberrimus ille* Haereſiarches, cujus Thaliae tempus eſt adplaudamus cum laudato *Athan.* videlicet, *& hae quidem ſunt particulae fabellarum, quae in ridiculo Arii exſtant volumine.*

VIII. *Tres impiae Factiones*, in quas potiſſimum diſciſſa eſt Ariana Secta, nempe *Semi-ariani*, *Acaciani*, *Aëtiani*, his aut illis uſae vocabulis, ſacram Verbi Divinitatem nefandis auſibus proſciderunt. Nimirum

Semi-ariani, Arianae factionis hoſtes infenſiſſimi, ne cum iis ſentire viderentur, adfirmando Filium eſſe creaturam, tametſi vocem ὁμοούσιον rejicerent, defendebant, Filium minime eſſe Patri conſubſtantialem, ſed per omnia ſimilem. Inter hos recenſeri ſolent tanquam Principes *Baſilius* Epiſcopus Ancyranus, *Georgius* Laodicaenus, *Sophronius* Pompejopolitanus, *Eleuſius* Cyzicenus, *Silvanus* Tarſenſis, *Macedonius* Conſtantinopolitanus, *Meletius* Antiochenus, *Cyrillus* Hieroſolymitanus, *Marcus* Arethuſius, *Euſebius* Samoſatenus.

Inique tamen ex iis, quos modo adpellavimus, percenſeri exſiſtimaveris, ſaltem *Baſilium*, *Meletium*, *Cyrillum*, *Euſebium*, ut pie, rectèque probat *Nat. Alexander*. (*o*)

Acaciani, Principe *Acacio*, Caeſarienſi Antiſtite, tuiti ſunt, Filium non eſſe Patri conſubſtantialem, nec alteram ex creaturis, ſed Patri ſimilem, non quidem ſubſtantia, ſed effigie; non ſecus ac ſtatua prototypo in externis lineamentis ſimilis eſt.

Aëtiani, Parente *Aëtio*, qui Arii Syſtema ex integro ſuſtinendum decreverant, rotunde ſine verborum involucris inclamabant, Filium alterius eſſe ſubſtantiae, quam ſit Pater. Exinde vero *Diſſimiles* adpellabantur, quod dicerent Filium Patri diſſimilem, hoc eſt non coexſiſtentialem; quippe docebant, Filium e non exſiſtentibus, id eſt ex nihilo factum eſſe.

Hanc amplexi partem dicuntur *Eunomius* Epiſcopus Cyzicenus, *Eudoxius* Antiochenus, *Georgius* Alexandrinus, *Uranius* Tyrius, *Germinius* Sirmienſis, *Cajus* Demophilus, *Auxentius* Mediolanenſis, *Valens* Murſanus, *Urſacius* Singidonius, *Euzojus*, Antiochenus. (*)

(*o*) Ad Sec. IV. cap. III. §. V.

ADNOTATIO.

(*) QUae de iis Arianiſmi ſurculis tribus modo diximus, facile comprobari poſſunt ex priſcis Authoribus, qui de Arianiſmo vel hiſtorice, vel polemice perſcripſerunt: cujuſmodi ſunt e. g. *Athanaſ.* in Orationibus adverſus Arianos, & alias ſaepenumero, *Hilar.* in libris XII. de Trinit. & lib. adverſus Valentem & Urſacium & alibi, *Phoebad.* l. de Trinit. cont. Arianos, *Marius Victorin.* in libris IV. cont. Arianos, *Greg. Nazianz.* in orat. 25. 35. 36. 48. 49. *Baſil.* lib. 1. 2. 4 contra Eunomium, *Cyril.* Alexandr. in libris VII. de Trinit. & in theſauro ſparſim, *Epiph.* haer. 69. 73. & alibi, *Ambroſ.* in libris V. de fide ad Gratian. Imp., *Theodoret.* haeret. fab. l. 4. c. 2. 3. 4. *Ruſinus* Aquilejenſis in hiſt. eccl. l. 10. ſqq. *Auguſtin.* in libris XI. de Trinit. & libris III. contra Maximinum Arianum & alias, *Fulgent.* Ruſpenſis l. contra Arianos, & ſaepius, *Vigilius* Tapſenſis libris XII. de Trinit. & l. contra Palladium & alias.

Et vero non ſum neſcius, ex iis adſertis noſtris nonnulla in dubium revocari ab Eruditis, & utrinque controverti: e. g. num factiones, quas ſtatuimus, duae tantummodo fuerint, ut ait *Theodoretus* haer. fab. l. 4. c. 4., vel pluſquam quatuor, ut placet *Ambroſio* lib. 1. de fide c. 4.; num Semi-ariani in duas rurſus claſſes ſubdividendi ſint, ut

doceri

IX. *Pſeudo-ſynodi plurimae* ſub Sec. IV. ex Arianis ac Semi-arianis Sectariis majori ex parte conflatae, nefaria utriuſque factionis dogmata, vel diſerte, vel ſub obſcuris, fucatiſque vocabulis, quadecretis, qua novis fidei confeſſionibus (*oo*) indiſcriminatim definierunt & confirmarunt.

Ejuſmodi recenſentur *Hieroſolymitana* ſub an. 335. ab Euſebianis coacta. (*p*)... *Conſtantinopolitana* ſub 336. ab Arianis, Praeſide Euſebio Nicomedienſi. (*q*)... *Conſtantinopolitana* altera ſub 339. (*r*)... *Antiochena*, occaſione Encaeniorum ſub 341., Praeſide Acacio Ariano, & adſiſtente Conſtantino Imp. In eo IV. diverſae formulae fidei ſunt editae (*s*)... *Antiochena* altera ab Orientalibus Epiſcopis Arianis ſub 344. (*t*)... *Philippolitana* apud urbem Philippi in Thracia ſub 348. a Semi-arianis, qui eam ſuppoſito *Sardicenſis Concilii* nomine, ut hujus fidem obſcurarent, inſignierunt. (*u*)

Sirmienſis privata ſub an. 357. a perpaucis Semi-arianis (*x*)... *Arelatenſis*

doceri videmur ex iis, quae de illorum dogmatis tradunt *Auguſtin.* l. 6. de Trin. ſub init. *Hilar.* l. de Synod. *Epiph.* haer. 73. num. 11.; num is, quem nominavimus, *Macedonius* recte ſenſerit de Patre & Filio, ac prave duntaxat de Spiritu Sancto, quemadmodum retulit *Caſſianus* libr. 1. de Incarnat. cap. 2. ubi de variis haereſibus, & deinde *Leo* P. ſerm. 4. de Nativitate, c. 5.: id genus alia ap. Eruditos Viros diſputantur.

Ceterum ad terminum feſtinanti non vacat haec ſingula ad amuſſim diſcutere. Plura diſces ex *Petavio*, qui egregie, ſi quis alter, de Arianiſmo diſſeruit, & quem propterea in ſuis de re Arianica poſitionibus perfrequenter exſcribere non eſt dedignatus *Nat. Alexander.* Conſulatur ergo in hanc rem *Petav.* l. 1. de Trinit. c. 10.

(*oo*) Ex iis undecim refert *Athanaſ.* in lib. vel epiſt. de Synod. Arimini & Seleuciae, novemdecim annis confectas, quibus aliqui binas adjiciunt, alii plures. Vide ſis *Petav.* proxime laud l. 1. c. 9.

(*p*) Lege *Sozom.* hiſt. eccl. l. 2. c. 26. ſqq. At caute legendus *Euſeb.* l. 4 de vita Conſtantini cap. 43. ſqq. & ubicumque de Ario, ac de geſtis Arium, ipſiuſque dogmata ſpectantibus diſſerit; tum *Socrat.* hiſt. eccl. l. 1. cap 33. ſqq. De ea plura *Nicol. Coletus* in collectione Conciliorum Labbeo-veneta, tom 2. a p. m. 479.

(*q*) Conf. *Ruſin.* hiſt. eccl. l. 10. c. 12. cum notis *Petri Thomae Caſciari*, *Socr.* l. 1. c. 36. *Sozom.* l. 2. c. 33. cum not. *Valeſii*, *Ant. Pagius* ſenior in critice Baroniana ad an. 336. num. 4. ſqq.

(*r*) Ejus meminit *Socr.* l. 2. c. 7.

(*s*) Conf. *Athan.* de Syn. a n. 23. *Hilar.* de Synod. ſeu de fide Orientalium, a n. 29. *Socr.* l. 2. c. 10. *Sozom.* l. 3. c. 5. cum notis *Valeſii & variorum*, *Baron.* ad eum an. a n. 2. cum notis *Pagianis*, *Harduin.* in collect. CC. ad ipſum an. Tam veteres, quam recentes hanc Synodum ut Arianorum conciliabulum impugnant cum *Bellarm.* l. de Concil. c. 6. & *Perron.* in l. contra regem Angliae, ſed ejus tamen tanquam catholicae authoritatem pluribus vindicavit, primus omnium, ut reor, *Emman. Schelſtratius* in comment. edito Antuerpiae 1681.

(*t*) Prolixam ejus fidei expoſitionem recitant *Athan.* de Synod. num. 26. *Socr.* l. 2. c. 19. *Sozom.* eam laudat l. 3. c. 11. Vide *Pag.* ad an. 344. n. 2.

(*u*) Hujus decretum, aut ſynodicam epiſtolam recitat in fragmentis *Hilar.* fragm. 3. per tot. edit. Veronenſ. 1730. Vide heic notas titulo fragmenti ſubjunctas. Ejus conventiculi meminerunt *Socr.* l. 2. c. 20. *Sozom.* l. 3. c. 11. alii.

(*x*) Plura de famoſo hoc conventiculo ac de multis fidei confeſſionibus Sirmienſibus *Athan.* de Synod. a n. 8. *Hilar.* de Synod. a num. 9. & in fragm. 6. a n. 3. *Socr.* l. 2. c. 3. cum not. *Valeſ. & Varior. Sozom.* l. 4. c. 6. & 12. *Petav.* in ſingulari Diſſert. & in ejuſdem apologia contra Sirmondum, *Sirmond.* in diatriba I. Sirmiana. *P. de Marca* diatriba de tempore hujus Synodi, laud. *Coletus* a p. m. 853. *Nat. Alex.* Sec. IV. diſſ. 32. art. 2.

tenſis a Semi-arianis ſub 353. (*y*)... *Biterrenſis* etiam in Gallia ſub 336. ab Arianis. (*z*)... *Ancyrana* ſub 358. a Semi-arianis (*a*)... *Sirmienſis* altera privata ſub 358. a VI. Arianis Epiſcopis. (*b*)... *Ariminenſis* univerſalis an. 359. a Patribus ex communiore ſententia 400. e quibus 90. Ariani, ceteri catholici. (*c*)

Seleucienſis eodem an. 359. a Patribus 160. quorum alii Ariani, Semi-ariani alii, ceteri numero perpauci catholici, inter quos S. Hilarius Pictavienſis & S. Cyrillus Hieroſolymitanus. (*d*)... *Nicaena* an. ipſo 359. ab Arianis, ſcilicet in oppido Nicaeae Thraciae (*e*)... *Conſtantinopolitana* circa 360. ab Arianis, Semi-arianis, perpauciſque catholicis (*f*)... *Antiochena* ſub 361. ab Arianis. (*g*)... *Lampſacena* ſub 365. ex Semi-arianis conflata, praeſente S. Baſilio ad eam vocato (*h*)... *Carienſis* ſub 366. ab Arianis Aſiae Epiſcopis (*i*)... *Singedunenſis* in Myſia ipſo an. 366. ab Arianis, praeſide Urſacio, Singeduni Epiſcopo (*k*)... *Cyzicena* in Aſia an. 372. ab Arianis (*l*) (*) His Pſeudo-Synodis merito ſubjiciendi *Anony-*

(*y*) Ejus meminit *Hilar.* l. 1. ad Conſtantium Aug. n. 8. & fragm. 1. n. 6. cum not. Editoris Veronenſis, & *Sulpit. Sever.* in in hiſt. ſacra l. 2.

(*z*) Meminerunt etiam *Hilar.* l. de Synod. n. 2. & l. contra Conſtant Imp. n. 2. & laud. *Sulpit. Sever.*

(*a*) Lege *Hilar.* l. de Synod. n. 12. ſqq. *Epiph.* haer. 73. a n. 2. *Sozom.* l. 4. c. 13. cum notis *Valeſii & variorum*.

(*b*) Eam exhibet graeco latinam cit. *Coletus* a p. m. 855. At vereor, ne ſit eadem cum ea, quam mox protulimus.

(*c*) De hoc celeberrimo conventiculo perplura *Athan.* epiſt. de Synodis Arimini & Seleuciae, *Hilar.* de Synod. num. 8. & in fragmentis de Synodo Ariminenſi, a Pithoeo repertis, & a Fabro editis, ac alias, *Socr.* l. 2. c. 37. cum notis *Valeſii & Variorum*, *Sozom.* l. 3. c. 19. & l. 4. c. 17. *Sever.* l. 2. hiſt. *Hieron.* in dial. contra Luciferian. *Theodoret.* hiſt. eccl. l. 2. c. 18. 19. 20. *Niceph.* l. 9. hiſt. eccl. c. 40. 41. *Baron.* ad an. 359. a n. 1.

(*d*) Conſule *Athan.* epiſt. de Synodis, *Hilar.* l. contra Conſtantium Imp. a n. 12. & fragm. 10. *Theodoret.* l. 2. hiſt. eccl. c. 27. *Sozom.* l. 4. c. 21. & 22. *Niceph.* l. 9. cap. 44.

(*e*) Vide *Sozom.* l. 4. c. 16. *Theodor.* l. 2. c. 21. *Niceph.* l. 9. c. 41.

(*f*) Ex *Theodoret.* l. 2. c. 27. *Niceph.* l. 9. c. 43.

(*g*) Ex *Sozom.* l. 4. c. 28. *Athan.* l de Synod. *Niceph.* l. 9. c. 49.

(*h*) Ex *Sozom.* l. 6. c. 7. *Socr.* l. 4. c. 2. & 4. *Niceph.* l. 11. c. 3. Hanc *Nat. Alex.* ad hoc Sec. IV. c. 3. §. 31. Synodis orthodoxis adnumerat; cui tamen refragamur cum *Baſil.* epiſt. 244. olim 82. & alibi, *Epiph.* haer. 75. *Baron.* ad an. 365. a n. 1. & *Pag.* ibi n. 2. *Valeſio* in notis ad Sozomeni l. 6. c. 7. *Maimburgo* in hiſt. Arianiſmi l. 5. ad ipſum an. ac ceteris vulgo Criticis. De hoc argumento nos latius in *Hiſt. Dogm. Pol.*

(*i*) Conf. *Sozom.* l. 6. c. 12. & *Niceph.* l. 11. c. 9.

(*k*) Ejus Synodicam epiſtolam refert *Hilar.* in fragm. 14.

(*l*) *Baſil.* qui eam innuit in laudata epiſt. 244.

ADNOTATIO.

(*) NOn vacat ulterioribus diſquiſitionibus, notiſque criticis, de iis quas indicavimus, pſeudo-ſynodis diſputare, quamvis eas, ac prae ceteris *Hieroſolymitanam*, *CPnas*, *Antiochenam*, priorem *Sirmienſem*, *Ariminenſem*, *Seleucienſem*, *Lampſacenam* pluribus, & facili quidem negotio, adornare liceret.

Suffecerit tamen pro inſtituto noſtro legitimos Scriptores, qui ſingulas verſant, & quibuſcum adcurate conſultis plerumque loquuti ſumus, prodidiſſe. Quin etiam ſingulas quaerenti paſſim dabunt *Conciliographi* in ſuis Collectionibus, & copioſius prae ceteris Cl. V. *Joan. Dominicus Manſius* in ſua poſtrema Collectione preaprimis conſulenda.

Anonymi Orientales qui ſub an. 376. blaſphemabant, Filium eſſe Deum parvum, nec Filii titulum eſſe naturae nomen, ſed dignitatis alicujus adpellationem. (*m*)

X. *Aſterius* ſophiſta inter Arianos famoſus, Ario aequalis & familiaris (*n*) ſcripto quodam decantato *Syntagmate* Arianae haereſi ſtuduit ſuffragari, adnitens videlicet oſtendere, Verbum divinum eſſe creaturam ac blaſphema id genus alia. Ejus fragmenta recitat & impugnat *Athanaſius*, ſimulque ipſius in ſuis ſententiis inconſtantiam & pugnam demonſtrat. (*o*) (*)

XI. *Metangiſmonitae*, exorti ſub an. circ. 340. Julio I. ſummo Pontifice

(*m*) De hac haereſi, ſua aetate debacchari, quin ullus contradiceret, dolet *Baſil.* epiſt. 243. ad Epiſcopos Italos & Gallos, num. 4., olim 70.

(*n*) Ap. *Caveum* in hiſt. lit. ad an. 330. quem ſequutus eſt *Valeſ.* in notis ad Socrat. l. 1. c. 36.

(*o*) In Orat. 1. cont. Arianos num. 32 & orat. 2. num. 37. & 40. & ſaepe alias.

ADNOTATIO.

(*) Quis ille fuerit Aſterius, videtur perſpicue nobis innoteſcere ex *Hieronymo*, haec narrante l. de vir. illuſtr. c. 94. „ Aſterius Arianae philoſophus factionis, „ ſcripſit, regnante Conſtantio, in epiſtolam „ ad Romanos & in Evangelia, & Pſalmos „ commentarios, & multa alia, quae a ſuae „ partis hominibus ſtudioſiſſime leguntur „. Tum etiam ubi ſermo eſt de Marcello Ancyrano Epiſcopo ibid. c. 86. „ feruntur contra hunc Aſterii & Apollinarii libri, Sabellianae eum haereſis arguentes „.

Anne vero Aſterius hic ille eſt, quem *Hieronymus* idem nominavit Aſterium *Scythopolitam* in epiſt. 70., alias 84., num. 4. & epiſt. 112. n. 20. alias 89.? *Vallarſius* in notis ad illud cap. 94. de vir. illuſtr. adfirmat. Et idem ipſe crediderim; quoniam S. Doctor in epiſt. 70. Aſterium inter eos laudat, qui ſcripta ſua graeca philoſophicis eruditionibus adſperſerunt; ac in epiſt. 112. ipſum iis adcenſet, qui inter Graecos explanatione Pſalmos illuſtrarunt; quae quidem quam conſona ſint dictis in memorato cap. 94., nemo non videt.

Ceterum Aſterius ille, ex gentili chriſtianus & Luciani Martyris diſcipulus, ac deinde apoſtata, & Arianorum promachus, aut primipilus (de quo plura idem *Athanaſ.* orat. 3. cont. Arian. de decr. Syn. Nic. & de Synod. tum *Epiph.* haer. 76. n. 5. *Niceph.* hiſt. eccl. l. 8. c. 31. ſub fin. *Socr.* l. 1. c. 24. *Sozom.* l. 2. c. 31.) plane Cappadox fuit, ex *Philoſtorgio* hiſt. eccl. l. 2. §. 15. cui adhaeret ejus primus Editor *Jacob. Gothofredus* in diſſertationibus in ipſum §. 15. & 16. ac deinde poſt *Caveum* & *Valeſium* proxime laudatos, *J. Alb. Fabricius* in Bibl. graeca l. 5. cap. 28. §. 11. num. 2. necnon *Tillemont.* hiſt. eccl. t. 6. ubi de Arianis art. 23.

Hic vero utitur authotitate *Socratis* l. 1. c. 36., ibi tamen Hiſtoricus non ait, Aſterium eſſe natu Cappadocem, ſed duntaxat, in Cappadocia artem rhetoricam docere; & quidem S. Auguſtinus rhetoricam ipſam Romae docuit, quin Romanus eſſet, ſed Africanus; ac demum *Jacob. Le Long.* in Bibl. ſacra t. 2. in Aſterio; qui tamen fugit alios ejuſmodi Bibliothecae, ſeu Indicis Interpretum ſacrae Scripturae Authores, puta *Calmetum*, *Guil. Crovvaeum*, alios.

Haec itaque tot inſignium Virorum, uno duce Philoſtorgio, ſententia; quaſi dixeris, Philoſtorgius, natione Cappadox, natus circ. 368. & extinctus circ. 423., & ipſe quoque Arianus, ut patet ex ſexcentis ſuae hiſtoriae locis, Cappadocem aut ſibi conterraneum, dixit co-arianum Aſterium; qui propterea majorem hac in re fidem ſibi adſciſcere videtur, quam Hieronymus.

Quid vero? Nec ipſi Philoſtorgio hanc laudem cedimus, nam prius quam ipſe, idem dixerat *Athanaſius* in haec verba, epiſt. de Synod. num. 18. *item quidem Aſterius ex Cappadocia multiceps ſophiſta*. Et miror quidem, nullum ex nuper laudatis Scriptoribus modernis, in probationem patriae Aſterii producere Athanaſium, & Philoſtorgio antiquiorem, & tanto viciniorem, immo coaevum Aſterio.

tifice (*p*) ita nuncupati quaſi *tranſvaſantes*, ſeu Μεταγγισμὸν propugnantes, videlicet edocebant, intrare Filium in Patrem, ac in eo eſſe ſicut vas minus in majori continetur. (*q*) Ad eum fere modum, quo Pythagoras & Plato tradiderunt animarum in corpora migrationes, quae σωμάτων μεταγγισμοί, hoc eſt corporum elutriationes & transfuſiones dicebantur a Graecis, quos pluribus irridet *Nicetas Choniates*. (*r*)

XII. *Varimadus* Arianae Sectae Diaconus, ſub an. circ. 380. commentarium ſcripſit, quo ſuae factionis dogmata, praeſertim de Filio tanquam Patri ſubordinato, ſubtilioribus argumentis, a ratione & ſacra Scriptura petitis confirmare adgreſſus eſt. (*s*)

XIII. *Adſertores Arianae perfidiae* ſenſim pene defecerant ineunte Seculo IV., nam, *Auguſtino* teſte, Ariana peſtis ſuo tempore pene exſtincta jacebat in Africa, cadaveri putreſcenti ſimilis, aut homini animam agenti. (*t*) Nihilo tamen ſecius apud eundem *Auguſtin.* (*u*) Arius olim mortuus, & tum temporis renaſcens erat. Quod plane liquet ex ſermone Arianica dogmata procudente, quem S. Doctor ad manus habuit & confutavit (*x*), tum ex iis, qui unum aliquod Patrum ſuorum dogma quadantenus mollientes, cetera conſtanter retinebant, quos nempe idem notat & convellit (*y*) ac praemaxime demum ex *Maximino* Arianorum Epiſcopo, quocum ſingulari quadam collatione diſputavit *Auguſtinus* (*z*) & cujus Arianica placita binis deinceps libris ſubvertit. (*a*)

Ex Heterodoxis recentioribus

I. *Phil. Melanchthon* inde fit aliquibus ſuſpectae fidei in Verbi Divinitatem, quod docuerit, Filium ſecundum divinam naturam Patrem orare, eſſe Patris miniſtrum, & a Patre juſſa excipere. (*b*) Ea ſiquidem omnia Ariani dogmata priſcis Patribus objecta adſeruerunt. (*c*)

II. *Mich. Servetus* haec ſingillatim in divinum Verbum evomuit. 1.° temerarium eſt de Verbo Dei aut ſermone facere Filium. (*d*)... 2.° nihil aliud fuit ab initio Verbum, quam idealis quaedam ratio, re praeſentans perſonam, formam, ceteraſque dotes futuri hominis, nempe-

(*p*) Si fides *Sandero* in Monarch. ad eum annum.

(*q*) *Philaſtr.* cap. 51. & ex ipſo *Auguſt.* haer. 58.

(*r*) In theſauro ortodoxae fidei l. 1. c. 3. & 4. & l. 2. c. 59. & 82. Exſtat. ap. *Bibl. PP.* Lugd. t. 25. a p. 55.

(*s*) Conſtat ex Praefatione in librum adverſus Varimadum, conſcriptum ab *Idacio Claro*, Epiſc. Hiſpano, qui ſub idem tempus floruit; vel a *Vigilio* Tapſenſi Epiſc., cui eum librum non injuria vindicat Chifletius, inquit *Caveus* hiſt. lit. ad an. 385. in Idacio; vel ab alio *Anonymo* innominato; nec enim ipſum nominare audent *Gerard. Joan. Voſſius* de hiſtoricis latin. l. 2. c. 17. verſus fin. *Labb.* de Script. eccl. t. 1. in Idacio, *Nicol. Antonius* in Bibl. Hiſpana veteri l. 2. c. 5. num. 140. Exſtat Commentarius ille cum Praefat. ap. *Bibl. PP.* Lugd. t. 5. a. p. 726.

(*t*) Tract. 40. in cap. 8. Joan. num. 7.

(*u*) Serm. ad Catechumen. num. 7.

(*x*) In lib. contra ſermonem Arianorum, qui exſtat in edit. Maurina t. 8. a p. 22.

(*y*) Lib. 6. de Trinit. c. 1. ſqq.

(*z*) Exſtat in eodem tom. 8. Collatio cum Maximino, quae olim erat liber primus contra Maximinum.

(*a*) Liber I. & II. contra Maximinum exſtant ibidem. Eos vide ſis.

(*b*) In lib. adverſ. Stancar. & epiſt. ad Electorem Brandeburgenſem.

(*c*) Ep. *Baſil.* l. 4. cont. Eunom. ſparſim, *Aug.* l. contra ſermonem Arianorum capp. 3. 5. 6. 9. & alias, *Cyril.* in theſauro l. 10. capp. 1. 2. 9.

(*d*) In lib. 1. de Trinit.

pe Chriſti ... 3.° inter Verbum & Spiritum Sanctum nihil omnino intereſt. (e) ... 4.° totum Verbi & Spiritus Sancti Myſterium in ſplendentiſſima Jeſu Chriſti gloria ſitum eſt. (f) Blaſphema alia protulimus *ſupra* (g) pluraque *inferius* proferemus. (h) Conſulatur interim *Athanaſius* (i) necnon compendium propoſitionum ex libris Michaëlis Serveti excerptarum, quas Miniſtri Eccleſiae Genevenſis proſcripſerunt. (k)

III. *Joan. Calvinus* arguitur, prave de Filio Dei judicaſſe ex pluribus quae ſcripto tradidiſſe fertur. Equidem 1.° inquit (l) *Chriſtum ita fore ſecundum a Deo regem, ut etiam in Sacerdotem ungatur* ... 2.° (m) *Seſſio ad dexteram metaphorice adcipitur pro ſecundo vel proximo gradu, quem Dei vicarius* (Chriſtus) *occupat*, idemque repetit ibidem (n) ... 3.° (o) *Filium ab intimis ſecretis Patris fuiſſe docet* (Joannes) ... 4.° (p) *dicit ſe Chriſtus ſervaſſe eos Patris nomine, quia ſe miniſtrum duntaxat ſtatuit, qui nihil niſi Dei virtute geſſerit atque auſpiciis*. Sed haec tamen facile exponent Calviniani, dicta fuiſſe de Chriſto qua homo eſt, non qua Deus; id quod ex ejuſdem Calvini contextibus forte ſatis eruitur: quo quidem iis, a *Coccio* & *Gaulterio* & *Athanaſio* objectis faciant ſatis.

At aliis tamen oſtendere voluiſſe Calvinus videtur, Filium divinum eſſe Patri inaequalem. Ait enim ulterius 1.° (q) *ingenue tradimus καθ' ὑπεροχὴν Dei nomen Patri proprie adſcribi*: igitur Filio non proprie adſcribitur? Negabit conſequentiam Calvinus, quia non dixit, *ſoli Patri*: ſenſum ſuum catholicum idem alias exponit. (r) Apud laudatum *Coccium* (s) haec ait ibidem Calvinus, *nomen Dei per excellentiam ad ſolum Patrem pertinere, hunc que ſolum ac proprie coeli ac terrae Creatorem eſſe; immo & Patri ſubjectum Filium, etiam ſecundum Divinitatem*. Verum nihil tale in meo codice; nec quidem heic, nec in alia confutatione XL. protheſeon Gentilis.

2.° *Filius eſt conformis Patri, habens ſubſtantiam diſtinctam ab eo* (t) ... 3.° adſerit, *Chriſtum ſecundum naturam etiam divinam Patre minorem eſſe*. (u) Adfir-

(e) Diaſ. 1. de Trin.

(f) Lib. 5. de Trin.

(g) In Proluſ. de Erron. in Dei Immutabili tatem.

(h) In Proluſ. de Erronib. in Chriſti Divinitatem.

(i) In hiſt. Socinianiſmi part. 2. cap. 3.

(k) Exſtat in t. 8. operum Calvini in refutat. errorum Serveti a p. m. 523. edit. 1667.

(l) In Geneſ. 14. 18.

(m) In Matt. 22. 44.

(n) In Matt. 26. 64. & in Marc. 16. 19.

(o) In Joan. 1. 18. ſub fin.

(p) In Joan. 17. 12.

(q) In refutatione protheſeos X. Valentini Gentilis, in tomo de Calvini tractatibus theologicis edit. 1667. p. m. 582.

(r) In reſponſo 3. ad quaeſtiones Georgii Blandratae, & in epiſt. 2. ad Polonos.

(s) In theſauro cath. l. 1. a. 5. in Calvino.

(t) In lib. gallico de actis Serveti, edito 1554. in 4. fol. 219. ap. cit. *Coccium*. Sed eum librum conferre non licuit. Forte non ſatis conſtat de legitimitate hujus eſlati ita peſpicue inaequalitatem Filii praeferentis: alioqui nonne illud avide adripuiſſent *Caulterius*, ceterique intenſi Calvini antagoniſtae?

(u) In epiſt. 2. ad Polonos ap. ipſum *Coccium*. At ibi, prout lego in toties laudata editione Amſtelodamenſi, tom. 8. p. 591. ſic loquitur Author: *tenenda quoque eſt loquendi ratio Scripturae trita, dum Chriſtus quatenus Mediator eſt, inferior Patre ſtatuitur* (*de toto complexo loquor, hoc eſt Deo manifeſtato in carne*) *quia nunc Pater caput eſt, donec Chriſtus adceptum ab eo imperium reſtituat, ut ſit Deus omnia in omnibus. Nec eſt cur Stancarus heic inſultet, ac ſi Chriſtus fieret Patre minor, quando heic non de natura Deitatis agitur, ſed notatur tantum oeconomia vel diſpenſatio admirabilis conſilii Dei, quae nihil derogat aeternae Chriſti gloriae.*

Adfirmat demum (*x*) Filium, qua Deus eſt, αὐτοθεότ autotheon eſſe, hoc eſt eſſe a ſe, non a Patre, quippe Deitas non gignitur. (*y*) (*)

IV. *Theodor. Beza* contendit, non ſolum quoad modum loquendi, ut voluiſſe Calvinus videtur (*z*) ſed etiam re ipſa Filium non a Patre Deum eſſe, ſed a ſe ipſo, ne ceteroqui jure dicatur minor Patre; putat enim *majus eſſe non eſſe aliunde, quam habere ſuum eſſe ab alterius eſſe, ſive precario Deum eſſe*. (*a*)

V. *Lambertus Danaeus* etiam Calvinianus, cujus proprias haereſes memorat ac refeliit *Eudemon Joannes* (*b*) in eadem fuit ſententia. Quod ſi Filius & Spiritus S. a ſe non habeant eſſentiam, ſolus Pater, inquit, eſt verus Deus, Filius autem & Spiritus S. fictitii, emendicati, deificati, precario ac mutuative Dii. (*c*) Utrumque perſtrinxit *Petavius*. (*d*)

His adjiciendi ceteri *Autotheani*, qui idem ardenter propugnarunt. (*e*) Necnon *Budnaeitae*, ſecta *Antichriſtiani*, Authore *Simone Budnaeo* ſub an. circ. 1583. (*f*)

VI. *Valentinus Gentilis* ultra modum deliravit in Filii Perſonam: Arianum egit, & Arianicam impietatem multis gradibus ſuperavit. Taedet me tam ridiculis deliriis exſcribendis immorari. Ea dabunt *Calvinus* (*g*) & *Athanaſius* (*h*) Nec ab iis procul abfuere *Stancariani* cum duce *Franciſco Stancaro*, Mantuano, circa an. 1543., de quibus paſſim juniores *Haereſeologi* cum *Staniſlao Reſcio*. (*i*) Neque demum ab eiſdem multum abludere viſi ſunt *Matthias Illyricus*, *Gaſpar Svenckfeldius*, *Georgius Blandrata*, qui omnes impie de Verbo Dei ſenſiſſe reperiuntur. (*k*)

VII. *Sociniani* in id maxime incumbunt, ut defendant, ſolam Patris

(*x*) L. 1. inſt. c. 13. §. 19. 23. & ſaepius.

(*y*) De quibus tamen ſatis *ſuperius* in proxima Proluſ. ubi de Calvino, pag. 363. & 364. art. v. in Adnotat.

ADNOTATIO.

(*) EX iis omnibus rite expenſis fas erit prudenti Lectori expiſcari Calvini mentem quantum ad ſubſtantiam dogmatis de perſona & deitate Verbi, quas alias quidem ſaepiſſime idem catholice adſerit, pluribuſque adprobat & confirmat: e. g. in Inſtitutionibus chriſt. religionis, in Harmonia, in confutationibus Serveti & Gentilis; ubique ſparſim. Recolenda inſuper dicta pro Calvino a p. 358.

(*z*) Ut probat *Bellarm.* l. 2. de Chriſto c. 19.

(*a*) Sic ille in opuſc. de unitate eſſentiae divinae.

(*b*) In Caſtigatione eorum, quae ſcripſit contra Bellarminum l. 2. c. 2.

(*c*) In reſponſione ad Genebrardum.

(*d*) L. 6. de Trin. c. 11. a n. 11. quem conſulas.

(*e*) De iis *Bellarmin*, proxime cit. *Lindanus* in Dubitantio, *Caniſius* in Praefat. ad librum de S. Joanne Baptiſta.

(*f*) Ap. *Deturre* in catalogo recent. haereticorum in Autotheanis num. 52

(*g*) In explicatione perfidiae Valentini Gentilis.

(*h*) In hiſtor. Socinianiſmi part. 2. cap. 6.

(*i*) De Atheiſmis & phalariſmis Evangelicorum, in Sectarum centuriis, ubi de Stancarianis.

(*k*) Ap. laudatum *Coccium*, ceteroſque vulgo *Haereſeologos*, cum citato *Reſcio*, ubi de Atheiſmis &c.

tris Perſonam Deum eſſe, Filii vero ac Spiritus Sancti Perſonas e medio tollant. Hic potiſſimus infandae Sectae ſcopus & articulus, & ab ipſis, poſt Socinos, mille cavillorum copia protectus, & a Catholicis Doctoribus, ceteriſque vulgo Anti-ſocinianis totidem argumentorum ſoliditate profligatus. Heu! quantum Socinorum ſcelus, praeſertim Fauſti, qui maxime promovere auſus eſt impiiſſimam blaſphemiam! (*l*)

Heinc ſui gregales, impio oeſtro pares, huic redivivo Ario, jam vivis erepto, hoc ſepulcrali elogio parentarunt,

Tota licet Babylon deſtruxit tecta Lutherus,
Muros Calvinus, ſed fundamenta Socinus.

Neque vero his quidquam ſuperaddere juvat praeter ea quae in Proluſione proxima de *Socinianis* ſubnotavimus a p.104., huc protinus revocanda.

VIII. *Deiſtae*, alias *Trinitarii*, *Georgio Paulli* duce, circ. 1560. defendebant, Filium Dei eſſe Deum ex Deo genitum, non eſſe tamen unicum illud Deum. (*m*)

IX. *Bideitae*, ſeu *Duitae*, Authore *Petro Goviezio* in Lituania circ. 1570. duos etiam ſtatuerunt Deos, Patrem videlicet, & Patre, ut ajebant, minorem Filium. *Goviezio* ſucceſſiſſe fertur *Farnovius*. (*n*)

X. *Metaphoriſtae*, primipilo ſeu Authore *Daniele Chamerio*, Montilienſi Miniſtro, ſuſtinuerunt, Filium Dei haud eſſe proprie Verbum, aut Imaginem Dei Patris, ſed duntaxat metaphorice. Id enixe ac pervicaciter defendit *Chamerius* in publica diſceptatione Alani habita ineunte Januario anni 1601. cum *Jacobo Gaulterio*. (*o*)

Ad extremum ex Catholicis Doctoribus;

Sed eos tamen claritatis gratia in duas claſſes diſtribuimus: in prima adducimus Sacros Scriptores Ante-Nicaenos, hoc eſt qui ante primam Nicae-

(*l*) En tibi commentarii, in quibus eam conatur magnopere propugnare. Animadverſiones in theſes Collegii Poſnanienſis... Examinatio argumenti pro trino & uno Deo... Explicatio initii Evangelii S. Joannis... Diſputatio de J. C. Servatore... Summa Religionis Chriſtianae... Reſponſio ad paraeneſim Andreae Volani de J. C. Filii Dei natura ſeu eſſentia.

Tum Animaverſiones in adſertiones theologicas de Trino & uno Deo, adverſus novos Samoſatenicos, ex praelectionibus Collegii Poſnanienſis excerptas... Animadverſiones quaedam extemporales in D. J. Niemojovii ſcriptum adverſus partem quandam diſputationis de J. C. Servatore... Defenſio Animadverſionum in adſertiones theologicas Collegii Poſnanienſis de Trino & uno Deo, adverſus Gabrielem Eutropium Sadecium, Canonicum Poſnanienſem.

Item de Unigeniti Filii Dei exiſtentia inter Eraſmum Joannis & Fauſt. Socinum Senenſem Diſputatio... Refutatio libelli, quem Jacobus VVickus Jeſuita an. 1590. polonicè edidit, de Divinitate Filii Dei & Spiritus Sancti: ubi eadem opera refellitur quidquid Rob. Bellarminus diſputationum ſuarum tomo I. de eadem re ſcripſit... Praelectiones theologicae; ubi de Trinitate, de Filio Dei &c.

Demum Tractatus de Deo, Chriſto & Spiritu Sancto; ſive argumenti pro trino & uno Deo omnium potiſſimi, aut certe uſitatiſſimi examinatio... In theſes de Trinitate Claudii Alberti Triuncuriani Notae. Haec furioſus ille nebulo laboravit, ediditque, ut liquet ex *Bibliotheca Fratrum Poſonorum*, quibus praecipuum ſanctae Religionis dogma funditus ſubverteret.

(*m*) Conf. *Reſcius* in Evangelic. ſectarum centuriis, *Damian. Roſcius* de ſectis haereticor. *Prateol.* ac *Deturre* in catalog. haeret: ubique in Trinitariis.

(*n*) Conf. *Alphonſus Piſanus*, de Concilio Nicaeno, in Praefat. ad Poloniae Regem, & laudatus *Reſcius* in Duitis.

(*o*) Hic eam refert in tab. chron. ad Sec. XVII. cap. I.

Nicaenam Synodum ſcripſerunt; in ſecunda vero Scriptores Poſt-Nicaenos, vel qui floruerunt poſt ipſam Synodum. Itaque

Ex Scriptoribus Ante-Nicaenis

I. *Juſtinus* M. haec diſertis verbis adſeruit. 1°. Filius Dei eſt adminiſter Dei univerſorum creatoris, ipſique ſubjectus eſt, ac ejus voluntati ſervit: quin et ipſe deinde Filius ſaepe Patriarchis adparuit, minime vero Pater; hic enim nec ſuperiora coelo ſpatia relinquere poteſt, nec in exigua terrae parte conſpici. (*a*) 2°. Filius eſt prima poteſtas poſt parentem & Dominum univerſorum Deum; & ipſum quidem Chriſtiani in ſecundo loco habentes merito venerantur. (*b*) Haec autem demonſtrare videntur, Juſtini opinione, Filium, etiam priuſquam homo fieret, minorem fuiſſe Deum, ac inferioris conditionis comparate ad Patrem.

Ceterum haec plerique benigne interpretantur, quoniam perplura protulit Juſtinus (*c*) ſuae verae & catholicae de Myſterio fidei teſtimonia. Ea multi collegerunt: e. c. *Bellarminus* (*d*) *Petavius* (*e*) *Bullus* (*f*) *Joan. Erneſtus Grabe* (*g*) *Anonymus Maurinus* (*gg*) *Thomaſſinus* (*h*) *Tournel.* (*i*) *Nat. Alex.* (*k*) *Juenin.* (*l*) *Edmund. Simonnet.* (*ll*)

Cave tamen ne pro Juſtini patrocinio adferas cum *Calvino* (*m*) & *Aretino* (*n*) Confeſſionem fidei, ejus nomine inſcriptam, & egregie quidem in parte prima de S. Triade diſſerentem. Haec enim apud Eruditos ſuppoſititia eſt; ac, ut ſuſpicatur eruditiſſimus *Lequienius*, ab Authore Neſtoriano exarata eſt ac Juſtino adtributa. (*o*)

II. *Athenagoras* ſenſit, quod Verbum per totam aeternitatem fuerit anypoſtaton, hoc eſt abſque propria hypoſtaſi; tunc vero per ſe exſiſtere coeperit, ſubindeque Deus eſſe, quum ingenitus Deus voluit mundum condere; tunc enim primum ab ingenito Deo Verbum prodiit, ut rerum omnium idea eſſet & exemplaris perfectio. (*p*)

Hoc eum effato ſaltem quoad incautum loquendi modum nonnihil Arianiſmo faviſſe putavit *Petav.* (*q*) cui adhaeſit *Thom. Alethinus* (*r*) ſed eum tamen locum magna indulgentia exponunt alii, cum laud. *Bullo* (*s*) *Nourr.* (*t*) *Juenin. Simonn. Thomaſſ. Tournel. Bellarm.* (*u*) *Boſſuetio*

(*a*) In dial. cum Tryph. ſparſim.
(*b*) In Apol. 2. pro Chriſtianis.
(*c*) In eodem Dialogo, & in binis Apologeticis ſparſim.
(*d*) L. 1. de Chriſto cap. 10.
(*e*) In praefat. in libros de Trin. c. 3. §. 1.
(*f*) In Defenſ. fidei Nicaenae ſect. 3. cap. 4. a §. 1.
(*g*) In Adnotatis ad eum Bulli locum.
(*gg*) De Chriſti Divinitate manifeſtata in Scripturis & Traditione l. 4. c. 4. & 5.
(*h*) Tractatu 2. de Trin. c. 42. §. 1. ſqq.
(*i*) De *Trin.* q. 4. art. 2. ſect. 4.
(*k*) Ad Sec. II. diſſ. 6. §. 2.
(*l*) Inſt. theol. par. 2. diſſ. 1.
(*ll*) Inſt. theol. tr. 2. diſp. 3. art 3. §. 1.
(*m*) In refutat. haereſum Serveti.
(*n*) In hiſt. Valentini Gentilis.
(*o*) Conferas Admonitionem in hanc Confeſſionem ap. *Maurinam* editionem operum S. Juſtini de an. 1742 a p. 417. *Bellarm.* de ſcript. eccl. in Juſtino, cum eius Adnotatorib. *Nat. Alex.* ad Sec. II. c. 4. art. 2. §. 4. *Nourr.* in Adpar. l. 2. diſſ. 2. par. 2. c. 1. §. 1. ſqq.
(*p*) In Apologia pro Chriſtianis.
(*q*) L. 1. de Trin. c. 3. §. 4.
(*r*) In notis ibidem adjunctis.
(*s*) Sect. 3. c. 5. theſi 2.
(*t*) Ubi de Athenagora, diſſertat. 3. cap. 5. §. 22.
(*u*) Proxime citt.

ſuetio (*x*) adverſus Miniſtrum Claudium Jurium &c. Quin etiam pluribus ipſe ibidem dilucide Myſterii veritatem adſeruit. Ea loca congeſſerunt & explicarunt plerique cum *Petav.* (*y*) laudatiſque *Bullo Nourryo*, & *Anonymo Maurino*. (*z*)

III. *Theophilus*, ſextus poſt Apoſtolum Petrum Antiochiae Epiſcopus, ſic de Verbi generatione diſputat (*a*), minime ut aeternam eam faciat, ſed temporaneam. Quin etiam ubi Triadem explicare adgreditur, Spiritum S. cum λόγῳ ſeu Verbo confundit. (*b*)

IV. *Irenaeus* adfirmat 1°. Patrem eſſe majorem Filio, per hoc quod Pater ſcit Judicii diem, non autem Filius (*c*) 2°. Patrem praecepiſſe Filio ut Mundum crearet (*d*) 3°. Angelorum miniſterio in operationibus ſuis Patrem non indigere, quia ſatis eſt ipſi miniſterium Filii (*e*) Haec autem Perſonarum inaequalitatem plane praeferunt.

Plerique tamen, & quidem merito, benigna interpretatione Irenaeum donant, quippe qui ſaepe alias Filii & Spiritus Sancti Divinitatem egregie vindicat. (*f*)

V. *Clemens* Alexandrinus ſcripſit 1°. Filium eſſe Patri ſubjectum, ejuſdemque voluntati ſervire (*g*) 2°. Filii naturam Omnipotenti Deo citimam eſſe, aut propinquiſſimam (*h*) quocirca ipſi identicam non putavit.

Doctrinam hanc Platonici & Ariani dogmatis indolem ſapere crediderunt laudati *Petav.* (*i*) & *Huet.* (*k*) At pluribus Clementem purgare contendit *Bull.*, cui tamen laudatus *Alethinus* palmam cedere non audet. Et vero Myſterium alias ſaepe vindicare Clementem, & idem *Petav.* recte oſtendit, & cit. *Bull.* (*l*) cum Adnot. *Erneſti Grabe* ad cit. c. 6. ejuſdem Bulli; necnon laudatus *Anon. Maur.* (*m*) *Thomaſſin.* (*n*) ac *Nat. Alex.* (*o*)

VI. *Origenes* multifariam in S. Triadem peccaſſe incuſatur a plurimis; quod nempe plurima commentus ſit, quibus divinae ſubſtantiae unitas, Perſonarum Trinitas, perfectaque ipſarum ad invicem aequalitas viola-

(*x*) In Admonitione 6. ad Proteſtantes art. 10. a p. m. 415. Edit. Leydenſis 1766.

(*y*) In laud. Praef. in libros de Trin. cap. 3.

(*z*) De Chriſti Divinitate l. 4. c. 7.

(*a*) In lib 2. ad Autolicum.

(*b*) Ita *Petav.* lib. 1. de Trin. c. 3. §. 6. praefervide tamen reclamantibus *Bullo* ſect. 3. c. 7. & cit. *Nourr.* diſſ. 4. c. 3. §. 1. *Anonymo Maurino* de Chriſti Div. l. 4. c. 8. *Ballerinii* Editoribus Operum S. Zenonis de an. 1739. in praevia diſſ. 2. c. 1. §. 7. quin laudatus *Alethinus* audeat litem dirimere.

(*c*) L. 2. contra haer. c. 29.

(*d*) L. 3. c. 4.

(*e*) L. 4. c. 17.

(*f*) Adi ſis cit. *Bellarm.* & *Bull.* ſect. 2. c. 5. & ſect. 3. c. 2. cum Adnotatis *Erneſti Grabe*, ac cit. *Nourr.* diſſ. 6. c. 6. §. 2. & 3. tum *Petav.* in Praef. c. 3. §. 2. quem plane, ſic teſtante *Th. Alethino*, inclementius repugnantiae inſimulavit laud. Bullus ea ſect. 2. c. 5., tum *Anon. Maurin.* de Chr. Div. l. 4. c. 9. ac *Thomaſſ.* c. 43. necnon *Nat. Alex.* ad Sec. II. diſſ. 7.

(*g*) L. 7. Strom.

(*h*) Ibid.

(*i*) L. 1. c. 4. §. 1.

(*k*) In Origenian. l. 2. c. 2. q. 2. n. 10. p. m. 36.

(*l*) Sect. 2. c. 6. & ſect. 3. c. 2. a §. 5.

(*m*) L. 4. c. 10.

(*n*) Cap. 44. §. 1. ſqq.

(*o*) Ad Sec. II. diſſ. 8.

violatur. Sic *Hieronym. Epiphan. Aug. Petav.* aliique & ex priſcis & ex recentibus. Alii e contrario, numero frequentes, ac dignitate, doctrina, eruditioneque clariſſimi, tum ex vetuſtis, tum ex modernis Doctoribus, eum impenſe vindicant, cum *Firmiliano Caeſarienſi*, *Gregor. Thaumaturgo*, *Pamphilo* Mart. *Athanaſ. Didymo Alex. Petro Halloixio*, *Bullo*. At inter eos punctum fortaſſe cuiquam omne tuliſſe videatur *Huetius* (*oo*) propterea ſerio conſulendus.

Quidquid vero cum adverſariis Origenis contra ipſum differant *Petav.* (*p*) ac *Nat. Alex.* (*q*) & cum ejuſdem patronis pro eo pugnent *Bull.* (*r*) *Halloixius* (*s*) *Thomaſſ.* (*t*) *Tournel.* (*u*) certum ſit, Authorem orthodoxe alias de Trinitate ſenſiſſe. (*x*) Conferatur demum *Athanaſ.* (*y*) cui adhaeſit *Bellarm.* (*z*)

VII. *Dionyſius* Alexandrinus Epiſcopus, Origenis auditor ac praedicator, docuit, Filium Dei eſſe creaturam, & opus quoddam factitium, quod priu quam fieret, non erat; aliaque id genus plura, quae Ariani pro ſua haereſi confirmanda ex Dionyſii libris contra Sabellium deprompſerunt. Hinc illum ſugillant *Petav.* (*a*) *Huet.* (*b*) quos tanquam ſui Arianiſmi fautores avide, ſed inique, excepit Socinianus ille *Chriſtoph. Sandius* (*c*) Et quidem *Baſilius* (*d*) eum in multis improbat; id quod diu indicarat *Photius*. (*e*)

Nihilo tamen ſecius eum oppido vindicavit *Athanaſ.* in Epiſt. de ſententia Dionyſii, qua probare adgreditur, quod Dionyſius adverſus Arianam haereſim ſenſerit, ut & Nicaena Synodus; & quod falſo illum Ariani ut doctrina ſecum conſentientem criminentur: tum in Epiſtola de Synodis Ariminii & Seleuciae (*f*) recitat Dionyſii epiſtolam ſub titulo *Elenchus* & *Apologia*, qua ſeſe purgat apud cognominem Dionyſium Romanum Pontificem, ad quem ejuſmodi errores delati fuerant; quidquid ſine patrono & adcurata critice hanc epiſtolam notham dixerit *Sandius*. (*g*) Sed & Athanaſium praefervido ſtudio ſequutus eſt *Bullus*. (*h*) Plura pro recta ejuſdem Dionyſii fide colliges ex laud. *Petav.* (*i*) necnon ex cit. *Anon. Maurin.* (*k*) ex *Thomaſſ.* (*l*) ex *Nat. Alex.* (*m*) ex Clariſſ. demum *Lamio*. (*n*) VIII. *Gre-*

(*oo*) In Origenian. l. 2. c. 2. q. 2.
(*p*) L. 1. c. 4. a §. 2.
(*q*) Ad Sec. III. diſſ. 16. art. 2.
(*r*) Sect. 2. c. 9. & ſect. 3. c. 3.
(*s*) In Origene defenſo l. 3. c. 1.
(*t*) Cap. 47. a §. 1.
(*u*) Proxime laud. ubi de Origene.
(*x*) E. g. in libris ſingulis quibuſque contra Celſum & in aliis ſparſim commentariis, e quibus loca feliciter colligunt citati *Petav. Halloi. Bull. Huet.* necnon recens laud. *Anon. Maurin.* l. 4. c. 14. ſqq.
(*y*) De decr. Nicaenae Synodi n. 27.
(*z*) L. 1. de Chriſto c. 10. n. 24.
(*a*) L. 1. c. 4. §. 10.
(*b*) In Orig. l. 2. c. 2. q. 2. §. 10.
(*c*) In nucleo hiſt. eccl. l. 1. p. 122.
(*d*) Epiſt. olim 41, in edit. Maurina 9. num. 2.
(*e*) In excerptis Gobari Cod. 232. p. m. 902. edit. Colonienſ. 1611.
(*f*) Num. 44. ex edit. Maurina Paris. 1698.
(*g*) De ſcript. eccl. p. 42. & 43.
(*h*) Sect. 2. c. 11. a §. 2. cum *Grabeanis* Adnotatis ad §. 3. & 6. & ſect. 3. c. 4. §. 3.
(*i*) In praef. c. 4. §. 4. & l. 1. c. 4. §. 10.
(*k*) L. 4. c. 23. a §. 3.
(*l*) Cap. 45. a §. 5.
(*m*) Ad Sec. III. diſſ. 19.
(*n*) In Comment. de recta Patrum Nicaenorum fide cap. 8.

VIII. *Gregorius* Neocaesarienſis, primum dictus *Theodorus*, alias *Thaumaturgus*, nonnulla protulit Ariano dogmati in ſpecie faventia (*p*); quod nempe Pater & Filius mentis quidem cogitatione duo ſint, ſed hypoſtaſi unum; tum quod Filius ſit creatura & factura, & alia hujuſmodi. Heinc eum Erronibus quadantenus adnumerat *Petav.* (*q*) ac poſt ipſum audacius *Huet.* (*r*) & *Sandius*. (*s*)

Et vero ibidem laudatus *Baſilius* eum excuſat, quod non dogmatice, neque adfirmando talia dixerit, ſed vel diſputantis, altercantiſque more, vel ad paganum Aelianum, quocum certabat, ſeſe adtemperantem, voces illas adcuratius expendere abnuiſſe; vel quod errata illa ſuiſſent librariorum, plura enim in ea diſputatione irrepſiſſe olim ſeſe oſtenſurum ſpondet. Et minime quidem ibidem adverto Gregorium in ſuſpicionem a Baſilio vocari, ut fert *Petav.* (*t*) & multo minus ab eodem caſtigari, quod Filium aperte creatum praedicarit, ut adſerit proxime laudatus *Huet*; quocirca caſtigandus uterque. Immo Baſilius ad fidei traditionem a Gregorio adceptam (ſcilicet per egregi m ſuae fidei Confeſſionem, quae etiam tum omnium auribus perſonabat) con. fidenter ibi provocat. (*u*) Plura adcurate pro integra Gregorii fide vindex *Bull.* (*x*) necnon laud. *Anonym. Maurin.* (*y*) itemque *Thomaſſ.* (*z*)

IX. *Tertullianus* plura dixit Ariano dogmati mirifice conſona. E. c. quod Filius factus ſit a Patre, cujus nomine & authoritate ipſe erat Deus (*a*), quod Deus Verbum, aut ſermonem produxerit ſub ipſum rerum initium (*b*); quod Pater natura inviſibilis ſit, Filius autem viſibilis (*c*); quod Deus ex aeterno fuerit ac ſemper Deus, non autem ſemper Pater. (*d*)

Haec autem, aliaque id genus ipſum revocaſſe dixeris pluribus de Triade dogmatis catholice conſcriptis, quae nempe collecta habes apud *Petav.* (*e*) *Thomaſſ.* cit. (*f*) *Nat. Al.* (*g*) *Bellarm.* (*h*) & plura apud *Bull.* (*i*) item ap. laudat. *Anon. Maurin.* (*k*) & ap. proxime adductos *Ballerinios*. (*l*)

X. *Lactantius* perabſurde, indigneque de Ss. Triade ſenſiſſe cunctis genuina ejus ſcripta legentibus perſpicue adparet. Videlicet Inſtitut.

(*p*) In Dialogo cum Aeliano ap. *Baſil.* epiſt. ad Primores Neocaeſareae olim 64. & in Maurina Edit. 2.o. n. 5.
(*q*) L. 1. c. 4. §. 11.
(*r*) In Origen. l. 2. c.2. q.2. §. 10.
(*s*) Enucl Hiſt. eccl. l. 1. p. 111.
(*t*) In Praefatione c. 4 §. 5.
(*u*) Num. 3. ejuſdem epiſtolae.
(*x*) Sect. 2. c. 12. & ſect. 3. c. 4. §. 4.
(*y*) L. 4. c. 20. §. 1. & 2.
(*z*) Cap. 45. a §. 1.
(*a*) L. 2. cont. Marcion. c. 27.
(*b*) L. in Praxean, c.5.
(*c*) Ibid. c 14.
(*d*) L. cont. Hermog. c. 3.
(*e*) In Praef c. 5. §. 1. & l. 1. c. 5. num. 4. §. *At idem*.
(*f*) Cap. 37. 38.
(*g*) Ad Sec. II. diſſ 9. art. 3.
(*h*) L. 1. de Chriſto c. 10.
(*i*) Sect. 2. c. 7. ubi ad extremum egregie Sandium exagitat, & c. 8. §. 4. & ſect. 3. c. 10. §. 2. ſqq.
(*k*) L. 4. c. 11. & 12.
(*l*) Diſſ. 2. c.1. §. 7.

tut. lib. 2. c. 9. (*m*) & lib. 4. c. 6. (*n*) & c. 8. (*o*) & c. 13. (*p*)

Ita de Lactantio ſentire videntur plerique omnes Scriptores; quin & idem *Bullus* ejus patrocinium plane deſerit (*q*) inquiens ex vulgari, notaque Eruditorum ſententia, eum potius diſertum Rhetorem fuiſſe, quam perdoctum Theologum: ſubditque, vel ejus ſcripta ab haereticis adulterata eſſe, vel certe Authorem ipſum a quopiam haeretico deceptum fuiſſe. Sed & nonnulla praeterea documenta pro vera Lactantii fide circa Verbi Perſonam adferri poſſent ex ejus lib. 4. c. 12. & 14. Quin & ipſum Lactantium pluribus exponere ac defendere adgreſſi ſunt nuperrime laudati *Anon. Maurin.* (*r*) & *Ballerinii* (*s*) quibus adde *Thomaſſ.* (*t*)

XI. *Cyprianus*, primarius, dum vixit, Africae Antiſtes, adducitur a novis Arianis cum ſuo *Sandio* (*u*) eo quod docuerit, praeter alia, Filium eſſe Patri ſubordinatum, ac Spiritum S. eſſe ipſo minorem. Adeo ex Rufini hiſtoria in Apol. pro Orig., cum Ario ſentit Cyprianus. Ita laudatus *Sandius*.

Sed eum tamen egregie confutat, vindicatque jure Cyprianum Eruditus *Bullus* (*x*) necnon *Thomaſſ.* (*y*) Et profecto, quidquid duobus aut tribus in locis Cyprianicae loquutiones duriuſculae fuerint; at dubitari nequit de ſana Authoris fide in S. Triadem, quam utique demonſtrant apertiſſime teſtimonia ex ejus ſcriptis compilata a *Petav.* (*yy*) *Bull.* (*z*) & laud. *Anon. Maurino*. (*a*)

XII. *Theognoſtus* Alexandrinus, quem *Athanaſius* inter *priſcos homines* numerat (*b*) docuit (*c*) Dei Filium creaturam eſſe, & ratione praeditis tantum praeeſſe; ac plurā id genus una cum Origene Deo Filio adſcribit, ſive eadem impietate ductus, ſive, ut quis dixerit, illius defendendi ſtudio, exercitationis iſthaec gratia, & non ex ſua ſententia proponens, ſive ſe a veritate nonnihil abduci ſinens. Ita *Photius*, Origeni, ejuſque adſeclis hoſtis infenſiſſimus, (*d*) quem ſequuntur *Huet.* (*e*) & *Sandius* (*f*)

Enimvero *Athanaſius* (*g*) adducit pro S. Triade celeberrimum ex eodem lib. 2. fragmentum, & in haec verba concludit, *ſic igitur Theognoſtus ſuam ipſe mentem his verbis aperuit, quum ea, quae antea propoſuerat, non niſi exercitationis gratia expendiſſet*. Deinde *Andreas Scottus* (*h*) ſentit, quod non abſimile vero fuerit, his ipſis Theognoſti libris, quod Clemen-

(*m*) Ex τὸ *Quum eſſet Deus* & ex τὸ *exorſus igitur Deus*.
(*n*) Ex τὸ *Deus igitur machinator*.
(*o*) Ex τ' *quomodo igitur procreavit*.
(*p*) Ex τὸ *Ipſe enim pater Deus*.
(*q*) Sect. 3. c. 10. §. 20.
(*r*) Lib. 4. c. 22. §. 2. ſqq.
(*s*) Verſic. *Tandem Lactantius*.
(*t*) Cap. 40. § 5. ſqq.
(*u*) Enucl. hiſt. eccl. l. 1. p. 112. & 113.
(*x*) Sect. 2. c. 10. a. §. 3.
(*y*) Cap. 40. §. 1. ſqq.
(*yy*) In Praefat. c. 5. §. 2.
(*z*) Proxime cit. §. 1. ſqq. cum Adnotatis *Grabeanis* ibid.
(*a*) Lib. 4. c. 18. a §. 2.
(*b*) In libr. in illud Evangelii *quicumque dixerit verbum in Filium hominis* &c.
(*c*) In l. 2. hypotypoſeon.
(*d*) Cod. 106. p. m. 279.
(*e*) In Orig. l. 2. c. 2. q. 2. §. 25.
(*f*) Lib. 1. hiſt. p. 109.
(*g*) De decret. Nicaen. Synod. n. 25.
(*h*) In Scholio ad laudatum Codicem Photianum.

Clementis item hypotypoſibus adcidiſſe author eſt in Origenis Apologia Rufinus, ut ab haereticis interpolati, contaminatique fuerint. Plura in Theognoſti defenſionem *Bull.* (*i*) laud. *Anon. Maurinus* (*k*) ac *Thomaſſ.* (*l*)

XIII. *Arnobius* Afer, ſub Diocletiano florentiſſimus Rhetor, Lactantii Magiſter, cum Ario ſenſiſſe proditur a laud. *Sandio* (*m*) quod docuerit, Deum ſolum eſſe ingenitum, & in mundum veniſſe Chriſtum, ut ſummi regis imperium ſervaret. At inſulſas iſtas nugas nullo negotio refellit laud. *Bull.*, praemiſſis aliquot pro fide Arnobii teſtimoniis ex ejuſdem operum lib. 1. ubi de Chriſti miraculis diſſerit. (*n*) Plura pro eodem Arnobio proxime cit. *Anon. Maurin.* (*o*) ac *Thomaſſ.* (*p*)

XIV. *Lucianus* Martyr, Antiochenae Eccleſiae Presbyter, heterodoxiae in articulum de Filii Divinitate notam vulgo incurrit; eo quod *Alexander* Epiſcopus Alexandrinus ſcribat (*q*) Arianam haereſim authorem habuiſſe Paullum Samoſatenſem, *quem*, pergit, *Lucianus excipiens, a tribus Epiſcopis longo tempore manſit excommunicatus*; tum quod Arius ipſe, ejuſque Sectatores ſeſe *Lucianiſtas* nominarent.

Haec tamen *Bullo* parvi momenti ſunt (*r*) quoniam *Lucianus* ille, de quo loquitur Alexander, & quem ſibi in patronum adciverant Ariani, potuit eſſe alter a Martyre ejuſdem cognominis Lucianus; quod quidem, inquit, ſit veroſimile ex Symbolo *Lucianeo*, ſeu Luciano Martyri adtributo, quod nempe, teſte *Sozom.* (*s*) ajebant Ariani ſe reperiſſe ſcriptum manu ipſius Luciani M.; ipſum vero recitavit *Athan.* (*t*) tanquam confeſſionem fidei elicitam a Synodo quadam Hieroſolymitana, atque *Socrat.* (*u*) tanquam elaboratam a Synodo Antiochena, cui laudatus *Sozom.* conſentit.

Jam vero quod praefatum Symbolum, undequaque plane catholicum, fideique regulae conſonum, utpote cum Nicaeno prorſus conſentiens, quin aliud in ipſo deſideres praeter voculam ὁμοούσιος, fuerit noſtri Authoris genuinus foetus, pluribus oſtendere *Bullus* nititur. Num vero rem ſuam evincat, Eruditorum judicio relinquimus. Interea conferendi *Tillemont.* (*x*) & laud. *Anonym. Maurin.* (*y*) necnon *Thomaſſ.* (*z*)

XV. *Methodius* primum Patarae, deinde Tyri Epiſcopus, Martyrio coronatus an. Chr. circ. 300., reprehenditur in primis a *Petavio* (*a*) quod ſiniſtre loquutus ſit de divinis Perſonis; quoniam Patrem & Filium duas virtutes adpellavit, quum ambo una ſint virtus & potentia; tum ait, Patrem ſola voluntate, id eſt ſe ſolo, moliri & creare, ita ut Filium excludat, quem, ſubdit, ea quae facta ſunt exornare ac perpolire.

(*i*) Sect. 2. c. 10. a §. 7.
(*k*) Lib. 4. c. 24 §. 1. & 2.
(*l*) Cap. 46. §. 6.
(*m*) Lib. 1. p. 127.
(*n*) Sect. 2. c. 14 §. 1. ſqq.
(*o*) Lib. 3. c. 4. §. 3. ſqq. necnon l. 4. c. 22. §. 1.
(*p*) Cap. 41. a §. 1.
(*q*) In epiſt. ad Alexandrum Byzantii Antiſtitem.
(*r*) Sect. 2. c. 13. a §. 4.
(*s*) Hiſt. l. 3. c. 5.
(*t*) De Synod. Arim. & Seleuc. n. 23.
(*u*) hiſt. l. 2. c. 5.
(*x*) In Hiſt. eccl. t. 5. ubi de Luciano.
(*y*) Lib. 4. c. 24. §. 4. ubi *Lucianum* Ariano dogmati aliquando conſenſiſſe, licet invitus, convictus vero, fatetur.
(*z*) Cap. 46. §. 9.
(*a*) Lib. 1. c. 4. n. 11.

lire. (*b*) Deinde *Sandio* (*c*) quod incommodas ſcripſerit de S. Triade ſententias, quas in Sympoſio *Poſſinus* ejuſdem editor obſervavit. (*d*)

Methodium vero ut adpoſite vindices, haec reponere licet. Primum, ea priora verba ſenſum catholicum admittunt; quamvis enim una eademque ſint S. Trinitatis extranea opera, quaedam nihiloſecius & in ſacris literis & in Veterum ſcriptis, Patri ſpecialius adtribui ſolent, alia Filio, alia Spiritui Sancto. Et Photius quidem, adcuratus & criticus, ſi quis alter, Scriptorum adnotator, nihil in Methodiano effato animadverſione dignum duxit.

Deinde ex laudato *Phot.* (*e*) dialogus ille, ſeu ſympoſion magnam partem adulteratum eſt; continet quippe adjectas Arianas opinationes, aliaſque prave ſentientium fabulas: id quod perdoctum *Poſſinum* praeteriit, qua propter alia via Methodium excuſavit. (*f*) Plura in idem ſympoſion, hoc eſt convivium decem Virginum, *Combefiſius* (*g*) *Leo Allat.* (*h*) & *Henr. Valeſ.* (*i*) Demum nonnulla ſuppetunt pro vera Authoris in S. Triadem fide teſtimonia, quae collegit *Bullus* (*k*) una cum laud. *Anonymo Maurino* (*kk*) conſulendus. (*)

(*b*) Ita *Method.* ap. *Phot.* cod. 235. in excerptis ex libro de creatis, p. m. 938. ſub fin.

(*c*) Enucl hiſt. eccl. l. 1. p. 128.

(*d*) In Praefat. in ipſum opuſculum, quod exſtat ap. *Bibl. PP.* Lugd. tom. 3. a p. 676, ſub fin.

(*e*) Cod. 237. p. m. 963. ſub fin.

(*f*) In laud. Praefat.

(*g*) In Auctario noviſſimo Bibl. Graecor. Patrum, part. 1. in notis a p. m. 143.

(*h*) In diatr. de Methodiorum ſcriptis §. 10. ſqq. in edit. *J. Alb. Fabric.* 1718.

(*i*) In notis in idem opuſculum, ap. ipſam edit. Fabricianam a p. m. 114.

(*k*) Sect. 2. c. 13. §. 9. & paullo poſt ubi rurſum de S. Methodio.

(*kk*) L. 4. c. 21.

ADNOTATIONES.

(*) HAec porro ſunt praecipua Capita circa Sacros Scriptores Ante-Nicaenos, de quibus heinc inde fere perpetuo certamine apud Theologos & Criticos diſputatur. Circa unum vel alterum ex adnotatis ſenſum noſtrum obiter ſubindicavimus: circa reliquos conſulto ſtatuimus nihil; ubi praeſertim res ipſa, ut adcurate decidatur, longiorem expoſcit diſcuſſionem. Sed adduximus tamen clariores pro unoquoque patronos & adverſarios, qui conſulenti praeſto ſint.

II. Sunt equidem ex iis, qui S. Triados fidem profitentur, Doctores plerique, qui religioni ducunt ſingulos quoſque heic notatos ab omni prorſus naevi macula per fas nefaſque defendere; quo ſcilicet tutam & immaculatam demonſtrent Traditionis viam ad Myſterii fidem, quae Nicaenae Synodi decretis ſollemnibus evulgata eſt. Sicut enim Sociniani, Scriptores eos Ante-Nicaenos ut Arianae tamulantes haereſi ſuos jactitant, cum *Fauſto Socino* epiſt. 2. ad Radecium, *Chriſtoph. Sandio* in Biblioth. Anti-trinitar. & in nucl. hiſt. eccl. ſparſim & *Claudio Jurio*, Sociniano-Calviniſta in epiſt. paſtorali 6. ap. *Boſſuet.* in admonitione 6. ad Proteſtantes art. 10; ſic vice verſa Doctores alii eos omnes tanquam ex integro catholicos, ut qui nihil omnino nec loquutione in Myſterium peccarint, enixis viribus propugnant, cum laudatis *Bullo*, *Thomaſſino*, *Anonymo Maurino*, *Balleriniis*, *Tournelyo*, *Juenino*, quibus adde *Perrimeq.* in diſſertationibus ſelectis tom. 2. diſſ. 114. & *Nat. Alexandrum* Seculo IV. diſſ. 42. a §. *Objicies ſeptimo*.

Et iis quidem praeluxiſſe viſus eſt magnus ille Vir *Athanaſius*, cui prudenter dixeris univerſam de Triade doctrinam & eruditionem ipſum Trinum infudiſſe Deum. Hic enim Anti-trinitarios Arianos adloquens, haec elata voce clamitat in epiſt. de decret. Nicaenae Synodi num. 27. *En igitur nos quidem hanc ſententiam* (de Trinitate) *a Patribus*

Ex Scriptoribus Post-Nicaenis.

I. *Constantinus* Magnus non adcurate, castigateque de Filio Dei scripsisse videtur, ubi inquit, eum, quum semper in Patre esset, ab eo processisse *bus ad Patres transisse demonstramus: vos vero, o novi Judaei & Caiphae discipuli, quos Patres, qui vestris oculis* (quibus nempe haeresim conceptam occluditis) *faverint, exhibere potestis? Nullum certe prudentem & sapientem unquam proferetis; omnes enim a vobis abhorrent praeter unum diabolum.*

Haec autem in sensu laudati *Bellarmini* l. 1. de Christo c. 10. n. 24. sub fin. idem valent, ac si dixerit Athanasius, *Arianos nullum ex veteribus pro suo errore adferre potuisse.*

Heinc iidem illi nullum non movent lapidem, ut, qua regulas praefigendo, qua specimina excogitando, qua eruditionis copiam eructando, qua ingeniosa molimina sus deque promovendo, vero efficiant simile, quod vix ullus e notatis Scriptoribus nedum a fide in Triadem deflexerit nullibi, verum etiam, nec pene verbum unum protulerit ambiguum ac duriusculum, minusque interdum adcurate, castigateque loquutus sit in suis de tam arcano, & perobscuro dogmate dissertationibus.

Quin etiam Authores ipsi tanto flagrant studio Patres quosque Ante-Nicaenos protegendi, ut dictis & scommatis haud semel eos proscindant, ac praeprimis Petavium, qui sententias minus caute prolatas, mox expositas, in Patribus ipsis adcusant, nec dissimulant. Petavium inquam, quo fortasse nullus doctius, & felicius Mysterium exposuit & adversus Arianismum propugnavit libris VIII. de Trinit.

Ac rursus Petavium illum, qui in aurea in eosdem libros Praefatione, sublimi quodam, erudito ac peracuto orationis genere, non modo plura candide, sed incaute in libro I. adserta corrigit, sed etiam ita Patribus adpicta errata excusat atque elucidat, ut ipsi nobiliorem interpretem ac vindicem nacti sint nullum.

At hunc nihilominus Theologorum Coriphaeum ut Ante-Nicaenis Patribus impudentem ac injurium, & vix non haereticum, traducunt illi Ss. Triados professores, ac prae ceteris *Bullus* & *Ballerinii*: in quibus tamen pene cunctis eum desidero candorem, eamque bonam fidem, quam in acatholico Ministello Jurio desideravit aequus & eximius Petavii vindex *Bossuetius* in Admonit. 6. ad Protest. art. 11. a. §. 100. quum nempe Authoris adcusationes in Patres ex libro 1. de Trinitate occlamabat, suasque in praefatione contentas excusationes & vindicias dolo pessimo reticebat.

III. Jam vero ut quod in hac re sentio libere proferam, haec mecum statuo, quae tamen doctioribus definienda relinquo.

Principio esto velit quis ac etiam evincat, singulos huc adpellatos Patres enormiter aliquando erraſſe in S. Triadem; nihilotamen secius aliunde Ante-Nicaena Traditio de Mysterio sarta tecta substitisset: videlicet ex decretis ab Apostolis, eorumque successoribus ore tenus exceptis; tum ex scriptis aliis perplurimis, quae eam testantur.

Nimirum *Liber Pastoris*, qui *Hermae* inscribitur lib. 3. in Similitudine 5. & 9. exstat in *Bibl. PP.* Lugd. t. 2. a p. 34. de quo plura: *Iren. Clem. Alex. Orig. Tert. Athan. Euseb. Baron. Bellarm. Labbe*: *Clemens* P. I. epist. 1. ad. Corinth; super hac epist. consule sis Criticen & expositionem *Cotelerii* ubi de SS. PP. qui temporibus Apostolicis flor. tom. 1: *Ignatius* M. epist. ad Ephes. & saepe alias; super Ignatianis Epistolis vide sis ipsum *Coteler.* t. 2. jam ab init: *Dionys. Areop.* l. de div. nom. c. 1. n. 11. interprete *Petro Lansselio*, & num. 21. & c. 2. n. 32. & alias; & nos quidem haec Dionysiii opera alias ut genuina cum plerisque Criticis defendimus.

Polycarpus in Oratione, quam morti proximus ad Deum fudit, ap. *Euseb.* hist. eccl. l. 4. c. 15. fere sub med. in qua nempe tres Ss. Triados Personas invocat: omittimus vero ejus ad Philippenses epistolam, nihil enim ex illa ad rem conficias, quidquid oppositum suadere moliatur *Anonym. Maurinus* l. 4. c. 3. a §. 7. *Pseudo-Barnabas*, qui *Cotelerio* floruit christiano Sec. II. in epist. catholica sub nomine Barnabae, quam vide sis ap. laud. *Cotel.* t. 1. post ejusdem, aliorumque judicia super hac epist.

Item *Tatianus* Justini discipulus orat. adverſ. Graecos, quam quidem prius quam defecisset a fide catholica conscripsit, ut videtur ipse ibidem adserere in peroratione §. 42. edit. Maurinensis 1742: *Theophilus* Antiochenus Episc. l. 1. ad Autolic. §. 7. & l. 2. §§. 9. 10. 15. interprete *Anonymo Maurino* proxime laud. l. 4. c. 8: *Novatianus*, Presbyter Romanus,

l. de

ceſſiſſe ad ea ordinanda, quae ab ipſo facta ſunt. (*l*) Quaſi vero Filii a Patre proceſſio nihil aliud fuerit, quam a Patre egreſſio quum mundum condidit. (*m*)

II. *Euſebius*, Caeſarienſis Epiſcopus, cetera ſanae doctrinae, atque eximiae literaturae vir, adeo impenſe ſcriptis & opera viſus eſt patrocinari Ariano dogmati adverſus Filii Divinitatem, etiam poſt ſubſcriptam Nicaenae fidei confeſſionem, ut Arianorum albo adſcribendus cenſeatur a plurimis. Sic enim cenſent *Hieron.* (*n*) *Hilar.* (*o*) *Patres* C.

l. de Trinit. ſparſim, quem lege ſis cum notis *Priorii* poſt Tertulliani commentarios: *Hippolytus* Portuenſis Epiſc. in l. de Antichriſto §. 2. 3. 6. & alias ſparſim, *Combefiſio* interprete, tom. 1. oper. S. Hippol. ex edit. *J. A. Fabricii* 1716: *Archelaus*, Carrarum in Meſopotamia Epiſcopus in Diſputatione contra Manetem, quam ipſe literis mandavit, num. 31. 34. 47. 50. alias, ex editione *Laur. Alex. Zacagnii* Romae 1698. in collectaneis monumentorum veterum Eccleſiae graecae ac latinae &c. a p. 1.

Poſtremo *Dionyſius* Papa in comment. contra haereſim Sabellianam, cujus fragmentum recitat *Athanaſ.* epiſt. de decr. Nic. Synodi num. 26. per tot. *Pierius* M. Eccleſiae Alexandrinae Presbyter in volumine, quod laudat *Photius* c. 119. p. m. 299: duae *Synodi Alexandrinae*, prima ſcilicet celebrata an. cir. 265. in epiſt. Synodica cont. Paull. Samoſatenſem, ſub Dionyſio Alexandrino, quae, interprete *Turriano*, exſtat in *Bibl. vet.* PP. Pariſienſi de an. 1624. a p. m. 273. altera vero circa an. 270. in epiſt. Synod. cujus fragmenta recitat *Euſeb.* hiſt. eccl. l. 7. c. 30. quem vide cum adnotat. *Valeſii* & *variorum*.

Annon haec ſplendentiſſima teſtium nubes, etiam ceteris quibuſque deficientibus, firmiſſimam Ante Nicaenam Traditionem de fide Myſterii conſtituerit? Fruſtra igitur proxime adlegati Scriptores cum Petavio expoſtulant, quod praefatam Traditionem funditus everterit, obtendentes.

Deinde nihil, me judice, prohibet, quominus doctrinae naevos, quos in veterum Patrum ſcriptis heinc inde diſcuſſis liquido deprehendimus, candide pariter ac libere, reverenterque fateamur & inculemus: quidni enim, homines quum fuerint, inculpate interdum erraſſe dignoſcantur? Sic enim a doctiſſimis Viris recenſentur inter benigniores Millenarios *Papias*, *Juſtinus*, *Irenaeus*, *Tertullianus*, *Methodius*; inter Semi Pelagianos *Caſſianus*, *Fauſtus Rejenſis*, *Vincentius Lerinenſis*; inter adferentes procraſtinationem beatitudinis uſque ad diem judicii animabus etiam plene purgatis *Chryſoſtomus*, *Theodoretus*, *Victorinus* M. *Lactantius*; ac ſimiliter quidem de ſexcentis aliis quos in noſtris Proluſionibus ſparſim producto videris. De hoc argumento fuſior ac nervoſior redibit ſermo in Part. II. in Proluſ. de Erronibus in Viſionem beatam.

Jam vero quum tot alii Scriptores egregii, quos mox e. c. nominavimus, Patres circa praefata dogmata Errones dixerint, & quidem abſque piaculi umbra, quid cauſſae eſt, cur Petavius, quod innuat (nec vanis quidem momentis innixus) Patres alios in dogma Trinitatis haud ſatis cordate ſenſiſſe, tot criminatio. num plauſtris oneretur?

Demum, ut plura proxime delibanda mittam, defenſurus Petavius in Praefatione, quos l. 1. de Trinitate adcuſarat Patres, quo Traditionem de fide Myſterii ampliorem, tutioremque commonſtraret, regias ipſis vindicandi aperuit vias, regulaſque praenobiles ſibi, poſterisque praeformavit. Quid vero? Eas avide adripuerunt vias adverſarii, eaſque adaptarunt regulas ſuis ſtruendis vindiciis pro Patribus adverſus I. Petavii librum de Trinitate, ſed vindicem tamen Praefationem raro aut nunquam Petavii bono commemorarunt. Vide hominum fidem & conſcientiam. Hactenus de Patribus Ante-Nicaenis. Lege ac relege laudatam Praefationem Petavianam, eamque confer cum l. ejus libro de Trinitate.

(*l*) In epiſt. ad catholicam Eccleſiam Nicomediënſium contra Euſebium & Theognium ſub init., p. m. 56. ap. *Gelaſ. Cyzicenum* in Comment. Actorum Nicaeni Concilii, interprete *Roberto Balforeo*, edit. 1604.

(*m*) Conf. *Petav.* l. 1. de Trin. c. 5. §. 10.

(*n*) L. 1. cont. Rufin. n. 11. & l. 2. n. 15. ubi eum *Arianorum Principem* vocat, & alias.

(*o*) L. 1. ad Conſtantium Auguſt. n. 5.

Nicaeni II. & Generalis VII. (*p*) *Nicephor.* hiſtoricus (*pp*) *Photius* (*q*) *Nicephorus* Patr. CPnus (*r*) *Bellarm.* (*s*) *Baron.* (*t*) *Billius* (*u*) *Voſſius* (*x*) *Petav.* (*y*) *Tillem.* (*z*) *Nat. Alex.* (*a*) *Thom. Alethinus* (*b*).

Secus vero alii judicant de Euſebii orthodoxia, eumque ab Arianica labe vindicant. Sic *Socrat.* (*c*) *Gelaſ. Cyzicenus* (*d*) *Sixtus Seneſ.* (*e*) *Molinaeus* Calvinianus Miniſter (*f*) *Caveus* (*g*) *Dupin.* ex parte (*h*) (***)

III. *Marcellus* Ancyranus Epiſcopus, Galatiae Primas, alter etiam ex Nicaenis Patribus, & quidem celeberrimus in Hiſtoria S. Athanaſii & Arianorum, violatae in Verbum divinum fidei arguitur ob theſes aliquas in ſuo contra Aſterium libro repertas. Eas ſparſim retulit laudatus, quem Marcellus in eo libro perſtrinxerat, *Euſebius* (*i*).

Videlicet 1.° Verbum Dei eſt una cum Patre perſona: illud quidem imperativum, ſeu prolatitium eſt, ac ſola energia a Patre differt. (*k*) 2°. Ante adſumptum hominem Verbum non erat Dei Filius; ſed una ſimul & caro factus eſt, & Filius Dei. (*l*) 3°. Verbum non eſt ex ſe-

ſe

(*p*) Act. VII.

(*pp*) Fere l. 9. c. 13. etſi favere videatur l. 8. c. 22.

(*q*) Cod. 13. p. m. 11.

(*r*) In Capitulis XII. contra principes Apoſtaſiae de Incarnat. Chriſti, cap. 2. ubi eum adpellat *Arianae inſaniae principem*: exſtant cum aliis Nicephori operibus ap. *Bibl. PP.* Lugd. t. 14. p. 89.

(*s*) De Script. eccl. in Euſeb. Caeſ.

(*t*) An. 340. n. 40. & alias.

(*u*) L. 1. obſervationum ſacrarum, cap. 27.

(*x*) De Hiſt. Graec. l. 2. c. 17.

(*y*) De Trin. l. 1. c. 11. & 12. ubi haec, profunde, adcuratiſſime cauſſam diſcutit.

(*z*) Tom. 6. hiſt. ubi de C. Nicaeno, art. 10. §. *Euſebe de Ceſarée*.

(*a*) Ad Sec. IV. diſſ. XVII. ubi plures ex priſcis Scriptoribus pro hac ſententia exacte refert.

(*b*) In notis ad Petav. l. 1. de Trinit. cap. 12. §. 1.

(*c*) L. 2. c. 21.

(*d*) De hiſt. C. Nicaeni c. 1. p. m. 11. edit. 1604. in Bibliopoleo Commeliniano.

(*e*) Bibl. ſancta l. 4. in Euſebio.

(*f*) In reſponſ. ad Perronium l. 3. c. 2.

(*g*) Hiſt. lit. in Euſebio Pamphilo ad an. 315.

(*h*) In Biblioth. Author. eccl. ad Sc. IV. part. 1. in Euſebio, 2 p. m. 28. edit. Pariſ. 1730.

ADNOTATIO.

(***) MUlta adferuntur ab hiſce ſuis patronis pro certa Euſebii fide in Filium divinum. *Ego vero, ſi ille quidem ſine ſcripto rectam complexus eſt opinionem, eis non refragor: ſin autem ex ſcriptis illius, quae legi, res ſit dijudicanda, multum abeſt ut ſanam, ſinceramque ejus de fide ſententiam fuiſſe putem.* Ita *Nicephorus* l. 6. hiſt. c. 37. reſpondet defenſioni *Socratis* pro Euſebii orthodoxia: ita ego Vindicum Euſebianorum objectis.

Equidem tot fere paſſim ſcatent Ariani dogmatis indiciis & adſertis Euſebiani commentarii de Praeparatione & Demonſtratione Evangelica, tum Libri tres de eccleſiaſtica Theologia, cum duobus praeviis contra Marcellum, ut mihi & cuiquam candide legenti heterodoxiam Authoris indubiam faciant. Compluta ex iis loca fideliter congeſſit, ſolideque expendit laudatus *Petav.*, cuicumque percupienti de cauſſa rite jusdicare, prae primis conſulendus.

Et immerito quidem laudatus *Caveu* ſolitum candorem & ingenuitatem in noſtro Petavio deſiderat, quatenus plurima Euſebii loca durius interpretari & in ſequiorem ſenſum detorquere ſolet. Siquidem ea loca, quae funditus expendere ac enucleare adgreditur Petavius, adeo perſpicue Arianiſmum produnt, tu nefas ſit candido & ingenuo interpreti, qualem Caveus Petavium depraedicat, in probum, ſanumque ſenſum inflectere.

(*i*) In duobus libris contra Marcellum & in eccleſiaſtica Theol. contra eundem.

(*k*) Ex *Euſeb* l. 1. c. 1. & l. 2. c. 1. & alias.

(*l*) Ibid. theol. eccl. l. 1. c. 1. & alias.

ſe imago Dei Patris; ſed hoc ei propter adſumptam hominis naturam omnino competit. (*m*) (*)

IV. *Meletius* Antiochenus Antiſtes, fato functus an. 380. dum ipſe praeerat Synodo Generali II. Conſtantinopolitanae, inter ambiguae circa Verbi Perſonam orthodoxiae Praeſules habitus eſt; eo quod quum Acacianae partis olim eſſet, formulae ab ipſo propoſitae in Seleucienſi Synodo, quae ὁμοούσιον penitus reticebat, ſubſcripſit (*n*); qua propter in eum invectus eſt *Athanaſius* in tr. cum hac epigraphe, *Refutatio hypocriſis Meletii & Euſebii Samoſatenſis adverſus omouſion* (*o*). Tum etiam, ut teſtatur *Hieron.* (*p*) *Synodus Antiochiae a Meletio & ſuis facta eſt, in qua homouſio anomoeoque rejecto, medium inter haec homoiuſion, Macedonianum dogma vindicaverunt.*

Demum *Epiphanius* nonnulla tanquam incongrue de Verbo dicta reprehendit in quodam ſermone, quem Meletius initio Antiocheni Pontificatus recitavit (*pp*) ut, quod ea, quae de creatura dicuntur, de ipſo Dei Filio ac de ejus Divinitate, ſeu adpellatione tenus intelligat. (**)

V. *Cy-*

(*m*) Ibid. l. 2. c. 2. & 3. & alias.

ADNOTATIO.

(*) NIhilo tamen ſecius quaeſtio de fide Marcelli eſt quidem implicatiſſima, nodumque praefert explicatu difficiliimum, heinc inde perpenſa Marcellianae cauſſae Hiſtoria.

Exinde aliqui perfidiae reum volunt, cum *Hilar.* l. 2. ad Conſtant. n. 9. *Baſil.* epiſt. 69. olim 52., & 263. olim 74, & 265. olim 293. *Mario Victorino* l. 1. cont. Arium, *Theodor.* haeret. fab. l. 2. c. 10. *Baron.* an. 347. n. 3. ſqq. cum Adnotatore *Pagio*, *Caveo* in Marcello ad an. 330.

Sed & alii eum vindicant, cum *Julio* P. & Conciliis *Romano* & *Sardicenſi*, a quibus ut innocens abſolutus eſt, necnon cum *Nat. Alex.* Sec. IV. diſſ. 30.

Et quidem Confeſſio illa fidei, quam Marcellus morti proximus, nempe an. circ. 372., ad Athanaſium miſit, ſui, ſuaeque Eccleſiae Ancyranae in Verbum Dei fidem integerrimam, vereque orthodoxam praefefert. Eam evulgavit ex Bibliothecae Ambroſianae plureis Cl. V. *Montfauconius* in Collect. nova PP. Graecor. Scriptor. tom. 2. p. m. 1. ſqq. edit. Pariſ. 1706.

Nec deſunt denique qui dubii haerere videantur cum laudatis *Petav.* l. 1. de Trin. c. 13. §. 6. ac *Dupin.* ad Sec. IV. in Marcello Ancyr. quibuſcum & nos haeremus adhuc.

(*n*) Ut colligitur ex *Epiph.* haer. 73. n. 23.

(*o*) Exſtat. in t. 2. ejus operum editionis Maurinae a p. m. 31.

(*p*) In Chron. ſub an. 367. in tom. 8. edit. Vallarſianae 1740. p. m. 808.

(*pp*) Haer. 73. n. 35. ſub fin.

ADNOTATIONES.

(**) I. CEterum ut ut haec ſe habeant, veram & clariſſimam Meletii orthodoxiam eximie probant Patrum ſui temporis encomia, ei tamquam ſanctiſſimo viro adtributa. Conf. *Athan.* orat. 1. contra Arianos n. 8. (& vero Editores *Maurini* in Indice art. *Meletius*, putant. Meletium, cujus heic meminit Athanaſ. alium eſſe a noſtro, Epiſcopo Antiocheno, contra adſertum *Nat. Alexandri* ad Sec. IV. diſſ. 34. ſub init.) *Theod.* hiſt. l. 2. c. 31. *Baſil.* epiſt. 57. olim 56., & 68. primum 57., & 120 antea 53., & 129. quondam 59., & 358. olim 325. *Greg. Nyſſen.* in oratione habita in funere Meletii, quae exſtat in t. 2. ejus oper. p. m. 1019. edit. Paris. 1615. *Chryſoſt.* hom. encomiaſtica in S. Meletium, ap. tom 2. edit. Montfauconianae 1718. a p. 518. laud. *Epiph.* haer. 73. n. 28. ſqq. *Nat. Alex.* in diſ.

V. *Cyrillus* Hieroſolymitanus Epiſcopus, Maximo II. ſubrogatus ex communiore ſententia cum *Dan. Papebrochio* (q) mundo ereptus an. 381. violatae in Verbum fidei tanquam Arianis aut Semi-arianis favens, inſimulatur a pleriſque Scriptoribus, inter quos recenſeas, licet, *Hieron.* (r) *Rufin.* (s) *Socr.* (t) *Sozom.* (u) Et ipſe quidem *Petavius* (x) nonnulla notavit ex Cyrilli catecheſi 11. & 17. minus caſtigate adſerta in Filii Divinitatem. (*)

VI. *Zeno* Veronenſis Epiſcopus, qui fertur floruiſſe ſub an. circ. 360., duriuſcule ac minus adpoſite loquutus videtur de divina Verbi generatione, dum conceptis verbis adſerit, quod ipſius, qui antequam a Patre gigneretur, in Patre exſtitit, prima nativitas & generatio tum fuit, quum res omnes procreare voluit. (y) Ita fere *Petav.* (z)

At

diſſertatione 34. mox laudata.

Deinde apud. *Epiph.* cit. n. 26. ubi omnes qui formulae illi Seleucienſis Synodi ſubſcripſerunt, recitat, Meletium deſidero. Quin etiam objecta illa *Refutatio* Athanaſio ſuppoſita eſt, uti poſt *Petav.* l. 1 de Trin. c. 13. §. 7. probe ſentiunt *Editores Maurini* mox citati, in Admonitione praevia.

Inſuper Synodo illi Antiochenae, quam ab uno Hieronymo hucuſque citatam reperi, alia itidem Antiochena reponi poteſt, quae epiſtolam prorſus quidem ortodoxam, primo loco a Meletio ſubſcriptam, Joviano Imp. tradidit, ap *Socr.* l. 3. c. 25.

Tandem quod Meletius in laudato ſermone, cetera prorſus catholico, vocabulum *creandi* quoquo modo ad Filii Divinitatem tranſtulerit, a ſano ſenſu non abhorret, ut liquet ex mente priſcorum Patrum, qui eo interdum uſi ſunt, ap. laud. *Petav.* §. 9. & alias.

II. Heic corrigendus *Prateolus*, qui in ſuo elencho ubi de Meletianis, l. 11. n. 27. ex Meletio Lyci Epiſcopo, qui fl. circ. 311. & ex noſtro Meletio unum facit Meletium, & ex Meletianis utriuſque adſeclis unam eamdemque contexit Meletianorum hiſtoriam.

Videlicet hujus ordiendae telae materiem deprompſit ex Nicephori lib. 8. cap. 5. 19. 46. in quibus eſt ſermo de primo Meletio, ejuſque ſectatoribus; ac ſimul deinceps ex ejuſdem Nicephori lib. 9. c. 48. & lib. 10 c. 17. ubi de Meletio noſtro ejuſque ſociis, ab aliis permultas decades plane diſtantibus pergit oratio, Quod quidem, quale, quantumque ſit Hiſtoriae Polemicae monſtrum, vel leviter eruditi viderint.

(q) In hiſt. chronol. Epiſc. & Patr. Hieroſolymitan. tomo 3. Maji praefixa.

(r) In chron. ad an. 342.

(s) Id innuentem in hiſt. eccl. l. 10. c. 23.

(t) L. 5. c. 8.

(u) L. 7. c. 7.

(x) L. 1. de Trin. c. 13. §. 11.

ADNOTATIONES.

(*) I. VIndicant plane tanquam integerrimam Cyrilli orthodoxiam *Theodoret.* hiſt. eccl. l. 2. c. 27. *Patres* Synodi Gener. II. CPnae in epiſt. Synodali ad Damaſum, ceteroſque Romani Concilii Patres, quam recitat idem *Theod.* in hiſt. l. 5. c. 9. *Caveus* hiſt. lit. ad an. 350. *Nat. Alex.* ad Sec. IV. cap 6. art. 1. *Ant. Auguſt. Touteè* in ſua Cyrilliana editione Paris. 1720. in praevia diſſ. 3. cap. 2.

Quin immo eam integritatem prae ceteris, nullo dicente, probant ejuſdem Cyrilli ſcripta; maxime in laudata Catecheſi 11. & Catech. 15. necnon in Epiſtola ad Conſtantium Imp. ſub fin. & alia diligenter recenſita a laudato *Touteè*; quae evolvas, precor, ac ſerio expendas.

II. *Andreas Rivetus*, Proteſtanticus Theologiae Profeſſor in Academia Lugduno-Batava, Catecheſes, & laudatam ad Conſtantium epiſtolam impudenti auſu Cyrillo abjudicat in cenſura quorundam Scriptorum veterum: ſed haec iidem aperte vindicant laudati *Cav.* & *Nat. Alex.* necnon *Thom. Milles* in editione Oxonienſi Operum Cyrilli de an. 1703. tum citatus *Touteè*, ſcilicet Catecheſes in diſſ. 2., ac Epiſtolam in praeloquio eidem praefixo.

(y) In tr. 3. 4. & 5. libri ſecundi Edit. Veronenſis 1739.

(z) L. 1. de Trin. c. 5. §. 7.

At pro recta Zenonis fide circa Myſterium multa ex ejus operibus teſtimonia collegerunt moderni eorum Editores *Ballerinii* (*a*) Tum perobſcura, quae citavimus, loca pro virili in ſanum, perdoctumque ſenſum trahere ac illuſtrare adnituntur. (*)

VII. *Marius Victorinus*, gente Afer, vir conſularis, Romae ſub Conſtantio Imp. clariſſimus Rhetor, reprehenditur a *Petavio* (*b*) ob nonnullas duriuſculas, obſcuras, minuſque cautas loquutiones, quibus de Myſterio adverſus Arianos diſſerens, uſus eſt. (*c*) Ibi quippe, praeter alia, indicat, Filium tum foras generatione prodiiſſe a Patre, quum mundum Deus procreavit; ita ut illa Verbi productio nihil ſit aliud, quam ejus, quod in Patre exſiſtebat hactenus, emerſio ac manifeſtatio. (**)

VIII. *Godeſcalchus* Monachus docuit, Deum Patrem plus eſſe, quam ſit Filius. Ita *Coccius* (*d*) Sed eum tamen articulum & *Hincmarus* & *Gellotius* (*e*) & ceteri *Haereſeologi* vulgo, & mea opinione, merito praetereunt.

IX. *Rupertus* Abbas Tuitienſis, qui florebat an. circ. 1124., haec ſcrip-

(*a*) In mox laud. edit., praevia diſſ. 1. c. 2. §. 2.

ADNOTATIO.

(*) PEracerbe invehuntur in Petavium laudati *Ballerinii* Fratres. Cum eo expoſtulant, quod nec mentem Zenonis adſequutus ſit; nec eam, quam ſibi finxit, ulla prorſus interpretatione excuſarit. Novo quodam inventi acuminis ſpecimine Sancti Doctoris mentem neſcienti literato orbi patefaciunt, ac, ſi ſuperis placet, in optimo lumine collocant, ut ipſi gloriantur, ſibique plaudunt.

Quin etiam pleroſque alios, quorum loquutiones ut minus proprias & caſtigatas arguerat Petavius, iidem ſuo ipſius acuminis filo excuſare identidem pergunt, ac vindicare. Conf. laud. *Ballerin.* diſſ. 2. c. 1. a §. 11. ad 8.

Ego vero paucis quod ſentio dicam. In primis laudo Zenonis Patronorum ingenium, eruditionem ac ſollertiam ipſi vindicando adhibitam. Inſuper deſidero in Petavio nonnulla pro recta Myſterii fide Zenonis teſtimonia, quae plane omnino praeteriit. In Ballerinii demum deſidero fidelitatem comitatemque erga confutatum Petavium, cujus nempe vindicis Praefationis vel ne quidem leviter uſpiam meminerunt, ſi mea non fallit memoria.

(*b*) L. 1. de Trin. c. 5. §. 8.

(*c*) In l. 1. & 3. ac in Hymno 1. verſu 4. Exſtant ap. Haereſeologiam veterum Theologorum Edit. Baſileenſ. 1556. a p. 172.

ADNOTATIO.

(**) IN Petavium rurſus vehementer inſurgunt citati *Ballerinii* ac ſingillatim pro Victorino vindicias contexunt. Quid vero? Emollire ipſi tentant illas loquendi formulas, quas ceteroqui ſubtilius, obſcuriuſque conſcriptas eſſe fatentur cum *Hieronymo* de Vir. ill. in Victorino; atque ipſas deinde in eum ſenſum exponere conantur, quem nuper ſuper *Verbo Prolatitio* Zenonis textibus adpinxerunt: Petavium denique objurgant, quod virum, qui adeo ſtrenue defendit Myſterium adverſus Arianos ejus hoſtes, vel ne minima interpretatione donarit.

Cererum Victorinus ſcripta alioqui catholica loquutionibus adeo ſpinoſis, inconditis, obſcuris, implexiſque adſperſit, ut iſtas merito exiſtimarit Petavius benignam interpretationem pati nullam.

(*d*) In theſauro catholi. l. 1. art. 5. ad an. 850. ex *Chronico Iſenacenſi*.

(*e*) In ſuperiore Proluſione, ubi de Godeſcalcho, laudati.

ſcripſit, de Verbi generatione differens (*f*) *vere enim ſine voce natum, & omnia potentialiter continens Verbum, tunc Pater actualiter generavit, quando coelum & terram creavit, quando lucem & cetera fecit. Eructavit ergo cor Patris Verbum bonum, & ex utero, id eſt de ſuae ſubſtantiae ſecreto ante luciferum genuit illud, quando dixit, fiat lux.* At his fortaſſe doctiſſimus Vir metaphorice ac figurate loqui voluit, ubi adſerit, tum demum natum eſſe genitumve a Patre Verbum, quando univerſum ille condidit, (*g*)

X. *Dionyſius Petavius*, Galliae, Societatis Jesu, Eccleſiae, totiuſque literati orbis ornamentum clariſſimum, fato functus Pariſiis an. 1652. 11. Decembr., in ſuſpicionem Ariani erroris vocatus eſt; quoniam ubi in lib. 1. de Trinit. multos percenſet Ante-Nicaenos Patres tanquam Arianis faventes, immo iis ſuam potiſſimam in Verbi Divinitatem haereſim praeformantes (*h*); hoc ipſo eidem haereſi viſus eſt favere Petavius, cui nempe tot Traditionis arma ſerio ſubminiſtrarit. (*)

At-

(*f*) L. 1. in Geneſim, de Trinitate & operibus ejus, cap. 10.

(*g*) Conf. laud. *Petav.* l. 1. c. 5. §. 9.

(*h*) Ibid. per V. priora Capita, & ſpeciatim cap. 5. §. 7. & cap. 8. §. 2.

ADNOTATIONES.

(*)I. EXinde plura Petaviano nomini minus digna conſequuta ſunt. Videlicet. 1. *Socinianus* ille *Sandius* prave ſenſiſſe de Ss. Triade (vel potius optime ad ſuum palatum) argumentatur, in nucleo hiſt. eccl. l. 1. ipſumque ſine lite Anti-Trinitariis adnumerat in *Biblioth. Antitrinitariorum* in Petavio. 2. hac unice de cauſſa Anglicanae Eccleſiae Doctores pro viribi obſtiterunt dogmatum theologicorum Petavii editioni, quae ſub an. 1698. Londini, ut fama erat, adparabatur, ap. *Baelium* in literis, lit. 167. 3. Pariſiis adeo male a doctis Viris exceptus eſt Petavianus ille Liber I. de Trinitate, ut Author a Sorbonae Doctoribus coactus fuerit ipſi in altera editione Apologeticum praemittere, quo tot Patrum Ante-Nicaenorum violatam fidem luculenter vindicaret: immo nec defuit vir adprime doctus & eruditus, qui praefatum librum I. flammis illico addicendum cenſeret. Conf. *Anonymus* Author notarum ſuper reſponſo tertio Contei Principis ad literas P. Stephani Deſchamps.

4. Nonnulli vehementer ſuſpicati ſunt, quod celeberrimus ille Grotius, heinc Petavio, & inde Joanni Crellio, Socinianorum primipilo arctiſſima neceſſitudine conjunctus, Petavium ad illud ſcriptum induxerit, ac perſuaſerit, ut tanto Viro tanquam ſuo Sociniani gloriarentur. 5. Acerrimo illi Cenſori *Richardo Simonio* pro minimo eſt ut ſuam Petavius Apologiam ediderit; nam quum integri hodieque exſtent antiqui ejuſdem de Trinitate commentarii, ſupereſt exinde pariter & fidelibus toxicum, & Socinianis levamen. Conf. *Richard. Simon.* in liter. tom. 1. pag. 12. & *Bael.* proxime laud.

II. Enim vero non niſi per ſummam injuriam fas eſt exinde cuiquam vel leviter ſuſpicari de catholica piiſſimi juxta ac doctiſſimi Petavii fide erga Myſterium. Ante quod Patrum aliquot Ante-Nicaenorum ſenſa protulerit, cum ejusdem ambigui ſenſus conſtituit reum? Sed quid moror? Non alio eget Petavius vindice, quam Petavio. Ipſum legito.

Ad Objecta praeterea dicimus. 1. vel ipſe Anglicanus *Bullus* in defenſ. fid. Nicaenae in Prooem §. 3. ex Petavii ſcriptis manifeſtiſſime liquere credit, eam *vaniſſimi hominis* (ut ait) Sandii conjecturam plane falſam eſſe; eſto idem Bullus alia Petavio prorſus indigna ſubinde conjectare audeat.

2. quidquid editioni obſtiterint Anglicani Doctores, ne unam quidem Petavii theſim, ut Myſterio quoquo modo repugnantem reprobare poterant. 3. prudenter a Sorbonicis Theologis impoſitum eſt Authori onus Apologiae operi praehciendae; utnempe ſibi Author conſuleret, & ad quodvis ſcandalum via praecideretur. Qui vero Petavianum commentarium igni adjudicandum cenſuit, non niſi vel inſania, vel invidia, vel furore correptus haec calumnia eſſe inclamavit.

4. ea

Attamen de iis pluſquam ſatis. Ad noſtras de more ventilandas Quaeſtiones adcingimur.

4. Ea Grotii perſuaſio, ipſique adhaerens Petavii conſenſio nec a *Richardo Simonio* nuper laudato creduntur, nec a quopiam ſani judicii homine; nec plane credi poſſunt, niſi ineluctabilibus probationibus, quae omnino deficiunt, confirmentur. Quin & ſuſpicionem iſtam prorſus inſulſam ac evanidam invicte probat Petaviani operis de Trinitate Liber III. adverſus Crellii dogmata exaratus. 5. quamvis I. ille liber hodieque prorſus integer exſtet, dum ipſe tamen cum praemiſſa, mirabilique Praefatione confertur, diſſipate veſtigio quidquid ex eo pro ſua cauſſa Sociniani per fas & nefas ſubinferre adfectant. En ipſis toxicum, fidelibusque levamen. Plura pro Petavio contra inſultantem Jurium *Boſſuet.* admonit. 6. ad Proteſtantes §. 100. ſqq. *Athanaſ.* in hiſt. Socinianiſmi par. 2. cap. 40. ſect. 2. & nos *ſupra* pag. 450. ſqq.

---

786 QUAESTIO I. Quae nomina Filio ſingulariter adtribuantur? QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

ADSERO. Eſt *Secunda Perſona*, vel duarum intermedia, quia a Patre producitur, & producit Spiritum. *Filius unigenitus*, qui eſt in ſinu Patris, id eſt Perſona vere genita, conſubſtantialis producenti, ſimiliſque in Natura, ex vi productionis formaliter, adeoque Patri aequalis, Deus de Deo, perfectus de perfecto. (*i*) Ita paſſim *Scripturae*, cum *Pſ.* 2. 7. & 109. 1. & 3. *Eccli.* 51. 17. *Iſai.* 9. 6. & 53. 8. *Jerem.* 23. 6. *Matt.* 16. 16. *Joan.* 1. 1. & 17. 5. & 20. 28. *Act.* 20. 28. *Tit.* 2. 13. *Philip.* 1. 6. Ac etiam *CC.* cum *Nic.* I. *Tolet.* VI. & XI. *Brachar.* I. *Hiſpal.* II. (*k*) Tum *PP.* ex omnibus Seculis, cum *Juſtin.* (*l*) *Tert.* (*m*) *Pſeudo-Martial.* (*n*) *Baſil.* (*o*) *Iren.* (*p*) *Cyr.* (*q*) *Chryſ.* (*r*) *Elia Creten.* (*s*) *Aug.* (*t*) (*u*)

787 Proprie *Verbum*, id eſt ratio, definitio, ſermo, repraeſentatio eorum omnium, quae Deus cognoſcit, quum producatur per Patris intellectionem, & in eo maneat (*x*). *Sapientia* Patris; quia eſt ſermo quo Pater dicens omnia quae dici poſſunt, ſibi, & verbo loquitur ad intra. (*y*) *Imago* Patris ſolius, vera nempe & naturalis, quia Patri ſimilis eſt, & ab eo procedit (*z*); itemque intentionalis, quia per intellectum procedit, & eſt ipſamet intellectio, Patrem formaliter repraeſentans. (*a*) Hoc praedicatum eſt Filio notionale, uti alia heic expoſita. (*b*) Plura tandem alia nomina, aut praedicata, quae Filio adtribuuntur, vel ad

(*i*) Vide ſis *Suar.* l. 9. c. 1. *Rui.* d. 54. *Borr.* d. 16. ſ. 1.
(*k*) In confeſſionib. fid.
(*l*) Dial. cum Tryphone.
(*m*) Contra Prax. c. 7.
(*n*) Epiſt. ad Burdegal. c. 10.
(*o*) I. contra Eunom.
(*p*) L. 3. c. 6. 8. 10.
(*q*) Dial. 2. de Trin.
(*r*) Sup. Hebr. 1.
(*s*) In orat. 1. Nazian. §. *cum contra*.
(*t*) L. 1. de Symbolo ad Catech. & alibi.
(*u*) Filii Divinitatem luculentiſſimis documentis comprobat, ac illuſtrat laudatiſſimus *Ruiz.* d. 54. per tot.
(*x*) *Rui.* d. 55. cum *CC.* & *PP. Rhod.* cit. q. 3. ſ. 1. §. 2. *Borr.* cit. n. 15. Conf. *Aguirr.* de Trin. c. 30. ſect. 7. & *Simonn.* tr. 2. d. 5. ſect. 3. artic. 3.
(*y*) *Suar.* l. 9. c. 10.
(*z*) *Suar.* cit. c. 8. 9.
(*a*) *Rui.* d. 64. per tot. *Rhod.* cit.
(*b*) *Suar.* l. 9. c. 1. & paſſim.

haec revocantur, e. c. *veritas*, *ſplendor*, *ſpeculum*, *figura* &c. vel ei adſcribuntur ut homini, e. g. *paſtor*, *caput* &c. (c) (§)

OBJECTIONES.

788 Obj. *primo*. Filius non eſt proprie Verbum. Nam 1.° non omne, quod per intellectum procedit, eſt verbum, ut patet in habitu ſcientiae e. g. per intellectum procedente, quin ſit verbum: ergo ex quo Filius procedat per intellectum Patris, ejus Verbum non eſt. 2.° illud eſt verbum hominis, quod reddit actu intelligentem illum, a quo procedit; atqui Filius non reddit intelligentem Patrem, quippe qui omnia in ſe ipſo cognoſcit, non in alio.

789 R. *N. Adſ.* quia ex *Aug.* (d) *per Verbum ſolus Filius adcipitur*. Eique conſonant *CC.* & *PP.* (e) Ad 1. prob. *D. A.* in creatis, *C.* in divinis, *N.* Ex *Athan.* (f) non tale eſt *quaerendum Dei Verbum*, *quale noſtrum eſt*, *quia non talis eſt Deus*, *quales nos ſumus*. Unde divinum Verbum cum creato penes ea tantum comparatur, quae utrique ſine imperfectione communia ſunt. Et *N. Con.* Quia Filius, ex Aug. eo Verbum, quo Filius; ac plane qua Filius per Patris intellectum procedit. Heinc ad 2. *C. Ma.* quia illud pertinet ad creati verbi imperfectionem. Et *C. Mi.* quia illud ſpectat ad perfectionem Patris, & Verbi divini. Et ſubinde *N. Con.* (g)

790 Obj. *ſecundo*. Filius non eſt proprie *Imago* notionalis ſolius Patris. Nam 1.° ex Cyril. (h) exemplar, & imago in divinis ſunt idem; atqui eſſe exemplar creaturarum dicitur eſſentialiter de Deo: ergo & eſſe imaginem. 2. ex Hebrae. 1. Filius vocatur figura, ſeu imago ſubſtantiae, hoc eſt eſſentiae Dei, quin ab iſta expreſſus ſit, aut productus.

(c) *Suar.* cit. c. 10. *Rhod.* cit. Conf. *Petav.* de Trin. l. 6. per tot.

OBSERVATIO.

(§) DIſputatur vehementer inter Socinianos, ac recentes Theologos & Criticos ſuper autographia particulae illius epiſt. 1. *Joan.* cap. 5. verſ. 7. *tres ſunt, qui teſtimonium dant in coelo Pater, Verbum & Spiritus Sanctus, & hi tres unum ſunt*, quo quidem probatur eximie, non modo Verbi, verum etiam totius Myſterii veritas. Negant illam eſſe authographam Sociniani, ajentes adſcititiam eſſe, & catholicorum dolo aut oſcitantia ex margine, ſcholiiſque in textum intruſam. Adfirmant vulgo Catholici, eam eſſe legitimam, atque ex authentico textu deſcriptam.

Multa quidem & nos pro hac Catholicorum ſententia diximus in Theol. Polemica fundamentali, ubi de Canone Sripturarum, ad eum Joannis locum, poſt *Salmeronem*, *Bellarminum*, *Serarium*, *Nat. Alexandrum*, *Calmetum*, *Martianeum*, *Bertium*, *Billuartum*, alios.

Rem vero ingenue & adcuratius qui perpenderit, fortaſſe merito cenſuerit, utramque controverſiae partem probari utcumque poſſe, convinci non poſſe, atque adeo in ancipiti adhuc viro Critico haerendum eſſe.

Eſto quidem, & major noſtrae opinationi denegetur gratis probabilitas; quid tum vero? Profecto etiam hoc praetermiſſo tanquam dubio ex Joannis Epiſtola teſtimonio, alia inſuper certa & pene innumera ſuppetunt, quibus & veritatem Myſterii, & Filii ac Spiritus Sancti Deitatem adverſus Socinianam perfidiam toto hoc Tractatu palam evincimus.

(d) De Trin. l. 6. c. 2. & l. 7. c. 2.
(e) Ap. *Rui.* & *Suar.* citt.
(f) Epiſt. de Dionyſ. ſent. contra Arianos.
(g) Adeundi *D. Th.* q. 34. a. 2. & *Suar.* cit. c. 2. n. 16.
(h) Lib. 5. de Trin.

ctus. 3.° apud PP. Graecos (*i*) Spiritus vocatur Imago Filii. Et liquet ex Rom. 8. *quos praedeſtinavit conformes fieri imaginis Filii ſui.*

791 R. *N. Adſ.* cum communi *PP.* & *TT.* contra Durand. (*k*) qui omnes intelligunt in ſenſu proprio, & notionali rationem Imaginis, quam Scripturae Filio adtribuunt, *Sap.* 7. 26. & 2. *Cor.* 4. 4. *Coloſ.* 1. 15. *Hebr.* 1. 3. Ad 1. prob. Cyril. ſumit ibi late, ac improprie rationem imaginis; nihil enim eſt abſurdius, quam imaginem preſſe ſumptam ad ſe dici (*l*); quare Imago relative dicitur in Deo. Ad 2. τὸ *ſubſtantiae* refertur ad Patrem, quia τὸ *Imago* reſtringitur ad ſupponendum pro Patre; uti quum Verbum dicitur *Deus de Deo*, τὸ *de* facit, ut *Deus* ſupponat tantum pro Verbo, ac *Deo* tantum pro Patre. Ad 3. illi PP. ſumunt late nomen *Imaginis* pro eo, quod procedit cum perfecta ſimilitudine in natura, etſi non formaliter vi ſuae proceſſionis; quod tamen requiritur ad rationem divinae Imaginis ſtrictae. Heinc DD. latini conformius Scripturae loquuntur, quam graeci. (*m*) Paullus loquitur de Imagine, quae ſit ipſum Verbum. (*n*) (§)

792 QUAESTIO II. Quare ſolus Filius ſit Verbum? ADSERO. Ob eandem rationem, qua eſt Filius, aut genitus. Quia eo eſt Verbum, quo eſt Filius, & e contrario. Nec Verbum addit aliud ad rationem Filii, niſi repraeſentationem objectorum, quae ſibi manifeſtantur a Patre. (*o*) Hoc autem divinum Verbum eſt in pluribus ſimile, ac in aliis diſſimile creato verbo mentis. (*p*) Tandem nonniſi perſonaliter, aut notionaliter de Filio dicitur Verbum. (*q*) Quia nullibi ratio Verbi de altera Perſona praedicatur. Idque eſt fidei proximum. (*r*)

(*i*) Puta Baſil. 5. contra Eunom. c. 6. Cyril. l. 11. in Joan. c. 25. Athan. epiſt. 2. ad Serap. de S. Spiritu.
(*k*) In 1. diſt. 28. q. 3.
(*l*) Ex. *Aug.* 7. de Trin. c. 1.
(*m*) Ap. *D. Th.* opuſc. 1. c. 10.
(*n*) Conferendi *Suar.* cit. c. 8. 9. *D. Th.* q. 35. per tot. ibique *Vaz.* d. 145. *Mol.* d. unic. *Salman.* d. 13. dub. 1. a n. 7. & dub. 2. a n. 37.

OBSERVATIO.

(§) INtegram ſane, prolixamque hoc loco Claſſem conficere poſſent Monimenta complurima, veritatem fide ſanctam de Perſona Filii teſtantia, quae dudum congeſſimus atque paravimus: videlicet e Re Lapidaria, Diplomatica, Diptycha, Numaria, aliiſque varii generis Inſtrumentis petita.

Ceterum maturiori conſilio, nec una quidem de cauſſa, Claſſem ipſam rejiciendam duximus in Partis IV. Librum II. ſub Tractatu I. ubi de Chriſto Deo-Homine, ac Filio Dei ſermo erit, & quidem ſatis copioſus.

Quo plane fiet, ut eo loci repetenda non ſint ad nauſeam perplura, quae heic ſtatui, exponique fuſius rei materia depoſceret; ac uno inſimul tractu divinam eamdemque unam Aeterni Verbi & Chriſti Domini Filietatem depromptis a ſacra Vetuſtate monimentis elucidemus, & adverſus Arium, Socinianos ac ceteros quoſque in ſanctum dogma tenebriones nuper editos protegamus.

(*o*) Lege *Viv.* heic. q. 4. n. 2. ſub fin.
(*p*) Ap. *Amic.* d. 26. a n. 13. & *Rhod.* cit.
(*q*) *Suar.* l. 9. c. 3. *Amic.* cit., n. 17. cum *Mag. Mol.* &c. *D. Th.* q. 34. a. 1. *Rui.* d. 57. ſ. 4. n. 5. *Borr.* d. 16. a n. 24.
(*r*) Ap. *Ruizium* proxime laudatum.

OBJECTIONES.

793 Obj. Verbum non eſt praedicatum notionale Filii, ſed commune. Nam 1.° ex PP. alii divinam Eſſentiam adpellant Verbum, aliique Filium vocitant *Verbum de Verbo*, hoc eſt de Patre, ac *Verbum Spiritus S.* 2.° eadem eſt ratio de Verbo comparate ad Filium, ac de amore comparate ad Spiritum; atqui amor abſque improprietate adcipitur non modo perſonaliter, ſed etiam eſſentialiter: ergo & Verbum. 3.° in quocumque intellectu verbum eſt actus intelligendi; atqui ſimilis actus eſt Trinae Perſonae communis: ergo & Verbum.

794 R. *N. Adſ.* etiam cum communi *PP.* & *TT.* qui contra Durandum intelligunt Filium notionaliter Verbum ex Scripturis, e. c. ex 1. *Joan.* 5. *Joan.* 1. *Apoc.* 19. Signanter *Aug.* (*s*) ait, *Filium eſſe Verbum, quia eſt Sapientia genita*; nihil autem abſolutum in divinis eſt genitum, aut productum. Ad 1. prob: PP. illi uſurparunt Verbum late, ac improprie pro intellectione abſoluta; a qua quum Eſſentia, & omnes Perſonae dicantur cognoſcentes, late dici ſubinde poſſunt concipientes verbum. Ad 2. *Perm. Ma.* Et *C. Mi.* Et *N. Con.* Quia vox *Amor* limitata non eſt ad ſignificandum terminum amando productum, ab Scripturis, & PP., ſecus vox *Verbum* ad deſignandum terminum intelligendo productum. Ad 3. *N. Ma.* quia Verbum in divinis non eſt formaliter intellectio, ſed terminus intelligendo productus; nec enim ad intelligendum exigitur, ſed potius ex intelligendi fecunditate procedit. (*t*)

795. QUAESTIO III. Quum Verbum procedat ab intellectione Patris, tanquam a ſuo formali principio, ex quanam intellectione, ſeu cognitione procedit? ADSERO 1. Procedit ex adaequata cognitione, vel ſcientia neceſſariorum omnium. (*u*) Quia ex *D. Aug.* (*x*) *novit omnia Pater... in Filio, tanquam Verbum ſuum, quod eſt de his omnibus, quae ſunt in ſe ipſo*; atqui in Patre eſt cognitio omnium neceſſariorum, tam intra, quam extra Deum: ergo ex ea cognitione procedit Verbum. Idem inſuper procedit ex comprehenſiva divinae Eſſentiae cognitione, quae quidem eſt cognitio omnium, cum abſolutorum, tum relativorum, quae in Deo neceſſaria ſunt; cognitio enim comprehenſiva Eſſentiae cognoſcit hujus identitatem cum relativis. (*y*)

796 II. Procedit etiam ex cognitione omnium contingentium (*z*) Quia procedit ex perfectiſſima Patris cognitione; haec autem perfectior eſt, ſi adtingat non modo neceſſaria, ſed etiam cuncta contingentia. Dein-

(*s*) L. 7. de Trin. c. 2.

(*t*) Conferantur *Rui.* heic, d. 57. ſ. 5. *Suar.* eit. c. 3. *Plat.* a n. 276. *D. Th.* q. 34. a. 1. 2. ibique *Mol.* d. unica, *Vaz.* d. 141. c. 4.

(*u*) Ita communi adſenſu *TT.* cum *Suar.* l. 9. a c. 4. *Rui.* d. 61. 62. 63. ex *PP. Borr.* d. 17. *Viv.* q. 5. n. 2. 5. *Sm-Gall.* tr. 4. q. 16. concl. 1. & 2. *Billuart* diſſ. 5. ar. 3. *Paul. a Conc.* tr. 6. d. 3. n. 92. 113. *Amic.* d. 26. ſ. 3. 4. laud. *Serrius* t. 1. d. 2. praelect. 3.

(*x*) L. 15. de Trin. c. 14. ſub init.

(*y*) Conf. *Maſtr.* heic t. 1. d. 7. q. 2. art. 1. a n. 60.

(*z*) Nobiſcum ſentiunt *Rui.* d. 63. ſ. 4. *Arria.* d. 52. a n. 32. *Rhod.* q. 2. ſ. 5. §. 2. *Compt.* d. 64. ſ. 7. *Quir.* d. 38. a n. 5. *Pennaf.* d. 52. cum *Valentia, Sherlogo, aliiſque* in mſſ, tum *Petav.* de Trin. l. 6. c. 4. n. 8. contra plures antiquos, & RR. cum Maſtr. t. 1. d. 7. q. 2. art. 3. a n. 77.

Aguirr.

Deinde ex *D. Aug.* (*a*) *Verbum eſt de omnibus, quae ſunt in ſcientia Dei; nam ſi aliquid minus eſſet in Verbo, quam in ſcientia, non eſſet Verbum adaequatum*; atqui in Dei ſcientia ſunt etiam contingentia: Verbum igitur eſt de iſtis, ſeu de iſtorum cognitione procedit. Praeterea divina ſcientia libera eſt infinita: ergo eſt productrix Verbi ſubſtantialis. Heinc *Zeno Veron.* (*b*) *naſcitur de toto totus, de perfecto perfectus, totum Patris habens*. Idem perſpicue tradunt SS. Doctores Thomas (*c*) & Bonaventura. (*d*)

OBJECTIONES.

797 Obj. *primo* contra 1. Adſert. Verbum non procedit per ſe ex cognitione omnium neceſſariorum. Nam 1.° Pater prius cognoſcit ſuam Eſſentiam, quam alias Perſonas, & creaturas poſſibiles: ergo pro illo priori producit Verbum, quin aliorum cognitionem objectorum exſpectet. 2.° ſi procedat ex cognitione Verbi, Spiritus, & poſſibilium, fiet, ut procedat ab iis omnibus, ſitque omnium imago, quum eorum ſingula repraeſentet: quod abſonum nimis. 3°. non procedit ex cognitione Spiritus; tum quia, eſto hic ſimpliciter deficeret, etiam exſiſteret Verbum, quin ab ejus cognitione tunc procederet, adeoque nec modo procedit: tum quia exinde vera haec eſſet, ideo exſiſtit Verbum, quia exſiſtit Spiritus: unde ab iſto Verbum procederet.

798 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *Perm. A.* quia in Deo omnis cognitio neceſſaria eſt unica, & virtualiter indiviſibilis. Et *N. Con.* Quia adhuc omnes ſcientiae neceſſariae praeſupponi deberent ex parte principii, loquentis per Verbum de omnibus veritatibus neceſſariis. Ad 2. *N. A.* Quia praefata eorum cognitio, licet ipſis ſit prior, non tamen eſt in cauſa, ut in ipſa ſint principium productivum Verbi: nec ipſa tamen ſunt objectum motivum, ſed pure terminativum productionis Verbi, procedentis formaliter a neceſſariorum cognitione.

799 Equidem divina cognitio neceſſaria nullum habet objectum, a quo motive cauſſetur, aut ſpecificetur. Unde nec illa objecta ſunt priora ſui cognitione, ex qua procedit Verbum; quod utique dici poteſt procedere ex cognitione ſui, & Spiritus, ut objecti pure terminativi, nullatenus ut principii. Ex quibus nulla imaginis ratio peti poteſt. Ad 3. *N. Adſ.* tum quia deficiente Spiritu, nec Verbum exſiſteret, quale nunc: tum quia exinde haec eſſet vera, ideo a poſteriori &c.; non vero, ideo a priori, quod opus eſſet, ut Verbum ab Spiritu procederet; ideo enim quicumque terminus, ab aliquo principio procedens, a priori exſiſtit, quia exiſtit ejus principium.

800 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Verbum non procedit ex cognitione creaturarum ut exſiſtentium. Nam 1.° Verbum eſt ſimpliciter neceſſarium; adeo ut idem eſſet omnino, ſive eſſet in Deo cognitio de creaturis

Aguirr. de Trin. d. 67. ſect. 1. & 2. (qui tamen deinceps a ſect. 3. loquens in ſenſu, quem non refugimus, noſter eſt) San-Gall tr. 4. q. 16. concl. 3. Perrim. diſ. 123. Conf. *Billuart* diſſert. 5. ar. 3. concl. 2.

(*a*) L. 11. de Trin. c. 13.
(*b*) Ser. 1. de aetern. Verbi generat.
(*c*) Huic q. 34. a. 1. ad 3. & q. 37. a. 2. ad 3.
(*d*) In 1. diſt. 27. par. 2. q. 2.

turis futuris, ſive non eſſet: ergo nequit oriri a cognitione libera, quae eſt principium contingens. 2°. nequit Verbum ullo pacto dici contingens: tum quia exinde diceretur etiam abſolute contingens: tum quia eſſent duo partialia verba, unum eſſentiale, alterum contingens: tum quia Verbi contingentis formalitas non haberet pro principio Paternitatem, quae eſt principium indefectibile: tum quia exinde eſſet etiam duplex Trinitas virtualiter diſtincta, nempe duplex virtualiter productio, ſimulque principium Verbi, & Spiritus; unde multiplicarentur ſuppoſita, & Perſonae. Haec autem nimium abſurda ſunt.

801 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* neceſſarium, quoad terminationem neceſſariam; ſeu quatenus exprimit neceſſaria, *C.* quoad terminationem contingentem, ſeu quatenus exprimit contingentia, *N.* Hoc ſenſu eſſet Deus virtualiter diverſus, ſi ei deeſſet cognitio libera, quae nunc eſt. Et *D. Conſ:* a cognitione libera nequit oriri, quatenus procedit neceſſario, ut exprimens neceſſaria, *C.* quatenus procedit contingenter, ut exprimens contingentia, *N.* Haec praedicata conciliantur in Verbo virtute diſtinctionis virtualis maximae (quam cogit nos admittere urgens ratio, & *Conc. Florent.* ubi adſerit, Verbum omnia adcepiſſe a Patre, excepta Paternitate) quemadmodum conciliantur in divina Eſſentia praedicata neceſſaria, & libera. Heinc

802 Ad 2. *N. Adſ.* Verbum abſolute tale adcipi ſolet pro Verbo eſſentiali, hoc eſt quatenus dicit praedicata neceſſaria. Duo partialia Verba admitti poſſunt, ſi ſolum denotent diſtinctionem virtualem in Verbo, ſeu Verbum cum terminatione neceſſaria ſimul, & contingente. Paternitas eſt principium indefectibile quoad productionem terminationis neceſſariae in Verbo; ac defectibile quoad productionem terminationis contingentis. Non repugnat duplex virtualiter Trinitas, & virtualis multiplicatio Perſonarum, uti non repugnat in Deo duplex virtualis ſcientia, & volitio.

803 Obj. *tertio*. Scientia libera non eſt prior, quam Verbi generatio. Nam 1.° in Deo neceſſaria ſunt priora liberis; at Verbum eſt neceſſarium. 2.° cognitio mundi exiſtentis eſt poſterior mundo: ergo & cognitio Verbi, prout exprimentis contigentia, eſt Verbo poſterior 3.° prius Verbum eſt genitum, quam ſint Chriſti merita, quae dignificantur a Verbo; ergo prius eſt Verbum, quam illorum meritorum cognitio.

804 R. *N. Adſ.* de generatione Verbi quoad terminationem contingentem. Ad 1. prob. *D. Mi:* & ſimul liberum, quatenus eſt expreſſio ſcientiae liberae, *C.* ſecus, *N.* Ad 2. *C. A.* quia exiſtentia mundi non dependet a ſui cognitione, immo haec ab illa dependet: ſubinde verum eſt, *ideo cognoſcitur exiſtentia mundi, quia haec eſt*; falſum tamen, *ideo exiſtentia mundi eſt, quia cognoſcitur*. Et *N. Con.*

805 Equidem exiſtentia Verbi prout exprimentis contingentia, dependet omnino a ſuae exiſtentiae cognitione, a qua nempe procedit, tanquam a principio, & quae ipſi Verbo communicatur in ſigno poſterio-

ſteriori ſuae contingentis exſiſtentiae; adeo ut praeciſe deficiente praevia hujus exſiſtentiae cognitione, ipſa quoque exſiſtentia deficeret, non tamen Verbo communicaretur: atque adeo contingens Verbi exſiſtentia ſe habet ad praeviam ſui cognitionem tanquam purus terminus, vel objectum cognitum, minime tanquam principium, vel objectum motivum: heinc verum eſt, *ideo contingens Verbi exiſtentia eſt, quia cognoſcitur*; falſum vero, *ideo a priori cognoſcitur, quia eſt*. Ad 3. *D. A.* prius Verbum eſt genitum, prout experimens eſſentialia, *C.* prout exprimens contingentia, *N.*, quia nequit illa merita exprimere, quin ipſa praeexſiſtant, & quin eorum cognitio ſibi communicata fuerit a Patre. Et *N. Con.*

806 Inſiſtis *primo*. Verbum habet Naturam, antequam ſint decreta, & ſcientia de illis, quoniam eſt illis prius quoad eſſentialia: ergo aeque primo ea habentur a Filio, ac a Patre, adeoque nec ab iſto adcipit Filius futurorum ſcientiam, nec per iſtam ullo modo procedit. *Secundo*. Decretum, & ſcientia identificantur formaliter immediate cum Natura: ergo & cum Perſona Verbi eſſentialis, quae idenptice eſt Natura: adeoque illa communicantur immediate Verbo; quoniam aliquid communicari Perſonae alicui, nihil eſt aliud, quam cum Perſona identificari.

807 R. Ad *primum*. *N. Con.* quia Filius non vult, aut cognoſcit libere, donec eſt Filius; nec talis eſt, donec a Patre ea volitio, & ſcientia libera communicetur Filio, producendo terminationem liberam, ſeu Verbum partiale, ideſt virtualiter contingens, cui illa identificantur. Ad *ſecundum*. *N Con.* quia non identificantur cum Verbo eſſentiali, quouſque producatur ea nova terminatio, cum dependenter ab iſta communicentur; ſicuti nec ſcientia neceſſaria Verbo communicatur, niſi producta terminatione eſſentiali, ſeu inadaequata Filietate. Ac en tibi effectum diſtinctionis virtualis inter Naturam, & Verbum.

COROLLARIUM.

808 Ut dicta clarius breviuſque percipias, en Ordinem ſignorum in hoc perdifficili Syſtemate. In 1.° ſigno producitur Verbum quoad eſſentialia, eique communicatur ſcientia neceſſariorum. In 2.° Pater, & Filius producunt Spiritum quoad eſſentialia, & amorem neceſſarium. In 3.° eſt ſcientia media ab omni decreto abſoluto independens, quam Pater Filio communicat. In 4.° ſunt decreta de rerum exſiſtentiis. In 5.° eſt ſcientia libera, tum decretorum Dei, tum futurorum contingentium quam Filio communicat Pater per productionem terminationis contingentis. Comparate ad haec ſigna, Verbi prioritas & poſterioritas regulanda eſt. (*e*)

Li-

(*e*) Conferendi *Rui.* & *Compt.* citt. diſput. 52. a num. 34. *Rhod.* heic quaeſt. 2. ſect. *Valent.* heic d. 2. q. 8. puncto 2. laudat. *Arrtag.* 5. §. 3.

LIBER TERTIUS.

De Spiritu Sancto.

809 Agimus heic de principio ſpirante Tertiam Perſonam, quam cum communi Scholaſticorum Doctorum vocamus ſpirationem activam, hoc eſt actum primum Spirationis paſſivae, ſeu Relationem Spirationis: ſimulque de Tertia Perſona ſpirata, quae dicitur communiter Spiratio paſſiva, & Spiritus Sanctus, eſtque unicus terminus ab eo Principio ſpiratus.

CAPUT PRIMUM.

De Principio Spiritus Sanctis.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erroribus in Principium Spiritus Sancti.

HISTORIA POLEMICA.

810 FRivola & ſtulta nimis a pleriſque contra catholicam fidei regulam effuſa ſunt adverſus unicum Spiritus Sancti Principium, quod una Pater & Filius conſtituunt. Nimirum

I. *Quicumque generatim* Spiritui Sancto Divinitatem ademerunt, & pari, penituſque iniquo jure ſpirans ipſi Principium ex Patris, Filiique ſubſtantia denegarunt: quales dixeris *Macedonianos*, ac reliquos Proluſione proxima percenſendos. Et vero inter Catholicos, Heterodoxos & Schiſmaticos, qui Ss. Trinitatem confeſſi ſunt, nullus hucuſque, qui Spiritum Sanctum a Patre procedere non crediderit, memoriae, quod ſciam, proditus eſt: quod autem a Filio pariter oriatur, addubitarunt nonnulli, plurimique inficiati ſunt. Heinc

II. *Macedoniani*, alias *Pneumatomachi*, parente *Macedonio*, qui fl. 340. tenuerunt, fieri non poſſe, ut Spiritus Sanctus ſit Deus a Patre, Filioque procedens, quin ſit inſimul genitus: quemadmodum genitus eſt Filius. Quamobrem auſi ſunt negare Spiritum Sanctum eſſe Deum, ne cogerentur admittere, ipſum eſſe Filium. (*)

III. *Ne-*

ADNOTATIONES.

(*) I. HAec *Perrimez.* t. 2. diſ. 124. ſub init. at ſine teſte, quem plane optarem ut adferret. Nam ejuſmodi doctrinam aut rationem tanquam ſibi a Macedonianis propoſitam difficillime reperias apud Philaſtrium, Epiphanium, Auguſtinum, aut alium vel ex priſcis, vel ex junioribus Haereſeologis, ubi inter agendum de haereticis, conſulto, aut obiter de Macedonio, ſeu de Macedonianis incidit ſermo.

Poterat quidem illam indicare *Athanaſius* ubi detegendis, convellendiſque Macedonianis dogmatis tractatum ſcripſit, qui eſt Dialogus I. inter Orthodoxum & Macedonianum de Perſona Spiritus Sancti; at eam tamen omnino reticuit.

Quin

III. *Neſtoriani Anonymi*, orti a Neſtorio CPño Antiſtite circ. 427. abſolute negaſſe videntur Spiritus Sancti a Filio proceſſionem. Videlicet in quodam Neſtoriano Symbolo; ubi poſtquam profitentur, Spiritum Sanctum ex Dei ſubſtantia procedere, ſubjungunt, *ſed nec Filium illum putamus, neque per Filium ſuam ſubſiſtentiam habentem.* (*f*) (*)

Quin & Athanaſium imitantur plerique alii, qui dum Graecos proceſſionem Spiritus a Filio pernegantes oppugnant, Macedoniani dogmatis meminerunt, e. c. *Hugo Eterianus* in libris III. de haereſibus, ſeu de proceſſ. Sp. S. ſparſim, *Joan. Beccus* orat. 1. de unione Eccleſiarum, num. 41. & 62. *Conſtantinus Meliteniota* orat. 2. de proceſſ. Sp. S. num. 6. *Compilator* ſententiarum Graecorum de Gregorio Palama, p. m. 777. & 783. edit. Romanæ 1652. Interprete *Allatio*.

Unus, quem meminerim, laudatus *Eterianus* inter complurimas ab adverſariis oppoſitas rationes eam, quam tulimus e Perrimezzio ſibi diluendam promit lib. 1. c. 7. ſub init.; non autem ut objectam a Macedonianis, ſed a *Niceta* Byzantio Philoſopho.

Adde, quod Macedoniani una cum Arianis, ut in ſui dogmatis negotio proficerent, de proceſſione Spiritus Sancti a Patre & Filio vel ſentiebant, vel potius loquebantur cum Catholicis, ut adpoſite notatum eſt a *Garner.* in *Mar. Mercat.* part. 2. diſſ. 1. c. 6. §. 1.

Ex iis autem quid ſentiendum ſit de hiſtorico illo ſegmento Perrimezziano prudens quiſquam judicaverit.

II. Quid ſubinde vero de eorum principe Macedonio? Fuerit ne primus, qui de proceſſione Spiritus a ſolo Patre errorem invexerit? Sollicite exagitant hanc quaeſtionem nonnulli Critici. Ex iis ajunt aliqui, quoniam teſte *Juſtiniano* Siciliae Epiſcopo in epiſt. ad Petrum Epiſc. Antiochenum, quae exſtat in Actis v. Synodi Gener. *Macedonius ſpirat a Patre ſolo Spiritum Sanctum*. Alii vero ſolidius negant.

Quia enim, praeterquam quod ea epiſtola multis ſuppoſita eſt, ac ſunt, qui in dubium vertunt, an Macedonius ibi adpellatus, idem ſit cum Macedonio Haereſiarche, de quo lis eſt; at hic tamen ipſe Macedonius profecto Spiritui Sancto divinitatem delirus ademit, ex adferendis in proxima Proluſione. Quid autem ille intenderit, a ſolo Patre ſpirari eum, qui ſua opinione nullus eſt?

Quin immo nulla utilis de Macedonio circa propoſitum errorem quaeſtio inſtitui poteſt. Quocirca eam, me judice, incaſſum ventilaverint Eruditi.

(*f*) Exſtat graeco-latinum in Actis Concilii Epheſini, Act. 6. p. m. 1515. ex edit. *Harduini* de anno 1715. in tom. 1. collectionis Conciliorum.

ADNOTATIO.

(*) AUthores, vel Author hujuſce Symboli primus eſt, qui hunc errorem in Dei Eccleſiam intulit. Haec eſt ſententia S. *Thomae* p. 1. q. 36. art. 2. ad 3. quam lubenter amplectimur; nec enim alius, qui eum primum docuerit, certo poteſt oſtendi.

At quiſnam eſt ejus Symboli Author? Illud porro, tanquam continens ſuae fidei dogmata, Epheſinae Synodo obtulerunt *Rufus* quidam, *Heſychius*, *Rufinus* & alii primum Quartodecimani, prout explicant eorundem ſubſcriptiones in laudata Act. 6. ipſius Synodi. Sed illud tamen ab alio didicerant.

Videlicet primus Symboli Author, inventor, & magiſter vulgo fertur famigeratiſſimus ille *Theodorus* Mopſueſtenus Epiſcopus, Neſtorii ac Theodoreti Praeceptor, mundo ereptus circ. 428. Ita *Marius Mercator*, huic Synchronus in ejus refutatione ap. *Bibl. PP.* Lugd. in ſupplem. t. 27. a pag. 138. quem ſequuntur *Garner.* in Mar. Mercat. par. 2. ſeu lib. 3. p. m. 255. qui inſuper contendit p. 325. Neſtorium a Theodoro errorem, de quo diſputamus, excepiſſe; *Nat. Alex.* Sec. V. c. 3. §. 6. *Ludov. Doucin* in hiſt. Neſtorianiſmi l. 1. p. m. 11. edit. 1698.

Et vero iis acriter repugnat *Facundus* Hermianenſis Epiſcopus in commentar. pro defens. trium capitulor. l. 3. c. 5. ap. *Bibl. PP.* Lugd. t. 10. p. 26. *Manuel Calecas* l. 2. cont. Graecor. errores p. m. 130. edit. Ingolſtad. 1608. Neſtorium Symboli authorem facit. *Chriſtianus Lupus* in Scholiis & notis ad Canones v. Synodi p. m. 775. edit. Lovan. 1665. ſcabroſam hanc quaeſtionem proponit, ſed non definit.

Quid

IV. *Theodoretus* Cyri Epiſcopus, ſanctimoniae ac doctrinae fama clariſſimus, Theodori Mopſueſteni auditor, ac Neſtorii condiſcipulus, ipſum ex iis errorem ebibiſſe videtur, ut liquet ex ſua Reprehenſione in nonum Cyrilli anathematiſmum (*g*) ubi inquit, *Si vero* (doceat Cyrillus, quod Spiritus Sanctus) *tanquam ex Filio, aut per Filium exſiſtentiam habeat, hoc ut blaſphemum & impium rejiciemus*. Nec mea quidem opinione reperire licet in ſuis operibus effatum aliquod, quo hanc ſententiam revocaſſe dixeris; eſto Neſtorianiſmum, quo ſemel imbutus eſt, dolens ac poenitens ejuraverit (*h*) ac Neſtorium haereticum dixerit (*i*). Laudatus *Hugo Eterianus* (*k*) *inventorem & praeconem* hujus erroris Theodoretum ſtatuit; ſed eum tamen fugerat Neſtorianum illud Symbolum, nuper commemoratum; quemadmodum & *Petavium* ubi hiſtoriam ſuper hac quaeſtione contexuit (*l*) & antea *Suarezium* (*m*). Obiit Theodoretus ſeptuagenario major circ. 457. Hic autem error, quem noſter Author ſatis obiter docuit, quam cito extinctus aut conſopitus videtur.

V. *Epiphanius* Graecis abnuentibus Spiritus proceſſionem a Filio, dubio procul adcenſendus eſt. Ita *Anonymus* quidam nuperuſque ſub Seculum XVII. Exercitator. (*n*) (*).

VI. *Ruſticus* Eccleſiae Romanae Diaconus Cardinalis, Vigilio Papae adfinis & ſchiſmaticus in famoſa illa cauſſa *Trium Capitulorum* a Synodo v. Generali proſcriptorum, qui fl. ſub an. 548., videtur de proceſſione Spiritus Sancti a Filio ſubdubitaſſe, ubi de Spiritu Sancto haec obiter effatur, *utrum vero a Filio eodem modo, quo a Patre procedat, nondum perfecte habeo ſatisfactum*. (*o*) Plura de hoc Ruſtico, ejuſque Diſputa-

Quid tum vero? Si Facundi diſputationem cum eo Symbolo rite conferas, in diſputantis ſententiam pene iveris. Ceterum ea eſt adſerentis ac oppugnantis Mercatoris authoritas, ut ei diſſentiri nonnihil piaculi videatur.

Maneat ergo, primum controverſi erroris authorem probabili ſaltem argumento Theodorum fuiſſe.

(*g*) In Operum tom. 4. edit. Pariſ. 1642. p. m. 718.
(*h*) Ex Actis Synodi Chalcedonenſis.
(*i*) L. 4. haer. fab. cap. 12. per tot.
(*k*) Lib. 1. c. 2.
(*l*) L. 7. de Trin. c. 1.
(*m*) De Trin. l. 10. c. 1. num. 12.
(*n*) In Exercit. ad 1. Cor. 5.

ADNOTATIO.

(*) AT nihil omnino proficit audacis calami impudentia; quippe Epiphanius ipſe teſtimoniis pluribus, quibus Sanctum dogma palam profitetur ac depraedicat, calumniae ictum antevertit, ſui ipſius Interpres ac Vindex.

Ita quidem ipſe ſaepe numero, ac diſertiſſimis plane vocibus. E. c. in *Ancorato* numeris 7. 8. 67. 71. 72. atque in *Panario* adverſus haereſes, Petavio interprete, haer. 62. num. 4. & haer. 74. n. 3. & 10. ubi repetit, & confirmat quae in Ancorato pridem adſeruerat.

Forte nullus e Graecis Patribus copioſior ac firmior pro dogmate, quam Epiphanius. Quo videris egregiam Anonymi inſcitiam et hallucinationem, ſive potius malitiam.

(*o*) In Diſputat. contra Acephalos Neſtorianos, ap. *Bibl. PP.* Lugd. tom. 10. p. 376. col. 2. verſus finem.

ſputatione *Baron.* (*p*) *Baluz.* (*q*) *Pagius* (*r*) *Caveus* (*s*).

VII. *Monothelitae Anonymi* Graeci ſub an. circ. 650. opinionem negantem procedere Spiritum Sanctum a Filio tenaciter retinuiſſe exinde probantur, quod apud S. Maximum Homologetam, qui ſub id tempus floruit, (*t*) turbas exciverint contra Romanam Eccleſiam, quum in quibuſdam Martini P. I. Synodicis literis perinde legiſſent, Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere. Id quod clarius innoteſcit ex hujus loci S. Maximi translatione, quam praefert *Anaſtaſius* Bibliothecarius (*u*). Et ii quidem primi jurgiorum Graecos inter & Latinos ſuper ea quaeſtione authores. Ita Cl. V. *Mich. Lequien.* (*x*) (*)

VIII. *Joan. Damaſcenus*, Graeciae ac Theologiae magnum decus, qui denatus eſt an. 731., adcuſatur reſpuiſſe proceſſionem Spiritus a Filio, ubi poſtquam ſaepius docuiſſet, Spiritum a Patre procedere, ſubjunxit (*y*), *ex Filio autem Spiritum Sanctum non dicimus, ſed Spiritum Filii nominamus*; vel, ut alii legunt, *quin Filii quoque Spiritus dicitur*,

(*p*) Ad an. 548. a num. 2.

(*q*) Tom. 1. novae Collect. Concil. in Praefat. ad Acta Conc. Chalced. n. 26.

(*r*) In Critice Baroniana ad eum an. num. 5. & 6.

(*s*) Ad an. 550. in Ruſtico.

(*t*) In epiſt. ad Marinum Cypri Preſbyterum.

(*u*) In epiſt. ad Joannem Diaconum.

(*x*) In diſ. 1. Damaſcenica praefixa tomo 1. ſuae editionis Operum S. Jo. Damaſceni num. x.

ADNOTATIO.

(*) NArratio haec aliquot ex capitibus minus exacta videri poteſt. Principio enim non video unde colligat Lequienius, adverſarios illos proceſſionis Spiritus a Filio fuiſſe profeſſione Monothelitas; nam Maximus in laudata epiſtola ap. *Combefiſ.* editorem ejus operum tom. 2. p. m. 70. col. 2. de iis ſic loquitur, ex *Anaſt.* collect: *ſane igitur ſanctiſſimi, qui nunc eſt Papae Synodica non in tot capitulis, quot ſcripſiſtis Regiae Urbis cives* (Conſtantinopolitani) *reprehenderunt*: quis autem eis pleriſque civibus Monotheliſmum vere adpinxerit? Praeterquam quod nihil error ille Monothelitis ſuae confirmandae haereſi conferebat.

Deinde Synodicae illae Martini literae, quas ex Maximo laudat Lequienius, non alia ſcripta ſunt, mea opinione, quam Synodica epiſtola, una cum viginti canonibus Lateranenſis Concilii, celebrati an. 649. quam Martinus P. ad Conſtantinum Imperatorem emiſit.

Et vero in ejuſmodi ſcriptis nec verbum quidem legere eſt de dogmate proceſſionis Spiritus a Filio. Sic autem pergit Maximus, *ſed in duobus duntaxat, quorum alterum eſt de fide Trinitatis, ac, quod ajunt, dixerit, Spiritum Sanctum etiam ex Filio procedere.* Unde fas eſt deducere, cives illos CPnos hoc de Spiritus proceſſione dogma excepiſſe, non tanquam lectum in Synodicis Martini literis, ſed ut ab ipſo aliunde adſertum.

Praeterea in dubium vocari poteſt, an iidem ipſi cives fuerint primi ſuper praefata quaeſtione jurgiorum authores; eo maxime, quod de ejuſmodi litis incentoribus altum ſit ſilentium apud Scriptores, qui id genus hiſtoriam contexere cum *Petavio* de Trin. l. 7. c. 1. ubi num. 2. ait expreſſe, conſopitam fuiſſe hanc controverſiam a tempore Theodoreti uſque ad aetatem Iconomachorum; immo ejus quaeſtionis primam originem ad Photiana tempora vulgo revocant, vel ad paullo priora.

Complurimis tandem adducti Maximi epiſtola notha eſt, ut *Leo Allatius* vel invitus confitetur in vindiciis Epheſinae Synodi Cyrilli cap. 72. ſequutus *Beſſarionem* in lib. Dogm. cap. 6. & quidem apud Graecos etiam catholicos, quibus pene adhaerere videtur *Petavius* l. 7. de Trin. c. 17. § 12; eſto alii ſecus judicent, cum laudatis *Combefiſ.* in notis ad ipſam Maximi epiſtolam & *Lequienio* num. xi.

Quum itaque haec epiſtola ſatis dubia ſit, haud magis certa erit recitata a Lequienio hiſtoria; quippe quae ipſius epiſtolae authoritati prorſus innititur:

non velut ex ipſo, ſed per ipſum ex Patre procedens (z): tum etiam quum adſeruit (a) *Spiritum Sanctum ex Filio exſiſtentiam non habere*. (*)

IX. *Graeci Anonymi* putantur eundem contra Latinos errorem ſubſtinuiſſe ſub an. circ. 767. Quoniam eodem hoc anno Pippini, Galliae Regis, juſſu, & praeſentia coactum eſt in Villa Gentiliacenſi agri Pariſienſis Concilium, in quo, praeter alia, ventilata eſt inter Grecos & Romanos ea quaeſtio, num Spiritus S., ſicut procedit a Patre, ita procedat a Filio? (b) (**)

X. *Joan-*

(z) Sic *Lequienius* in hunc locum. (a) In Orat. in Sabbatum Sanctum.

ADNOTATIO.

(*) VAria varii ad hunc textum Damaſcenicum reponunt. In primis obtinuit olim adfirmans ſententia, caput hoc adſcititium eſſe, adjectumque aliena manu capiti XII. ejuſdem libri I. de fide orthod; nec ipſum quidem in codicibus vetuſtioribus, ſed in paucis quibuſdam recentiſſimae notae reperitur. Ex quo tamen *Joan. Beccus* Patr. CPñus cum Sociis in quodam Epiſcoporum conſeſſu, evicit, fragmentum illud legitimum eſſe Damaſceni foetum (de quo late *Pachymeres* in hiſt. Andronici l. 1. c. 35. & l. 2. c. 1.), pro tali ſine lite vulgo habitum eſt.

Deinde ſunt qui judicent abſolute, cum *S. Thom.* p. 1. q. 36. ar. 2. ad 3. & q. 10. de potentia art. 4. eo loci Damaſcenum in Sanctum dogma plane erraſſe. Plures inſuper, cum *Jacobo Billio*, ejus Interprete in expoſitione capitis laudati II. inde excuſandum putant, quod ejus effatum, anteceſſerit tempus, quo catholica Eccleſia ſanctum de proceſſione Spiritus a Filio dogma tenendum ſtabilivit.

Poſtremo maximus Scriptorum numerus catholicorum, cum e Graecis, tum e Latinis, copioſe, ferventerque Damaſcenum vindicant; ex eo praecipue, quod modus loquendi ſub certis propoſitionibus, Graecis olim familiaris, quo ubi adcuſatur, Author noſter uſus eſt, ejus ſenſum de proceſſione Spiritus a Filio dilucide aperiat. Plura in hanc rem *Beccus* ap. laud. *Pachym.* necnon in tr. de proceſſione Sp. S. ſparſim, *Manuel Calecas* l. 3. cont. Graecos a p. m. 237. edit. 1608. *Conſtantinus Meliteniota* orat. 1. de proceſ. Sp. S. p. m. 734. edit. 1659. *Georg. Scholarius* in utroque comment. de proceſ. Sp. S. *Beſſarion* in Orat. pro unione c. 6. quae exſtat in actis C. Florentini ſub fin. tum in altero opuſc. de proc. Sp. S. ad Alexium Laſcarim Philantropinum, *Leo Allat.* de perpetua conſenſ. Eccl. Occid. & Orient. l. 2. c. 2. & alias, *Euſtratius* Metropolita Nicaenus in tr. de proceſ. Sp. S. ex Patre per Filium & non ex Filio.

Tum ex Latinis laudatus *Billius* in expoſit. capitis 11. *Ruiz* de Trinit. diſp. 67. ſect. 9. num. 14. & 15. *Petav.* de Trinit. l. 7. c. 17. fere per tot. *Lequienius* in laudatum cap. quod ipſe ſubjicit duodecimo; ubi & alias de eodem argumento fuſius acturum, ſeu egiſſe (neſcio ubi) adſerit. Ac eos quidem reliqui vulgo Latini merito quidem ſequuntur.

Habes heic quos conſulas, ne longiorem exercitationem perſequi cogamur.

(b) Ex *Adone* Viennenſi in Chronico ad eum annum.

ADNOTATIO.

(**) *Lequienius* in laudata diſſ. 1. Damaſcenica §. XII. definit eos Anonymos Conſtantinum Copronymum eſſe cum ſuis Iconomachis, quum ſeſe proſcriptum ab Apoſtolica Sede adcepiſſet. Nullum quidem teſtem adhibet, ſed ea duntaxat utitur conjectura, quod in ipſo Concilio una cum praefata quaeſtione de Spiritu S., diſputatum ſit de Sanctorum imaginibus, anne fingendae aut pingendae eſſent in Eccleſiis; uti ajunt cum citato *Adone*, Annales *Loiſeliani*, ac *Tiliani* ad eum annum; tum Annaliſta *Laureſhamenſis*, aliique vetuſtiores, quos moderni ſequuntur, ut *Baron.* ad an. 766. n. 21. *Sirmond.* in collect. CC. Galliae t. 2. ubi de C. Gentiliaco, *Cointius* in Annal. eccl. Francor. an. 767. n. 2. Unde colligit Lequienius, eoſdem om-

X. *Joannes* quidam Monachus ipſum Hieroſolymis errorem deprehenditur promoviſſe ſub an. circ. 808. Hic enim Peregrinos Monachos, natione Francicos, in Monte Oliveti degentes exagitabat, ac tanquam haereticos traducebat, quod crederent ex Filio quoque procedere Spiritum Sanctum. Haec aperte diſcimus ex ipſorum Monachorum Epiſtola de hac re miſſa ad Leonem P. III. (*c*)

Quod autem unus fuerit in ejuſmodi errore, ac in Monachos criminatione Joannes ille, cui nec Thomas I. tum Patriarcha Hieroſolymitanus LXIX. (*d*) nec ejuſdem Eccleſiae Presbyteri conſenſerint, ſubinde liquet, quod qui tum ab ea Monachorum Congregatione Romam miſſi ſunt, ab ipſo Thoma commendatitias literas detulerunt, quemadmodum monuit idem Leo III. Carolum Magnum per literas, quibus eum de hac re certiorem facit. (*e*) (*)

XI. *Au-*

omnino Iconomachos, qui in ſacras Imagines debacchabantur, inſimul in proceſſionem Spiritus delinquere, ac litem intentare.

At ea tamen in Concilio diſputatio Lequienii conjecturae parum aut nihil favet. Probat ipſa quidem trium aut quatuor Graecorum Legatorum ibi altercantium ſenſum, &, ſi mavis, errorem in Spiritus proceſſionem a Filio, minime vero Imperatoris Copronymi, totiuſque univerſim Iconomachorum ſectae, quibus nempe nullus alioqui, quem ſciam, Hiſtoricus, aut Haereſeologus hunc errorem adpinxit.

Favet *Petavius*, qui ex praedicto Concilio id unum colligit l. 7. de Trin. c. 1. §. 2. quod nempe controverſia de proceſſione Spiritus a Filio, Iconoclaſtarum graſſante haereſi; imperante Conſtantino Copronymo (minime inquit, *fovente*) inſtaurata videatur.

Favet & *Baron.* qui ex eadem memorata Synodo ſubinde infert ad an. 766. num. 22. eam controverſiam primum tum motam & agitatam fuiſſe ab impiis Iconoclaſtis, ab iis videlicet qui in Synodo adverſus proceſſionem Spiritus a Filio fortaſſe diſputarunt: quia enim quum Occidentales adpellarent Graecos haereticos, ob bellum Sacris Imaginibus ab eis illatum, Graeci illi Latinos vocitabant haereticos, quod Spiritum a Filio procedere profiterentur.

Porro ſi vera eſſet ea Legatorum Orientalium oratio Pippino Francorum Regi nomine Conſtantini Copronymi recitata, quam profert *Ludov. Maimburgius* in hiſt. Iconoclaſtar. t. 1. ad an. 766. verſus fin. teneret Lequienii theſis; ibi enim Conſtantinus erroris adſertor & promotor exponitur; ſed ea tamen oratio potius rhetorica eſt & gratia lectorem delectandi concinnata, quam critica; nec ullo quidem documento confirmata.

(*c*) Eam ex *Baluzii* ſchedis recitat laud. *Lequien.* num. 13.

(*d*) Ap. *Papebroch.* t. 3. Maji in hiſt. chronol. Patriarch. Hieros. n. 178.

(*e*) Eas quoque literas ex ipſius *Baluzii* ſchedis habes ap. laud. *Lequien.* n. 14.

ADNOTATIONES.

(*) I. IN dubium vertitur quiſnam ille Joannes fuerit. *Petrus Pithoeus* in hiſt. controverſiae veteris de proceſſione Sp. S. p. m. 26. edit. Paris 1609. ſuſpicatus eſt, ut recte inquit *Allat.* in Hottingeri confutatione, cap. 10., non vero exiſtimavit, ut incaute loquitur laudat. *Lequien.* num. 13, fuiſſe forſan Joannem Damaſcenum, quem Iconomachi contumelioſo nomine *Manſur* dixerunt ap. *Cedren.* in compendio hiſtoriar. tom. 1. p. m. 456. At hic Joannes jam ab an. 731. mortem obiit.

Citatus *Allatius* cap. 20. p. m. 527. dubitat, anne fuerit Joannes Patriarcha Hieroſolymitanus, quo Authore ſcripta multa adverſus Latinos, etiam circa Spiritus proceſſionem legiſſe teſtatur.

Verum tunc temporis Patriarcha ſedebat Thomas, ut nuper diximus; ac inſuper Joannes IV qui poſt Thomam in eadem ſede occurrit, fl. ſub an. 969. ex laud. *Papebroch.* n. 183.

Quis ergo Joannes ille? Nec laudatus *Lequienius* n. 16. definire audet; nec ipſe quidem auſim; deficiunt quippe documenta ad adcura-

tam

XI. *Author Anonymus* libri falso adtributi S. *Athanasio* Patriarchae Alexandrino, qui praenotatur *Ex sermone contra Latinos*. In hoc opusculo, fortassis confecto ac edito quum ardentius exagitari coepit quaestio de processione Spiritus S., ac de additamento *Filioque* apud Graecos circa 860., pluribus Pseudo-Athanasius probare nititur, Spiritum a Filio, seu per Filium nequaquam procedere; sed tenuissima tamen minerva Gregorii Nysseni, ac Cyrilli loca, quae sibi objicit, diluere tentat. (*f*)

XII. *Photius*, Bardae opera, S. Ignatio dejecto, CPnae Sedis invasor, cetera doctrina, eruditione, critice spectatissimus vir, e Graecis apertiore juxta ac vehementiore marte Spiritus a Filio processionem oppugnavit. Et quidem vel ex animo, vel ut ei indulgeret furori, quo propter anathema sibi merito inflictum a Nicolao P. I. sub an. 863. in ipsum, universamque latinam Ecclesiam exaestuabat. Dixerim, hanc quaestionem de processione Spiritus a Filio, hoc spadone praesertim authore, in apertam haeresim erupisse. Obiit Photius an. 890.

Scripta Photii adversus processionem Spiritus a Filio, prout ab aliis Scriptoribus excepi, haec recenseo.

Liber contra Latinos, ubi plura in hanc rem. Eum citat, & pluribus convellit *Hugo Eterianus* (*g*) .... Libri duo contra Latinos Photio adscribuntur, & vindicantur a *Codice Colbertino* nongentorum annorum ... Epistola Encyclica ad Patriarchales Sedes Orientis (*h*)... Epistola ad Archiepiscopum Aquilejae de iis, qui blasphemo ore Spiritum S. a Filio etiam procedere adfirmant. (*i*)... Syllogismi Photiani. (*k*)

Adde, non raro Photium in hisce scriptis notare ut erroneum ac haereticum notissimum illud in Symbolo additamentum *Filioque* (de cujus initii epocha tanta lis est, ac nondum decisa apud Eruditos) quippe quod exprimit processionem Spiritus a Filio.

Sed haec tamen Photiana scripta, ab Schismaticis Graecis medullitus adoptata, ut Latinos pene innumeros praeteream, permulti ex eisdem Graecis catholicis acerrime perstrinxerunt, ii praesertim, qui pro

tam dubii decisionem.

II. Dubitant rursus Eruditi, an hic idem Joannes ad Carolum Magnum Hierosolymis missus, audito in Capella regia eo additamento *Filioque* disceptationem de processione Spiritus a Filio excitarit, cui e vestigio definiendae coacta sit Synodus Aquisgrani sub an. 809.

Sed ut ut haec fuerint, ac opinionibus admodum variis controvertantur ap. *Baron.* an. 809. n. 53. *Pag.* in Crit. a n. 5. *Petav.* de Trin. l. 7. c. 1. n. 2. laud. *Pithoe.* a p. 26. *Coint.* in Annal. eccl. Francor. ad an. 809. a n. 8. *Lequienio* cit. n. 16.; consulto heic praetermittimus, utpote ab instituto polemico aliena.

(*f*) Conf. ipsum opusc. inter Athanasii opera, cum Monito praevio in Editione *Maurina* de an. 1698. tom. 2. a pag. 354.

(*g*) In comment. de haeresibus, quas in Latinos Graeci devolvunt, l. 2. c. 15. a p. m. 207. edit. Basileens. 1543.

(*h*) Eam recitat *Baron.* ad an. 863. num. 38. ubi de processionis dogmate.

(*i*) Ipsam quoque exhibet *Baron.* ad an. 883. a n. 5.

(*k*) Eos proponit & confutat *Beccus* in Orat. 1. de Unione Ecclesiarum a num. 35. Fortassis ipsi excerpti sunt ex libro, eidem nuper adserto.

pro ſancto dogmate pugnarunt. E. c. *Joann. Beccus* (*l*) *Gregorius Protoſyncellus* (*m*) *Georg. Trapezuntius* (*n*) *Conſtantin. Meliteniota* (*o*) *Georg. Metochitas* (*p*) *Maximus Chryſoberga* (*q*) *Nicephorus Blemmida* (*r*) *Manuel Calecas* (*s*) *Cardinalis Beſſarion* (*t*) *Demetrius Cydonius* (*u*) *Joan. Argyropulus*(*x*) *Joan. Pluſiadenus* (*y*) *Leo Allatius* (*z*) (*)

XIII. *Grae-*

(*l*) Orat. 2. de injuſta ſui depoſitione, paſſim, & tr. de proceſſ. Spir. S., & in refutationibus adverſus Andronici Camateri animadverſiones, & in Epigraphis, & alias ſaepenumero.

(*m*) Orat. ad Imper. Trapezuntium;

(*n*) Tr. de proceſſ. Sp. S.

(*o*) Orat. 1. & 2. de proceſſ. Sp. S.

(*p*) Tr. contra Maximum Planudem, & tr. contra Manuelem Cretenſem.

(*q*) Orat de proceſſ. Sp. S. ad Cretenſes.

(*r*) In tr. ac tribus epiſtolis de proceſſ. Sp. S. ex Filio.

(*s*) In libris IV. contra Graecorum errores, ſparſim.

(*t*) In tr. de proceſſ. Sp. S. & in Epiſtola generali.

(*u*) Tr. de proceſſ. Sp. S.

(*x*) Tr. itidem de proceſſ. Sp. S.

(*y*) In Diſceptatione pro Concilio Florentino, ſparſim.

(*z*) In Enchiridio de proceſſ. Sp. S. & alias.

ADNOTATIONES.

(*) I. PRofecto aperta, plenaque contentione in ſanctum dogma primus invectus eſt Photius, exindeque univerſum pene Graecum nomen in ipſam conſpiravit opinionem, eamque velut publicam teſſeram frequentiſſime adſumpſit in eo, cui tum ſuis malis artibus originem dedit Photius, deplorando ſchiſmate, quo Eccleſia Graecorum a Latina ſejuncta eſt.

Anne vero Quaeſtio haec, ſeu potius ardens ſtudium eam in Photiano ſenſu tuendi, prima fuerit cauſſa & origo, quae Photium, ejuſque Graecos adſeclas commoverit ad diſcidium?

Cum e Graecis, tum e Latinis plerique ajunt. Quin immo nonnulli ex illis Schiſmatici, cum *Macario Ancyrano* tr. de dogm. cap. 30. & ex iſtis Heterodoxi, cum *Joan. Henrico Hottingero* in eccleſ. hiſt. Sec. XVI. ubi de Eccleſia Orientali, addere non dubitarunt, quod inde Photius communionem cum Latina abſciderit Eccleſia, quoniam recte novit, articulum ab iſta poſitum de proceſſione Spiritus a Filio haereticum eſſe.

At vana, at falſa haec omnia; nam una diſceſſionis cauſſa Photio ſua fuit ſuperbia, dominandi libido, & a nemine velle judicari. Nec aliud quidem ex Photiana Hiſtoria rite perpenſa liquido erui poteſt; quod pluribus, ſi otium eſſet, confirmare adgrederemur. Ita quaeſtionem hanc definierunt, multiſque luce meridiana clarioribus argumentis compro. barunt *Manuel Calecas* lib. 4. cont. Graecos num. 8. §. *Praeterea.* ſqq. & *Leo Allatius* in confutatione Hottingeri cap. 18. ſqq., tum de perpetua conſenſione Eccl. Occid. & Orient. lib 2. cap. 5. §. 1. & 2. omnino conſulendi.

II. Sunt qui Photium peracerbe redarguant, quod in Synodo CPna 383. Epiſcoporum, ſub an. 879., ipſo Praeſide, coacta abrogare fecerit VIII. Synodum Oecumenicam, nec non particulam *Filioque* ex Symbolo auferri. Et haec famoſa illa Synodus, quae *Pſeudo-Synodus Photiana* vulgo audit.

Ceterum, quidquid ſit de hujuſcemodi conventus Actis, a Photio, ſeu alio Graeculo turpiter confictis, aut interpolatis, omnibus rite perpenſis, cenſeo cum *Bellarm.* lib. 1. de Conciliis c. 5. minime in eo conventu quidquam ex dictis exſequutioni mandatum eſſe; in quo nempe de Dogmate ſermo nullus habitus eſt, ut recte oſtendit *Allatius* tr. de Octava Synodo Photiana cap. 11.

Et quidem nec *Zonaras*, qui Photii reſtitutionem ad Sedem CPnam indicat in Annal. tom. 3. §. *Bello contra*. ex iis quidquam commemorat; nec Graeci in Florentino Concilio Seſſione III. voculae *Filioque* in eo confeſſu ablatae teſtimonium, quo ſuae cauſſae ſatis proficerent, laudaverunt. Immo, una excepta Photii in ſolium reſtitutione, cetera ejus conventus acta ſuppoſita & adulterina eſſe & a Graecis conficta, praeter alios, ex *Manuele Caleca* commonſtravit *Turrianus* in lib. de Actis VI. VII. & VIII. Synod.

Quid? quod nemo unus, quem viderim, e Graecis Scriptoribus, qui cum *Curopalate*, *Cedreno*, *Zonara*, *Glyca*, *Conſtantino Manaſſe* Baſilii Imperatoris geſta perſequuntur,

XIII. *Graeci* deinceps perplurimi ſubciſivis temporibus errorem ipſum mordicus ſubſtinuerunt uſque modo; ut praeteream quaeſtionem illam, an Graecanica generatim Eccleſia ejuſdem aliquando erroris inſimulari potuerit, ne cum *Allatiana* utriuſque Eccleſiae, etiam in Dogmate huic errori oppoſito, conſenſione pugnare videar. Itaque in illorum cenſum, ingentis multitudinis inſtar, ii ſingillatim referri poſſunt:

1°. *Theophylactus* Bulgariae Archiepiſcopus, cetera ſcriptis clarus, qui fl. an. circ. 1070., ut tenent recentiores Eruditi cum *Baron.* (*a*) *Caveo* (*b*) *Allat.* (*c*) non autem ſub Seculum IX., ut falſo tenuerunt *Onuphrius Panvinius* (*d*) *Petr. Pithoeus* (*e*) *Sixt. Senens.* (*f*) *Poſſevin.* (*g*) *Perronius* (*h*). Hic ergo edidit librum, ſeu argumenta de proceſſione Spiritus S. contra Latinos. (*i*) Tum alias irridet proceſſionem Spiritus ex Filio, ac Latinos carpit, e. g. in expoſitione capitis III. S. Joannis, verſus finem. (*k*)... 2°. *Nicetas*, civitate Byzantinus, & vitae inſtituto Philoſophus, qui claruit circa 1120. (*l*)

3.° *Euthymius Zigabenus*, Baſilianus Monachus Graecus ſub an. circ. 1126.

tur, de ejuſmodi conventu, vel de ipſius actis quidquam produnt; quum contra ferme omnes de VIII. Synodo Oecumenica, quae Photium depoſuit, ſermonem inſtituant. Plura de Pſeudo-Synodo Photiana *Allat.* loc. cit. necnon de conſenſ. Eccl. Occid. & Orient. lib. 2. c. 5.

III. Heic adpoſite caſtigandus venit famoſus ille Volterius, nonnullis quidem Clanculario Atheus, ubi in hiſt. gener. cap. 21. exinde probare adfectat, apud Latinam Eccleſiam variationes quoad receptionem ſubſtantialium dogmatum exſtitiſſe, quatenus Joannes P. VIII. in literis ad Photium Patr. CPnum datis aperte definiit, Spiritum Sanctum a Patre & Filio non procedere. Ita fere *Anonymus Author* libri, cui titulus *Les erreurs de Voltaire* tom. 1. c. 13. p. m. 138. edit. Amſtelodam. 1766.

Verum egregie fallitur & fallit Volterius; quum ea epiſtola, quam olim *Beveregius* Anglus graecam dedit, ac deinde latinam *Metius*, apud quoſque melioris notae Criticos ad certo notas amandetur. *Baron.* ad an. 879. n. 54. & 59. ratus eſt, nec quidem temere, Photium ipſum epiſtolam confinxiſſe & publicaſſe; utpote impoſtorem alias ſimilium falſitatum opificem convictum, ut videre eſt ap. *Labbeum* & *Binium* in t. 9. collect. Concil. Labbeanae ubi de epiſtolis Joannis VIII. epiſt. 199. & 200. & 201.

Alii vero cum *Harduino* in collect. CC. tom. 6. par. 1. ubi epiſtolam Graeco-Latinam recitat a p. m. 341. cenſent, eam ab aliquo Graeculo in ſuae cauſſae patrocinium inventam & evulgatam fuiſſe.

Quod autem Ioanni ſuppoſita ſit epiſtola, nervoſe demonſtratum eſt a Baronio & Anonymo mox laudatis. Actum agam ſi rem ipſam perſequi lubeat. Ipſi conferantur, ſimulque Volterius, ſi Criticus audire malit, tam male ſartam hiſtoriam dedoceatur; praeſtat enim demonſtratas a *Boſſuetio* Proteſtantium Eccleſiarum Variationes intactas relinquere, quam eaſdem Eccleſiae vere Catholicae confictis argumentis adpingere.

(*a*) An. 1071. n. 15. ſqq.

(*b*) In Theophylacto.

(*c*) In Exercitat. 15 adverſus *Robertum Creygtonum*.

(*d*) In Faſtis, ubi de Baſilio Seniore Imperatore.

(*e*) In hiſt. controverſiae veteris de proceſſ. Spiritus S.

(*f*) In Bibl. S. ubi de Thophyl.

(*g*) In Adpar. ſacro, art. *Theophylactus*.

(*h*) In Comment. de Euchariſtia lib. 2. in Theophylacto, Authore 37. cap. 1.

(*i*) Ea laudat & impugnat *Beccus* in Orat. 1. de Unione Eccleſiar. a §. 65.

(*k*) De eo conſulendus *Allat.* proxime laudatus.

(*l*) In lib. de proceſſ. Sp. S. contra Latinos, quem adfert & impugnat laudatus *Eterianus* l. 1. a cap. 7.

1126., videtur aliquibus eundem foviſſe errorem; quoniam in commentariis in IV. Evangelia ad cap. 15. Joannis prope finem, ad illud *quem ego mittam vobis a Patre*, ubi proceſſionem Spiritus a Patre quomodocumque exponit, proceſſionem Spiritus a Filio prorſus reticet. (*)

4.° *Nicephorus Calliſtus* Xanthopulus, qui fl. an. 1330., in Dedicatione Hiſtoriae Eccleſiaſticae ad Andronicum ſeniorem Palaeologum Imperatorem (*a*) ſcribit, quum eum commendat, quod veluti quidam novus Abraham Sanctiſſimam Trinitatem hoſpitio excipiens, Spiritum Sanctum a ſolo Patre procedere per Synodum a ſe coactam promulgari curaverit. (**)

Me dies deficiet, ſi ceteros e Graecis Errones perſequi velim, una cum diſputationibus & obſcuris & illuſtrioribus, quibus Graecos inter & Latinos de hoc dogmate conflictatum eſt.

Scriptores quidem Adverſarios exhibent paſſim praeclariſſimus *Becceus* & alii nuper adlegati (*b*) ubi eos Photio conſentientes oppugnant. Diſputationes vero multas dabit *Petavius* (*c*) multo plures laudatus *Lequienius* (*d*).

Id unum clauſulae loco commonere juvat; quod nempe hodierna Eccleſia Graeca proceſſionem Spiritus a Filio tanquam fidei articulum non profiteri videtur; ſi nempe hodiedum obtinet apud ipſam *orthodoxa* illa *Confeſſio Catholicae* atque *Apoſtolicae Eccleſiae Orientalis*, exara-

ADNOTATIO.

(*) AT iſta tamen probatio levioris forte momenti cuiquam videbitur, dummodo robuſtiore ratione non communiatur. Porro nec ubi laudatur, nec alias in totis ejus Commentariis, quod ſciam, exprimitur proceſſio Spiritus a Filio; ſed nec ullibi ipſam negari ſcio. Euthymium ſane in Schiſmaticorum album retulit *Allatius* in confutatione Hottingeri, ad calcem libri; at non omnes Schiſmatici Graeci errorem hunc profeſſi ſunt, aut eum profiteri pervulgarunt; uti in Hiſtoria Graeca Eruditis ſatis obvium eſt.

(*a*) Verſus fin. in tom. 1. p. m. 22. edit. Pariſ. 1630.

ADNOTATIO.

(**) RUizius in tr. de Trin. diſp. 67. ſect. 1. n. 11. poſt *Coccium* in theſauro l. 1. art. 7. admonet, Nicephorum ſcripſiſſe eundem errorem in ſua *Synopſi de Trinitate*. Haec vero Synopſis incognita videtur Bibliographis Scriptoribus etiam diligentiſſimis, qui nempe illam, ubi agentes de Nicephori operibus memorare deberent, omnino praeterreunt: ut *Bellarmin.* de ſcript. eccl. *Hein. ſengren.* de teſtib veritatis, *Poſſevin.* in adpar. ſacro, *Labbeus*, ceterique recentiores Adnotatores in laudatum Bellarm. *Joan. Gerard. Voſſius* de Hiſtoricis Graecis, *Caveus* hiſt. lit. in Adpendice.

Fortaſſis ea Synopſis nihil aliud eſt, quam *contuitus totius divinae Scripturae, jambis trimetris digeſtus*, quem Nicephoro adtribuit *Sixtus Senenſis* in Bibl. 5. lib. 4., ubi perperam eum ait claruiſſe ſub Emmanuele Imp. an. 1100.; ſed nec iſtum contuitum ad manus habere licuit, ut errorem a Ruizio propoſitum examinarem.

(*b*) Pag. 417.

(*c*) De Trin. l. 7. c. 1. & 2.

(*d*) In diſſert. Damaſcenica, num. 19. ad deinceps uſque ad finem.

ta a *Petro* Kiaebae Archiepiſcopo, (*e*) edita Lipſiae 1695. Haec enim ubi ceteros quoſque articulos certa fide tenendos proponit exponitque, hunc de proceſſione Spiritus a Filio omnino ſilet.

Nec ipſe quidem facile crediderim, hanc Eccleſiam ab eo hucuſque receſſiſſe errore, qui ſibi jam cordi erat ſub an. circ. 1630., quo *Cyrillus Lucaris*, tum Archiep. Alexandrinus, poſtmodum CPnus, haec ſcripſit e Valachia ad Joan. Vytenbogardum, *ipſa Eccleſia* (Graeca) *Spiritum Sanctum a Filio eſſentialiter, & interne & quoad eſſe procedere negat.* (*f*)

Quin etiam ipſam diutius foviſſe opinionem aperte liquet ex Synodo CPna ſub an. 1642. quae quidem praefatum Cyrillum peracerba cenſura perſtrinxit, & damnavit, quod in ea, quam ediderat, fidei confeſſione *aeternam & ſubſtantivam Spiritus Sancti proceſſionem ex Patre, Filioque conſtituit, praeter catholicae Eccleſiae mentem.* Ita ejus Synodi Adſeſſores. (*g*)

Immo in nupera Eccleſiae Graecae Confeſſione fidei expreſſe adſeritur, eſſe *Spiritum Sanctum a ſolo Patre, utpote fonte & principio Deitatis, procedentem.* (*h*)

Idemque nuperrime ſtatutum fuit, rejecta, quam Latini Symbolo adjecerant, vocula *Filioque*, ab Pſeudo-Synodo CPna, Praeſide Jeremia CPno Patriarcha, & adſiſtentibus Patriarchis Antiocheno & Hieroſolymitano, necnon XII. aliis Archiepiſcopis & Epiſcopis, ſub an. 1722., ut liquet ex Synodica Epiſtola ejuſdem conventiculi ad Graecos Antiochenae Dioeceſeos graece & arabice tranſmiſſa.

Ac inde pariter adnotaverim obiter, forte inculpate *Allatium* erraſſe, quum ſaepe inculcat conſenſum ſua aetate vigentem utriuſque Eccleſiae Latinae & Graecae quoad iſtud dogma, ſcilicet in tr. de perenni conſenſu utriuſque Eccleſiae, edito 1648. & tr. de octava Synodo Photiana, cum adnexa Hottingeri Refutatione, & alias.

XIV. *Sectatores Graecanici erroris* perplures alii e diverſis Gentibus percenſeri ſolent. Videlicet *Armeni*, in illa potiſſimum parte, quae eſt inter Taurum & Caucaſum montem, conſtituti, alias latius *Jacobitae*, quibus nempe fertur ſectae originem, multos errores, ac nomen pridem dediſſe ſub an. circ. 545. *Jacobus Zanzalus*, gente Syrus, ac genere perobſcuro, Haereſiarchae Severi diſcipulus praecipuus, &, ſi fides *Lequienio* (*i*) coenobii Phaſiltae prope Niſibin monachus, & tandem Archiepiſcopus nulli Eccleſiae addictus.

Hunc, ait *Baronius* (*k*), egregio commentario perſtrinxit Ephrem Epiſcopus Theopolitanus ſeu Antiochenus, teſte Photio in Biblioth. At fallitur Baronius; quia nihil tale in Photio, ubi de eo Ephrem verba facit

(*e*) Ut habemus ex Synodo Hieroſol. de an. 1672. ap. *Harduin.* t. II. CC. p. m. 187.

(*f*) Ap. *Thom. Smithum* in epiſtola de Graecae Eccleſiae hodierno ſtatu, edit. 1698. p. m. 134.

(*g*) Exſtat Synodus ap. laud. *Harduinum* pag. m. 171.

(*h*) Pag. 94. ap. laud. *Smithum* p. m. 136.

(*i*) In Oriente Chriſtiano t. 2. in Dioeceſi Jacobitica p. m. 1346. §. VIII.

(*k*) Ad an. 535. n. 80.

facit (*l*) nec in ejuſdem Ephrem commentariis. Ita ipſe poſt lectum, relectumque Photium animadverti; idemque novi poſtea animadvertiſſe *Bollandianum Sollerium* (*m*).

Jacobitae, ſic proprie & ſtricte nuncupati, alias *Copti*, ſeu *Cophti*, de quorum etymo, origine, progreſſu, erroribus magna apud Authores diſſenſio, ac, me judice, inextricabilis difficultas. (*n*) ... *Suriani*, apud Saracenos ſervi humiles & abjectiſſimi (*o*) ... *Melchitae*, *Neſtoriani*, *Maronitae*, ac pene reliquae Orientales Nationes, Photiano Schiſmate poſteriores. (*p*) (*q*) (*)

(*l*) Cod. 228. & 229.

(*m*) Tom. 5. Jun. in Adpendice de Coptis Jacobitis a num. 37. p. 113.

(*n*) Ap. *Siand.* in Jacobitis & Cophtis, cum recentioribus *Haereſeologis*.

(*o*) Ap. *Jacob. de Vitriaco* in hiſtoria Orientali cap. 75.

(*p*) Ita vulgo *Haereſeologi Latini*.

(*q*) Conf. *Niceph.* hiſt. eccl. l. 18. a c. 52; tum Narratio de Jacobitarum haereſi & altera de rebus Armeniae editae a *Combefiſio* poſt hiſtoriam haereſis Monothelitarum a p. m. 262. edit. Pariſ. 1648.

ADNOTATIONES.

(*) I. HUnc Armenis univerſaliter adceptis errorem adfingunt *Guido* in ſum. haer. errore 1. fol. m. xxx. *Caſtr.* art. *Deus*. haer. 12. *Prateol.* in Armenis. *Gaulter.* ad Sec. VII in collat. vet. errorum c. 8. *Thom. a Jeſu* de converſione omnium gentium proc. l. 7. c. 17. ſub init.

Quin & Armenis iidem pariter cum *Euthymio Zigabeno* in panopl. par. 2. tit. 20. *Sandero* de viſib. Monarch. l. 7. ad an. 598. *Bonav. Malvaſia* in catal. omn. haereſum centuria 7. num. 176. *Bernino* in hiſt. haereſeon, in Agapito, Nicolao Magno & Stephano II. *Lutzemburgo* & *Deturre* in Armenis, complures alias, & quidem intolerabiles haereſes adtribuunt.

Ea nempe, teſtante *Nicephoro* hiſt. eccl. l. 18. c. 53. *Armeniorum ſectae haereſis multiplex eſt, &, ut quiſpiam dicat, haereſum omnium confluens ſentina*. Hanc ipſe ſentinam illico patefacit, ac multiplicis haereſeos capita fingillatim exponit cap. 53 & 54.

Nec alio quidem duce, quod ſciam, omnino ducuntur, quos mox adpellavimus, unum ſi Euthymium excipias, Haereſeologi; quibus etiam haud raro concinunt *Baronius* & *Bellarminus*, ubi de erroribus a Nicephoro Armenae Genti adfictis incidit ſermo.

Enim vero ſi *Clementem Galanum*, in rebus Armenis longe eruditiſſimum audiamus in Conciliatione Eccleſiae Armenae cum Romana, in Praefationibus, & alias paſſim in tribus ſui Operis voluminibus; non niſi temere, magnamque per injuriam poteſt univerſa Armenorum natio & Eccleſia ſub uno generico nomine comprehenſa, de praefata errorum ſentina condemnari; eſto nonnulli privati Armeni eam ſuam quandoque fidem contaminarint, eriam publicis pſeudo-Synodis confirmatam.

Quoniam principio errores illi aboliti deinceps & proſcripti ſunt ab aliis Generalibus Armenae Eccleſiae Patrum Synodis aut Comitiis, quae Armenae hiſtoriae coacta fuiſſe produnt ſub an. 553. & 580. & 632. & 862. & 1177. & 1307. & 1316. Ac inde quidem tot ad Sedem Apoſtolicam ab Armenis Regibus & Patriarchis catholicae literae, ſollemneſque legationes emiſſae.

Deinde exſtant hodieque complura de Armenae Eccleſiae fide teſtimonia, petita a variis ejuſdemmet Eccleſiae profeſſionibus fidei, Ritualibus, Hymnis, Menaeis, Liturgia; in quibus porro adſertas orthodoxas veritates, rejectaſque haereſes tertio quoque verbo reperire licet.

Inſuper quum ſit perdifficilis a bſque longo experimento integra Armenorum idiomatis, ſcriptioniſque intelligentia, merito conjectare licet, rarum aut nullum ex Scriptoribus, qui primitus errores Armenos percenſuerunt, eos aliunde quidem hauſiſſe, quam ex vaga aliqua fama, quae ſaepenumero fallit.

Latini praeterea Doctores non niſi quae a Graecis exceperint, exſcripſere: Graeci vero, utpote Armenorum Eccleſiae infenſiſſimi hoſtes, eo praeſertim titulo, quod ſuis nunquam Patriarchalibus Cathedris, pro ardentibus Graecorum votis ſubjici conſenſiſſet, uſque ad menda, virulentaſque calumnias odio indulſerunt.

Inique igitur proſcinditur communi nomine

Anonymus, cujus ſcripta Pariſiis reperta, ab Guilielmo Pariſienſi Epiſcopo confixa ſunt an 1240.... *Joan. Ruchardus*, vel a *Weſtphalia*, in Wormatienſi Academia Theologiae Profeſſor ſub an. circ. 1579.

mine Armenorum Gentis & Eccleſiae fama, dum ei adtribuuntur infidelitatis crimina, quae duntaxat in aliquot privatim Novatores Armenos jure revocanda ſunt.

Nihilo tamen ſecius, eſto haec monumenta rem concludant pro veteri Eccleſia Armena, quae floruit ab initio ſaltem Seculi IV. ad uſque Seculum XV. circa an. 1450., utpote pro majore ac ſaniore Praeſulum, populique numero plane orthodoxa; non ita vero pro Eccleſia ſubinde recentiore; in qua nempe ita mixta ſunt omnia, ut neſcias an Praeſulum, Synodorum, & populi catholica portio heterodoxam aliam plebem ſuperet. Conf. idem *Galan.* tom. I. partis II. controverſialis, quaeſt. I. per tot. & praeſertim §. 8. *Gemellus Careri* in ſuo itinere ad Perſas tom. 2. l. 1. c. 8. *Carolus Franc. a Brenno* in manuali Miſſionariorum Orientalium tom. 1. l. 2. cap. 1. ſub init.

Tandem ut ut ſit de hac quaeſtione, quam alias fuſius diſcuſſimus & definivimus in Hiſt. Dogm. Polem. ad Seculum VI. ubi de *Armenis Novatoribus* ac de ceteris erroribus, in Armenis deinceps notandis; hic quidem error, qui in praeſentia denegat Spiritui proceſſionem a Filio, eſto eum non memoret laudatus Nicephorus, nonnullis ſaltem Armenis jure adpingitur.

Equidem illum defenderunt adverſus Latinos, inter alios, Pſeudomagiſtri *Vartanus* in Epiſt. ad Hytonem Armeniae Regem, *Joan. Orodnienſis* lib. de haereſibus c. 3. *Gregor. Daſtievenſis* in tr. contra Latinos.

At oppoſitum tamen dogma plures Armenii propugnarunt, e. c. *Synodus Scirachavanenſis* ſub an. 862. canone 1. *Gregorius* Epiſc. Narechenſis in l. divinarum precum, orat. 75. *Nierſes Ghelajenſis* Patriarcha in ſerm. de tranſitu Deiparae, *Quinque Patriarchae*, cum aliis Epiſcopis & Magiſtris in confeſſione fidei, e Cilicia ad Sixtum P. V. tranſmiſſa, *Joannes* Patriarcha, cognomento *Magiſter Surdus*, in opuſc. contra ſuae Gentis haereticos, tr. de proceſſ. Sp. S. *Zacharias* Patriarcha CPnus in fidei formula miſſa ad Urbanum P. VIII. *Moyſes* Patriarcha majoris Armeniae, cum XII. Magiſtris in alia confeſſione fidei, ad eundem Papam deſtinata.

Adde, idem dogma inter Armenos conſecratum reperiri 1.° in Rituali de Conſecratione Epiſcopi; 2.° in quadam oratione ex libro dicto *Giaſciuz*, quae die Dominica Pentecoſtes elata voce recitatur in Armenis Eccleſiis; 3.° in Sacro hymno, qui eodem feſto die ibidem olim canebatur. Conf. *Galan.* t. 1. par. 2. quaeſt. 9. §. 1.

Ex quibus denique plane conficitur, errorem illum cunctis Armenis ſub uno nomine generatim ſumptis immerito adſcribi; immo, ſi adcurato, caſtigatoque ſermone utendum ſit, ſingulari vocabulo *Armenis Nevatoribus* adpingendum eſſe.

Adcedit, quod *Lequienius* in Oriente Chriſtiano t. 1. in Dioeceſi Armeniae Majoris p. m. 1368. §. 34. ubi refert Armenorum generatim errores, hunc omnino reticet. Plures apud ipſum videſis Armenos Catholicos etiam recentiores vere orthodoxos.

II. E *Syris Jacobitis*, qui plerumque cum *Coptis* & *Cophtis* confunduntur, licet nonnulli cum *Xenaja* in tr. de Trinit. & Incarnat. Cod. Nitrienſi 25. fol. 17. & *Bar-hebraeo* Fundam. 3. cap. 9. ſect. 1. ſcopo 1. animadverſ. 9. proceſſionem Spiritus a Filio denegent; at eam tamen adſerit *Dionyſius* III. Patriarcha in epiſt. Synod. ad Mennam Alexandrin. ap. *Joſ. Simon. Aſſeman* in Biblioth. Orientali tom. 2. cap. 24. p. m. 131. ex *Ebn-Regia*: reliqui vero magno numero Jacobitae ap. *Euſeb. Renaudotium* in collect. Liturg. Oriental. p. m. 72. edit. Pariſ. 1716. & nunc temporis ipſi omnes ex oculato teſte P. *Bernato* S. J. ap. laud *Sollerium* num. 170. nec negant, nec adfirmant, ſed quaeſtionem, quam ne quidem intelligunt, prorſus omittunt, recitantque Symbolum Nicaenum abſque additamento *Filioque*.

De Cophtis ſui temporis, nempe ſub an. 1613, ait *Thom.* a *Jeſu* de converſ. omn. gent. proc. l. 7. c. 5. proceſſionem Spiritus a Filio credere, eſto additionem *Filioque* non recitarent in Symbolo.

Quin etiam citatus *Renaudot.* pluribus teſtimoniis, petitis ab eorundem Syriacis Liturgiis, laudatam Coptorum fidem confirmat. Conſulantur laudati *Vitriacus* c. 77. *Soller.* a num. 162. *Neiron.* a pag. 29. & 55. *Renaudot.* & *Aſſemanius* in diſſert. de Monophyſitis tomo II. praefixa §. V. fere ab initio:

III. De *Syris Neſtorianis*, quos adduximus, ſatis veriſimile eſt, nobiſcum in dogmate conſenſiſſe. Quoniam primo illud adſertum legitur in Officio, quod ipſi *Aduntiationis* vo-

cant,

1579. (r) ... *Joan. Cazonovius*, *Petrus Martyr*, *Joan. Sommerus*, *Chriſtianus Francus* (s).

Valentinus Gentilis iis adcenſetur a laudato *Coccio*, quod prothesi 36. & 37. dixerit, ſolum Patrem eſſe Filii & Spiritus Eſſentiatorem, quo nempe indicaſſe videtur, utrumque a ſolo Patre procedere.

Ceterum ipſe Arianus fuit, ac Filium & Spiritum creaturas eſſe adfirmavit; idcirco cum Arianiſmo ſua theſis facile conſtat. Quaeſtio tamen apud omnes heic procedit, poſito catholice contra Arium, quod Filius & Spiritus ſint verus Deus, Patrique conſubſtantiales.

Haec de Erroribus, qua certis, qua dubiis. Jam ad Veritates, qua certas, qua veriſimiles.

cant, id eſt in Dominica IV. ante Natalem Domini; necnon in antiquiſsima Confeſsione fidei, quae conſtituit Canonem II. Synodi Seleucienſis quadraginta Epiſcoporum, Praeſide Iſaaco Catholico cum Marutha. Vide ſis *Renaudot.* cit. t. 2. liturg. Orient. p. 274.

Deinde *Jaballaha* Chaldaeorum Patriarcha in Epiſtola ad Benedictum XI vocat Spiritum Sanctum tam Patris, quam Filii Spiritum, id eſt ex utroque procedentem. Ap. *Raynaud.* ad an. 1304. num. 25.

Praeterea *Adam* Archimandrita, antequam ad fidem orthodoxam converteretur, rogatus ut ſuae Neſtorianae Gentis ſuper hac quaeſtione ſenſum exponeret, exertis verbis ſanctum dogma adſeruit, ac pluribus confirmavit, ap. *Strozzam* de dogmatibus Chaldaeorum pag. 32.

Heinc ſi quis ex recentioribus Neſtorianis errorem Dogmati oppoſitum defenderit cum Authore libri de proceſsione Spiritus Sancti, proſcripti in Concilio Diamperitano, coacto ab Alexio de Meneſes, Archiepiſcopo Goënſi ſub an. 1599. a die 20. ad 26. Junii, Actione III. Decreto, ni fallor, XIV., is porro e Graecis Schiſmaticis contra propriam Majorum ſuorum fidem agere convincitur, uti recte concludit Clariſſ. *Joſ. Simon. Aſſemanius* in Biblioth. Orient. tomi tertii parte 2. de Syris Neſtorianis cap. 7. §. 6. omnino conſulendus.

IV. *Fauſtus Naironus* Banenſis Maronita in citata Evoplia part. 1. p. m. 55. & 56. exinde vindicat ſuorum Maronitarum fidem, quod Author Maronita Collectaneorum interrogat. 12. diſertis verbis adſerat proceſsionem Spiritus a Filio, multiſque Sanctorum Patrum dictis luculentiſsime confirmet.

Et vero teſtimonium hoc unum eſt, ac, ut reor, privati hominis fidem duntaxat comprobans. Ceterum univerſae Nationis aut Sectae fidei firmiter ſtatuendae ulteriora videntur documenta requiri, quae quidem nec in ipſo *Nairono*, nec in altero famigeratiſsimo Maronita, quem ſaepe laudavimus, *Aſſemanio* in univerſa Biblioth. Orient. hucuſque reperire licuit; tametſi in utroque pro vindicanda Maronitarum fide quoad alia dogmata, ſparſim plura legerim.

Adde, quod *Bar-Hebraeus*, Primas Orientis, fato functus circiter 1287., in haereſum Catalogo, poſtquam verba fecerit de aliis Sectis, puta de Graecis, Romanis, Melchitis, Syris, *Maronitis Syris*, Iberis, Ruſſis & Alanis, proxime ſubjungit, *Et Romani quidem, hoc eſt Franci, in hoc ab aliis diſſentiunt*, quod *Spiritum Sanctum* ex *Patre & ex Filio procedere dicunt*. Ap. laud. *Aſseman* tom. 2. p. m. 292.

In hoc itaque tum temporis a *Maronitis Syris* pariter diſſidebant.

(r) Ex *Spondano* ad eum an. & ex faſciculo rerum expetendarum & fugiendarum, in examine Joan. de VVeſtphalia.

(s) Ap. *Coccium* l. 1. de Trin. art. 7.

---

811 QUAESTIO I. Quodnam ſit Principium Spiritus Sancti? ADSERO. QUAESTIONES Hujus Principium *quod*, & *quo* productivum ſimpliciter unicum eſt; pro- DOGM. SCHOL. cedit enim a Patre, & Filio tanquam ab unico Principio (t). Fide certum,

ac

(t) *Suar.* l. 10. c. 7. contra Dur. & Greg. ac *Rui.* d. 70. ſect. 1.

ac definitum eſt a CC. *Lugdun.* (*u*) & *Florent.* (*x*). Adcinuntque *PP. Baſil.* (*y*) *Aug.* (*z*) *Anſ.*(*a*) Et quidem *principio* Pater, & Filius producunt, ac ſpirant ſimul Spiritum, ut docet Fides. Nimirum ex *Script.* cum *Jo.* 14. 26. & 16. 7. & 13. 14. 15. *Matth.* 10. 20. *Rom.* 8. 9. *Gal.* 4 6. *Act.* 16. 7. tum ex *CC.* cum *Later.* ſub Innocent. III. aliiſque Nationalibus & Provincialibus cum *Toletanis* IV. XI. XII. XIII.(*b*) tum ex *PP.* cum *Nazianz.*(*c*) *Nyſſen.* (*d*) *Chryſoſt.* (*e*) *Epiph.* (*f*) *Cyril.* (*g*) *Philon. Carpath.* (*h*) *Anaſt. Synaita.* (*i*) & ceteris vulgo latinis.

812 Profecto Eccleſia Latina ut hujuſce proceſſionis Myſterium elucidaret, vindicaretque a Graecis, aliiſque adverſariis, particulam *Filioque* Conſtantinopolitano Symbolo jure quam optimo adjecit. (§)

Dein-

(*u*) Sub Greg. X.
(*x*) Sub Engen. IV.
(*y*) Lib. 2. contra Eunom.
(*z*) L. 5. de Trin. c. 14.
(*a*) L. de proceſ. Spir. S. c. 14.
(*b*) In Confeſſionibus fidei.
(*c*) Orat. 49. de fide.
(*d*) Orat. catech. c. 2.
(*e*) Hom. 1. in Symb. Apoſt. ſub fin.
(*f*) Mox adducto.
(*g*) Anathemat. 9. c. 1.
(*h*) In Cant. col. 4.
(*i*) L. 1. de rectae fid. dogmatibus, verſus finem.

OBSERVATIO.

(§) DUo heic opportune diſputari ſolent. Quo nempe jure Latini eam adjecerint fidei Symbolo voculam, quum cautum, praeceptumque fuerit a Synodo Epheſina Oecumenica III. ſub a. 431. Actione 6. *alteram fidem nemini licere proferre, aut conſcribere, aut componere, praeter definitam a ſanctis Patribus, qui in Nicaea cum Spiritu Sancto congregati fuerunt?* Quid praeterea de initio, primaevoque progreſſu ejuſcemodi additamenti penes Eccleſias Latinorum? De primo poſtulant Theologi Graeci cum Latinis; alterum vero inter Eruditos diſceptatur.

Jam vero quod primum ſpectat, notum plane eſt, Epheſinos Patres id unum praeſcribere, ne videlicet ulla edatur confeſſio fidei, Nicenae confeſſioni contraria; minime vero ne rite conficiantur pro rei opportunitate ulteriores ejuſdem confeſſionis declarationes; hoc enim pacto & ipſa Nicaena Synodus nonnulla explicationis gratia Apoſtolico Symbolo adjecit, & nonnulla deinceps Nicaeno Synodus Conſtantinopolitana II.

Actum egero, ſi latius in hanc rem diſſerere pergam poſt commentarios *Ratramni* Corbejenſis Monachi contra Graecorum oppoſita l. 2. c. 2. apud *Dacherianum* Spicileg. t. 2. p. 25. ſqq. edit. 1681. & eximiam de hoc argumento concertationem *Julii* Cardinalis in C. Florentino ſeſſ. XI. ap. collectionem *Harduini* t. 9. p. 135. ſqq. Eos conſulito, & unum addito: quod nempe poſtquam Graeci in Concilio Lugdunenſi II. & Florentino convenerunt ſponte ſua cum Latinis in adjicienda ſacro Symbolo vocula *Filioque*, nulla in poſterum ſupereſt prudens illorum criminatio adverſus Latinos.

Quod deinde ad ſecundum adtinet, initium uſus ejus additamenti apud Latinos omnibus, quos viderim, adhuc penitus inexploratum; nec aliud porro vetuſtius occurrit mihi, quam ſub an. Ch. 400. quo Synodus I. Toletana illud profeſſa eſt in Regula fidei catholicae n. 25. ap. *Aguirr.* proxime laudandum; vel potius an. 589. quo Synodus Tolet. III. particulam Symbolo adjectam protulit ap. *Aguirr.* in collect. maxima CC. Hiſpan. t. 2. p. m. 340. num. 15. & p. 342. n 23. Anne vero tum primum praefata additio inſtituta ſit, aut potius in memoriam revocata quae antea apud aliquam Hiſpaniae Eccleſiam in more poſita fuerit, e nullo Vetuſtatis documento exſpiſcari licuit.

Quin immo eadem ibidem profertur additio tanquam deſumpta e Symbolo CPno CL. Patrum, ubi ipſa ut regula fidei recitatur in laudato num. 15. Et quidem *Baron.* ad an. 381. n. 29 fatetur CPnum Symbolum reperiri apud Latinos, *diverſa tamen translatione & cum illo additamento, Filioque*. Cave tamen ſubinde colligas, ejuſmodi additamentum ab eadem Synodo Conſtantinopolitana una cum ſuo Symbolo editum eſſe; nuſpiam enim illud occurrit in Symbolo ab Synodo memorata confecto, prout habetur apud adcuratiores Conciliographos ad eam Synodum.

Per-

813 *Deinde* ambo ſunt unicus Spirator, nec ſunt, nec dici poſſunt plures Spiratores; Spirator enim eſt concretum ſubſtantivum, principalius importans, vel expreſſius ſignificans ſpirandi virtutem, quae nihil aliud eſt, quam amor, ſeu voluntas, quae eſt in Patre, & Filio (*k*); atqui haec unica eſt: ergo & unicum principium ſpirans, & unicus ſpirator. Conf. *Petav.* (*l*) & *Suar.* (*m*)

OBJE-

Perſaepe quidem reperire eſt apud priſcos Scriptores, variantes in verum aliquod documentum lectiones, & inſertas quandoque eiſdem breviores adceſſiones; id quod plurimis exemplis demonſtrare liceret. Patres itaque Toletani vel uſi ſunt latina graeci Symboli Conſtantinopolitani translatione illud praeferente additamentum, vel hoc ipſum ſua primum authoritate publica eidem Symbolo inſeruerunt.

Neque vero audiendi ſunt qui primum additionis Authorem dicunt S. Damaſum ob Symbolum ſibi adſcriptum inter opera S. Hieronymi, eam adferens; quoniam & illud Symbolum ſuppoſititium habetur inter Eruditos, cum *Martianaeo* in edit. operum S. Hieronymi t. 5. p. 122., et nullum exſtat apud veteres de ejuſmodi additione veſtigium.

Nec deinde audiendus *Cointius* in Annal. eccl Franc. ad an. 809. n. XIII. inquiens „ a „ Francis igitur ex quo chriſtianam fidem ſuſceperunt, Symbolum ſemper recitatum fuit „ cum additamento *Filioque* „ puta jam ab an. 495. quo Franci cum Rege Clodoveo Chriſti fidem amplexi ſunt.

Quoniam ſi haec vera eſſent, uti adverſus ipſum reponimus cum *Pagio* in critice Baron. ad an. 809. n. VII., tacita plane non fuiſſent in Actis Collationis inter Legatos a Synodo Aquiſgranenſi. vel potius a Carolo Magno, ad Leonem P. III. ubi de canendo publice Symbolo cum additamento *Filioque* pluribus diſceptatum eſt, minime adnuente Pontifice eidem cantui, qui jam tum apud Gallos obtinebat, ex Hiſtoriographis ad citatum annum.

Quin etiam ab iis quoque vulgo fertur, morem illum concinendi in ſacris ritibus Symbolum, adjecto *Filioque* ab Hiſpanis primum ad proximos Gallos effluxiſſe.

Quo praeterea progreſſu mos ille apud chriſtianas Eccleſias invaluerit, paucis indicamus. Principio adſerum eſt *Filioque* in *C. Toletano* IV. ſub an. 633. §. 1. & VI. ſub. an. 638. tit. 1. & VIII. ſub. an. 653. tit. 1. et XII. ſub an. 681. cap. 1. num. 9. et XIII. ſub an. 683. num. 8. & XV. ſub an. 688. num. 8. Habentur ſingula ap. laud. *Aguirr.* in tom. 2. Adde, idem Symbolum cum additione *Filioque*, quod recitant haec tria poſtrema Concilia, ad verbum proferti in pervetuſto Miſſali Hiſpano Mozarabo, ſive Iſidoriano, uti obſervat idem *Aguirr.* ad num. 8. Concilii XV. pag. 722.

Deinde eadem in ſacro Symbolo additio recepta eſt in *Concilis Forojulienſi* an. 791. ap. laud. *Harduin.* ad eum an. in Symbolo fid. p. 855. *Francofordienſi* an. 794. in Sacroſyllabo ap. *Hard.* ibid. p. 878. ſub. init. *Aguiſgranenſi* an. 809. in epiſt. Caroli Imp. ad Leonem P. III. quam ſupponimus profectam ab eodem Concilio, quod habes ap. ipſum *Harduin.* p. 973. ſqq.

Praeterea idem receptum eſt in Symbolo additamentum in *C. Lugdunenſi* II. an. 1274., Patribus Graecis bis illud Symbolo adjectum concinentibus, ap cit. *Hard.* ad eum an. p. 691., ac demum in *Florentino* ſub an. 1439. magno univerſim adnuentibus plauſu Graecis Patribus cum Patriarcha & Imperatore, in decreto, ſeu definitione Concilii, ap. *Hard.* t. 9. p. 986.

Haec quidem certa ſunt, & ipſa itidem liquido demonſtrant, quibus ſaltem temporum intervallis in pleriſque quarundam Nationum Eccleſiis praefatum additamentum in uſu fuerit, ac demum in univerſa Latinorum Eccleſia; Graecis quibuſque etiamnum inique frementibus, paſſimque obtendentibus, eum noſtrum uſum Photio, ejuſque poſteris praecipuam dediſſe cauſſam ſuae diſceſſionis ab Eccleſia noſtra.

Plura de hoc argumento Authores alii cum *Tourn.* heic q. 6. art. 3. *Billuart* de Trin d. 5. art. 8. in digreſſ. hiſt. *Berti* l. 7. c. 19. in adpend. *Perrimez.* t. 2. diſſ. 128.; quae tamen mihi per pluribus dubiis & objectis obnoxia ſunt. Nec vacat quidem ad metam feſtinanti ea diſcutere & ad libram revocare.

(*k*) Conferendi *Suar.* l. 10. c. 1. & 7. & *Rui.* d. 67. per tot.

(*l*) De Trint. l. 7. per tot.

(*m*) Lib. 10. c. 5. n. 3.

OBJECTIONES.

814 Obj. *primo*. Pater, & Filius non ſunt unum principium Spiritus. Nam 1.° ex Hilar. (*n*) *Spiritus eſt a Patre, & Filio Authoribus*: ergo hi ſunt duo ſpirantes, & duo principia. 2.° ex Baſil. (*o*) *Filius nulla prorſus notione communicat ſecundum proprietatem ſuam, tam cum Patre, quam cum Spiritu*: ergo non communicat in eo quod ſit unum principium Spiritus. 3.° *principium ſpirandi* ſupponit pro ſuppoſito habente virtutem ſpirativam: ergo quum ſint duo ſuppoſita, hanc virtutem habentia, ſunt proprie duo principia. Unde in adductis CC. dicitur, Spiritum ab iis procedere *tanquam* ab uno principio. 4.° Spiritus per ſe procedit ut amor reciprocus duorum reciproce amantium: ergo procedit a duobus, ut duobus: adeoque ut duobus Principiis. 5.° Pater & Filius ſunt duo Con-Spiratores, etiam ſubſtantive; non enim ſunt unicus, quum con-ſpirator eſſentialiter connotet alterum. 6.° Si Pater & Filius ſint unum Spiritus principium, quia habent unam virtutem ſpirativam, Pater erit duplex principium, ſcilicet Filii, & Spiritus; quoniam habet duplicem virtutem, nempe generantem, & ſpirantem.

815 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: *τὸ Authoribus* ſumitur adjective, quo ſenſu Pater, & Filius ſunt duo ſpirantes; adjectiva enim multiplicantur pro multiplicitate ſuppoſitorum. Ad 2.: hoc, quod eſt eſſe principium Spiritus, non eſt ex notionibus, convenientibus Perſonis ſingulis, ſecundum proprietates perſonales, de quibus loquitur Baſilius: quamobrem eſſe poteſt quid commune Patri, & Filio per identitatem. Ad 3. *N. A.* quia ſupponit immediate pro quodam individuo, quod eſt commune Patri, & Filio, quod quidem ratione noſtra conſtituitur ex Eſſentia, & relatione ſpiratoris; ad eum plane modum, quo *Deus* eſt individuum tribus Perſonis commune. Per illam itaque relationem Pater, & Filius ad Spiritum referuntur. Paternitas autem, & Filietas ſolum ſe habent tanquam de connotato, & in obliquo, remotiſſime. *τὸ tanquam* non diminuit rationem unius principii, ſed potius eam ut veram declarat, quemadmodum illud *Joan.* 1. 14. *gloriam quaſi Unigeniti*.

816 Ad 4. *D. A.* id eſt, ſpirantium eadem virtute ſpirativa, *C.* diverſa, *N. A.* & *Con.* ſub hoc ſenſu. Ad 5. *N. A.* quia ſolum ſunt unus ſubſtantive ſpirator: unde nec unus, nec multiplex Con-Spirator. Ad 6. *N. Sequelam*, quia ad multiplicanda nomina ſubſtantiva, quale eſt *principium*, non ſufficit multiplicari formam, ſed quoque ſuppoſita multiplicanda ſunt; ſi enim Pater duas adſumeret humanitates, non diceretur eſſe duo homines, ſed unus homo.

817 Obj. *ſecundo*, ſimulque Inſiſtis. Non ſunt unum principium Spiritus Sancti per aliquod individuum utrique tantum commune. Nam 1.° Principium *quo* Spiritus eſt unice Natura divina, & Principium *quod* ſunt Pater, & Filius. 2.° heinc quatuor ſunt Perſonae, ſcilicet Pater, Filius, Spiritus, & Spirator. 3.° heinc itidem Spiritus non procedit immediate ab ulla Perſona, ſeu ab ullo individuo. 4.° illud individuum debe-

(*n*) Lib. 1. de Trinit. (*o*) In epiſt. olim. 37. ad Greg. Nyſſenum.

deberet esse subsistens; ac aliunde nec esset essentiale, quia non esset tribus Personis commune; nec personale, quia non esset Persona: ergo nullum. 5.° illud adveniret Patri, & Filio jam constitutis ex Essentia, & suis relationibus: ergo cum nullo posset unum per se constituere. 6.° Joannes cap. 15. adfirmat, *Spiritum S. procedere a Patre*, non ab illo individuo; & Paullus ad Galat. cap. 4. *Spiritum S. esse Spiritum Filii*, non vero illius individui.

818 R. *N. Adf.* Ad 1. prob: Principium *quo* Spiritus est Natura divina, connotans principalius, & proxime relationem Spiratoris, & in hoc conjuncto sistimus praefatum individuum: Principium vero *quod* sunt Pater, & Filius, non qua tales; sic enim connotantur a virtute immediate spirativa minus principaliter, & remotissime; sed qua sunt unus Spirator. Ad 2: Spirator non est Persona, sed Individuum identificans sibi duas Personas.

819 Ad 3.: procedit immediate a Patre, Filio, & illo individuo, quia haec omnia in ratione principii sunt unum respectu Spiritus. Ad 4.: est subsistens subsistentia relativa, quae sibi identificat duas subsistentias personales: inde qua praecise dicit relationem Spiratoris, nec essentiale est, nec personale, sed relativum. Ad 5.: relatio Spiratoris cum Essentia constituit unum per se, identificans sibi Patrem, & Filium. Ad 6.: Scriptura ibi nec adfirmat, nec negat rationem illius individui (*p*).

820 QUAESTIO II. Per quid Pater, & Filius sint principium Spiritus? ADSERO. Per praedicatum relativum, quod relationem Spiratoris vocamus, realiter distinctum ab Spiritu, & realiter cum Paternitate, & Filietate identificatum (*q*). Quia ex *D. Aug.* (*r*) *Pater, & Filius relative ad Spiritum, unum Principium*; similiter loquuntur *Mag.* & *D. Bonav.* (*s*): ergo per relationem constituuntur in ratione unius principii; atqui non per relationes Paterniratis, & Filietatis, quia non sunt una, nec qua tales respiciunt formaliter Spiritum: ergo per relationem notionalem Spiratoris. Deinde si essent ejusmodi principium per quid realiter distinctum a Paternitate, & Filietate, & non virtualiter tantummodo distinctum, ut sentit Durandus, esset in Deo quaternitas, id est essent quatuor, quae omnia ad invicem differrent realiter, contra Conciliorum definitiones.

OBJECTIONES.

821 Obj. *primo*. Principium *quod* productivum Spiritus constituitur formaliter per Paternitatem, & Filietatem. Nam 1.° alioqui Spiritus non distingueretur realiter a Paternitate, & Filietate; quoniam in divinis ubi non est oppositio relativa, non est distinctio; atqui si Principium Spiritus non sit e. c. Pater, qua Pater, Paternitas non opponitur Spiritui: ergo. 2.° quod rem constituit, eam distinguit ab omni non ipsa;

(*p*) Conferendi ad majorem intelligentiam hujusce dogmatici ac subdifficilis Adserti *Pittel.* cit. a n. 3001. & *D. Th.* q. 36. a. 4. ibique *Mol.* d. 2. *Vaz.* d. 149. *Val.* d. 2. q. 10. pu. 5. *Salmant.* d. 15. dub. 3. §. 4.

(*q*) *Rui.* d. 17. s. 2. & d. 70. s. 4. n. 7. cum communi contra Durand.

(*r*) L. 5. de Trin. c. 14.

(*s*) Ap. *Rui.* cit.

at Paternitas, & Filietas conſtituunt Patrem, & Filium qua tales: ergo ipſos diſtinguunt ab omni alio, adeoque etiam ab Spiritu, quem propterea Pater & Filius qua tales producunt.

822 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Paternitas, & relatio qua tales diſtinguuntur realiter mediate ab Spiritu, hoc eſt non ratione ſui, ſed ratione Spiratoris. Ad 2. *D. Ma.* eam diſtinguit abſolute ab omni non ipſa, *C.*; ſic enim Paternitas diſtinguit Patrem ab omni eo, quod non eſt Pater; diſtinguit relative, *N.*; ſic enim ſolum praedicatum relativum, quod rem conſtituit in ordine ad ſuum correlatum, rem a ſolo correlato diſtinguit: quocirca quum Paternitas non conſtituat Patrem in ordine ad Spiritum, ideo ipſum ab Spiritu non diſtinguit relative. Et *Subd.* eam diſtinguit vel mediate, vel immediate ab omni non ipſa, *C.* ſemper immediate, *N.* Et *D. Mi.* conſtituunt Patrem, & Filium relate ad Filium, & Patrem, *C.* relate ad Spiritum, *N.* Et *D. Conſ.* ipſos diſtinguunt abſolute, & mediate ab Spiritu, *C.* relative, & immediate, *N.* Haec autem mediata diſtinctio ſufficit, ut oppoſitio Patris, & Filii cum Spiritu dicatur perſonalis. (*t*)

823 Obj. *ſecundo*. Relatio Spiratoris diſtinguitur realiter a Patre, aut Filio. Nam 1.° repugnat eandem relationem identificari cum duabus realiter diſtinctis. 2.° Relatio Spiratoris eſt eadem cum Paternitate; atqui haec non eſt realiter in Filio: ergo nec illa. R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* uti non repugnat, quod eadem Eſſentia identificetur cum Patre, & Filio. Ad 2. *N. Con.* quia haec contradictoria conciliantur beneficio diſtinctionis virtualis. (*u*)

824 QUAESTIO III. Num Pater, & Filius aeque principaliter, & immediate Spiritum producant? ADFIRMO (*x*). Quia eadem Spiratio activa eſt in utroque; nam Pater neceſſario habet ſpirandi virtutem, quam communicat Filio: hicque ſimiliter, quum a Patre recipiat voluntatem adhuc fecundam & nondum exhauſtam, ab ipſo recipit Spirationem activam: producit ergo uterque per virtutem, quam in ſe habet. Hoc ſenſu producit Pater immediate; itemque aliunde mediate, quatenus prius origine, quam producat Spiritum, communicat Filio ſpirandi virtutem. Ex iis Pater, & Filius ſunt principium radicale adaequatum Spiritus.

OBJECTIONES.

825 Obj. Pater non producit immediate Spiritum. Nam 1.° *Spiritus procedit a Patre per Filium*, ut loquuntur PP. graeci (*y*), itemque Cyril. (*z*) Athan. (*a*) Damaſc. (*b*) Quo ſignificatur, Patrem dediſſe Filio virtutem ſpirativam, qua ſolus ipſe produceret immediate Spiritum.

(*t*) Conf. *Vaz.* cit. d. 147. c. 7. *Salmant.* cit. dub. 3. §. 4. *Cajet.* in 1. p. q. 36. a. 2.

(*u*) Conſulendi *Mol.* cit. d. 2. a verſ. *Secunda Concl. Arri.* d. 50. ſ. 2. *Suar.* l. 5. c. 5. 6. 7.

(*x*) Cum *Suar.* l. 10. c. 3. n. 5. *Compt.* d. 66. ſ. 2. n. 6. *Rhod.* cit. ex *CC.* & *PP.*

(*y*) Ap. *Beſſar.* cit. c. 6.

(*z*) L. 11. in Joan. c. 1

(*a*) In redargut. hypocriſ. Meletii, prope finem.

(*b*) L. 1. de fid. c. 18.

tum. 2.° ad distinctionem realem Patris ab Spiritu, sufficit hujus mediata emanatio per Filium. 3.° haec item una sufficit ad salvandas omnes Scripturae loquutiones; sicut omnes dicimur procedere ab Adamo, tametsi non procedamus immediate.

826 R. *N. Adf.* Quia ex Joan. 15. *Spiritus, qui a Patre procedit,* hoc est per sese, & immediate, non per adcidens, & mediate, uti procedit nepos ab Avo. Ad 1. prob: vera est illa loquutio, quam nos ultro admittimus, sed falsa interpretatio; quum *PP.* & *TT.* peculiariter adtribuant Patri, quod proprie & principaliter producat, cum *Aug.* (*c*) & *Scoto* (*d*). Ad 2. *N. Con.* quia est necessaria ex vi Naturae, ac modi subsistendi ejusmodi Personae. Ad 3. *N. A.* Quoniam Scripturae, ex TT. & PP. consensu ferunt, Spiritum procedere per se a Patre, sicut a Filio tanquam ab unico principio (*e*).

CAPUT SECUNDUM.

De Persona Spiritus S.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Personam Spiritus Sancti.

827 MUltimodis in Spiritus Sancti divinitatem, aliaque deinceps Adtributa crassior Heterodoxia peccavit. Equidem HISTORIA POLEMICA.

I. *Sadocaei* Spiritum Sanctum ignorant, quem nec adcipere meruerunt. (*f*) Addit *Greg. Nazianz.* (*g*): eum penitus non esse censuerunt, quemadmodum nec Angelos, nec resurrectionem. (*)

(*c*) L. 15. de Trin. c. 17.
(*d*) In 1. dist. 11. q. 2.
(*e*) Conferatur instar plurium laudatus *Suar.* l. 10. c. 3. a n. 9. ac deinde pro ceteris quibusque spectantibus Relationem Spiratoris, *Ruizius* disputat. 69.
(*f*) Ita S. *Epiph.* haer. 14.
(*g*) Orat. 27. de Sp. S. quae est 5. de Theologia.

ADNOTATIO.

(*) PAtres isti adludere videntur ad illud Act. 23. 8. *Sadocaei enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum; Pharisaei autem utraque confitentur,* nec ex alio quidem capite potest fortasse Sadocaeis error ejusmodi adpingi.

Ceterum gravi dissidio apud Sacros Interpretes disceptatur, num S. Lucas, qui haec protulit de Sadocaeis, per τὸ *Spiritum* graece πνεῦμα, sine articulo τὸ, intellexerit Spiritum Sanctum, aut tertiam Ss. Triados Personam, ut censent laudati *Epiph.* & *Nazianz.* tum *Glossa Interlinealis* heic, *Philastr.* in haer. 4. de Dositheo, *Serar.* in Tribaeresio c. 21. n. 7. lib. 2. *Petav.* de Trinit. l. 1. c. 14. §. 1. & in Animadvers. in eum Epiphanii locum, & plures alii; vel potius mentem humanam seorsim a corpore exsistentem, uti interpretantur *Abulensis* in Matth. 21. quaest. 127. *Salmeron* in hunc locum, *Theoph. Alethinus* in notis ad Dogm. Theol. Petavii ubi supra, *Harduin.* in comment. Actor. l. c., tametsi aliter sentire videatur in prolusione

II. *Ebionitae*, cum *Elxaeo*, *Helceſeitarum* parente, ſocietatis titulo colligati ſub an. circ. 105., delirarunt, Spiritum Sanctum feminam eſſe & Chriſti ſororem. (*h*)

III. *Valentinus* Haereſiarcha Spiritum Sanctum inter Angelos adnumeravit, eumque ex illorum eſſe ordine, atque Angelum aliis coaevum & majorem eſſe commentus eſt. (*i*) Idemque nonnullis poſtmodum Arianis perplacuit. (*k*)

IV. *Montanus*, in Ardebano, arce Phrygiae natus, *Montaniſtarum*, ſeu *Cataphrygum* Author ſub an. circ. 168., ſuum eſſe putavit, adeo in Spiritum Sanctum inſanire, eumque tum nominibus humilibus decorare, tum ipſius naturam ita deprimere, ut ea dicat ignominiam Conditori adfricari. (*l*) (*)

V. *Tertullianus* acriter ſugillatur, quod una cum Montaniſtis, ex quo ipſis ſe comitem adjunxit, ſaepius Montanum Paracleti, ſeu Spiritus Sancti titulo decoraverit. (*m*) Adeo nonnulli vehementer ſuſpicati ſunt,

ſione de Numis Herodiadum, p. m. 98. & 99. edit. Pariſ. 1693; aut denique merum quemlibet ſpiritum, unde ex conſequenti negarint indirecte Sadocaei Spirirum Sanctum, & corporeum crediderint Deum, ut poſt alios ſentit *Lorinus* ibi.

Ut ut ſe habeant ejuſmodi expoſitiones, e quibus ubi adcuratius literae textum expendo, in eam propendeo, quam ſecundo loco adnotavimus; hoc inde plane conficitur, quod valde dubium eſt an hoc genere erroris poſitive deliquerint Sadocaei; atque adeo hunc ipſis errorem in praeſentia minime eſſe imputandum ut certum, ſed ut ſummum tanquam valde dubium.

(*h*) Ita *Epiph.* haer. 30. §. 3. & haer. 53. §. 1. At reliqui priſci Haereſeologi hoc immane delirium vulgo reticent.

(*i*) Refert, confutatque commentum *Athanaſ.* in epiſt. longiore ad Serapion. Tmuitanum Epiſcop. a num. 10. in tom. 1. edit. Maurinae 1698. a p. m. 659.

(*k*) Quemadmodum eiſdem exprobrat ibidem *Athanaſ.*

(*l*) Haec *Baſil.* l. 2. contra Eunom. num. 34.

ADNOTATIONES.

(*) I. ADſertum nihilominus pleriſque eſt, Montanum de S. Trinitate cotholice exſiſtimaſſe, non ſecus ac Dei Eccleſia ſentit. Ita *Epiph.* haer. 48. n. 1. *Philaſtr.* haer. 49. quibus reliqui Haereſeologi vulgo ſubſcribunt. Id quod expreſſius definitur de Montani ſectatoribus, aut Cataphrygibus ap. laudatos *Epiph.* & *Philaſtr.*, a quibus tamen diſſentiunt *Theodoret.* haeret. fab. l. 3. c. 2. *Niceph.* l. 5. hiſt. c. 22. *Hieron.* epiſt. 41., alias 54. ad Marcellam n. 3. docentes utique, Montaniſtas Sabellii dogma ſectantes, Trinitatem in unius perſonae angustias coëgiſſe. Conf. *Vallarſius* in laudatam Hieronymi epiſtolam, in notis ſub lit. g.

II. Quid vero ſi Montanus ſe ipſum dixerit Paracletum, aut Spiritum Sanctum? Ita quidem tradere videntur *Euſeb.* hiſt. l. 5. c. 16. *Cyril. Hier.* catech. 16. n. 4. p. m. 227. Edit. Milleſianae 1703. *Ambroſ.* in epiſt. ad Theſſal. cap. 5. Quin etiam iidem Montaniſtae Authorem ſuum eſſe eundem Paracletum jactabant ap. *Euſeb.* l. 5. c. 14.

Enim vero ſic *Auguſt.* haer. 26. Montani effatum ac ſenſum explicat, ut adferre intenderit, Spiritus Sancti adventum a Domino promiſſum, in ſe potius quam in Apoſtolos fuiſſe redditum.

Nec aliud ipſe dixerim ſuis pronuntiatis intendere voluiſſe Montani diſcipulos; ne ipſos putem tanquam oppido inſipientes deliraſſe. Conf. *Petav.* de Trin. l. 1. c. 14. §. 5. & *Nourryus* in Adpar. l. 2. diſſ. 1. cap. 7. art. 2.

(*m*) E. c. l. de veland. Virgin. c. 1. l. de reſurrect. carn. c. 11. l. de anima c. 55. l. cont. Praxe. c. 1. 2. 8. & 13. adv. Marcion. l. 1. c. 29. & l. 5. c. 15. l. de jejuniis c. 1.

ſunt, quod Author iis in locis, quibus omnimodis ortodoxe nominatim de Spiritu Sancto differere videtur, adfirmans utique eſſe idem eſſentia, & ſola Perſona diſtingui a Patre (*n*); latenter tamen infatuatus vir intellexerit, Spiritum Sanctum, de quo loquebatur, eundem eſſe Montanum. (*o*) (*)

VI. *Origenes* peracerbe a pleriſque Doctoribus vapulat, quod peſſime ſcripſerit de Spiritus Sancti Perſona. Haec enim docuiſſe traditur. 1.° Spiritus Sanctus Patris & Filii miniſter eſt (*p*)... 2.° tertius dignitate & honore poſt Patrem & Filium eſt Spiritus Sanctus (*q*)... 3.° Spiritus S. non eſt de Patris ſubſtantia. (*r*) 4.° creatura eſt, a Filio facta, quoniam omnia per ipſum facta ſunt; alioqui dicendus eſſet ingenitus (*s*) 5.° Filium non poteſt cognoſcere, ſicut non poteſt Filius Patrem (*t*)... 6.° Ea tantum pervadit, quae ſalutem adepta ſunt. (*u*)... 7.° Non poterat Spiritus S. humanum genus redimere. (*x*) (**)

VII. *Paul-*

(*n*) E. c. l. adv. Praxeam c. 1. 2. 8. 13.

(*o*) Conf. *Pamel.* in Prooem. ad Tertulliani paradoxa, antidoto 26. & *Joan. Ludovic.* de la Cerda in Tertulliani lib. 16. de veland. virgin. numm. 4. 5. 7. capitis 5.

ADNOTATIO.

(*) NUllo quidem pacto adduci poſſum ut exſiſtimem, Tertullianum etſi occaecatiſſimum, ſerio tenuiſſe, quod ſuus Montanus idem fuerit Spiritus Sanctus Trinitatis. Sic autem, ubi ipſe Montanum vocat Paraclitum, ego interpretor, uti ceteros univerſim Montaniſtas etiam Paraclitanos nuper interpretabatur Auguſtinus in proxima Adnotatione 11. quam relegas, precor, & huc adplices.

Ubi tamen mirari ſubit, apud *Petav.* l. 1. de Trin. c. 14. §. 5. nuſquam Authorem noſtrum dixiſſe, quod Montanus ipſe Paraclitus fuerit. Fugerunt plane diligentiſſimum Theologum apertiſſima teſtimonia Tertullianica, quae nuper innuimus, & plura quae poſſent congeri cum laudato *Pamel.* Niſi forte pro Paraclito intelligat *Petav.* ipſam Spiritus Sancti Perſonam. Et hoc quidem ſenſu nobiſcum *Petavius* eſt.

(*p*) Ex *Hieron.* Apolog. 2. adv. Rufinum cap. 3.

(*q*) Ap. *Hieron.* epiſt. olim 59. ad Avitum.

(*r*) *Ibid.* ſub fin.

(*s*) Ipſe *Orig.* tr. 2. in Joan. ac fere idem protulit in I. περὶ ἀρχῶν.

(*t*) Ap. *Hieron.* Epiſt. olim 61. ad Pammach.

(*u*) *Orig.* in I. περὶ ἀρχῶν.

(*x*) *Orig.* tr. 2. in Joan.

ADNOTATIO.

(**) HAec tanquam germana Origenis decreta plures recitant & exagitant: e. g. *Epiph.* haer. 64. §. 5. & alias, *Juſtinianus* in epiſt. ad Mennam, *Photius* cod. 58. & alibi, *Petav.* l. 1. de Trin. c. 14. a §. 8.

Sunt vero, qui nonnulla ex adſignatis vere Origeni adpingi fateantur, at pleriſque opportunam interpretationem, aut excuſationem ſubjungant, cum *Huet.* in Origenian. l. 2. quaeſt. 2. ſparſim; quibus tantiſper favere videtur *Baſil.* in l. de Spir. S. cap. 29. & in commentariis in epiſtolam ad Roman.

Sunt & alii praeterea, tametſi numero perpauci, qui Origenem in omnibus, & per omnia orthodoxe ſenſiſſe de Ss. Triade, atque adeo de Spiritu Sancto propugnant.

Quocirca eum oppido vindicant: diſerta pro Authoris fide documenta, ex Origenianis commentariis petita in medium adferunt: ſingulas quaſque theſes in ſpecie erroneas ex ejuſdem ſcriptis depromptas perquam benigne interpretatione donare ſatagunt. Ita prae primis *Halloix* in ſuo Origene defenſo l. 3. c. 1. & l. 4. in quaeſt. 4. §. 1.

Ec-

VII. *Paullus Samoſatenſis*, alias in ſcenam productus, ubi unicam admiſit Patris perſonam, & ſubinde Spiritui Sancto quemadmodum & Filio tanquam diverſis numero perſonis, Divinitatem ademit. (*y*)

Huic *Photinus*, ſecta quoque *Samoſatenſis*, utroque pollice ſubſcripſit. (*z*)

VIII. *Dionyſius* Epiſc. Alexandrinus, obmortuus an. 255., alias pietate ac doctrina notiſſimus, adtamen de Spiritu S. voces emiſit minime dignas Spiritu, ab adorata illum Deitate ſejungens & in inferioribus una cum creata & miniſtra natura numerans. (*a*) Plura de hoc Authore *Caveus*. (*b*)

IX. *Pierius* Presbyter Alexandrinus ſub Diocletiano Imp., & Pamphili Martyris Praeceptor, de Spiritu Sancto periculoſe nimis & parum pie diſſeruit, dum hunc inferioris eſſe gloriae, quam ſit Pater & Filius, adfirmavit. (*c*)

X. *Hierax*, aut *Hieracbas*, gente Aegyptius, Manichaeiſmi propago, *Hierachitarum* Author ſub an. circ. 300., docuit, celeberrimum illum antiqui foederis Sacerdotem Melchiſedecum fuiſſe eundem Spiritum Sanctum, quem tamen alias a Patre procedere confitetur. (*d*)

XI. *Lactantius Firmianus* caſtigatur ab *Hieronymo* (*e*) quatenus in libris ſuis, & maxime in epiſtolis ad Demetrianum auditorem ſuum (*f*) Spiritus Sancti omnino negat ſubſtantiam, & errore judaico dicit, eum vel ad Patrem referri, vel ad Filium, & ſanctificationem utriuſque Perſonae ſub ejus nomine demonſtrari.

Tum conſequenter ſcripſiſſe reperitur (*g*), Deum antequam praeclarum mundi opus adoriretur, Spiritum genuiſſe, quem Filium nuncuparet. E quibus aperte liquet, Lactantium minime agnoviſſe Spiritum Sanctum tanquam Perſonam a Patre, Filioque ſejunctam. Nec unus, quod ſciam, ex Authoris Patronis ab hoc naevo ipſum vindicat.

XII. *Arius* cum prioribus ſuis adſeclis tenuit, Spiritum Sanctum non eſſe Deum, ſed a Filio creatum, quem propterea creaturam creaturae vocarunt. (*h*) Poſteriores deinceps ſectarii, tametſi ſubdole, ſiniſtroque ſenſu faterentur, Filium eſſe Deum & creatorem, Spiritum nihilomi-

Ecquis rem ſatis utrimque dubiam abſque prolixioribus diſcuſſionibus, quas non vacat adgredi, definierit? Eam qui volet definire, laudatos Scriptores cum Origenianis ſcriptis, eorumque Interpretibus adcurate conferat.

(*y*) Conf. *Epiph.* haer. 65. §. 1. & 3.

(*z*) Teſte eodem *Epiph.* haer. 71. §. 1.

(*a*) Totidem fere verbis *Baſil.* epiſt. 9. n. 2. ſub fin., alias 41.

(*b*) In hiſt. lit. ad an. 254.

(*c*) Liquet ex ejus ſcriptis, quos legit & cenſuit *Phot.* cod. 119 p. m. 299.

(*d*) Conf. *Epiph.* haer. 55. §. 5. & haer. 67. §. 3.

(*e*) In epiſt. 84. edit Vallarſianae, n. 7. alias 65., & in comment. priorib. epiſtolae ad Galat. lib. 2. cap. 4. ℣. 6.

(*f*) Binos ejuſmodi epiſtolarum libros laudavit idem *Hieron.* in l. de Vir. illuſtr. c. 80. qui fortaſſe jam perierunt.

(*g*) Inſtit. l. 2. c. 9. & l. 4. c. 6. ſub init.

(*h*) Conf. *Athan.* in l. de communi eſſentia Patris & Filii & Spiritus S. *Didym.* l. 1. de Spir. S. qui exſtat inter opera D. Hieronymi, *Auguſt.* haer. 49. *Vigil. Tapſenſ.* in diſput. Athanaſii cum Ario, a n. 34. quae exſtat in edit. Maurina oper. S. Athan. tom. 2. a p. m. 643.

hilominus creaturam dixerunt. (*i*) Quibus praeterea Semi-ariani ſubſcribere non dubitarunt. (*k*) (*)

XIII. *Urbicus* quidam *Potentinus*, Athanaſii, reor aequalis, novellam haereſim effudit, inquiens, quod Spiritus Sanctus aut eſt Pater, aut Filius, aut plane creatura. (*l*)

XIV. *Donatus*, Carthaginienſis Epiſcopus, ſedulus promotor & propagator Donatiani Schiſmatis, a quo ſubinde Donatiſtae ſuae factionis dedecus adceperunt & nomen, ſcriptis ſuis tradidit, quod Filius divinus ſit minor Patre, ac Spiritus Sanctus minor Filio. (*m*) Floruit hic Schiſmaticus & haereticus an. circ. 330., de quo plura *Caveus*. (*n*) (**)

XV. *Marcellus* Ancyranus Praeſul, de quo alias, *Marcellianorum* Parens, S. Paracleto propriam hypoſtaſim denegavit. (*o*) Quin & *Paullinus* quidam in iſtud, ſicut & in cetera Marcelli dogmata propendit. (*p*) (***)

XVI. *Ma-*

(*i*) Ex *Athanaſ.* haec referente & confutante in epiſtolis ad Serapionem, quae exſtant in t. 1. p. 2. edit. Maurinae a p. 647.

(*k*) Ex *Epiph.* haer. 69. & 73.

ADNOTATIO.

(*) QUantumvis haec Arianorum peſtis pene a ſuis incunabulis Spiritui Divinitatem denegarit, crediderim eorum ducem Arium non ita aperte ante Nicaenam Synodum eam vomuiſſe blaſphemiam, uti alteram adverſus Divinitatem Filii. Quocirca Nicaeni Patres in id potiſſimum intenderunt animum, ut Filii Divinitatem explicatius ſtatuerent ac vindicarent; ubi tamen Divinitatem Spiritus, reipſa quidem, ſtrictim vero & quaſi obiter, adſerueruut; quemadmodum liquet ex ipſa Nicaenae fidei Confeſſione.

Nec enim, aut ſub ejus Concilii tempora, aut in eodem Concilio exagitari adhuc audita eſt de Spiritus Divinitate controverſia, teſtibus *Baſil.* epiſt. 124. n. 3., alias 328. & epiſt. 140. n. 2, alias 60. ac *Greg. Nazanz.* epiſt. 2. ad Cledonium, quae eſt Oratio 52., ſub init. Conf. *Elias Cretenſis* in eum Nazianzeni locum, prout exſtat in Nazianzenica edit. *Jacobi Billii Brunaei* 1581. tom. 1. p. m. 1028. & *Petav.* l. 1. de Trin. c. 14. §. 14.

(*l*) Eam refert, ardenterque profligat *Athan.* in l. 4. de ſingulis nominibus adverſus novellam haeresin cujuſdam Potentini Urbici, ap. t. 2. edit. Maurinae a p. m. 614.

(*m*) Ita Donatiſtarum maſtix *Auguſt.* l. de haereſ. c. 69.

(*n*) Ad an. 329.

ADNOTATIO.

(**) ERror hic inepte adpingitur univerſae Donatiſtarum factioni, quum unius fuerit Donati, Carthaginienſis Epiſcopi, minime vero unius alterius ex ea ſecta, ut conceptis verbis teſtatur *Auguſt.* proxime laudatus.

Ideo laudandi Haereſeologi, qui Auguſtiniano teſtimonio adhaerent, cum *Lutzemburgo* & *Prateolo* in Donatiſtis; caſtigandi vero, qui ab Auguſtino recedentes, toti generatim ſectae errorem tribuunt, cum *Guidone* ubi de Donatiſtis, cap. 57. & *Sianda* art. *Donatiſtae*.

Ac prae ceteris corripiendus *Gaulterius*; quippe qui ad Sec. IV. in collat. vet. error. cap. 1. num. 2. horum ſine ſcrupulo ſaltum proſequitur, uſus, vel potius abuſus authoritate Auguſtini ac Prateoli, oppoſitam partem diſerte teſtantium.

(*o*) Ap. *Baſil.* epiſt. 263. n. 5. alias 74.

(*p*) Teſte ibidem *Baſilio*.

ADNOTATIONES.

(***) CUm Baſilio ſentiunt *Theodoret.* l. 2. haeret. fab. cap. 10. & plerique alii, quibus *Coccius* in theſaur. l. 1. art. 6. ad an. 370. adcenſet *Epiphanium*, immeri-

XVI. *Macedoniani*, alias *Pneumatomachi*, Auctore *Macedonio*, secta Ariano, CPño Episcopo intruso sub an. 360., singulari perfidia, apertaque concertatione subsstinuerunt, Spiritum S. non esse Deum, nec habere quidquam cum Filio commune, sed esse duntaxat Patris, Filiique ministrum. (*q*)

Perplures impium hoc dogma, quatenus Spiritui Divinitatem abjudicat, aperto immanique scelere professi sunt, impudentissimi Macedonii comites. Ut puta, e. c.

Ex Orientalibus Heterodoxis *Eunomius* (*r*)... *Aëtiani* (*s*)... *Anonymi* (*t*)... *Anonymi* rursus (*u*)... *Anonymi* alii (*x*).

Fortasse ii, quos produximus, Anonymi, *Airani* fuerunt, duce quodam *Airas* sub an. 377., qui cum *Eolychronio*, *Thelemacho*, *Fausto*, *Asclepiade*, *Amantio*, *Cleopatro*, Arianis Episcopis, Spiritus Sancti consubtantialitem impugnarunt; ut mihi Auctor est *Frateolus* (*y*) qui tamen in tota hac periodo sine teste loquitur.

Molestissima haec de Spiritus Divinitate Quaestio, quae diu Orientales Ecclesias divexarat, finem postremo consequuta est sub Valentiniano & Gratiano Imperatoribus, sanctumque dogma diserte definitum est ab Ecclesia Romana, & Illyricana Synodo. (*z*) Ceterum pestis haec Occidentem subcissivis temporibus dire pervasit; nec paucos quidem inquinavit, oppressitque ejusdem Macedoniani criminis reos. Itaque in eum censum reponi possunt e. c.

Ex Occidentalibus Heterodoxis *Leovigildus*, e Gothorum gente, Rex Hispaniae, vivis ereptus an. Chr. 586. (*a*) Hic autem Ariana dogmata, quae professus est, morti proximus ex animo ejurasse dicitur a ple-

to tamen; hic enim ubi Marcelli dogmata exponere adgreditur haer. 72. a n. 1. valde dubius haeret in imputandis Marcello erroribus, quos Marcellianis Novatoribus sine cunctatione ulla adpingit.

Quoniam, inquit, plerique eidem patrocinantes praeclare illum vixisse, recteque sensisse confirmabant; ejusque Sectatores & ab eo instituti, prava quidem dogmata disseminabant, at institutoris tamen mentem ingnorabant, nec quae vere ille sensisset exprimebant.

Et quidem si expendas suae fidei Confessiones, Julio Papae unam, & aliis catholicis Episcopis alteram oblatas a Marcello, & ibidem recitatas ab *Epiphanio* num. 2. & 10., porro deprehendes, eum nec latum quidem unguem ab orthodoxa fide defeciviſse.

Quod si deinceps libraveris documenta, quae insimul *Epiph.* prodit a n. 6. ex Acacii libro contra Marcellum, nihil in iis, quod adtinet ad praesentem errorem, reperire erit.

Maneat ergo, valde dubium, aut forte nullum esse in hac caussa Marcelli reatum, donec potiora in eum documenta non urgeant.

(*q*) Conf. *Epiph* haer. 74. *Nazianz.* orat. de Spir. S., quae 5. est de Theologia, *Basil.* qui Macedonium cum suis adsectis subobscure indicat & perstringit epist. 125. n. 3., alias 78. *Aug.* haer. 52. *Leo* M. serm. 1. de Pentec. cap. 4.

(*r*) Ap. *Theod.* haeret. fab. l. 4. c. 3. Eum pluribus refellit *Basil.* l. 2. contra Eunom. num. 7. & 33. ac l. 3. per tot. itemque *Nyssen.* in Orat. refutatoria cont. Eunom. x i 1.

(*s*) Ap. laud. *Theodor.*, cui praecessisse videtur *Aug.* haer. 54.

(*t*) Ap *Basil.* l. de Sp. S. ubi eos subpresso nomine indicat, graviterque confutat a cap. 17. ad 20. & epist. olim 70., nunc vero 243. n. 4.

(*u*) Quos ardenter, perdocteque convellit *Athan.* epist. 1. ad Serapion.

(*x*) Quos validis argumentis evertit *Nazianz.* proxime laud. a p. m. 792.

(*y*) In Airanis.

(*z*) Plura in hanc rem *Niceph.* l. 11. cap. 30.

(*a*) Ex *Greg. Turon.* in hist. Francor. l. 6. c. 18. p. m. 294. edit. Paris. 1699.

pleriſque Scriptoribus (*b*)... *Petrus Abaelardus*, qui nempe adſeruit, Spiritum S. minime de Patris eſſe, Filiive ſubſtantia (*c*). At *Abaelardus* in ſua ſaepius laudata confeſſione, quae eſt Epiſt. xx., haec habet, *quiſquis etiam me ſcripſiſſe adſerit, quod de ſubſtantia Patris Spiritus Sanctus etiam non ſit, malitiae id vel ignorantiae maximae fuit*. Quid vero ſi non ſcripto, ſed voce tenus errorem protulerit?

Guilhelmus Farellus (*d*)... *Bernardin. Ochinus* (*e*)... *Michael Servetus* (*f*)... *Georg. Blandrata* (*g*)... *Franc. David* (*h*)... *Budnaeus* (*i*)... *Tranſilvani* (*k*), & ex iis praeprimis *Joan. Sommerus*, Lector Scholae Claudiopolitanae in Tranſilvania (*l*)... *Familiani* (*m*)... *Chriſtianus Francus* (*n*)... *Matthias Cervaſius* Anabaptiſta (*o*)... *Lucas Sternberger* (*p*)... *Socinianorum* turba cum *Socino*, *Oſtorodo*, *Smalcio*, *Crellio*, *Schlichtingio*, qui omnes prolixis ſcriptis defendere connituntur, nullam eſſe Spiritus Sancti Perſonam, quae Deus ſit. (*q*)... *Bidcitae* demum, atque *Deiſtae*. (*r*) (*)

Jam vero in exponenda natura Spiritus, quem Deum nolebant, multiplex fuit eos inter ſceleſtiſſimos nebulones opinionum varietas. Siquidem plerique frequentius Spiritum dixerunt, cum *Macedonio*, *Aëtio*, *Eunomio*, creatum quoddam Filii adminiſtrum: quidam alii cum *Anonymis*, quos perſtringebat Nazianzenus, vim quandam & facultatem ipſum exſiſtimarunt: *Servetani* credebant, eſſe Dei agitationem, & energiam quandam, ſeu inſpirationem, quae virtutem Dei deſignat: haud

(*b*) Ap. *Marianam* in hiſt. Hiſpan. l. 5. ad an. 586.

(*c*) Ex *S. Bern.* epiſt. 190. ad Innocent. S. P. cap. 1. n. 2. & *Ottone Friſingens.* de reb. geſtis Friderici I. l. 1. c. 49. ap. *Murat.* de Script. rer Italic. t. 6. p. m. 682.

(*d*) Ap. laud. *Cocc.* l. 1. art. 6. ex *Petro Carolo* in ſumma Gallica.

(*e*) Ibid. ex Joſia Simlero in vita Bullingeri.

(*f*) L. 1. & 6. de Trin. ap. *Greg. de Valent.* in Theol. q. 1. de proceſſ. divinar. perſonarum punct. 1. §. 4.

(*g*) In Diſput. Albana act. ſextae diei.

(*h*) Ibid. in act. quintae diei.

(*i*) Ap. *Athanaſ.* in hiſt. Socinianiſmi par. 2. c. 11. fere ſub fin.

(*k*) Ap. *Bellarm.* l. 1. de Chriſto c. 13. §. 1.

(*l*) In refutat. ſcripti Petri Caroli contra G. Blandratae & F. Davidis errores, quam adducit *Athanaſ.* par. 2. c. 17. pene ſub fin. & cujus verba recitat *Cocc.* ibid.

(*m*) Ap. eundem *Coco.* ex *Stoo* in Eliſabeth.

(*n*) In lib. contra S. Trinit. ap. ipſum *Cocc.*

(*o*) Ejus impia verba profert *Cocc.* ex *Protocollo Franckentalenſi*.

(*p*) Ap. *Prateol.* in Luc. Sternberger, num. 3.

(*q*) Eos profert ac valide impugnat laud. *Calov.* in tomi 1. part. 2. edit. 1677. a p. m. 57. & 72.

(*r*) Ap. *Deturre* alias laud. in Bideitis & Deiſtis.

ADNOTATIO.

(*) Is *Ruiz.* in tr. de Trinit. diſp. 66. ſect. 2. n. 11. abſque ulla caeſpitatione adnumerat *Petrum Goniezium*, gente Polonum, in teſtem adducto *Alphonſo Piſano* in Praefatione in acta Concilii Nicaeni primi.

Ceterum ibi Piſanus in edit. mea Coloniae Agrippinae de an. 1581. duntaxat adfirmat Goniezium fuiſſe ducem ſectae *Duitarum*, *qui*, inquit, *de Spiritu Sancto ajunt, nondum eſſe revelatum, quid ſit*.

Et vero quomodocumque ipſi cum duce ſuo, hoc adſerto perfide aberrarint, minime ademerunt diſerte & abſolute Ss. Paracleto Divinitatem, quemadmodum ceteri, quorum hoc ſingillatim capite mentionem nos feciſſe conſtat.

pauci cum *Blandrata* decreverunt, Spiritum una cum Verbo esse Dei Patris virtutes, quibus in mundi creatione utitur: apud *Socinianos* virtus duntaxat est, atque efficacia Dei: alia alii perridicula commenti sunt. Quid vero nisi nugarum farragines ab deliris sycophantis expecta veris?

XVII. *Elcesaei*, alias *Sampsaei*, parente *Elxaeo*, jam ab an. circ. 105. Hierosolymis exorti, nugati sunt, Christi sororem Sanctum esse Spiritum, muliebri videlicet specie, utrumque vero, & Christum & Spiritum Sanctum nonaginta sex milliarium altitudine, viginti quatuor latitudine constare. (*s*)

XVIII. *Manichaei Anonymi* sub an. circ. 390., variis ducti momentis contendebant, Spiritum S. nihil aliud esse, quam Deitatem ipsam, qua Pater & Filius copulantur, ut uterque sit Deus. (*t*)

XIX. *Apollinarius* Laodicenus, qui Seculo IV. jam vergente florebat, illud graduum in Trinitate commentum evulgavit, quod nempe magnus sit Spiritus, major vero Filius, maximus Pater. Unde minimam aut infimam Trinitatis Personam Spiritum fecit. Ita diserte in ejusdem Apollinarii libris scriptum est, ait *Greg. Nazianz.* (*u*) Ejusdem erroris insimulatur a *Theodoreto* (*x*). Addit *Basil.* (*y*) de Apollinarii novitatibus orationem instituens: *si quae circumferunt Sebasteni ficta non sunt ab inimicis, sed vere ipsius scripta sunt, nullum impietatis superandae locum reliquit, eumdem dicens Patrem & Filium & Spiritum*, scilicet quoad personam, ad sensum Sabellii. Idemque subdit *Theodoret.* (*z*) (*)

XXI. *Ano-*

(*s*) Ap. *Epiph.* haer. 53. §. 1. sub fin. Videas *superius* dicta art. II.

(*t*) Eos producit, & pluribus oppugnat *August.* lib. de fide & Symbolo c. 9. num 19. & 20.

(*u*) Epist. 1. ad Cledon. p. m. 125. cum interpretatione *Eliae Cretensis*, quem consulas.

(*x*) L. 4. haer. fab. c. 8.

(*y*) Epist. olim 292. nunc 262. n. 2.

(*z*) Proxime laud.

ADNOTATIONES.

(*) I. *Leontius* Byzantinus Advocatus, qui fl. sub Justiniano I. Imp. in l. de sectis, actione 4. ap. *Bibl. PP.* Lugd. t. 9. p. m. 666. *Apollinarem*, inquit, *circa Divinitatem deliquisse non adparet, quanquam & hunc duo Gregorii eo se errore convincunt obstrinxisse. Nam . . . inquiunt, inferiorem gradum Filii tradit & Spiritus Sancti respectu Patris.*

Ex iis autem *Nat. Alex.* colligit & definit ad Sec. IV. cap. III. art. XIV. num. V. quod Leontius *nihil erroris circa Divinitatis dogma admisisse scribit Apollinarem*. At mea tamen opinione plane fallit haec definitio. Haec enim verba id aperte praeseferre videntur ad mentem Leontii: videlicet, etsi mihi non adpareat, aut certo aliunde constet, Apollinarem errasse in Divinitatem, at eum porro caecutiisse adserunt & convincunt viri Maximi duo Gregorii, qui ejusdem errorem recitant; nempe *Nazian.* ubi proxime laudatur, & *Nyssenus* in aliquo scripto, quod nactus est fortasse Leontius, quodque nobis consulere, inter Nysseni opera nondum licuit.

II. *Nicephorus* in hist. l. 11. cap. 30. inter eos, qui eadem aetate cum Athanasio, Basilio, & utroque Gregorio pro Spiritus Consubstantialitate certaque hypostasi strenue dimicabant, adnumerat Apollinarem quemdam Laodicensem apud Syros pugnantem.

Anne is fuerit ipse idem, de quo agimus, Appollinarius? Porro haud plurimum dubito; fuit enim doctissimus & acutissimus vir, & sanctorum aliquando dogmatum eximius propugnator. Quin immo, teste laud. *Theodoreto, in nonnullis quidem scriptis suis doctrinam de Trinitate non violavit, sed sicut nos & unam Divinitatis substantiam & tres hypostases praedicavit*; esto alias, sibi non constans, & in Personis gradus definierit, & Personas confuderit.

III De

XXX. *Anonymi* confinxerunt ſub an. circ. 420., Spiritum S. homini in faciem inſpiratum ceſſiſſe in ejus animam ſeu mentem, hoc eſt in ipſius animam converſum fuiſſe. (*a*)

XXXI. *Eraſmus Roterodamus* in Praefatione ad libros Hilarii valde illiberaliter atque impudenter mentitus eſt, dicens, *audemus Spiritum Sanctum nominare Deum, quod veteres auſi non ſunt*. Haec totidem verbis *Ruizius* (*b*); *Coccius* vero proxime laudatus (*c*) ſic Eraſmi textum (*d*) exſcribit, *audemus Spiritum Sanctum adpellare Deum verum ex Patre, Filioque procedentem, quod veteres aliquandiu non videntur auſi*. (*)

XXXII. *Frontones*, ita nuncupati, quod ſcalpro frontem ſibi perfricarent, donec ſanguinem elicerent, ſub an. 1534. Sanctum vocarunt Spiritum motionem quamdam, quae a Deo inſpirata in anima ſentitur. Tum docebant, Spiritum adorandum non eſſe, quod nihil de eo Scripturae proferant. (*e*) (**)

III. De certa Erronis hujus Apollinarii perſona, magna eſt apud juniores diſſenſio. Sunt qui eum adſerant Laodicenum Epiſcopum, qui duntaxat Presbyterum, qui ſolummodo Laodicenae Eccleſiae Lectorem. Apud nonnullos eſt Appollinarius pater, arte Grammaticus; apud alios filius, arte Rhetor ac innumerabilium Scriptor voluminum. Plura de utroque *Caveus* in hiſt. lit. Sec. IV. Quid vero definiendum ſit, viderit Eruditus Lector; mihi enim ad ſolidam definitionem e priſcis Scriptoribus documentum hucuſque illuxit nullum.

(*a*) Eos adfert, convellitque *Cyril. Alex.* l. contra Anthropomorphitas cap. 2. in tom. 6. edit. Pariſ. 1638. p. m. 368.

(*b*) De Trin. diſp. 66. ſect. 2. n. 10.

(*c*) In Theſ. l. 1. art. 6.

(*d*) Quem nobis excutiendum ad manus habere non licuit.

ADNOTATIONES.

(*) I. PRofecto ſi ea ſint Eraſmi verba, qualia profert *Ruiz.*, merito ab ipſo illiberalis, impudentiſque mendacii inſimulatur, ubi profert univerſaliter, veteres nullos Spiritum Sanctum nominaſſe Deum; id enim perplurium inſtar proxime dicta palmaris falſitatis convincunt. Vereor tamen, *Ruizium* hunc, ſicut & alios, textum e Coccio, heic innominato, exſcripſiſſe; & hunc quidem ob aliquam mentis alio vagantis incogitantiam, infideli calamo.

II. Injuria quidem *Coccius* Eraſmum ita loquentem in Erronum adverſus Divinitatem Spiritus Sancti cenſum refert, quemadmodum & *Perrimez.* in diſſert. 118. §. *Decimo octavo*. Siquidem Veteres e tribus primis Eccleſiae Seculis Spiritus Sancti Divinitatem exertis verbis praedicaſſe minime reperio. Immo prima omnium Synodus, quae eam diſerte tenendam decrevit, *Alexandrina* eſt, ſub an. 362. praeſide Athanaſio, celebrata, ut conſtat ex ejus Synodica Epiſtola, quam vide ſis ap. *Harduin.* in hac Synodo p. m. 730.

Adeo poſtquam Macedoniani, aliique Pneumatomachi aperte in eam divinitatem inſanire coeperunt, ejuſdem Sanctum dogma clarius & diſſertius in Eccleſia vulgatum eſt. Plura in hanc rem *Petav.* l. 1. de Trin. c. 14. a §. 14. Et hoc quidem, reor, eſlato ſuo intendiſſe Eraſmum, virum alioqui eruditiſsimum, nec in paucis criticum.

(*e*) Haec laud. *Detur.* ad Sec. XVI. in Frontonibus, at ſine teſte; nam licet ibi citet Eraſmum, hic tamen ap. *Reſcium* in centuriis art *Frontones*, id unum de ipſis fanaticis, quos praefrictae frontis adpellat, refert, quod nempe ſub an. 1534. exorti ſint.

ADNOTATIO.

(**) NOnnulla *Calvini*, *Bezae*, *Melanchtonis* effata recitari ſolent a laudatis *Coccio*, *Perrim.* & aliis, quae illos in Spiritum Sanctum reos indicare videntur. Ipſa tamen

Jam vero ſat datum Erroribus ac deliramentis : ad Quaeſtiones Theologicas definiendas progredimur.

men non ita perſpicue Spiritum oppugnant, ut benignam aliquam interpretationem non patiantur; quum ipſi praeſertim ex aliis teſtimoniis de eodem reatu convinci nequeant. Ideo ipſis nullo lucro recitandis, nobis ſuperſedendum duximus.

QVAESTIONES DOGM. SCHOL.

828 QUAESTIO I. Quae nomina Spiritui ſpeciatim adtribuantur?

ADSERO. Eſt *Tertia Perſona*; quia a duabus producitur, & neutram producit; vere Deus ſubſiſtens, aequalis Patri, Filioque, a quibus vere & realiter diſtinguitur. Fide certum. Ita ſiquidem perhibent, praeſertim de Spiritus Sancti Divinitate, *Scripturae* cum *Pſ.* 32. 6. & 138. 7. *Sap.* 1. 7. *Luc.* 1. 35. *Act.* 5. 3. & 13. 2. & 15. 28. *Epheſ.* 1. 17. & 18. & 1. *Cor.* 6. 11. & 2. *Theſſal.* 2. 13. *Rom.* 5. 5. & 8. 11. Tum *PP.* cum *Ignat.* (*f*) *Iren.* (*g*) *Athan.* (*h*) *Baſil.* (*i*) *Nyſſen.* (*k*) *Ambroſ.* (*l*) *Hilar.* (*m*) *Aug.* (*n*) *Iſid.* (*o*) Praeterea non modo a Patre, ſed etiam a Filio Spiritus oritur aut procedit (*p*).

829 *Spiritus*, quo nomine indicatur Relatio ad ſuum Principium & ab ipſo Proceſſio per modum impulſus (*q*). Hoc nomen alioqui tribus Perſonis commune, propter vocabulorum inopiam, ex uſu Eccleſiae & PP., huic Perſonae adpropriatur (*r*). Et quidem congruenter, ducta analogia ex ſimilitudine ab ſpiritu, vel habitu, & vitalibus animalium ſpiritibus: ii enim, in quibus conſiſtit reſpiratio, procedunt a duobus, tanquam ab unico principio totali, ſcilicet a corde tanquam a cauſſa praecipua, & a cerebro, miniſtrante per nervos tenuiores ſpiritus ad praeſtandum motum, & ſenſum (*s*).

830 *Amor*, ſeu dilectio, ſecundum propriam, & peculiarem notionem ſuam; ita ut haec vox ſit uno modo eſſentialis, & alio perſonalis (*t*). Per eam vero deſignatur ſingularis Proceſſio, per quam Spiritus recipit ea, quae ad voluntatem ſpectant, e. c. eſſe caritatem, & amorem; quemadmodum Filius recipit a Patre quae pertinent formaliter ad intellectum, e. g. eſſe Verbum, & ſapientiam (*u*). Hinc *ipſe Spiritus S. amor eſt* (*x*). *Donum* proprie, ac perſonaliter, ex vi ſuae Proceſſionis, qua procedit ut amor (*y*): amori quippe convenit, ut ſit primum donum, eo quod per amorem cetera donentur (*z*); ſiquidem donum

(*f*) Epiſt. ad Philadelph.
(*g*) L. 5. c. 12.
(*h*) In trib. epiſt. ad Serapion. & alias
(*i*) Hom. 27. de Sp. S. & alias.
(*k*) L. de Trin. ad Euſtathium & alibi.
(*l*) In trib. libr. de Trin.
(*m*) De Trin. l. 2. & 12.
(*n*) De Trin. l. 2. a c. 5. & alias.
(*o*) L. 7. etymol. c. 3. & 4. ſaepius.
(*p*) Ex *ſupra* diſputatis a n. 812.
(*q*) Conf. *Petav.* de Trin. l. 7. c. 19. per tot. itemque *Suar.* l. 11. in prooem. & c. 1. n. 3.
(*r*) *Zuñi.* d. 11. dub. 1.
(*s*) Lege *Suar.* cit. c. 1. *Rui.* d. 65. ſ. 2. 3. 4. *Borr.* d. 18. n. 12.
(*t*) *D. Th.* q. 37. a. 1.
(*u*) Videatur *Rui.* cit. n. 73.
(*x*) Ex *D. Greg.* hom. 30. in Evang.
(*y*) *D. Th.* q. 38. a. 2. *Suar.* cit. c. 4. *Pan. a Conc.* tr. 6. d. 3. n. 159. *Mol.* in D. Th. q. 38. a. 1. & 2. d. unic. ſub fin. *Rui.* d. 75. tot. *Borr.* d. 18. l. 4. n. 43.
(*z*) Ap. *Ruiz.* ſ. 3.

donum illud eſt maxime, quod procedit ab intima, ſeu ardentiſſima donantis voluntate. Ad haec tandem reducuntur alia Spiritus nomina, e. g. *Dei digitus*, *Signaculum* &c. (*b*)

OBJECTIONES.

831 Obj. *primo*. Spiritus non eſt preſſe ac notionaliter *Amor*; Nam 1.° ex Aug. (*c*) *tres Perſonae ſunt ſimul una Caritas* ideſt unus Amor. 2.° Spiritus eſt Perſona ſubſiſtens; atqui amor non ſignificatur ut talis, ſed ut actio ab amante tranſiens in amatum. 3.° Amor eſt nexus amantium, hoc eſt medium inter eos, non vero ab utroque procedens; atqui Spiritus procedit a Patre, & Filio: ergo non eſt eorum amor, & nexus.

832 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: amor in divinis ſumi poteſt eſſentialiter, prout illum ibi adcepit Aug., & perſonaliter prout convenit Spiritui. Ad 2: Amor notionalis in divinis ſignificatur ut Perſona ſubſiſtens, & ſubſtantialiter amans, in creatis vero ut actus immanens in amante, dicens habitudinem, ſeu reſpectum, ad amatum. Ad 3. *N. Ma.* univerſaliter falſam, quia ſolum eſt vera in creatis, ubi amor a ſolo amante procedit. Spiritus dici poteſt medium, quatenus prout eſt amor mutuus Patris & Filii, eſt eorum nexus ab utroque procedens. (*d*)

833 Obj. *ſecundo*. Spiritus non eſt notionaliter *Donum*. Nam 1. ex Iſai. 9. *Filius datus eſt nobis*, & ex Hilar. (*e*) *Eſſentia divina eſt donum, quod Pater dat Filio*; atqui Donum dicitur a donatione: ergo eſt nomen commune. 2.° Donum dicitur de Spiritu, eo quod creaturis donetur; atqui non donatur ab aeterno: ergo.

834 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Mi.* a donatione neceſſaria, qualis eſt omnis communicatio ad intra, *N.* a donatione libera Perſonae, quae eſt notionaliter amor, adeoque primum donum, per quod omnia dona gratuita donantur, *C.* Et *D. Con.* commune, quatenus uſurpatur in lata doni ſignificatione, qua Filius datus eſt nobis, *C.* quatenus preſſe uſurpatur pro eo, qui ſit donum ex vi ſuae originis, *N.* Ad 2: Spiritus donatur ab aeterno aptitudinaliter; quia ex *Aug.* (*f*) *procedit ut datus*, hoc eſt ut nobis opportunis temporibus donandus. (*g*)

835 Reponis. Quo ergo jure vendicat ſibi Spiritus rationem Doni? R. Non ad intra, ſed duntaxat reſpectu donationis ad extra, quatenus per gratiam creaturis rationalibus donatur, aut donari poteſt (*h*). Quia Donum tale non eſt, niſi reſpectu donationis gratuitae, ac liberalis: (*i*) ad intra vero quum omnis proceſſio ſit neceſſaria reſpectu ſui principii, nulla eſt poſſibilis donatio gratuita & liberalis; ſecus ad extra. Et vero ad rationem doni, ſat eſt, quod procedat ab eadem radice, a qua oritur donatio, nempe a voluntate (*k*).

E RE

(*b*) De iis plura *Ruiz.* d. 76. & 77.
(*c*) Lib. 15. de Trin. c. 17.
(*d*) Conf. *D. Th.* q. 37. a. 1.
(*e*) L. 8. de Trin. circa med.
(*f*) L. 4. de Trin. c. 20.
(*g*) Adeatur *D. Th.* q. 38. a. 1. 2. ibique *Vaz.* d. 153. c. 2. & *Arri.* d. 53. a n. 17.
(*h*) Legito *Borr.* d. 18. n. 45.
(*i*) Ex definitione Doni, ap. *AA.*
(*k*) Conf. *Borrull* cit. & *San-Gallenſ.* tr. 4. q. 19. concl. 4. ſqq.

Ipſum praeterea dogma de Perſona Spiritus Sancti documenta haec perte vindicant.

MONUMENTA ANTIQUITATIS.

E RE LAPIDARIA.

CLASSIS XIII. 1



EX VIRGINIO TVO BEN
EME COVIXISTI LIB. ENIC
ONIVCA INNOCENTISSI
MA CERVONIA SILVANA
REFRIGERA CVM SPIRITA
SANCTA * DEP KAL APR TIBERI
ANO II ET DIONI COSS

*Spiritu Sancto.

Romae repertus eſt hic Lapis in coemeterio S. Urbani ſub an. 1719. *a Boldetto, ipſo teſte p.* 87. *n.* 30.

Spectat perantiquus Titulus, qui Spiritus Sancti Perſonam patenter exprimit, annum Chr. 291. quo nempe feruntur ſecundum Conſules C. Junius Tiberianus & Caſſius Dio; uti habes in fragmento quodam Faſtorum ex editione *Aegidii Bucherii* ap. *Jo. Georg. Graevium* in theſ. Roman. Antiquit. t XI. p. m. 393.; adcinuntque caſtigatiores Faſti ex *Chronicis Alexand.* & *Proſperi*, *Caſſiodoro* & *Faſtis Idatii*.

2

FL. CRISBINVS AVRELIAE ANIA
NETI BENEM. COIVGE QVE VIXIT AN
XXVIII. QVEM COIVGE HABVI. AN
VIIII KARITATE SINE VLA ANIME MEI
LESIONE VALE MICHI KARA IN PACE
CVM SPIRITA XAN. TA * VALE IN

*Spiritu Sancto.

Romae e coemeterio Praetextati ap. Marangon. in Adpend. ad acta S. Vict. p. 105.

3

D M A SACRVM XL.
LEOPARDVM IN PACEM
CVM SPIRITA SANTA. * ACCEP
TVM EVMTE ABEATIS INNOCINEM
POSVER. PAR. Q. AN. N. VII. MEN. VII.

*Spiritu Sancto.

Romae e coemeterio Caſtuli apud Fabrett. c. 3. *n.* LXI. *p.* 575. *& Mabillon. in Itinere Italico p. m.* 71. *ubi paullo aliter exſcribit Titulum, quem narrat ſe vidiſſe apud Fabrettum. Eum ex Mabillonio recitavit pariter laud. Fleetwood p.* 430. *n.* 1., *at non omnino fideliter.*

Lapis hic offenſionis literariae Mabillonium inter & Fabrettum, alioſque perdoctos Italos. Mabillonius enim τὸ D M A SACRUM legere vitus

viſus eſt DIS MANIBUS SACRUM; quoniam haec addit de Lapide, *referendus utique ad prima illa tempora, quo cruda adhuc quorundam in cordibus Chriſtiana religio aliquid de paganici ritus ſuperſtitione retinebat*; alioſque deinceps ſubjicit aut indicat Chriſtianos Lapides cum eiſdem ſiglis D. M. Contra vero laudatus Fabrettus cum pleriſque Eruditis Italis legendum jubet in noſtro Lapide, aliiſque Chriſtianis D. M. hoc eſt DEO MAGNO, ſeu MAXIMO. Et nos quidem hanc lectionem pridem amplexi ſumus. Recole ſuperius adſerta p. 15. ſqq. & praecipue 26. n. IV.

Putavit deinde Mabillon. manifeſtum hunc de Sacramento Confirmationis locum eſſe, ſcilicet ob *innocentiam*, ſeu gratiam ſibi ab Spiritu Sancto collatam, qua praeditus, immo *innocens* nuncupatur Leopardus. At vice verſa Fabrettus, cui adſentior cum *Zachar.* in diſſert. toties laud. c. 12. n. 4. p. 379., manifeſtum heic locum intuetur de Baptiſmo, de Confirmatione nullum; quoniam de iſta nullum ibi veſtigium: atque adeo illa Leopardi *innocentia* mihi veroſimilius baptiſmalis intelligitur, ſeu quatenus e ſacro Lavacro provenit. Aut ſi mavis, heic intelligi non amiſſam innocentiam, adceptam ſimul a Baptiſmo, Confirmatione, ac Ss. Euchariſtia, quibus olim donari infantes conſueverant, non multum abnuam, ubi in divinationem lis devolvitur.

Sed acrior tamen inter Eruditos Italos ſuborta eſt diſceptatio ſuper τὸ CUM SPIRITA SANTA, hoc eſt *Spiritu Sancto*, uti omnes legendum eſſe fatentur. Num ſcilicet haec referenda ſint ad Perſonam Spiritus Sancti, num ad Leopardi animam ſeu ſpiritum, Spiritus Sancti gratia in Baptiſmate ſeu Confirmatione ſanctificatum? Pro anima quidem Leopardi pugnavit acriter laud. *Zacharia* n. 1. ſqq. idemque intelligendum adſerit in aliis adſimilibus laxis praeferentibus *cum Spirita Sancta*, qualia & nos hac Claſſe produximus. Pro Spiritu tamen Paracleto decertant *Mazochius* in epiſt. poſter. ad Domin. Georg. de Hilari titulo p. 47. & 48. *Corſinius* diſſ. 11. p. 35. *Joan. de Vita* in notis ad Inſcriptiones Benevent. p. 64., quibus tanquam rem ut certam ſupponentes praeceſſiſſe mihi videntur laud. *Mabillon.* & *Fabrett.* Denique *Lupius* in Epitaph. S. Severae p. 169. ſingulari quadam ſententia adcipit τὸ' *Spirita Santa* pro Spiritibus Sanctis, aut pro Eccleſia & coetu Sanctorum. Adeo vel in rebus maxime perſpicuis variant doctiorum hominum judicia!

Quid tum vero? Ego quidem nullus dubito, quin τὸ *Spirita Santa* Spiritum Paracletum exprimat. Sic enim Epigraphen, ea priſcorum temporum inſolenti barbarie conſtructam, lego & interpretor, *Deo Magno ſacrum*, XL. (hic erat numerus huic loculo adfixus) *Leopardum in Eccleſiaſticae communionis pacem cum Spiritu Sancto Paracleto per ſacrum Baptiſma adceptum ſeu admiſſum, euntem jam de hoc mundo, ſeu vita functum, habeatis penitus innocentem, ſeu exiſtimate ac pro certo habete, cum eadem, quam in Baptiſmate ab Spiritu Paracleto ornatus eſt innocentia, abiiſſe.*

Et mihi profecto nihil hocce commentario ſimilius vero. Nec pu-

to, quemquam hunc cum Lapide, illorumque priſcorum temporum ſimplicitate, phraſibuſque adeurate conferentem, mihi ex animo adverſaturum.

Anne objicias pro oppoſita interpretandi ratione Lapides mox expoſitos, praeferentes etiam τὸ *cum Spirita Santa*? At gratis omnino intenditur, defuncti animam in ipſis eſſe ſubaudiendam, non Paracletum Spiritum. Immo nuſquam mihi manifeſtius, quam ſub ea formula divinum Spiritum invocarunt Veteres.

Addes ne ulterius Lapides Boldettianos, Fabrettianos, Lupianos &c. in quibus legitur *Spiritus Santus*, *Iſpiritus Santus*, *Hiſpiritus Santus*, aut quid omnino ſimile, quod dubio procul ad jacentis animam refertur? Ceterum ex iis aliqui eas formulas ita cum jacentis anima connexas proferunt, ut in alium ſenſum a viro ingenuo detorqueri nefas ſit: e. c. τῷ *Spirito Santo Innocenti* ap. *Fabrett.* p. 571. n. 143. & *ut Sancto & innocente Spirito ad Deum ſuſcipiatur* ap. *Lup.* p. 167; alii vero quos in dogmatis noſtri teſtes mox proferimus, haud minori jure in Spiritum Paracletum referendi nobis videntur. Plura in rem ſuam erudite congerit *Zacharia*; me tamen judice, parum proficit, & nihil evincit. Confer ipſum una cum laudatis *Mazochio*, *Corſinio*, *De Vita*, omnique partium ſtudio ſepoſito, Judex eſto.

4 GEMELLINVS.VICTORIE
CONIVGI BENEMERENTI
IS SPIRITO SANTO IN PACE

Romae e coemeterio S. Helenae ap. Fabrett. p. 571. n. LII.

Sentit idem *Fabrett.* τὸ IS SPIRITO SANTO referri ad animam ſanctam, innocentem, dulcem Victoriae. Contra laud. *Mazoch.* ad Spiritum Paracletum reſpicere contendit, *quia* inquit, *nefas erat ſollemne divinae in Trinitate Perſonae nomen cum quovis alio commune facere*. Ego vero Mazochii adſertum teneo, rationem non probo; quoniam duo mox proditi ſunt Lapides, aliique non raro occurrunt, qui porro *ſpiritus ſancti* epitethon creaturis etiam ſub ſano quodam & orthodoxo ſignificatu adtribuunt.

Dixerim tamen, quod τὸ *is ſpirito ſanto* idem ſit ac *in ſpiritu ſancto*, quaedam videlicet adclamatio, qua Veteres illi Paracletum Spiritum invocabant, ipſique tanquam praecipuo Authori referebant adceptum, Chriſtianum defuncti obitum in pace, ſeu communione eccleſiaſtica: ad eum fere modum, quo ſaepiſſime dixerunt chriſtiani Lapides, IN DEO, e. c. in Titulis Vitalinae, Fauſtinae, Victoriae, Maximae, Joviani, Viviae, Januariae, Feliciſſimae, Antonimi, apud *Boldett.* p. 417., quibus addito e Gemmis antiquis literatis *Ficoronii*, per *Galeottum* illuſtratis, figuras poſitas in num. 1. & 7. tabulae XI. partis II; tum etiam IN CHRISTO, e. g. in Titulo Leonidis ap. ipſum *Bold.* p. 420. Aureliae mox relato, Pientiae ap. *Fabrett.* p. 579. LXXII., Alliſponti

ap.

ap. *Murat.* p. 1824. 4. Ingenuae chriſtianae fidelis ap. eundem p. 1888. 2. cet.

In hunc itaque ſenſum pari jure interpretari non vereor pro uberiore noſtri dogmatis illuſtratione binas, quae proxime ſubcedunt, Epigraphes.

5 HI SPIRITO SAN^x MARCIANETI **Sancto.*
CARISSIME COIVGI QVE VIXIT
ANNIS XXX

Romae reperit Boldett. in coemeterio Cyriacae, ipſo adteſtante p. 419.

Lege, *in Spiritu Sancto Marcianeti*; quod item cenſuit laud. *Mazochius*, adpoſite ſubjungens, *quod tantundem eſt ac conſuetum illud* IN PACE *ante proprium nomen*; quemadmodum nempe legimus in Lapide Importunae ap. *Bold.* p. 86, Domitiani *ibid.* p. 393., Verecundi *ibid.* p. 404., Erotis ap. *Fabrett.* p. 563. XXXIIX., Preteſtatae *ibid.* p. 567. 117. Liberae apud *Lupium* p. 98., Creſcentii *ibid.* p. 101., Munatiae ibid. p. 147., Aemilianae apud *Murat.* p. 1821. 4., Ariukli ſeu Ariulfi ibid. p. 1831. 3., & alias centies. Sicut ergo ſacra haec ante defunctorum nomina adclamatio IN PACE (de qua alias nobis fuſius differendum erit) apud Majores noſtros obtinuit, ita & alia IN SPIRITU SANCTO, hoc eſt *in nomine, in laudem, in gloriam Paracleti Spiritus.*

6 ISPIRITO SANTO BONO
FLORENTIO QVI VIXIT ANIS XIII
CORITVS MAGITER^x QVI PLVS AMAVIT **Magiſter.*
QVAM SI FILIVM SVVM. ET COIDEVS
MATER FILIO BENEMERETI^x FECERVNT. **Benemerenti.*

Romae in porticu S. Mariae Tranſtiberim. Exſcripſi.

Reperit olim *Marangon.* in coemeterio Priſcillae, ipſo teſte, ubi de rebus ethnicis, cet. cap. 82. p. 455.

Oedipo quidem indiget Titulus, bono Florentio dicatus, ut penitus capiatur. Mihi tamen vero longe ſimile eſt, priora verba praeferre formulam illam, ſeu adclamationem IN SPIRITU SANCTO.

His merito ſubjungendi eſſent Lapides, in quibus, teſte laudato *Mazochio* p 47, reperitur haud raro QUIESCIT IN SPIRITU SANCTO, & nonnunquam BENEMERENTI IN SPIRITU SANCTO. Ceterum nec ullum Mazochius exemplum protulit, nec unum nos hucuſque felici eventu reperimus. Fortaſſis hic Author quod maxime in votis habebat, plane factum eſſe ominabatur.

7

Legito,

INNOCENTI SPIRITO* QVEM
ELEGIT DOMINVS PAVSAT
IN PACE
FIDELIS
X. KAL. SEPTEMBR

*Spiritui.

Aquilejae ap. Muſeum Lapidarium Bertoli, ipſo adteſtante in Antiquitatibus Aquilejenſibus, p. 396. n. DLXXIX., *tum ap. Murat. p.* 1888. 5. *& Clement. Blaſium in Sylloge vet. Inſcript. p.* 335.

Perantiquam inſignis monimenti, Lapidi inciſi, aetatem tota ejus facies Erudito cuiquam demonſtrat. Videlicet *Baptiſmus per immerſionem*, qui viguit in primaevis Seculis. (Conf. *Marten.* de antiquis Eccleſiae ritibus, l. 1. c. 1. art. 14. n. 5.) *Epiſcopus baptizans*, cui duntaxat in prioribus Seculis, ex communi ſaltem diſciplina & uſu, jus erat baptizandi, apud *Tertull.* in l. de baptiſmo c. 17. *Colobium* baptizantis, hoc eſt tunica abſque manicis, vel certe cum manicis brevioribus, ad cubitum vix pertinentibus, quo antiqui induebantur penes *Iſidor.* de etymol. l. 19. c. 32., & quo tanquam veſte propria utebantur Epiſcopi, ut Author eſt *Alcuin.* l. de offic. divin.

Nimbus, quo idem baptizans redimitur, eo enim primoribus Seculis non niſi virorum praecipua fulgentium dignitate capita ornabantur; niſi forte Sanctum aliquem Epiſcopum Lapis repraeſentet; Sancti enim poſterioribus etiam aetatibus eo inſigniti ſunt ornamento; ut vel leviori Vetuſtatis eruditione tinctis notiſſimum eſt.

Suſce-

Suſceptor (quem laudatus *Murat.* cum Liturgicis Scriptoribus & Lexicis eccleſiaſticis jure optimo *Patrinum* nuncupavit) unus, & viri quidem vir. Sic enim antiquioris diſciplinae ferebat uſus; ut facile colligere eſt ex *Tertull.* l. de bapt. c. 18. *Chryſoſt.* in Pſal. 14. *Baſil.* epiſt. 128.

Sed haec tamen obiter. Fuſius eadem retractabimus in idem Monimentum in Par. IV. Tr. III. Lib. III. ubi de Baptiſmatis Sacramento. Interim conſulendus *Marten.* de antiq. Eccleſ. ritibus l. 1. ubi de Baptiſmi ritibus.

Jam vero Spiritus Paracletus columbae ſpecie baptizato inſidet, quaſi ſtellulis aut fulgoribus circumdatus; quo plane denotatur, ei per baptiſma innocentiam, aut primam gratiam ſanctificantem, quae Spiritus Sancti donum eſt, largiter infundere; vivens etenim aqua Spiritus eſt, aut vitae ſpiritualis fons, ex *Pſ.* 35. 10. & *Jerem.* 2. 13. quemadmodum, duce *Baſilio*, ſcite diſſerebat *Beſſarion* in epiſt. ad Alexium Laſcarem Philantropinum cap. 9. ap. *Harduin.* in collect. CC. t. 9. p. 1076.

Quin immo apud *Pſeudo-Cyprianum* (non autem ap. ipſum *Cyprianum*, quem minus critice citarat laudatus *Blaſius*) in ſerm. de baptiſmo Chriſti & manifeſt. Trinit. fere ſub medium, *a Patre potentiam, a Filio ſapientiam, a Spiritu Sancto adcipimus Innocentiam.*

Quod vero Spiritus Perſona columbae ſpecie jam a priſcis temporibus apud chriſticolas effigiari conſueverit, palam teſtatur (omiſſis aliis) epiſtola illa Clericorum Antiochiae, de Severi ſacrilegiis quae exſtat in Actione V. Conſtantinopolitanae Synodi ſub Menna coactae an. 536., ſic enim fatur „ columbas aureas & argenteas in formam Spiritus San„ cti ſuper divina lavacra & altaria adpenſas, una cum aliis ſibi adpro„ piavit, dicens, non oportere in ſpecie columbae Spiritum Sanctum„ nominare„.

ERE DIPLOMATICA.

8 *... eo quod biſavi, avi, vel parentes noſtri divini Spiritus amore ſuccenſi, dum eſſet locus iſte ...*

Sancius Gallaeciae Rex in Diplomate pro Hernegildo Epiſcopo Compoſtellano, & ejus Apoſtolica Eccleſia, ſub an. 927. (ap. *Florez* in Hiſp. ſacra t. 19. p. 359. ex archetypo.)

9 *... Nunc quoque & nos ſancti Spiritus amore ſuccenſi, & exemplum priorum noſtrorum imitati ...*

Ranimirus II. Gallaeciae & Legionis Rex in Placito pro Eccleſia Compoſtellana S. Jacobi ſub an. 932. (*ibid.* p. 361. ex autographo.)

10 *..... repletus Spiritu Sancto reſpuens terrena, & quærens ea quæ ſunt cæleſtia .....*

Salomon Epiſcopus Aſturicenſis in Charta conſtructionis & dotis Monaſterii de Peñalba ſub an. 937. (*ibid.* t. 16. p. 434. e tabulario Eccleſiae Aſturicenſis.)

11 *... sit etiam in conspectu Sancti Spiritus ... duplici perditione damnatus ...*

RANIMIRUS mox laudatus in Placito pro Monasterio Sanctae Mariae prope montem Iracenum, sub an. 946. (*ibid.* t. 16. p. 440. ex eodem tabulario.)

E TABULIS MUSIVIS.

12

Romae apud Basilicam Liberianam, in parte dextra superiore Musivi Arcus triumphalis, quem supra laudavimus Ctas. IV n. 2. p. 42. cum Ciampinio.

Habes in pervetusta Tabula, quae Ss. Virginem ab Angelo salutatam exhibet, Spiritum Paracletum, quo obumbrante Verbum Caro factum est, sub specie columbae; qua profecto a primaevis Ecclesiae Seculis divini Persona Spiritus repraesentari fidelibus consuevit.

13



Ravennae apud Ecclesiam S. Joannis in Fonte, in pervetusto Baptisterio.

Hocce Baptisterium perpulcre musivo opere ornandum curavit Neo ejusdem Civitatis Antistes an. Ch. 451. Ejusdem vero ornatissimi operis me-

medium occupat heic recuſa tabella, Spiritum Paracletum exhibens, prout ſuper Chriſtum Dominum a ſanctiſſimo Praecurſore in Jordane baptizatum adparuit. Eam excepimus fideliter e *Ciampiniana* tabula LXX. partis 1. de vet. monim. cap. 25. p. 235., ubi idem *Ciampinius* hanc & reliquas Baptiſterii figuras adcurate repraeſentat, ac erudite commentatur. Ipſum adeat uberioris cupidus eruditionis in hanc effigiem.

Profecto Sanctiſſimum Spiritum, aut in ejus Symbolum Columbam ſuper altaria, ſacraque baptiſteria frequentiſſime olim effigiari ſolitum fuit, uti nuper innuimus. Equidem *S. Paullinus* in epiſt. 32. ap. *Veron. Edit.* ad Victorem amicum, haec inter alia miſit a ſeſe concinnata carmina, in cujuſdam Baſilicae baptiſterio reponenda ſub depingendo aut jam depicto Columbae Symbolo,

Sanctus in hunc coelo deſcendit Spiritus amnem,
Coeleſtique ſacras fonte maritat aquas.

Tum *Baſilius*, ut Author eſt *Amphilochius* in capite 2. ejus vitae, interprete *Combefiſio*, dignatus Spiritu Sancto, ſuper eum columbae ſpecie deſcendente dum baptizaretur in Jordane ab Eubulo, beneficii memor, columbam ex auro puro confici juſſit, qua Ss. Euchariſtia reconderetur, eamque ad altare ſuſpendit.

Quod ſi Baſilianus in Jordane baptiſmus, tanquam ab Pſeudo-Amphilochio profectus, nec Bollandianis ad diem 14. Jun. p. 945. nec aliis probetur; at nullus, quod ſciam, inficiatur, columbam auream, prout retulit Amphilochius in ejus vita cap. 6, ad ſacram menſam adpendiſſe Baſilium; & quidem in ſymbolum Sancti Spiritus, in Jordane Chriſto Jeſu ſpecie columbae inſidentis.

E RE NUMARIA.

14



N. Gutierez Scul.

Romae

Romae in ſacro Muſeo Vaticano, ex Muſeo Victorio.

Sacrum hoc monumentum, exhibens itidem divinum Paracletum ſupra Chriſtum Jeſum a Sanctiſſimo Praecurſore in Jordane baptizatum, pridem e ſuo Muſeo edidit, ac doctiſſima Diſſertatione illuſtravit Clariſſ. Vir ac ſacrae Eruditionis egregius cultor & interpres, Nob. Commend. Eques *Victorius*, ipſumque propoſuit tanquam perantiquum, incertae tamen aetatis, *veterum chriſtianorum numiſma ex aere hujus moduli*. In dubium vero forte quiſpiam verterit, anne hoc fuerit proprie Numiſma, publica quadam authoritate percuſum, vel quaedam duntaxat icon, chriſtianae fovendae pietati elaborata?

Equidem perrari ſunt Numi in Gazophylazio Vetuſtatis cum ſacrae, tum profanae, abſque ulla prorſus ſui domini, aut publicae cujuſpiam authoritatis nota percuſi; fortaſſe tamen nonnulli ſunt, & huic porro valde ſimiles, e. c. Numi illi qui praeferunt in parte antica Chriſti protomen, & in poſtica Chriſti ejuſdem epitheton, puta JESUS CHRISTUS BASILEUS BASILEON, hoc eſt *Jeſus Chriſtus Rex Regum*, cet. tum Crucem dominicam, Magorum adorationem & alia id genus emblemata; & quidem abſque ullo, qui monetae patronum indicet, caractere.

Hi autem Numi, aut ex iis ſaltem qui primo loco deſcriptus eſt, Joanni Zimiſcae Auguſto ſub an. 967. adtribuunt *Anton. Auguſtinus* in dial. 1. verſus fin. p. 9. & *Cangius* in diſſert. de infer. aevi numiſm. num. XXVII. ex *Joan. Scylitze*, ſeu *Curopalate* in vita extrema Joan. Zimiſcae Imp. ad an. 970., ubi praeterea ipſius Auguſti pietatem jure commendat, quod primus omnium praeceperit, ut in numis & obolis ſola Chriſti effingeretur imago cum adducta nuper epigraphe; quemadmodum adpoſite Curopalatem ibidem *Cangius* interpretatur, & nos pariter interpretabimur in Parte IV. Tr. I. Lib. II. ubi de Chriſti protome ſermo erit.

Ergo ne a quopiam paris poteſtatis, pietatiſque patrono percuſum olim fuerit Victorium hocce Numiſma utrinque omnino ſacrum? Quod vero eruditiſſimus idem Victorius ſingulari modeſtia indeciſum reliquit, nec ipſe definire auſim.

E TABULIS VARII GENERIS.

15 Ne vero depictis jam Tabulis alias ferme omnino pares incongruenti ac taedioſo ſtilo ſubjicere adcuſemur, eas duntaxat indicandas, brevique deſcribendas duximus. Itaque

1. *Paracletus Spiritus tanquam Virgini ab Angelo ſalutatae obumbrans*, exſtat *Romae* apud Muſeum Vaticanum in perantiquo Anaglypho buxeo, ad laevam ſupremae areolae. Integrum Anaglyphon exhibet, illuſtratque *Gorius* t. 3. de Diptych. tab. XXX. a p. 253.

Rurſus *ibidem* in alio Anaglypho eboreo, quod late Diptychon dixeris, in infimo loculo tabulae dextrae. Ipſum protulit & commentatus eſt laudat. *Gor.* tab. XXXVIII. a p. 290.

II. *Spi-*

II. *Spiritus Sanctus tanquam Chriſti, in Jordane Praecurſoris Baptiſma ſuſcipientis, Divinitatem conteſtans* exſcalptus enitet *Medionali* apud Baſilicam Ambroſianam in tabula eburnea, graeca olim manu elaborata, ad areolam ordine ſextam in parte dextra. Sacrum monumentum habes ap. ipſum *Gor.* ibid. tab. XXXI. a p. 260.

Tum *Romae* apud coemeterium Pontiani viſebatur olim latino depictus penicillo, in externa ſacelli parte ſupra ejus arcum. Tabulam dat *Aringh.* in Roma ſubt. t. 1. p. 381.

Quod ſi inter ſacrae Vetuſtatis Monimenta recenſere liceat Tabulas Diptychas Graeco-Moſchas, quas protulit ac illuſtravit *Papebroch.* in adparatu ad tom. 1. Maji, ubi verſat Ephemeridas Graeco-Moſchas, ibi pag. XI. ad diem VI. Januarii, quem Graeci vocant Theophaniorum feſtum, ſingularem habemus tabellam, quae Sanctum pariter Spiritum ſub eodem Myſterio repraeſentat.

III. *Sanctiſſimus Spiritus ſuper Domini Apoſtolos ac Diſcipulos adveniens in feſto Pentecoſtes* exprimitur *Romae* apud Vaticanum Muſeum in Anaglypho eboreo mox laudato, ad tabulam dextram, in ſecunda primi ordinis areola. Conſule ſis cit. *Gor.* tab. XXXVIII. num. X.

Singula mox laudata ducumenta, quae proſtant in Muſeo ſacro Vaticano, ipſi adſpeximus & contrectavimus: ea quidem Gorianae Tabulae quam fideliter, & adcurate retulerunt.

Idem praeterea divinus Spiritus *Florentiae* exprimitur apud celeberrimum Ss. Praecurſoris Baptiſterium in graeca tabula muſiva, ad tertiam areolam partis dextrae. Haec autem tabula ſimul cum altera omnino pari (quae itidem Spritum Sanctum exhibet in ſimulacris Myſteriorum Adnuntiationis & Baptiſmatis) una cum adjectis emblematis pro Kalendariis, ſacriſque Diptychis Orientalis Eccleſiae haud immerito habitae ſunt; earumque conſtructio ad Seculum Chr. X., quo confectum eſt Menologium Baſilii Porphyrogenneti Auguſti, referri poteſt; quemadmodum non incongrue conjectat laud. *Gorius*, ubi eaſdem primum edidit, ac praeclaro commentario elucidavit a p. 320. Ipſe conſulitor.

---

836 QUAESTIO II. Ex quo amore procedat Spiritus? ADSERO. RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. Quemadmodum ex cognitione Verbum; videlicet ex amore omnium neceſſariorum (*l*), tum omnium contingentium (*m*) Siquidem Pater, & Filius communicant Spiritui quidquid habent, exceptis Paternitate, Filietate, ac Spiratione activa; at ipſis eſt amor omnium neceſſariorum, & contingentium: ergo hunc Spiritui communicant: & quidem formaliter, & ex vi Proceſſionis; quia nempe communicant per voluntatem. Quippe Spiritum procedere formaliter ex alicujus objecti amore, nihil aliud

(*l*) Ita quidem communius cum *Suar.* l. 1. c. 2. & *Zunni.* d. 12. dub. 2.

(*m*) *D. Th.* q. 37. a. 2. ad 3. *Zunni.* cit. dub. 3. itemque *Rui. Quir. Arri.* ceterique citt. *ſupra* pro adſerto numeri 796. p. 460; quoniam utrobique ipſa militat, & urget ratio.

aliud eſt, quam ipſi communicari formaliter ejus objecti amorem. Deinde Spiritus debet procedere ex amore intenſive, & extenſive perfectiſſimo, cujuſmodi iſte eſt.

OBJECTIONES.

837 Obj. *primo* Spiritus non procedit per ſeſe ex amore omnium neceſſariorum. Nam 1.° non procedit ex ſuimet amore; quoniam eſſe praeſupponitur ad amari, ac Spiritus non intelligitur eſſe, niſi poſtquam ſit productus: ergo amari nequit per amorem, quo producitur. 2.° Non procedit ex amore poſſibilium: tum quia Deus nihil extra ſe amat neceſſario: tum quia amare eſt velle alicui bonum; Deus autem nullum vult bonum creaturis poſſibilibus, qua talibus.

838 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* Quia eſſe praeſupponitur ad amari amore deſiderii ad objectum futurum, non ad amari amore complacentiae erga objectum praeſens, qualis eſt amor erga Spiritum. Etiam quum nos producimus amorem, per ſe ipſum voluntarium, amamus objectum diſtinctum, & amorem ipſum. Ad 2. *N. Adſ.* quia Deus neceſſario amat quidquid amabile eſt, ac amat poſſibilia qua talia, non amore efficaci, ſed ſimplici complacentia (*n*), ex qua neceſſario procedit Spiritus.

839 Obj. *ſecundo*. Spiritus non procedit formaliter ex amore omnium contingentium. Nam 1.° hic amor eſt contingens, quemadmodum ſua objecta; & Spiritus eſt neceſſarius. 2.° in Spiritu eſt, inter alios, hic actus amoris liberi, *volo ad Chriſtum mitti in Jordanem*, qui tamen nec eſt in Patre, nec in Filio: ergo nequit ab illo actu procedere, utpote ſibi incommunicabili a Patre & Filio. 3.° in ſigno, quo intelligitur Dei amor contingens, intelligitur cum identitate ad omnia neceſſaria, quae ſunt in Deo; adeoque cum identitate ad Spiritum: ergo hic etiam intelligitur in ipſo ſigno amans per amorem contingentem, a quo propterea non procedit.

840 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Spiritus eſt neceſſarius quoad praedicata amoris neceſſarii, contingens quoad praedicata amoris contingentis, uti diximus de Natura divina, & de Verbo (*o*), quae proinde doctrina huc adplicanda eſt. Ad 2: etiam in Patre, & Filio eſt, inter alios, hic actus, *volo, Spiritum ad Chriſtum mitti in Jordanem*, in quo habetur idem objectum, ac in illo, videlicet Spiritus Miſſio, prodiens ab eadem voluntate tribus Perſonis communi, ſubindeque Spiritui communicabilis in ſuo ſigno.

841 Ad 3. *D. A.* cum identitate nondum communicata Perſonis, *C.* etiam pro eo ſigno communicata, *N. A. & Con.* Amor contingens ſolitarie adceptus (ſicut & reliqua praedicata abſoluta) intelligitur quatenus eſt quid abſolutum, pro ſigno priori ad omnes Perſonas, quatenus ſunt quid relativum; nec eis intelligitur communicatus, donec ipſae intelligantur productae in ſigno poſteriori: unde nequit amans contingenter intelligi in Spiritu niſi pro poſteriori ad neceſſaria, videlicet

(*n*) Ex adſertis *ſuperius* n. 367. p. 211. (*o*) *Supra* n. 801. p. 462.

licet in eo ſigno, quo intelligitur Spiritus quoad ſua praedicata contingentia productus. (p)

842 QUAESTIO III. Num Spiritus diſtingueretur realiter a Filio, ſi ab eo non procederet? Hanc quaeſtionem ſub hypotheſi impoſſibili invexerunt in Concilio Florentino Latini PP. ad probandum contra Graecos Spiritus Proceſſionem a Filio. ADSERO. Non diſtingueretur (q). Quia *in divinis omnia ſunt unum, ubi non obviat Relationis oppoſitio* (r). Et quidem *ſola Relatio apud omnes Graecos, & Latinos Doctores divina proceſſione Perſonas multiplicat* (s) Atqui ſi Spiritus non procederet a Filio, non eſſet inter Filium, & Spiritum oppoſitio relativa producentis, & producti: ergo nulla ſupereſſet ratio, ob quam realiter diſtinguerentur; adeoque Spiritus unus idemque cum Filio eſſet. Ideo in Actis laudati Concili Florentini haec ulterius legere eſt, *nulla alia ratio diſtinctionis, aut diſcriminis eſt in divinis, niſi per hoc, quod Perſona aliqua eſt ab altera*. Conſonant *Conc. Tolet.* XI. (t) *Greg. Nyſſen.* (u) *Damaſc.* (x) *Aug.* (y) *Anſelm.* (z).

OBJECTIONES.

843 Obj. *primo*. Etſi Spiritus non procederet a Filio, ab eo diſtingueretur; adeoque Proceſſio non eſt firma, & adaequata ratio diſtinctionis inter Spiritum, & Filium. Nam 1.° Anſelm. (a) ſaepe inculcat, Filium, & Spiritum diſtingui *nativitate, & proceſſione*; quia nimirum Filius naſcitur, hoc eſt procedit per generationem, ac Spiritus procedit, id eſt, tantum ſpiratur: eique conſonant Athan. (b) Aug. (c) Damaſc. (d). Atqui in data hypotheſi daretur nativitas Filii, & Spiratio Spiritus, quia manerent iidem Filius, & Spiritus, qui nunc: ergo & eorum diſtinctio. 2.° Paternitas, & Filietas diſtinguuntur realiter ab Spiritu; at ei non opponuntur relative, quum ſic ſolum opponantur in concreto *Spirator*: ergo. 3.° ſi Spiritus procederet a Filio, non a Patre, adhuc a Patre diſtingueretur: ergo pariter ſi procederet a Patre, non a Filio, adhuc ab iſto diſtingueretur. 4.° Graeci ſartam tectam credunt & propugnant in Deo Trinitatem Perſonarum, etſi negent Spiritus Proceſſionem a Filio: ergo.

844 R. *N. Adſ.* Quia ſicut in divinis nequit abſque Proceſſionibus reperiri diſtinctio realis inter praedicata abſoluta, ita nec inter re-

(p) Plura *Ruiz* d. 63. *Quir.* d. 38. *Arri.* d. 52. a n. 35. *Rhod.* citat. q. 2. §. 6. §. 3.

(q) *Suar.* l. 10. c. 2. contra Henr. Scot. &c. *Rui.* d. 68. ſ. 4. *Borr.* d. 19. a n. 13. cum *Mol. Vaz. Arri.* &c. *Rhod.* q. 3. ſ. 4. §. 2 *Viva* q. 6. n. 4. *Simonn.* tr. 2. d. 5. ſect. 3. art. 7. *Mezg.* heic d. 26. art. 2 §. 3. *Billu.* diſſ. 5. ar. 5. *Pau. a Conc.* tr. 6. d. 3. n. 174. *Berti* l. 9. c. 4. contra Kriſp. tr. 2. diſt. 6. q. 1. n. 7. Maſtr. d. 7. q. 4. art. 2. & reliquos vulgo Scotiſtas.

(r) Axioma theologicum ex *D. Anſel.* l. de Proceſſ. Spir. S. c. 2.

(s) Ex *Joan. de Monte Nigro* in Conc. Florent. ſes. 18. adprobante Concilio.

(t) In Profeſ. fid.

(u) Lib. ad Ablavium.

(x) Lib. 1. de fid. c. 11.

(y) Tr. 39. in Joan. & ſaepius.

(z) Lib. de Proceſſ. Spir. S. c. 23.

(a) In lib. mox cit.

(b) Dial. 1. contra Anom.

(c) Lib. 5. de Trin. c. 14.

(d) Lib. 1. de fid. c. 7. & ſaepius.

lativa. Ad 1. prob. In primis Anſelmus ſatis dubie procedit in hoc puncto, uti adparet ex contextu ſui laudati commentarii. Deinde nec Anſ. nec alii PP. adferunt ubi citantur rationem formalem diſtinctionis Spiritus a Filio, quae eſt ſola oppoſitio relativa; ſed radicalem, ſitam in eo, quod Filius procedat per intellectum, & Spiritus per voluntatem: ex quo fit, ut Filius prius origine adcipiat a Patre voluntatem fecundam, & Spiratoris relationem, qua una cum Patre Spiritum producat, & a ſe diſtinguat. Heinc *C. Ma.* ſub ſenſu expoſito. Et *N. Mi.* quia tunc non daretur nativitas Filii, ſed praeciſe productio ſecundae Perſonae, quippe quae non adciperet naturam fecundam. Unde nec daretur Spiratio Spiritus, quae exigit eſſentialiter oriri radicaliter a Filio qua tali.

845 Ad 2. *D. Mi.* non ei opponuntur relative formaliter, immediate, & ratione ſui, *C.* radicaliter, mediate, exigitive, & ratione relationis Spiratoris, quod quidem ſufficit ad diſtinctionem realem Paternitatis & Filietatis ab Spiritu, *N.* Ad 3. *N. Con.* quia in primo caſu Spiritus produceretur mediate a Patre, ſcilicet mediante virtute ſpirativa Filii, adcepta a Patre: idque ſatis eſſet ad oppoſitionem, & diſtinctionem realem inter utrumque. Et vero Spiritus in ſecundo caſu nec mediate produceretur a Filio, a quo propterea nullatenus diſtingueretur. Ad 4. Etſi Graeci concedant, Filium eſſe aliquo modo principium originis Spiritus, ex hoc quod adſerunt, Spiritum a Patre eſſe per Filium, & Spiritum eſſe Filii; dum vero negant Proceſſionem a Filio, ſimpliciter, & unice neceſſariam ad utriuſque Perſonae diſtinctionem, Trinitatem e medio tollunt.

846 Obj. *ſecundo*. Tunc relatio Spiratoris, utpote non oppoſita relative cum Filietate, eſſet in Filio. Deinde Proceſſio Spiritus eſſet per voluntatem, uti Proceſſio Filii per intellectum. Tandem nequit eadem Perſona eſſe genita, & ſpirata: ergo ex integro Spiritus diſtingueretur a Filio. *Tertio*. Amor creatus non procedit a verbo creato, a quo tamendiſtinguitur: pariter ergo. *Quarto*. Tunc Filius, & Spiritus opponerentur relatione producti ab eodem principio, ſicuti fratres in creatis: ergo diſtinguerentur.

847 R. Ad *ſecundum*. Tunc relatio Spiratoris eſſet notionalis primae Perſonae, productivae termini, qui eſſet ſimul Verbum, & Spiritus, adeoque relative oppoſita cum termino. Ad quid autem in Verbo virtus ſpiratrix ſine termino ſpirabili? Deinde proceſſio Spiritus eſſet per voluntatem, ſimulque per intellectum. Et ſub hoc ſenſu non repugnat, fore tunc eandem Perſonam genitam, & ſpiratam. Ad *tertium*. *N. Con.* quia in creatis diſtinctio non oritur ex ſola oppoſitione relativa, ſed praecipue ex limitatione, quae a divinis exſulat. Ad *quartum*. *N.A.* In divinis ſola relatio producentis, & producti infert diſtinctionem. Neque ibi tunc ulla eſſet fraternitas, ubi nulla eſſet filietas.

COROLLARIUM.

848 Profecto Quaeſtio haec perutilis eſt ad perfectius dignoſcendas

das rationes formales conſtitutivas, & diſtinctivas Filii, & Spiritus, uti cenſent Scholae, & Authores fere omnes, dum eam ex profeſſo ventilant, uno, vel altero reclamante (*e*). Neque vero ex hypotheſi impoſſibili quaeſtionis utrumque ſequitur formaliter, & in ſenſu, quo res exagitatur, ad convincendum Graecorum errorem. Etenim conceptus Spiratoris non eſt adaequatus in Filio, prout ſecunda Perſona eſt: unde ex hypoteſi impoſſibili, quo non ſpiraret, non ſequitur, quod eſſet, & non eſſet idem cum Filio; maneret enim inadaequatum, & praecipuum ſecundae Perſonae conſtitutivum, ſcilicet, Proceſſio a prima. Sic enim ap. *Aug.* (*f*) *ſi Pater non eſſet innaſcibilis, adhuc genuiſſet Filium*, quin tamen ex ea hypotheſi utrumque ſequatur (*g*).

Hactenus de Deo Uno ac Trino, cui ſoli laus honor & gloria.

(*e*) Cum Gofredo Torres, & Eſparz. heic. dub. 3. §. 2. *D. Th.* q. 36. a. 2. ibique *Vaz.* d. 147. c. 7. *Mol.* d. 3. *Val.* cit. q. 10. pu. 3. *Salmant.* cit. d. 14. dub. 3. a §. 5. *Kriſp.* tr. 2. diſp. 6. q. 1. n. 5. *Perrim.* t. 2. diſſ. 129.

(*f*) De Trin. lib. 5. c. 6.

(*g*) Conferendi *Suar.* l. 10. c. 2. n. 6. *Arri.* d. 53. a n. 26. *Patel.* cit. a n. 295. *Gotti* cit. q. 6.

INDICES ALPHABETICI.

LECTORI PRAEMONITUM.

HAbes perſpicuo ordine diſtributas in hos Indices tanquam in totidem breviora Lexica, univerſas Tomi materias, ſeu materiarum ſummas; quas utique poſſis uno quaſi intuitu comprehendere. Nimirum

Index I. eſt ſanctorum Dogmatum, quae in Quaeſtionibus dogmaticis definiuntur; ac deinceps priſcorum Ethniciſmi Philoſophorum, qui eadem Dogmata ſtatuerunt vel ſaltem adumbrarunt; tum Monumentorum Antiquitatis, quae produnt Claſſes ſingulae, & ad Dogmatum illuſtrationem adſumuntur; praeterea Quaeſtionum Dogmatico-Scholaſticarum, quae Dogmatis elucidandis ventilantur; Erronum denique, ſive eorum, qui in ipſa utcumque impegiſſe Dogmata feruntur apud Scriptores. En tibi *Lexicon Dogmaticum*, *Orthodoxo-Philoſophicum*, *Antiquarium*, *Scholaſticum*, *Hiſtorico-Polemicum*: quo profecto habes ob oculos ſingula quaeque ſancta Dogmata hoc in Commentario adſerta, ſimulque Dogmatum patronos, qua ethnicos, qua orthodoxos, tum elucidationes, & adverſarios.

Index II. eſt eorumdem Philoſophorum, aut Sapientum Ethnicorum, adſignatis ſingulis quibuſque locis, in quibus exſtant in commendationem cujuſcumque Dogmatis. En rurſum novo ordine *Lexicon Orthodoxo-Philoſophicum*. Et eo quidem aperte indicatur CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS.

Index III. eſt Monumentorum Antiquitatis, pari methodo deſignatorum. En *Lexicon Antiquarium*: quo plane recolas vetera documenta, illuſtrandis ſanctis Dogmatis opportune adducta.

Index IV. eſt Quaeſtionum, quas modo innuimus. En *Lexicon Dogmatico-Scholaſticum*: quo perlegas praecipuas, ac fortaſſe utiliores Quaeſtiones, in Schola hodierna pro adſerendis, ac elucidandis Dogmatis frequenter diſcuſſas.

Index V. eſt Erronum quorumlibet. En Lexicon *Hiſtorico-Polemicum*: quo perſpicias potiſſima capita Hiſtoriae Polemicae, hoc in Commentario digeſtae, quod ſpectat Errones, illos videlicet, qui circa ſancta Dogmata a via veritatis aberraſſe utcumque incuſantur.

Index VI. eſt rerum praecipuarum, quas nempe apud reliquos Indices adnotatas minime repereris. En *Lexicon Generale* totius Commentarii.

At conſulto tamen mittimus alios Indices, quos pridem conficere in votis erat; videlicet locorum Sacrae Scripturae, Conciliorum, & Sanctorum Patrum: quoniam quum ejuſmodi teſtimonia (etſi quidem praecipua & potiſſima) hac tempeſtate in omnium ore & calamo frequentiſſima ſint ac vulgatiſſima, parum aut nihil, credidi, ſingulares eorum Indices deſiderari.

Itaque laborioſa hac opera, in tui gratiam adſumpta, fruere, humaniſſime Lector, in Dei gloriam, & Vale.

INDEX I.

SANCTORUM DOGMATUM,

una cum Ethnicis Sapientibus, vetuſtis Monumentis, Quaeſtionibus Dogmatico-Scholaſticis, & Erroribus.

A

DOGMA I.

A Se Deus eſt. pag. 108.

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma.

Alcinous.)
Ariſtoteles.)
Jamblichus.)
Lucretius.)(109
Platonici univerſim.)
Porphyrius.)
Proclus.)

QUAESTIO

quae Dogma elucidat.

Aſeitate (de) Dei quid? 109

DOGMA II.

Aequiſſimus eſt Deus. 251

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma

Qui nempe Deo aut juſtitiam vindicativam, aut perfectiſſimam erga creaturas Providentiam adſcripſerunt. Primi videndi alias, ubi de Juſtitia Dei vindicativa ſermo erit, hoc eſt de Judicio, aeterniſque praemiis ac ſuppliciis: ſecundi ſub Dogm. *Providentiſſimus eſt Deus*.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illuſtrant Dogma.

Nimirum quae Dei Juſtitiam & Providentiam commendant, ſub his Dogmatis videnda.

QUAESTIO

quae Dogma elucidat.

Num Deus praefiniat opera aliqua hominibus praecepta & ipſis impoſſibilia; aut potius ſupplicia, quae tranſgreſſioni ejuſmodi praeceptorum adfixerit? 251

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Bajus Michael. 232
Calvinus Joannes. 231
Janſenius Cornelius junior. 232
Quesnellus Paſchalis. 233
His eos adjice, qui vel Juſtitiam, vel Providentiam Deo abjudicarunt, in ſuis reſpective Dogmatibus videndi.

DOGMA III.

Aeternus eſt Deus. 109

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma.

Ariſtoteles.)
Numenius.)
Parmenides.)(109
Plato.)
Plotinus.)
Tullius.)

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illuſtrant Dogma.

Anonymi Lapis. 112
Aſelii Lapis. 110
Beornulphi Regis Charta. 114
Berengarii Regis tria Placita. 116
Caroli Magni Diploma. 113
Clodiae Votum. 112
Flaviani Votum. 113

Ho-

Honoratae Lapis. 110
Hugonis & Lotharii Regum tria Placita. 116
Julii C. Valentini Votum. 113
Kenulphi Regis Charta. 114
Lotharii I. Imp. Placitum. 115
Ludovici Pii Imp. Praeceptum. 114
Pomponii L. Votum. 111
Rodulfi Regis Placitum. 116
Statii L. Titulus. 110

QUAESTIO

quae Dogma elucidat.

Aeternitate (de) Dei quid? 109

ERRONES

qui in Dogma impegisse feruntur.

Abaelardus Petrus. 91
Albanenses. 91
Ariani & Arius. 91
Aristoteles. 91
Arnaldus. 92
Ekardus. 91
Epicurus. 91
Hermas. 90
Hermogenes. 90
Manichaei. 91
Origenes. 91
Palamitae. 92
Philosophi Ethnici complurimi. 90
Philosophi Parisienses. 91
Plato. 90
Proclus. 91
Risvich Hermann. 91
Seleuciani. 90
Sociniani. 92
Socinus. 92
Steuchus Augustinus. 92
Wicleffus Joan. 92

E

DOGMA IV.

Essentia seu Natura Dei est perfectissima in omni genere entis. 73

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma.

Ii nempe, qui sparsim haec aut illa perfectissima Dei adtributa testantur.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illustrant Dogma.

Ea videlicet, quae pro variis Dei adtributis jam producta sunt, & deinceps producentur.

QUAESTIONES

quae Dogma elucidant.

Essentia Dei. Quid circa eam praesupponendum? 71. Ejus perfectio quanta & qualis? 73. Quae ejus essentia physica? 71. Quae metaphysica? 72. Haec dicit ne formaliter existentiam? 75.
Essentiae Dei Adtributa generatim sumpta. Quotuplex Adtributum? 77. Includuntur illa formaliter in Essentia, aut contra? *ibid.* Ut ill a differant inter se & ab Essentia? 78. Ut ipsa de Deo praedicentur? 79.

ERRONES

qui in Dogma impegisse feruntur.

Aethiopes. 64
Aëtius. 64
Anaximenes. 64
Angelitae. 65
Anonymi TT. 70
Athenagoras. 68
Borrius Jo. Franc. 66
Damianistae. 65
Democritus. 64
Eunomius. 64
Gilbertus Porretanus. 69
Gualterus. 70
Heraclitus. 64
Joachimus Abbas. 69
Lactantius. 69
Marcus Varro. 65
Palamitae. 66
Palamitarum Pseudo-Synodi. 66.67
Plinius. 64
Scotus Joan. 70
Servetus Mich. 65
Sociniani. 65
Stilpo. 64
Stoici. 64
Stratto. 64
Tertullianus. 69
Thales Milesius. 64
Theodorus. 65
Theodosiani. 65
Viterbiensis Jacob. 70

Worſtius Conrad. 66
Xenophanes. 64
Zeno Eleates. 64

DOGMA V.

Exſiſtit Deus. 13

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma.

Ariſtoteles.)
Jamblichus.)
Plato.)(13
Plotinus.)
Tullius.)
Quibus jure adjiciendi quotquot pro alio quopiam Dei adtributo in Commentarii decurſu laudantur.

MONUMENTA ANTQUITATIS

quae illuſtrant Dogma.

Abaſonis Votum. 36
Adhalarvi Charta. 31
Aemilii Severiani Votum. 34
Agilulphi Regis Epigraphe. 25
Alphonſi IX. Reg. Hiſp. Signum. 28
Andegavenſes Formulae. 32
Annonii Chryſanti Titulus. 23
Anonymi Votum. 38
Anſemundi & Ansleobanae Charta. 27
Antiacis Titulus. 21
Aproniani Titulus. 18
Aureliani Titulus. 22
Aurelii Theodori Titulus 22
Baſilicae Liberianae Monimentum. 42. 43. 44
Baſilicae S. Paulli extra Urbem Monumenta duo. 45
Baſilicae S. Praxedis in Urbe Monimentum. 47
Baſilicae Vaticanae Monimentum. 46
Berengarii Regis Decretum. 31
Bernardi Comitis Donatio. 31
Bethlehemiticae Eccleſiae S. Mariae Monimenta in Valvis. 45. 46
Bononiae Titulus. 20
Caeſonii Salvii Titulus. 24
Calfurnii Votum. 39
Capitularium Francorum libri Monumentum. 48
Carae comparis Titulus. 23
Caroli Calvi Placitum 28
& Sigillum. 106
Caroli Magni Placitum 28
& Formula in Placitis. 31
Cawlatis Titulus. 22
Cecilii Maturi Lapis. 33
Childeberti III. Placitum. 28
Childerici III. Placitum. 28
Chilperici II. Placitum. 28
Chrotildis Charta. 31
Claromonte Inſcriptiones duae. 23
Claudiarinae Lapis. 40
Clodovei III. Placitum. 28
Clotarii I. Placitum. 28
Conradi I. Placitum. 28
Conſtantini Imp. Inſcriptio. 24
Dagoberti I. Diplomata duo 27
& Numus. 46
Divixtae Titulus. 15
Eccleſiae Ravennati facta Donatio. 30
Feliciſſimae & Paſtoris Titulus. 17
Flacillae Votum. 34
Flaviae Titulus. 17
Foedulae Titulus. 16
Frodgarii Donatio. 31
Fulvii Votum. 38
Gammonis Charta. 31
Gerbergae Donatio. 31
Hadriani Imp. Numus. 40
Henrici I. Imp. Placitum. 28
Hieroſolymitana Monimenta. 47. 48
Hilari Titulus. 15
Junii Aquilae Votum. 38
Jun. Baſſi Titulus. 16
Lotharii I. Placitum. 28
Ludovici Pii Placitum, 28
& Capitulare, & Chartae, 32
Luponis Placita. 31
M. AA. Titulus. 34
Manliae Titulus. 15
Marciani Titulus. 24
Menteſanorum Votum. 34
Miſſae de S. Martino particula. 32
Nicenae Synodi Documentum. 41
Niceronis Titulus. 21
Ottonis I. Imp. Placitum & Sigilla. 28 29. 30
Ottonis III. Imp. Sigillum. 30
Paldolfi, & Joannis Diploma. 31
Pippini Regis Aquit. Placitum. 28

Pippini Reg. Placitum. 28
Pontii Raymundi Teſtamentum. 31
Populeniae Titulus. 20
P. Qurtii Votum. 35
Primae Titulus. 21
Pyrami Lapis. 36
Ranimiri Jun. Reg. Hiſp. Signum. 28
Ruderici Gothi Reg. Hiſp. Numus. 49
Ruſticianae Titulus. 19
Sanctii Abarca Reg. Hiſp. Signum. 28
Sanctii Garſiae Reg. Hiſp. Signum. 28
Sep. Martini Inſcriptio. 37
Severiani Titulus. 18
Sinticii Titulus. 25
Soſſii Priſci Titulus. 17
Spanel dis Teſtamentum. 31
Stephani Vice-Com. Dotatio. 31
Succeſſorum plurium Caroli Magni Formula in Placitis. 31
Tarraconis Votum. 34
Theodorici Reg. Diploma. 27
Theodelendae Reginae Epigraphe. 25
Tigridis Titulus. 19
Titi Caſſii Votiva Inſcriptio. 33
Tranſmundi Placita. 31
Trebellii Lapis. 37
Vandemiri Placitum. 28
Velabrenſium Collegii Votum. 38
Vettiae Titulus. 14
Victoriae, ac Dativae Titulus. 21
Victorini Titulus. 21
Votum commune. 36

QVAESTIONES

quae Dogma elucidant.

Exſiſtentia Dei. Exſiſtit ne Deus? 13
Num & quatenus ea ſit demonſtrabilis? 52
Ipſa & Unitas Dei evidenter cognitae, num etiam fide divina credi debeant? 63
Exſiſtit Deus, num ſit veritas per ſe nota? 58
Ignorantia invincibilis de Exſiſtentia Dei eſt ne poſſibilis? 59

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Alexander. 3
Almaricus. 3
Anaxagoras. 3
Arcotheitae. 2
Aretinus Petrus. 4
Ariſtoteles. 2
Athei Clancularii. 6
Attius. 2
Baelius Petrus. 4
Beckerus Balthaſar. 6
Beuxblandus Adrianus. 6
Beza Theodorus. 3
Bion. 5
Bodinus Joannes. 5
Bohmius Joannes. 5
Browne Thomas. 5
Brunus Jordanus. 4
Caeſalpinus Andreas. 5
Calvinus Joannes. 5
Campanella Thomas. 5
Caramuel Joannes. 6
Cardanus Hieronymus. 6
Carteſius Renatus. 5
Caſinus. 2
Cato. 3
Clitomarus. 3
Combrigius. 3
Connor Bernardus. 5
Coornhert Thomas. 6
Cremoninus Caeſar. 5
Critias. 3
Cuffelerus Joannes Abraham. 5
Cuperus Franciſcus. 5
Diagoras. 2
Diogenes. 3
Dinanto (de) David. 3
Empedocles. 3
Epicurus. 3
Eraſmus Roterodamus. 6
Evehemerus. 2
Euripides. 3
Faſcinarii. 3
Geulingus Arnoldus. 5
Gomeſius Damianus. 6
Guillelmus Campellenſis. 7
Harduinus Ioannes. 5
Heraclitus. 3
Herbertus Eduartus. 5
Hippocrates. 3
Hobbeſius Thomas. 4 & 5
Hobburgius Chriſtianus. 5
Houtan (de la) Baro. 5
Hyppo. 3
Legni Julius aliique Socii. 4
Legni Silveſter. 4

Lipſius

Lipſius Juſtus. 6
Lucianus. 3
Lucretius. 3
Machiavellus Nicolaus. 6
Malebranchius. 5
Materialiſtae. 4
Melius. 2
Meyjerus Ludovicus. 6
Montanus Michael. 5
Morad ſeu Amurat. 6
Muſerini Mahumedani. 6
Ochinus Bernardinus. 3
Pantheiſtae noviſſimi. 4
Paracelſus Theophraſtus. 5
Periers (de) Bonaventura. 5
Perronius Jacob. 5
Plato. 3
Plinius Secundus. 3
Plutarchus. 3
Pogguis Franciſcus. 4
Polemo. 2
Politici. 4
Pomponatius Petrus. 5
Prodicus Ceus. 2
Protagoras. 2
Pyrrho. 2
Rabeleſius Franciſcus. 6
Ruggerius Coſmas. 5
Salviatus Bernardinus. 4
Scaliger Joſephus. 5
Scotiſtica Schola. 6
Sextus Empiricus. 3
Shaftesburienſis Comes. 5
Simon. 4
Socrates. 3
Spinoſa Benedictus. 4
Stellerus Joannes. 5
Stilpo. 2
Stoupa. 5
Strato Lampſacenus. 2
Theodorus. 2
Titus Livius. 3
Tolandus Joannes. 4 & 5
Tullius Cicero. 3
Tyndalus. 5
Valeus. 4
Valla Laurentius. 6
Valle (a) Gothofredus. 5
Van Leenhof Fridericus. 5
Vaninus Julius Caeſar. 4
Varro. 3
Voſſius Iſaac. 6
Wachterus Joannes Georguis. 5
Wegelius Valent. 5
Wilmotus Joannes. 5
Witichius Chriſtophorus. 5
Wolſtonus Thomas. 5

DOGMA VI.

Filius divinus eſt ſecunda perſona Trinitatis, Filius unigenitus Patri conſubſtantialis, Verbum & Sapientia Patris, Deus de Deo. 457

Anne principium Spiritus Sancti? Vide inferius ubi de *Spiritus Sancti principio*.

MONVMENTA ANTIQVITATIS *quae illuſtrant Dogma.*

Complurima quidem ſunt; ſed quae tamen alias meliori conſilio producenda duximus. 459

QVAESTIONES *quae Dogma elucidant.*

Filius divinus. Quae nomina ſingulariter ei adtribuantur? 457. Cur Verbum? 459

Ex quorum cognitione procedit? 460

ERRONES *qui in Dogma impegiſſe feruntur.*

Acaciani. 435
Aëtiani. 435
Alogi. 433
Ancyrana Pſeudo-Synodus. 437
Anonymi Orientales. 438
Antiochenae Pſeudo-Synodi Tres. 436 & 437
Arelatenſis Pſeudo-Synodus. 437
Arianae Factiones Tres. 435
Ariminenſis Pſeudo-Synodus. 437
Arius. 434
Arnobius. 448
Aſterius. 438
Athenagoras. 443
Autotheani. 441
Auxentius Mediolanenſis. 435
Baſilius Ancyranus. 435
Beza. 441
Bideitae, ſeu Duitae. 442
Bitterenſis Pſeudo-Synodus. 436
Budnaeitae. 441
Cajus Demophilus. 435
Calvinus. 440

Carienſis Pſeudo-Synodus. 437
Cerinthus. 433
Clemens Alexandrinus. 444
Conſtantinus Magnus. 450
CPnae Pſeudo-Synodi Tres. 436 & 437
Cyprianus (S.) 447
Cyrillus Hieroſolym. 435 & 454
Cyzicena Pſeudo-Synodus. 437
Danaeus Lambertus. 441
Deiſtae. 442
Donatus. 434
Dionyſius Alexandrinus. 445
Ebion. 433
Eleuſius Cyzicenus. 435
Eudoxius Antiochenus. 435
Eunomius Cyzicenus. 435
Euſebius Ceſarienſis. 451
Euſebius Samoſatenus. 435
Euzojus Antiochenus. 435
Gentilis Valentin. 441
Georgius Alexandrinus. 435
Georgius Laodicaenus. 435
Germinius Sirmienſis. 435
Godeſcalchus. 455
Gregorius Thaumaturgus (S.) 446
Hierax. 433
Hieroſolymitana Pſeudo-Synodus. 436
Irenaus (S.) 444
Juſtinus (S.) 443
Lactantius. 446
Lampſace na Pſeudo-Synodus. 437
Lucianus. 448
Macedonius CPnus. 435
Manichaei. 433
Marcellus Ancyranus. 452
Marcus Aretuſius. 435
Marius Victorinus. 455
Maximinus Arianus. 439
Melanchon. 439
Meletius Antiochenus. 435 & 453
Metangiſmonitae. 438
Metaphoriſtae. 442
Methodius. 448
Nicaena Pſeudo-Synodus. 437
Origenes. 444
Petavius Dionyſius. 456
Philippolitana Pſeudo-Synodus. 436
Pſeudo-Synodi plurimae. 436
Rupertus Abbas. 455
Semi-ariani. 435
Servetus. 439
Silvanus Tarſenſis. 435
Singedunenſis Pſeudo-Syn. 437
Sirmienſis Pſeudo-Sinod. 436 & 437
Sociniani. 441
Sophronius Pompejopolitanus. 435
Tertullianus. 446
Theognoſtus. 447
Theophilus. 444
Valens Murſanus. 435
Valentiniani. 433
Varimadus. 439
Uranius Tyrius. 435
Urſacius Singidonius. 435
Zeno (S.) 454

I

DOGMA VII.

Immenſus eſt Deus. 125

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma.

Aeſchylus.)
Ariſtoteles.)
Diogenes Cynicus.)
Heraclitus.)
Orpheus.)
Plotinus.)
Proclus.)(125
Pythagoras.)
Salluſtius.)
Seneca.)
Triſmegiſtus.)
Virgilius.)
Zeno.)

QVAESTIO

quae Dogma elucidat.

Immenſitate (de) Dei quid? 125

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Anonymi. 120
Averrhoes. 120
Baſilides. 119
Ebionaei. 118
Eraſmus. 120
Eugubinus. 120
Faſtidioſus. 120
Gnoſtici. 119
Hebraei Antiquiores. 118
Helxeus. 119

Ido-

Idololatrae Ethnici plurimi. 118
Manichaei. 119
Philoſophi Ethnici. 118
Platonici nonnulli. 118
Pleromatici. 119
Sociniani. 120
Stoici. 118
Talmudis Judaici Authores, & Sectatores. 119
Valdenſes. 120
Zeno & adſeclae. 118

DOGMA VIII.

Immutabilis eſt Deus. 128

SAPIENTES ETHNICI.

qui Dogma comprobant.

Alcinous.)
Ariſtoteles.)
Jamblichus.)
Philolaus.)
Plato.)(128
Plotinus.)
Proclus.)
Salluſtius.)
Simplicius.)
Triſmegiſtus.)

QUAESTIO.

quae Dogma elucidat.

Immutabilitate (de) Dei quid? 128

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Apollinariſtae. 123
Ariani. 122
Arius Sarmata. 123
Cajus. 123
Catholici Doctores aliqui. 125
Delphinus. 125
Eutychiani. 123
Euzonius. 123
Hofmannus Melchior. 123
Jacobus Syrus. 124
Julius. 123
Lactantius. 122
Langus Joannes. 123
Lucius. 123
Lutherus & multi Lutherani. 124
Lychetus. 125
Menas. 123
Muſculus Andreas. 124
Novatianus. 122
Secundinus. 123
Sociniani cum Crellio. 122
Socinus & Sociniani. 124
Stoici. 122
Talmudiſtae. 124
Theologaſter Calvinianus. 124
Theopaſchitae novi. 123
Theophronius. 123
Tertullianus. 122
Worſtius. 124

DOGMA IX.

Impoſſibilia non praecipit Dei Voluntas. Vide ſupra *Acquiſſimus eſt Deus.*

DOGMA X.

Incomprehenſibilis eſt Deus. 147

QVAESTIO

quae Dogma elucidat.

Incomprehenſibilitate (de) Dei quid? 147

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Anomaei, ſeu Eunomiani. 134

DOGMA XI.

Inviſibilis eſt Deus. 145

SAPIENS ETHNICUS

qui Dogma comprobat.

Plato. 146

MONVMENTVM ANTIQVITATIS

quod Dogma illuſtrat.

Ibbonis Epiſcopi Turonenſis Privilegium. 146

QVAESTIO

quae Dogma elucidat.

Inviſibilitate (de) Dei quid? 145

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Anonymi quidam. 133
Anonymus Epiſcopus. 133
Anthropomorphitae. 133
Auguſtinus (S.) 133

Basilides. 134
Beguardi, & Beguinae. 134
Celsus. 133
Idololatrae. 133
Justinus M. 134
Platonici nonnulli. 134
Sadocaei. 133

DOGMA XII.

Justus est Deus. 143

SAPIENTES ETHNICI

qui Dogma comprobant,

Ii sunt numero plurimi, quos *supra* indicavimus ubi de *Deo Aequissimo*, quosque dabimus *infra* Part. II. ubi de *aeternis praemiis ac suppliciis* & alias.

MONVMENTA ANTIQVITATIS

quae illustrant Dogma,

Ea pariter complurima sunt, *inferius* etiam iisdem in locis recensenda. 144

QVAESTIO

quae Dogma elucidat.

Justitia (de) Dei quid? 143

ERRONES

qui in Dogma impegisse feruntur.

Archontici. 131
Cajani. 131
Calvinus. 132
Impossibilistae. 132
Lolhardi. 132
Lutherus. 132
Marcionitae. 130
Sadocaei antiqui & recentes. 130
Simon Magus. 130
Socinus. 132
Stadinghi. 131
Talmudistae Judaei. 131
Zwingliani. 132

L

DOGMA XIII.

Liber est Deus. 233

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma.

Aristoteles, Hierocles, Jamblichus, Plato, Plotinus, Simplicius.)(234

QVAESTIONES

quae Dogma elucidant.

Libertas Dei. Quid circa eam praesupponendum? 233.
Libertas in actu primo. Quid ea sit? 235. Necessitatur ne Deus ad decernendum optimum? 236. A quo detriminetur ad elicienda decreta? 240
Libertas in actu secundo. Quid ea sit? 240. Liberum in Deo decretum quid sit? 241. An unicum, seu multiplex virtualiter in singulis providentiis? 244. Ex suis decretis quae in Deo laudabilitas? *ibid.*
Libertatis Dei Praefinitiones. Quid ipsae & quot? 246. Num sint in Deo absque laesione libertatis creatae? *ib.* Cujusmodi ipsae sint? 248
Reliquae concernunt adtributa divinae Aequitatis & Sanctimoniae.

ERRONES

qui in Dogma impegisse feruntur.

Abaelardus. 223
Anonymi. 223
Anonymi alii. 223
Aristoteles. 221
Averrhoes. 223
Avicenna. 223
Author & Sectatores Alcorani. 222
Author Theologiae Aegyptiorum. 223
Bucerus Martinus. 224
Calvinus. 224
Delphinus Joan. Antonius. 224
Democritus. 219
Empedocles. 219
Heraclitus. 219
Herodotus. 220
Hesiodus. 219
Hieronymus (S.) 223
Homerus. 220
Hosbertus. 223
Lucanus. 220
Lutherus. 224
Martialis. 220

Ovidius. 220
Philemon. 220
Plato. 220
Pseudo-Zoroaster. 220
Simplicius. 223
Stoici. 221
Talmudistae. 222
Trismegistus. 220
Virgilius. 220
Worstius. 224

M

DOGMA XIV.

Misericors est Deus. 135

MONVMENTA ANTIQVITATIS

quae illustrant Dogma.

Anonymi Lapis. 138
Caroli Calvi Placitum & Sigillum. 142
Caroli Magni Diplomata. 141. & 142
Clodovei Regis Diploma. 139
Conradi I. Imp. Diploma. 143
Foedulae Titulus. 137
Ludovici Balbi Praeceptum. 143
Lodovici Pii Praeceptum. 142
Megingozii Titulus. 139
Moschi Lapis. 138
Petri Notarii Lapis. 137
Pippini Reg. Privilegium. 141
Rustici Episcopi Lapis. 136
Theodorici Reg. Diploma. 140
Wulferi Reg. Privilegium. 140

QVESTIO

quae Dogma elucidat.

Misericordia (de) Dei quid? 135

O

DOGMA XV.

Omnipotens est Deus. 94

SAPIENTES ETHNICI

qui Dogma comprobant.

Callimachus.)
Epicharmus.) (94
Euripides.)
Homerus.)
Ovidius.)

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illustrant Dogma.

Agirardi Episcopi Privilegium. 99
Andegavensis Formula. 107
Appii Votum. 96
Athelberti Regis Placita duo. 96
Berengarii Regis Placitum. 116
Caroli Calvi Placita duo. 114
Aliud. 105
Sigillum. 109
Dagoberti I. Diploma. 97
Egigae Abbatis Placitum. 104
Frotarii Ep. Charta. 103
Hilduini Abbatis Charta. 103
Honoratae Lapis. 95
Inae Regis Privilegium & Charta. 99
Leonis P. III. Decretum. 96
Lotharii I. Placitum. 104
Ludovici Pii Chartae. 101
Ejusdem Praeceptum. 103
Offae Regis Placitum. 100
Palladii Episcopi Charta. 99

QVAESTIO

quae Dogma elucidat.

Omnipotentia (de) Dei quid? 94

ERRONES

qui in Dogma impegisse feruntur.

Abaelardus. 87
Anonymi plures Philosophi Parisiis. 89
Anonymus. 88
Ariani & Arius. 87
Aristoteles. 85
Arvernus Guillelmus. 88
Beza Theodorus. 90
Calvinus Joannes. 90
Colorbasii. 86
Ekardus. 89
Elymas. 86
Hebraei plurimi. 85
Heterodoxi generatim. 86
Hobbesius Thomas. 90
Hus Joannes. 90
Manichaei. 86
Marcion. *ibid.*
Marcosii. *ibid.*
Origenes. 86
Philosophi Ethnici. 85
Plato. 85

Pra-

Praga (de) Hieronymus . 90
Rabbini Judaei . 87
Seleuciani . 86
Sociniani nonnulli . 90
Stoica Secta . 90
Valdenſes Cathari Lugdunenſes . 88
Wicleffus Joannes . 89
Worſtius Conradus . 86

P

DOGMA XVI.

Pater aeternus eſt Deus, vere Pater aeterni Filii . 423. Anne & Principium Spiritus Sancti ? Vide *inferius* ubi de *Spiritus Sancti principio* .

MONUMENTA ANTIQVITATIS

quae illuſtrant Dogma .

Aethelredi Regis Diploma . 426
Diptychon Negelinianum . 427
Edigari Regis Praeceptum . 425
Florentini Lapis . 425
Nectarei Titulus . 425
Ordonii III. Regis Praeceptum . 426
Plura pro Chriſto Filio Dei poſtmodum adferenda . 425 & 426

QVAESTIONES

quae Dogma elucidant .

Pater aeternus . Quae nomina ei ſingulariter adtributa ? 423
Quo jure Ingenitus ? 430
Paternitatis quae proxima radix ? 431
Spiritum Sanctum producit ne per Filium? 432

DOGMA XVII.

Providentiſſimus eſt Deus . 278

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma .

Aphrodiſeus .
Architas .
Ariſtoteles .
Author libri de cauſſis . 279
Chryſippus .
Diphilus .
Epicharmus .
Galenus .
Hermes .
Heſiodus .
Hierocles .
Homerus .
Orpheus .
Ovidius .
Pindarus .
Plato . 279
Plautus .
Plotinus .
Pithagoras .
Seneca .
Simplicius .
Socrates .
Statius .
Thales .
Theophraſtus .
Timoleon .
Xenophon .
Zeno .

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illuſtrant Dogma .

Beornulfi Regis Charta . 114
Berengarii Regis Placitum . 284
Tum alia . *ibid.*
Caroli Calvi Praeceptum . 283
Caroli Magni Praeceptum . 280
Eadgari Regis Placitum . 285
& Charta . *ibid.*
Kenulfi Regis Placitum . 282
Lotharii Imp. Placitum . 282
Ludovici, & Lotharii Impp. Placitum . 282
Ludovici Pii Capitulare . 280
Ludovici Tranſmarini Regis Placitum . 284
Offae Regis Placitum . 283
Ordonii Regis Placitum . 284
Othonis Magni Placitum : 285
Othonis II. Placitum . 285
Pelagii Ep. Diploma . 285
Pippini Regis Aquitaniae Placitum . 283
Providentiae Vota Tria Ethnica . 286
Rudolfi Regis Placitum . 284
Sancii Regis Diploma . 284

QUAESTIONES

quae Dogma elucidant .

Providentia . Quid circa hoc adtributum praeſupponendum ? 278. Quid illa, & quo-

quotuplex? 288. Quo pacto univerſalis? *ib.* Quo infruſtrabilis & inevitabilis? 290
Deo libera, vel neceſſaria? 291
Providentia naturalis an differt a Fortuna? 292. poteſt conſiſtere abſque ſupernaturali? *ibid.* Poteſt ne eſſe ſpecialiter benefica? 293
Providentia phyſica per quid conſtituitur formaliter adaequate? 293. Ad eam ne ſpectat ſimplex intelligentia? 295 An ſcientia viſionis? 296. An imperium intellectuale Thomiſticum? *ibid.*
Providentia pure phyſica conſtituitur ne per ſcientiam mediam? 298
Providentia ſpecialis dirigitur per ſcientiam mediam? 299
Providentia conferens auxilium inefficax, aut negans efficax dirigitur ne a ſcientia media? 300
Providentia quaelibet quibus conſtat actibus? 302
Providentia phyſica quibus? 303. & *moralis generalis? ibid.* & *moralis ſpecialis? ib.*

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Abaelardus Petrus. 276
Albertus Epiſcopus Alberſtadenſis. 277
Ancipites. 269
Antifaticidi. 273
Ariſtoteles. 272
Athei. 269
Averrhoes. 273
Avicenna 273
Bajus Michael. 278
Bardeſanes. 275
Bocatius. 270
Caeſar Auguſtus. 273
Cardanus. 270
Ceccus Aſculanus. 276
Chryſippus. 269
Claudianus. 269
Damaſcenus (S.) Joannes. 277
Democritus. 269
Democriti Sectatores. 269
Empedocles. 271
Epicurus cum Schola ſua. 269
Euripides. 269
Fataliſtae ſeu Fatidici. 272
Gnoſtici. 275
Heraclitus. 269
Hieronymus (S.) 277
Janſenius Cornelius junior. 278
Labbadia Joannes. 277
Lucretius. 270
Mahumedes. 277
Menander. 269
Moyſes Rabbi. 274
Nemeſius. 277
Phariſaei. 273
Plato. 271
Plinius hiſtoricus. 270
Priſcillianiſtae. 276
Sadocaei. 274
Sceptici Pyrrhonici. 269
Simon Magus. 274
Sophocles. 269
Stoici. 270
Talmudiſtae. 274
Tullius. 270
Wicleffus Joan. 276

DOGMA XVIII.

Providentia praedeſtinans exſiſtit in Deo. 315

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma.

Plato. 315
Ceteros dabimus in Parte II. ubi de Beatitudine, ſeu de coelo Empyreo. *ib.*

QUAESTIONES

quae Dogma elucidant.

Providentia praedeſtinans. Quid circa eam praeſupponendum? 315
Quotuplex illa? 316. Unde certa, & libera praedeſtinato? *Ibid.* Num ab illa impraedeſtinabilis creatura aliqua? 317 Anne dependens a meritis, vel gratuita? 318 Quae illa virtus in Deo? 322. Quid de ejus cauſſis, & effectibus? *Ibid.* Quae cauſſae meritoriae ejuſdem? 323. Num aliae cauſſae in alio genere? 324 Qui effectus ejuſdem? *Ibid.*
Praedeſtinatorum liber, ſeu liber vitae quid? 325
Praedeſtinatorum numerus quis? *ibid.*

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Anonymi. 312
Anonymi alii. 312

Ar-

Arminiani. 313
Arminius Jacobus. 313
Basilidiani. 304
Beza Theodorus. 313
Bohemica Ecclesia. 313
Bradwardinus Thomas. 309
Calvinus. 312
Cathari. 309
Catharinus Ambrosius. 314
Dordrechtana Pseudo-Synodus. 313
Erigena Joannes. 307
Fatidici rigidi 304
Gallica Ecclesia Protestantium. 313
Gommaristae. 313
Godeschalcus. 308
Helvetica Ecclesia. 313
Honorius Augustudonensis. 309
Hus Joannes. 311
Jansenianus quidam Author. 315
Irreligionarii. 304
Lucidus. 305
Lutherus. 311
Manichaei. 304
Marcionitae. 304
Melancthon Philippus. 311
Origenes. 326
Palatina Ecclesia. 313
Pelagiani. 304
Piscator Joannes. 313
Praedestinatiani. 305
Prideaux Joan. 311
Roma (de) Augustinus. 311
Scoticana Ecclesia. 313
Semipelagiani. 304
Servetus Michael. 312
Socinus. 314
Supralapsarii. 313
Valentiniani. 304
Wicleffus Joannes. 310

DOGMA XIX.

Providentia Reprobans in Deo est. 330

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma.

Ii sunt, quos deinceps feret Pars II. ubi de Inferno Gehennali. 331

QUAESTIONES

quae Dogma elucidant.

Providentia Reprobans. Quid praesupponendum circa eam? 330. Quotuplex est? 331. In quo differat a Praedistinatione? *Ibid.* An sit ante peccatum finale absolute praevisum? 332. Qui libera reprobo? 335. Reprobos salvari qui Deus velit? 336. Heinc qui provideat cunctis reprobis media ad salutem sufficientia? 339. Quae causae hujus Providentiae? 341. Qui effectus? *Ibid.*
Reproborum Liber, seu Liber Mortis an in Deo? 342
Reproborum numerus quis? *ibid.*

ERRONES

qui in Dogma impegisse feruntur.

Beza Theodorus. 327
Calvinus Joannes. 326 & 327
Calviniana Schola. 327
Catechismus Jansenianus. 329
Gerberonius. 329
Godescalchus. 327
Hus Joannes. 327
Jansenistae veteriores. 329
Jansenius junior. 328
Irenaeus Paullus. 329
Lutherus. 326
Marcionitae. 326
Origenes. 326
Origenistae. 327
Praedestinatiani. 327
Quesnellus Paschalis. 329
Quesnelliani. 330
Raymundus Dionysius. 329
Roma (de) Augustinus. 327
Sovillacius. 329
Valentiniani. 326
Wicleffus. 327
Zanchius Hieronymus. 327

S

DOGMA XX.

Sanctissimus est Deus: unde non praefinit formalem peccati malitiam. 251 & 252

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma.

Antipater.
Architas.
Aristoteles.
Chrysippus. (252
Cleanthes.
Hierocles.
Jamblichus.
Maximus Tyrius.

Piſadaeus .)
Plato .)
Plotinus .)
Plutarchus .)
Proclus .)
Sextus Pythagor.)(252
Simplicius .)
Theoctiſtus .)
Triſmegiſtus .)

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illuſtrant Dogma .

Actoris Domitiae Lucillae votum . 256
Agelpergae Titulus . 255
Anonymi Lapis . 255
Anonymi Votum Apollini . 258
Anonymi Votum Minervae . 262
Ap. Paeti Votum . 261
Athelberti Regis Placitum . 265
Aurelii Alexandri Votum Genio . 262
C. Flaminii Votum . 257
C. Veratii Fauſtini Votum . 256
Caroli Magni Placitum . 266
Clodovei Magni Diploma . 265
Egfridi Regis Placitum . 265
Herculii Junioris Aug. Votum . 261
Kenredi Regis Placitum . 266
L. Paquedii Votum . 261
L. Valerii Votum . 257
Leonis & Maximilianetis Lapis . 256
M. Fulvii Votum . 261
M. Junii Votum . 259
M. Ulpii Verecundi Votum . 262
Nemoniae Votum . 258
Prunii Votum . 258
Sinenſis Lanx . 266
T. Flavii Ariſtionis Votum . 257
T. Flavii Votum . 260

QUAESTIO

quae Dogma elucidat .

Num Deus *praefiniat peccatum* ? 251

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur .

Aethiopes Philoſophi ac Poëtae . 224
Anonymi . 226
Archontici . 225
Ariſtoteles . 225
Calvinus . 228
Calviniana Schola . 228
Duplicis principii Adſertores . 225
Floriniani . 225
Gomariſtae . 229
Graeci Philoſophi & Poëtae . 224
Homines intelligentiae . 227
Libertini . 227
Lutherus . 227
Mahumedes . 228
Melanchthon Philippus . 228
Paullus Georgius . 230
Romani Philoſophi , & Poëtae . 224
Seleuciano-Hermiani . 225
Simon Magus . 225
Sociniani . 230
Talmudiſtae . 225
Theodorus Epiſcopus . 225
Thraces Philoſophi & Poëtae . 224
Zwinglius . 228

DOGMA XXI.

Scientiſſimus eſt Deus . 156

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma .

Aegyptii .)
Ariſtoteles .)
Diphilus .)
Empedocles .)(157
Epictetus .)
Euripides .)
Heſiodus . 156
Menander . 157
Orpheus . 156
Parmenides .)
Philemon .)
Plato .)
Plautus .)
Seneca .)(157
Stoici .)
Thales .)
Tullius .)
Xenophanes .)

QUAESTIONES

quae elucidant Dogma .

Scientiam Dei (circa) quid praeſuppo-
nendum ? 156
Scientia quotuplex in Deo ? 158
Stientiae tres praecipuae quo modo in-
ter ſe differant ? 159

Scientiae divinae quae proprietates? 160. Quodnam objectum materiale? 161. Quodnam formale? 162. Qui *sciat*, aut cognoscat se Deus intra se? 165. Quid de Dei scientis memoria? *ibid.* & Ideis? 166

ERRONES

qui in Dogma impegisse feruntur.

Albanenses. 155
Anonymi. 150. & 152. & 155
Anonymus. 155
Apulejus Lucius. 152
Aristoteles. 150
Averrhoes. 155
Carneades. 151
Crellius. 150
Lolhardi. 156
Lutherus. 156
Mahumedes. 154
Manichaei. 151
Marcion. 151
Maximus Tyrius. 152
Origenes. 152
Semipelagiani. 153
Smalcius. 156
Sociniani. 156
Socinus. 156
Talmudistae. 153
Theophronius. 152
Tullius. 151

DOGMA XXII.

Scientia naturalis & libera in Deo sunt. 167

QVAESTIONES

quae Dogma elucidant.

Scientia Simplicis intelligentiae quid sit? 168. Qui videat creaturas possibiles? 169. An causa directiva rerum, non vero scientia Visionis? 170
Scientia Visionis quid sit? 173. Qui videat futura absoluta contingentia? *ibid.* Qui futura nobis libera? 176
Scientia media directa. Quid de ea generatim? 179
Scientia late *media* num sit in Deo? 183
Scientia stricte *media*. Num praevideat futura libera conditionata independenter ab actuali decreto? 186. In quo videat futura conditionata? 193. Quid adtingat ex parte hypotesis, quid ex parte eventus? 194. Ejus usus ad quid deserviat? 194. & 195
Scientia media reflexa. Quid de ea generatim? 195. Num, & quo pacto sit in Deo? 195. In quo signo collocanda? 198. Quo pacto Deo libera? 200

DOGMA XXIII.

Simplicissimus est Deus. 93

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma

Aristoteles.)
Maximus Tyrius.)
Plotinus.)(93
Simplicius.)
Tullius.)

QUAESTIO

quae Dogma elucidat.

Simplicitate (de) Dei quid differendum? 93

ERRONES

qui in Dogma impegisse feruntur.

Algazel. 80
Anaxagoras. 80
Anaximenes. 80
Antrhopomorphitae antiquiores. 81
Antrhopomorphitae Novatores. 82
Arnaldistae. 87
Audius, vel Audaeus. 84
Bogomiles. 83
Crellius. 83
Democritus. 80
Dinantius David. 83
Epiphanius (S.) 85
Epicurei. 80
Hermiani. 81
Hobbesius Thomas. 83
Idololatrae. 80
Mahumedes. 81
Manichaei. 81
Melito Sardensis. 83
Philo Annius. 80
Plinius. 80
Pythagoras. 80
Rabbini Antiquiores. 80
Sadocaei. 80
Samaritani. 80.

Seleu-

Seleuciani. 81
Sophiſtae. 80
Stoica Secta. 80
Tertullianus. 84
Worſtius Conradus. 83

DOGMA XXIV.

Spiritus Sancti principium unicum Pater & Filius. 477

QVAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Spiritus Sancti Principium quodnam ſit? 477
Spiritus Sancti per quid Pater & Filius ſint principium? 481
Spiritum Sanctum num Pater & Filius aeque principaliter, & immediate producant? 482

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Anonymus Aurhor. 470
Anonymus alius. 476
Armeni. 474
Cazonovius Joannes. 477
Damaſcenus (S.) Joannes. 467
Eccleſia Graeca hodierna. 473
Epiphanius (S.) 466
Euthymius Zigabenus. 472
Francus Chriſtianus. 477
Gentilis Valentinus. 477
Graeci Anonymi. 468
Graeci poſteriores. 471
Jacobitae. 475
Joannes Monachus. 469
Macedoniani. 464
Maronitae. 475
Melchitae. 475
Monothelitae Anonymi. 467
Neſtoriani. 475
Neſtoriani Anonymi. 465
Nicephorus Calliſtus. 472
Nicetas. 472
Petrus Martyr. 477
Photius. 470
Ruchardus Joannes. 476
Ruſticus. 466
Sommerus Joannes. 477
Suriani. 475
Theodoretus. 466
Theophylactus. 472

DOGMA XXV.

Spiritus Sanctus eſt Deus, tertia Trinitatis Perſona, a Patre Filioque ſpirata. 492

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Aerea Tabula. 501
Anaglyphon buxeum. 502
Anaglyphon eboreum. 502
Anaglyphon eboreum aliud. 503
Anonymi Lapis. 498
Aureliae Epitaphium. 494
Cervoniae Lapis. 494
Eburnea Tabula Mediolanenſis. 503
Florentii Lapis. 497
Graeco-Moſcha Tabula. 503
Leopardi Lapis. 494
Marcianetis Lapis. 497
Muſiva Tabula Florentina. 503
Muſiva Tabula Ravennatenſis. 500
Muſiva Tabula Romana. 500
Picta Tabella coemeterialis. 503
Ranimiri II. Placita. 499 & 500
Salomonis Epiſcopi Aſturicenſis Charta. 499
Sancii Regis Diploma. 499
Victoriae Lapis. 496

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Spiritus Sanctus. Quae ei nomina ſpecialim adtribuantur? 492. Ex quo amore procedat? 503. Diſtingueretur ne realiter a Filio, ſi ab ipſo non procederet? 505

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Abaelardus Petrus. 489
Aëtiani. 485
Aëtius. 489
Anonymi.)
Anonymi alii.)(488
Anonymi alii.)
Anonymi rurſus. 489
Anonymi reliqui. 491
Apollinarius. 490
Arius. 487

Bideitae.)
Blandrata Georgius.)(489
Budnaeus.)
Cervaſus Mathias. 489
Cleopater. 488
Crellius. 489
David Franciſcus. 489
Deiſtae. 489
Donatus. 487
Dionyſius Alexandrinus. 486
Ebionitae. 484
Elceſaei. 490
Eraſmus. 491
Eunomius. 489
Familiani. 489
Farellus Guillelmus. 489
Fauſtus. 488
Francus Chriſtianus. 489
Frontones. 491
Hierax. 486
Lactantius. 486
Leovigildus Rex. 488
Macedoniani. 488
Macedonius. 489
Manichaei Anonymi. 490
Marcellus Ancyranus. 487
Montanus. 484
Ochinus Bernardinus. 489
Origenes. 485
Oſtorodus. 489
Paullus Samoſatenus. 486
Pierius. 486
Sadoceai. 483
Schlichtingius. 489
Servetani. 489
Servetus Michael. 489
Smalcius. 489
Sociniani. 489
Socinus. 489
Sommerus Joannes. 489
Tertullianus. 484
Sternberger Lucas. 489
Tranſilvani. 489
Valentinus. 484
Urbicus Potentinus. 487

DOGMA XXVI.

Trinus eſt Deus. 368

SAPIENTES ETHNICI

de quibus dubitatur an Dogma comprobent.

Aegyptii. 369
Amelius.)
Chalcidius.)
Damaſcius.)
Gemiſtus Pletho.)(370
Jamblichus.)
Numenius.)
Orpheus. 369
Parmenides. 369
Plato. 396
Plotinus.)
Porphyrius.)(370
Proclus.)
Pythagoras cum Schola ſua. 369
Theodorus. 370
Triſmegiſtus. 368
Zoroaſter. 369

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae Dogma illuſtrant.

Abrahami Pictura muſiva. 384
Aedmundi Regis Placitum. 383
Aethelmeri Regis Satrapae Placit. 383
Aethelredi Regis Diploma. 383
Agelpergae Titulus. 372
Anſelberti Lapis. 374
Arnulfi Regis Placitum. 380
Athelberti Placitum. 378
Benedicti Marmor. 374
Boſonis Regis Placitum. 380
Caroli Calvi Placitum. 380
Caroli Craſſi Praeceptum. 380
Caroli Magni Praecepta. 378 & 380
Caroli Simplicis Placitum. 381
Carolomanni Regis Placitum. 380
Clodovei Magni Placitum. 377
Conradi I. Placitum. 381
Crucis Lateranenſis Anaglyphon. 392
Dagoberti Regis Placitum. 378
Dominici Titulus. 373
Eburnea Tabula. 389
Eadredi Regis Placitum. 383
Egfridi Regis Placitum. 378
Eraclii Lapis. 375
Euſebii Marmor. 376
Geloirae Reginae Placitum. 381
Gennadii (S.) Epiſcopi Charta. 382
Gerbergae Reginae Placitum. 381
Guidonis Regis Placitum. 381
Henrici I. Imp. Placitum. 381
Hugonis Capeti Regis Diploma. 381
Kenredi Regis Praeceptum. 378

Lam-

Lamberti Imper. Placitum . 381
Ludovici Balbi Praeceptum . 380
Ludovici II. Placitum . 380
Ludovici Pii Placitum . 379
Ludovici Tranſmarini Placitum . 381
Monachorum quorumdam Charta . 383
Odonis Regis Placitum . 380
Ordonii II. Regis Placitum . 382
Ottonis I. Placitum . 381
Ottonis II. Placitum . 381
Ottonis III. Placitum . 381
Palladii Charta . 378
Paullini (S.) Carmina . 388
Pictura graeca ſingularis . 385
Pippini Regis Placita duo . 379
Quintiliani Titulus . 373
Remigii (S.) Teſtamentum . 377
Rodulfi Regis Placitum . 381
Rodulphi Reg. Italiae Placitum . 381
Sanctii Abarca Regis Aragonum Placitum & Signum . 382
Sigillum plumbeum . 391
Stephani Epiſcopi Charta . 383
Stephani Vicecomitis Charta . 383
Teſtium variorum Juramentum . 381
Teſtium aliorum Juramentum . 381 & 382
Zuenteboldi Regis Placitum . 381

QVAESTIONES

quae Dogma elucidant .

Trinitas . Circa ejus notionem & certitudinem quae praemittenda ? 368
Trinitatem adumbravit ne Mercurius Triſmegiſtus ? 368. An Aegyptii Philoſophi ? 369. An Zoroaſter ? *ibid.* An Orpheus ? *ibid.* An Pythagoras ? *ibidem* . An Plato ? *ibidem* . An Judaei ? 370
Cognoſci ne poteſt naturaliter ? 393. An nequit cognoſci, quod ſit contra principium illud, *quae ſunt eadem uni tertio , ſunt idem inter ſe?* 395 Poteſt ne cognoſci naturaliter poſt adceptam revelationem de Myſterio ? 396
Quae regulae ad recte, ſobrieque loquendum de Myſterio ? 397
Trinitatis Perſonae . Quae ipſarum identitas cum natura divina , & quae ab invicem diſtinctio ? 398. Quae inter ipſas & naturam diſtinctio ? 399.
Trinitatis Proceſſiones. Quid ipſae & quot? 402. Activa & paſſiva identificantur ? 403. De qua linea ſint ? 404. Undenam deſumatur earum diverſitas ? 405. Proceſſio Verbi cur ſit generatio , non autem Spiritus S? *ibid.* Quodnam principium *quo* proceſſionum ? 407. Quinam termini ? 409
Trinitatis Relationes . Quid iſtae & quot? 409. Differunt ne realiter ab Eſſentia , cum propriis exiſtentiis relativis & notionalibus ? 412. Et cum perfectione propria ? Et quali ? 413
Trinitatis Subſiſtentiae . Quid perſona divina ? 416. Ex integro ne quid poſitivum ? *ibid.* Conſtituitur per relativa , ſeu per abſoluta praedicata ? *ibid.* An perſona aliqua abſoluta praeter relativas ? 418
Trinitatis Proprietates adnexae . Quid de Notionibus ? 418. De Circuminſeſſionibus ? 419. De Miſſionibus ? 420

ERRONES

qui in Dogma impegiſſe feruntur .

Abaelardus Petrus . 366
Aconcius Jacobus . 360
Aelianus Nathanaël . 357
Aëtiani . 353
Anaſtaſius Imp. 354
Anonymus Anglus . 355
Anonymus alter . 360
Apollinariſtae . 353
Ariani . 363
Ariani novi . 357
Ariomanitae . 361
Arius . 352
Autotheani . 361
Beza Theodorus . 359
Blandrata . 360
Bodinus Joannes . 260
Bogomiles . 355
Calviniani nonnulli . 359
Calvinus . 357 & 363
Chilpericus Rex . 354
Crellius Joannes . 361
David Franciſcus . 360
Douſchius Theodorus . 357
Eraſmus . 355
Fauſtus Manichaeus . 351
Francus Sebaſtianus . 357
Franken Chriſtianus . 357

Gil-

Gilbertus Porretanus. 367
Godeſcalchus. 364
Goſlavius Adamus. 360
Gribaldini. 357
Heribertus. 355
Hermogeniani. 351
Hermogenes. 351
Heſuſſiani. 357
Jacobitae. 353
Joachimus Abbas. 367
Judaei Juniores. 350
Liſojus. 355
Lubienieskius Stanislaus. 361
Lutherus. 357
Mahumedes. 354 & 363
Maty Paullus. 362
Noëtus. 351
Patripaſſiani. 350
Paullianiſtae. 351
Paullus Georgius. 360
Philoſophi & Poëtae Ethnici. 349
Photiniani. 351
Priſcillianiſtae. 351
Ratramnus. 365
Roterodamus Eraſmus. 355
Ruzelius. 351
Sabelliani. 351
Sabellius. 357
Sandius Chriſtophorus. 361
Schegkius Jacob. 357
Schimbergius Theodoſius. 357
Servetani. 363
Servetus Michael. 356
Simon Magus. 360
Slichtingius Jonas. 361
Smalcius Valentinus. 460
Sociniani. 360
Socinianiſmi Adſeclae. 360
Socinus Fauſtus. 360
Socinus Laelius. 360
Sommerus Joannes. 360
Sonerus Erneſtus. 360
Stegman Joachim. 361
Sternbergenſes. 361
Tritheitae. 361
Valentiniani. 363
Volkelius Joan. 360
Volzogenius Joannes Ludovicus. 361
Zwicherus Daniel. 361

DOGMA XXVII.

Vita perfectiſſima Deus gaudet. 127

SAPIENTES ETHNICI
qui Dogma comprobant.
Ariſtoteles. Plato. Platonici reliqui. Plotinus. Tullius. 127

QUAESTIO.
quae Dogma elucidat.
Vita (de) Dei quid? 127

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.
Idololatrae fine numero. 121

DOGMA XXVIII.

Unus eſt Deus. 60

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant Dogma.
Ariſtoteles. Orpheus. Phocylides. Sophocles. Zeno. 60

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma,
Anonymi Lapis. 60
Euthychionis Titulus. 62
Placidiae Saxum. 61
Vitalii Epitaphium. 61

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.
Unitas Dei num & quatenus nobis nota? 60
Unitas Dei evidenter cognita, etiam ne fide divina credenda ſit? 63

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe ferantur.
Albanenſes. 11
Albigenſes. 12
Apellitae. 10
Baſilidiani. 10
Bideitae. 12
Blandratiſtae. 12

Borri Josephus Franciscus . 12
Cerdoniani . 10
Gentilis Joannes Valentinus . 12
Gnostici . 10
Goviezius Petrus . 12
Manichaei . 10
Marcionitae . 10
Philippus Quidam . 12
Polythei Ethnici generatim . 8 & 9
Priscillanistae . 10
Ruzelius . 11
Secundiani . 10
Tatiani . 10
Tritheitae . 11
Valentiniani . 10

DOGMA XXIX.

Voluntas perfectissima in Deo est. 201

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant Dogma .

Alcinous .)
Anaxagoras .)
Aristoteles .)
Cleanthes .)
Jamblichus .)
Numenius .)
Plato .)(202
Plotinus .)
Proclus .)
Pseudo-Zoroaster .)
Pythagoras .)(202
Sallustius .)
Simplicius .)

QUAESTIONES

quae Dogma elucidant .

Voluntas . Quid circa hoc Adtributum prae primis statuendum ? 201
De ejus Divisionibus quid ? 203
De Proprietatibus ? 205. Adfectionibus? 206. Actibus? 207. Virtutibus ? 208
Quodnam ejus objectum materiale ? 210
Quod formale ? 214
Num caussa rerum ? 216. Ejus Amor an aequalis respectu omnium creaturarum ? 217. An in ea Voluntate strictum odium inimicitiae adversus peccatores , praesertim reprobos in gehenna ? 218

ERRONES

qui in Dogma impegisse feruntur .

Aristoteles .)
Averrhoes .)
Avicenna .)(200
Porphyrius .)
Theophrastus.)

INDEX II.

SAPIENTUM ETHNICORUM.

A

Aegyptii Sophiſtae pro Scient. Dei 157 & Trinit. 369
Aeſchylus pro Immenſ. D. 125
Alcinous pro Immut. D. 128
Amelius pro Trinit. 370
Anaxagoras pro Volunt. D. 202
Antipater pro Sanct. D. 252
Alex. Aphrodiſeus pro Provid. D. 279
Architas pro Sanct. D. 252. & Prov. 279
Ariſtoteles pro Exſiſt. D. 13. pro Unitate 60 Simplic. 93 Aeternit. 109 Immenſit. 125 Vita 127 Immut. 128 Scient. 157 Volunt. 202 Libert. 234 Sanct. 252 Provid. 279
Author libri de cauſſis pro Provid. D. 279

C

Callimachus pro Omnip. D. 94
Chalcidius pro Trinit. 370
Chryſippus pro Sanct. D. 252 & Provid. 279
Cleanthes pro Volunt. D. 202 & Sanct. 252

D

Damaſcius pro Trinit. D. 370
Diogenes Cynicus pro Immenſ. D. 125
Diphilus pro Scient. D. 157 & Provid. 279

E

Empedocles pro Scient. D. 157
Epicharmus pro Omnip. D. 94 & Provid. 279
Epictetus pro Scient. D. 157
Euripides pro Omnip. D. 94 & Scient. 157

G

Galenus pro Provid. D. 279
Gemiſtus Pletho pro Trinit. 370

H

Heraclitus pro Immenſ. D. 125
Heſiodus pro Scient. D. 156 & Prov. 279
Hierocles pro Libertate D. 234 Sanct. 252 Provid. 279
Homerus pro Omnip. D. 94 & Provid. 279

I

Jamblichus pro Exſiſt. D. 13 Immut. 128 Volunt. 202 Libert. 234 Sanct. 252 Trinit. 370

M

Maximus Tyrius pro Simplic. D. 93 & Sanct. 252
Menander pro Scient. D. 157

N

NaſoOvidius pro Omnip. D. 94 & Prov. 279
Numenius pro Volunt. D. 202 & Trinit. 370

O

Orpheus pro Unit. D. 60 Immenſ. 125 Scient. 156 Provid. 279 Trinit. 369

P

Parmenides pro Aetern. D. 109 Scient. 159
Philemon pro Scient. D. 157
Philolaus pro Immut. D. 128
Phocylides pro Unit. D. 60
Pindarus pro Provid. D. 279
Piſadaeus pro Sanct. D. 252
Plato pro Exſiſt. D. 13 Aeternit. 109 Vita 127 Immutab. 128 Inviſib. 146 Scient. 157 Volunt. 202 Libert. 234 Sanct. 252 Prov. 279 Trinit. 369
Plautus pro Scient. D. 157 Provid. 279
Plotinus pro Exſiſt. D. 13 Simplic. 93 Aetern. 109 Immenſit. 125 Vita. 127 Immut. 128 Volunt. 202 Libert. 234 Provid. 279 Trinittae. 370 Sanctitate. 252
Plutarchus pro Sanct. D. 252
Porphyrius pro Trin. 370
Proclus pro Immenſit. D. 125 Immut. 128 Volunt. 202 Sanct. 252 Trin. 370
Pſeudo-Zoroaſter pro Volunt. D. 202

Pythagoras pro Immenſ. D. 125 Volunt. 202. Provid. 279 Trinit. 368
S
Salluſtius pro Immenſ. D. 125 Immut. 128 Volunt. 202
Seneca pro Immenſ. D. 125 Scient. 157 Prov. 279
Sextus Pythagoricus pro Sanct. D. 252
Simplicius pro Simpl. D. 93 Immut. 128 Volunt. 202 Libert. 234 Sanct. 252 Provid. 279
Socrates pro Prov. D. 279
Sophocles pro Unit. D. 60
Statius pro Prov. D. 279
Stoici pro Scient. D. 157
T
Thales Mileſius pro Scient. D. 157 Provid. 279
Theoctiſtus pro Sanct. D. 252
Theodorus pro Trin. D. 370
Theophraſtus pro Provid. D. 279
Timoleon pro Provid. D. 279
Triſmegiſtus pro Immenſit. D. 125 Immut. 128 Sanctit. 252 Trinit. 368
Tullius pro Exſiſt. D. 13 Simplic. 93 Aetern. 109 Vita 127 Scient. 157 Provid. 279
V
Virgilius pro Immenſ. D. 125
X
Xenophanes pro Scient. D. 157
Xenophon pro Provid. D. 279
Z
Zeno pro Unit. D. 60 Immenſ. 125 Provid. 279
Zoroaſter, vel Pſeudo-Zoroaſter pro Trin. 369

INDEX III.

MONUMENTORUM ANTIQUITATIS.

A

Abrahami Pictura pro Trinit. 383
Abſonis Votum pro Exſiſtentia Dei. 36
Actoris Domitiae Lucillae Votum pro Sanctit. D. 257
Adhalarvi Charta pro Exſiſtentia D. 31
Aedmundi R. Plac. pro Trin. 383
Aemilii Severiani Votum pro Exſiſtentia Dei. 34
Aerea Tabula Victoria pro Sp. S. 501
Aethelmer Reg. Satrapae Plac. pro Trin. 383
Aethelredi R. Dipl. pro Trin. 383 pro Patre. 426
Agelpergae Titulus pro Sanctit D. 255
Agiluſphi Regis Epigraphe pro Dei Exſiſtentia. 25
Agirardi Ep. Privilegium pro Omnip. Dei. 99
Alphonſi IX. R. Hiſp. Signum pro Exſiſtentia Dei. 28
Anaglyphum buxeum pro Sp. S. 502
Anaglyphum eboreum pro Sp. S. 502
Anaglyphum aliud eboreum pro Spir. Sancto 503
Andegavenſes Formulae pro Exſiſt. Dei. 32 Alia ex iis pro Omnip. Dei 107
Annonii Chryſantii Titulus pro Exſiſtentia Dei. 23
Anonymi Lapis pro Unitate Dei. 60 & Sanctit. 255
Anonymi Lapis pro Aetern. D. 112
Anonymi Lapis pro Miſeric. D. 138
Anonymi Lapis pro Sp. S. 498
Anonymi Votum pro Exſiſtentia Dei. 38
Anſemundi & Ansleobanae Charta pro Exſiſtentia Dei. 27
Anſelberti Lapis pro Trin. 374
Antiacis Titulus pro Exſiſtentia Dei. 21
Ap. Paeti Votum pro Sanctit. Dei 261
Appii Votum pro Omnip. D. 96
Aproniani Titulus pro Dei Exſiſtent. 18
Arnulfi R. Plac. pro Trin. 380
Aſelii Lapis pro Aetern. D. 110
Athelberti Regis Placita pro Omnip. Dei. 96 Sanct. 265 & Trin. 378
Aureliae Epitaphium pro Sp. S. 494
Aureliani Titulus pro Exſiſtentia Dei. 22
Aurelii Alexandri Votum Genio pro Sanct. Dei. 262
Aurelii Theodori Titulus pro Exſiſtentia Dei. 22

B

Baſilicae Liberianae Monumentum pro exiſt. Dei. 42. 43. 44
Baſilicae S. Paulli extra Urbem Monimenta duo pro Exſiſtentia D. 45
Baſilicae S. Praxedis in Urbe Monimentum pro Exſiſtentia D. 47
Baſilicae Vaticanae Monimentum pro Exſiſt. Dei, aliiſque dogmatis. 46
Beornulfi Charta pro Aetern. D. 114 & Provid. *ibid.*
Berengarii R. duo Placita pro Aetern. D. & Divinitate Jeſu-Chriſti. 116 aliud pro Omnip. & Aetern. D. *ibid.* pro Prov. 284
Bernardi Comitis Donatio pro Exſiſtentia Dei. 31
Bethlehemiticae Eccleſiae S. Mariae Monimenta pro Exſiſt. Dei, intra Baſilicam. 41 & in valvis 45. 46
Bononiae Titulus pro Exſiſtentia D. 20
Boſonis R. Placit. pro Trin. 380

C

Caeleſtii Votum pro Sanctit. D. 257
Caeſonii Salvii Titulus pro Exſiſtentia Dei. 24
Calfurnii Votum pro Exſiſtentia D. 40
Candoli Placitum pro Exſiſtentia D. 31
Capitularium Francorum Libri Monumentum pro Exſiſt. D. 48

Carae Comparis Titulus pro Exſiſt. D. 24
Caroli Calvi Regis pro Exſiſt. D. Placitum 28 & Sigillum 106 tum Placita pro Omnip. 104 & 105 Placit. & Sigillum pro Miſeric. 142 Placit. pro Provid. 283
Caroli Craſſi Praecept. pro Trin. 380
Caroli Magni Placita pro Exſiſt. Dei. 28. 31. pro Aeter. 113 Miſeric. 141 Provid. 280 Trin. 380
Caroli Simplicis Plac. pro Trin. 371
Carolomanni Imp. Placit. pro Trin. 380
Cawlatis Titulus pro Exſiſt. D. 22
Cecilii Maturi Lapis pro D. Exſiſt. 33
Cervoniae Lapis pro Sp. S. 494
Childeberti III. Placitum pro Exſiſtentia Dei. 28
Childerici III. Placitum pro Exſiſtentia Dei. 28
Chilperici II. Placitum pro Exſiſtentia Dei. 28
Chrotildis Charta pro Exſiſtentia Dei. 31
Claromontana duplex Inſcriptio pro Exſiſtentia Dei. 23
Claudiarinae Lapis pro Exſiſtentia D. 40
Clodiae Votum pro Aetern. Dei 112
Clodovei III. Placitum pro Exſiſtentia Dei. 28
Clotarii I. Placitum pro Exſiſtentia Dei. 28
Clodovei M. Dipl. pro Sanct. D. 265 pro Trin. 377
Conradi I. Placitum pro Exſiſtentia Dei. 28 pro Trin. 381
Conſtantini Imp. Inſcriptio pro Exſiſtentia Dei. 24
Crucis Lateranenſis Anaglyphon pro Trin. 392
C. Veratii Fauſtini Votum pro Sanct. Dei. 236

D

Dagoberti I. Diplomata pro Exſiſtentia D. 27 Numus 46 Dipl. pro Omnip. 97 pro Trin. 378
Devixtae Titulus pro Exſiſtentia D. 15
Diptychon Negelinianum pro Perſona Patris. 427
Dominici Titulus pro Trin. 373

E

Eadgari R. Placit. pro D. Prov. 285
Eadredi R. Plac. pro Trin. 383
Eburnea Tabula pro Sp. S. 503
Eccleſiae Ravennati facta Donatio pro Exſiſtentia Dei. 30
Edigari R. Praeceptum pro Perſona Patris. 426
Egfridi R. Placitum pro Sanctit. D. 265
Egigae Abbat. Placitum pro Omnip. Dei. 104
Euſebii Marmor pro Trin. 386
Eutychionis Lapis pro Unitate Dei. 62

F

Feliciſſimae & Paſtoris Titulus pro Dei Exſiſtentia. 17
Flacillae Votum pro Exſiſtentia D. 34
Flaminii Teleſphori Votum pro Sanct. Dei. 257
Flaviae Titulus quo Exſiſtentia Dei. 17
Flaviani Votum pro Aeternitate D. 113
Florentii Lapis pro Sp. S. 497
Florentini Lapis pro Perſona Patris. 425
Foedulae Titulus pro Exſiſtentia Dei. 16. & pro Miſericord. 137
Frodgarii Donatio pro Exſiſtentia D. 31
Fulvii Votum pro Exſiſtentia Dei. 38

G

Gammonis Charta pro Exſiſtentia D. 31
Geloirae Reginae Plac. pro Trin. 382
Gennadii Ep. Charta pro Trin. 382
Gerbergae Reginae Donatio pro Exſiſtentia Dei. 31 Plac. pro Trin. 381
Graeco-Moſcha Tabula pro Sp. S. 503
Guidonis R. Plac. pro Trin. 380

H

Hadriani Imp. Numus pro Exſiſtentia Dei. 40
Henrici I. Imp. Placitum pro Exſiſtentia Dei. 28 pro Trin. 381
Heraclii Lapis pro Trin. 375
Herculii junioris Aug. Votum pro Sanctit. D. 261
Hieroſolymitana Monimenta pro Exſiſtentia Dei. 47. 48
Hilarii Titulus pro Exſiſtentia Dei. 15

Hilduini Abbat. Charta pro Omnip. Dei. 103
Honoratae Lapis pro Dei Omnip. 95 pro Aeternit. 110
Hugonis R. Placitum pro Aeternit. Dei. 116
Hugonis Capeti R. Dipl. pro Trin. 381

I

Ibbonis Epiſc. Charta pro Inviſibilitate Dei. 146
Ildefonſi R. Hiſpan. Signum pro Exſiſtentia Dei. 28
Inae Regis Privilegium pro Omnip. D. 99. alia Charta. *ibid.*
Julii C. Valentini Votum pro Aetern. Dei. 113
Jun. Baſſi Titulus pro Exſiſtentia D. 16
Junii Aquilae Votum pro Exſiſtentia Dei. 38

K

Kenredi R. Placitum pro Sanctit. D. 266
Kenulfi Regis Placitum pro Aetern. D. 114 & Provid. 282

L

Lamberti Imp. Plac. pro Trin. 381
Leonis Papae III. Decretum pro Omnipot. D. 96
Leonis & Maximilianetis Lapis pro Sanct. D. 256
Leopardi Lapis pro Sp. S. 494
Lotharii I. Placitum pro Exſiſtentia D. 28. Omnip. 104 Aeternitate & Divinitate Jeſu Chriſti Placitum & Sigillum. 115
Lotharii R. Italiae Placitum pro Aetern. Dei. 116
Lotharii Placitum pro D. Prov. 282
L. Junii Votum pro Sanct. D. 263
Ludovici Balbi Praeceptum pro Miſeric. Dei 143 pro Trin. 380
Ludovici II. Plac. pro Trin. 380
Ludovici & Lotharii Placitum pro Dei Prov. 282
Ludovici Pii Placitum pro Dei Exſiſtentia. 28 tum Capitulare & Chartae 32. pro Omnip. 101 aliud Praeceptum. 103 pro Aetern. 114 Miſeric. 142 Provid. 280
Ludovici Tranſimarini R. Placitum pro D. Prov. 285 pro Trin. 381
L. Valerii Votum pro Sanct. D. 261

M

Manliae Titulus pro Exſiſtentia Dei. 15
M. AA. Titulus pro Exſiſtentia Dei. 33
Marcianetis Lapis pro Sp S. 497
Marciani Titulus pro Exſiſtentia Dei. 24
M. Fulvii Votum pro Sanct. D. 261
M. Junii Votum pro Sanct. D. 259
M. Ulpii Verecundi Votum pro Sanct. Dei. 262
Megingozii Titulus pro Miſericordia Dei. 139
Menteſanorum Votum pro Exſiſtentia Dei. 34
Monachorum quorundam Charta pro Trin. 383
Mozarabica Oratio pro Exſiſtentia Dei. 32
Muſiva Tabula Florentina pro Sp. S. 503
Muſiva Tabula Ravennatenſis pro Sp. Sanct. 500
Muſiva Tabula Romana pro Sp. S. 500

N

Nectarei Titulus pro Perſona Patris. 425
Nemoniae Votum pro Sanctit. D. 258
Nicaenae Synodi Documentum pro Exſiſt. Dei. 41
Nicerotis Titulus pro Exſiſtentia D. 21

O

Odonis R. Plac. pro Trin. 380
Offae Regis Placitum pro Omnip. Dei 100 & Prov. 283
Othonis M. Placitum pro D. Prov. 285
Othonis I. Imp. Placitum & Sigilla pro Exſiſtentia D. 28. 29. 30 pro Trin. 381
Othonis II. Placit pro D. Prov. 285 pro Trin. 381
Othonis III. Imp. Sigillum pro Exſiſtentia D. 30 Plac. pro Trin. 381 Patre 426
Ordonii R. Placitum pro D. Prov. 284 pro Trin. 382

P

Paldolfi & Joannis Diploma pro Exſiſtentia Dei. 31
Palladii Charta pro Omnip. D. 99.

Pelagii Epiſc. Dipl. pro D. Prov. 285
Petri Notarii Lapis pro Miſericordia Dei. 137
Picta Tabella pro Sp. S. 503
Pippini Placitum pro Miſer. D. 141
Pippini R. Aquit. Placitum pro Exſiſtentia Dei. 28 pro Prov. 283
P. Qurtii votum pro Exſiſtentia D. 35
Placidiae Lapis pro Unitate Dei. 61
Pomponii L. votum pro Aetern. D. 111
Pontii Raymundi Teſtamentum pro Exſiſtentia Dei. 31
Populeniae Titulus pro Exſiſtentia D. 20
Primae Titulus pro Exſiſtentia Dei. 21
Providentiae Vota tria ethnica pro D. Prov. 286
Prunii Votum pro Sanctit. D. 258
Pyrami Lapis pro Exſiſtentia Dei. 36

Q

Quintiliani Titulus pro Trinit. 373

R

Ranimiri Jun. R. Hiſp. Signum pro Exſiſtentia Dei. 28
Ranimiri II. Plac. pro Sp. S. 499 & 500
Remigii (S.) Teſtamentum pro Trin. 377
Rodulfi R. Placitum pro Aetern. D. 116 pro Trin. 381
Ruderici Gothi, R. Hiſp. Numus pro Exſiſt. Dei. 49
Rudolfi R. Placitum pro D. Prov. 284 pro Trin. 381
Ruſticianae Titulus pro Exſiſtentia Dei. 19
Ruſtici Ep. Lapis pro Miſericordia D. 136

S

Salomonis Epiſc. Charta pro Sp. S. 499
Sancii R. Dipl. pro D. Prov. 284 & pro Sp. S. 499
Sanctii Abarca R. Hiſp. Signum pro Exſiſtentia Dei. 28 Plac. pro Trin. 382
Sanctii Garſiae R. Hiſp. ſignum pro Exſiſtentia Dei. 28
Sep. Martini Inſcriptio pro Exſiſtentia Dei. 37
Severiani Titulus pro Exſiſtentia D. 18
Sinenſis Lanx pro Sanctit. Dei. 266
Sinticii Titulus pro Exſiſtentia Dei. 25
Stephani Ep. Charta pro Trin. 383
Stephani Vicecom. Dotatio pro Exſiſtentia Dei. 31 pro Trin. 383
Soſſii Priſci Titulus pro D. Exſiſtentia. 17
Spaneldis Teſtamentum pro Exſiſt. D. 31
Statii L. Titulus pro Aeternit. D. 110

T

Tarraconis Votum pro Exſiſtentia D. 34
Teſtium variorum Juramenta pro Trinitate. 381
Teſtium aliorum Juramenta pro Trinitate. 381 & 382
Theodelendae Reginae Epigraphe pro Dei Exſiſtentia. 25
Theoderici Regis Diploma pro Exſiſtentia Dei 28 & Miſeric. 140
Tigridis Lapis pro Exſiſt. D. 19
Titi Caſſii votiva Inſcriptio pro Exſiſtentia Dei. 33
T. Flavii Ariſtionis Votum pro Sanctit. Dei. 257
T. Flavii Votum pro Sanct. Dei. 260
Tranſmundi Placita pro Exſiſtentia D. 31
Trebellii Lapis pro Exſiſtentia D. 37
Tulliae Titulus pro Exſiſtentia D. 16

V

Vandemiris Placitum pro Exſiſtentia Dei. 28
Velabrenſium Collegii Votum pro Exſiſtentia D. 38
Vettiae Titulus pro Exſiſtentia D. 14
Victoriae ac Dativae Titulus pro Exſiſtentia Dei. 21
Victoriae Lapis pro Sp. S. 496
Victorini Titulus pro Exſiſtentia D. 21
Vitalii Lapis pro Unitate Dei. 61
Votum commune pro Exſiſtentia D. 36
Wlferi R. Placitum pro Miſer. D. 140

Z

Zuenteboldi R. Plac. pro Trin. 381

INDEX IV.

QUAESTIONUM.

A

Aequissimus Deus quum sit, praefinit ne supplicia transgressioni praeceptorum de re impossibili adfixa? 251
Aeternitate (de) Dei quid? 109
Aseitate (de) Dei quid? 108

E

Essentia Dei. Quid in disputatione de ea praesupponendum? 71
Reliquae spectantes *Essentiam* Dei indicantur *supra* 510
Exsistit ne Deus? 13
Reliquae spectantes *Exsistentiam Dei* habentur *supra* 512

F

Filius divinus. Quae ei nomina singulariter adtribuantur? 457
Reliquae *Filium* spectantes, *supra* 513

I

Immensitate (de) Dei quid? 125
Immutabilitate (de) Dei quid? 128
Incomprehensibilitate (de) Dei quid? 147
Invisibilitate (de) Dei quid? 145
Justitia (de) Dei quid? 143

L

Libertas Dei. Quid circa eam praesupponendum? 233
Reliquae *Libertatem Dei* spectantes, *supra* 516

M

Misericordia (de) Dei quid? 135

O

Omnipotentia (de) Dei quid? 94

P

Pater aeternus. Quae ei nomina singulariter adtributa? 423
Reliquae *Patrem aeternum* concernentes, *supra* 518
Providentia Dei. Quid circa eam praesupponendum? 278
Reliquae *Providentiam* Dei elucidantes, *supra* 518. 519
Providentia Praedestinans. Quid circa eam praesupponendum? 315
Reliquae hanc *Providentiam* concernentes innuuntur *supra* 519
Providentia Reprobans. Quid praesupponendum circa eam? 330
Reliquae ipsam spectantes *Providentiam* indicantur *supra* 520

S

Sanctissimus Deus quum sit, praefinit ne peccatum? 251
Scientia Dei. Quid circa eam praesupponendum? 156
Reliquae *Scientiam Dei* elucidantes indicantur *supra* 521 & 522
Simplicitate (de) Dei quid? 93
Spiritus Sancti Persona. Quae ei nomina speciatim adtribuantur? 492
Reliquae ipsam *Personam* spectantes, *supra* 523
Spiritus Sancti Principium. Quod illud? 477
Reliquae hoc *principium* concernentes, *supra* 523

T

Trinitas Dei. Circa ejus notionem ac certitudinem quae praemittenda? 368
Reliquae *Trinitatem* Dei spectantes, *supra* innuuntur 525

V

Vita (de) Dei quid? 127
Vnitas Dei num & quatenus nobis nota, & credenda? 60 & 63
Voluntas Dei. Quid circa eam prae primis statuendum? 201
Reliquae hanc *Voluntatem* elucidantes, *supra* 527

INDEX V.

ERRONUM.

A

Abaelardus Petr. in D. Omnipot. 87. Aeternit. 91 Libert. 223 Prov. 276 Trinit. 366
Acaciani in Fil. 435
Aconcius Jacob. in Trin. 360
Aelianus Nathanaël in Trin. 357
Aethiopes Philoſophi in D. Eſſent. 64 & Sanctit. 224
Aëtiani in Trin. 353. in Fil. 435 in Sp. S. 488
Aëtius in Dei Eſſent. 64
Albanenſes in Dei Unitatem 11. Aenit. 91. Scient. 155.
Albertus Epiſc. in D. Prov. 277
Albigenſes in Dei Unitatem 12
Alcorani Author & Sectatores in decreta Dei aeterna. 222
Alexander in Dei Exſiſtentiam. 3
Algazel in D. Simplicitatem. 80
Almaricus in Dei Exſiſtentiam. 3
Alogi in Filium. 433
Amantius in Sp. S. 488
Anaſtaſius Imp. in Trin. 354
Anaxagoras in Dei Exſiſtentiam. 3
Anaximenes in Dei Eſſent. 64
Ancipites in div. Prov. 369
Ancyrana Pſeudo-Syn. in Fil. 437
Angelitae in Dei Eſſentiam. 65
Anomaei in D. Incomprehenſ. 134
Anonymi in Libert. D. 333
Anonymi Philoſophi in D. Omnip. 89
Anonymi in D. Immenſit. 130
Anonymi in D. Inviſib. 133
Anonymi in D. Scient. 150 & 152 & 155
Anonymi in D. Sanct. 336
Anonymi in D. Praedeſtinat. 313
Anonymi alii in D. Praedeſt. 313
Anonymi Orientales in Fil. 438
Anonymi in Sp. S. 488
Anonymi rurſus in Sp. S. *ibid.*
Anonymi alii in Sp. S. *ibid.*
Anonymi in Sp. S. 491
Anonymus Epiſcopus in D. Inviſib. 133
Anonymus in D. Omnip. 88
Anonymus in D. Scient. 155
Anonymus in Trin. 355
Anonymus alter in Trin. 360
Anonymus in principium Sp. S. 376
Anthropomorphitae in D. Simplicitatem 81. & Inviſib. 133
Anthropomorphitae Novatores in D. Simplic. 11 82
Antifatidici in div. Prov. 273
Antiochena Pſeudo-Synod. in Fil. 435
Antiochena altera in Fil. 436
Antiochena alia in Fil. 437
Apellitae in Dei Unitatem. 10
Apollinariſtae in div. Immutab. 123
Apollinarius in Sp. S. 488
Apulejus Lucius in div. Scient. 152
Archontici in div. Juſtit. 131 & Sanctit. 225
Arcotheitae in Dei Exſiſtentiam. 2
Arelatenſis Pſeudo Synod. in Fil. 437
Aretinus Petr. in Dei Exſiſtentiam. 4
Arianae Factiones tres in Fil. 435
Ariani & Arius in div. Omnipot. 87
Ariani in div. Immutab. 122
Ariani novi in Trin. 357
Ariminenſis Pſeudo-Syn. in Fil. 437
Arſiomanitae in Trin. 361
Ariſtoteles in Dei Exſiſtentiam. 3 Libert. 221 Omnipot. 85 Scient. 150 Sanctit. 223
Arius in Trin. 352 in Fil. 434
Armeni in princip. Sp. S. 474
Arminiani in div. Praedeſtin. 313
Arnaldiſtae in div. Simplicitatem. 83
Arnaldus in div. Aetern. 92

Arnobius in Fil. 448
Arvernus Guill. in div. Omnip. 88
Aſclepiades in Sp. S. 488
Aſterius in Fil. 438
Athei in div. Exſiſt. 2 ſqq. & Prov. 269
Athenagoras in Dei Eſſentiam. 68 & in Fil. 443
Attius in D. Exſiſt. 2
Audius in div. Simplicitatem. 84
Auguſtinus (S.) in div. Inviſib. 133
Author Theol. Aegyptiorum in Libert. div. 223
Autotheani in Trin. 361 & in Fil. 441
Averrhoes in div. Scient. 155 Provid. 273 & Libert. 223
Avicenna in Libert. div. 223 & Provid. 273
Auxentius Mediolanenſis in Fil. 435

B

Baelius Petr. in Dei Exſiſtentiam. 4
Bajus Mich. in D. Aequit. 232 & Provid. 278
Bardeſanes in div. Prov. 275
Baſilides in div. Immenſit. 119. & Inviſib. 134
Baſiliani. V. Bogomiles.
Baſilidiani in Dei Unitatem 10 & Praedeſt. 304
Baſilius Ancyranus in Fil. 435
Beckerus Balth. in Dei Exſiſtentiam. 6
Beguardi & Beguinae in D. Inviſib. 134
Beuxblandus Adrian. in Dei Exſiſtentiam. 6
Beza Theodor. in Dei Exſiſtentiam. 3 Omnip. 90 Praedeſt. 313. Reprob. 327 Trin. 359 & Fil. 441
Bideitae in Dei Unitatem. 12 Fil. 442 Sp. S. 489
Bion in Dei Exſiſtentiam. 2
Biterrenſis Pſeudo-Synod. in Fil. 437
Blandrata Georg. & Blandratiſtae in Dei Unitatem. 12 Trin. 360 Sp. Sanct. 489
Bocatius in div. Prov. 270
Bodinus Jo. in Dei Exſiſtentiam. 5
Bogomiles in div. Simplicitatem. 83
Bohemica Eccleſia in D. Praedeſt. 313
Bohmius Jo. in Dei Exſiſtentiam. 5
Borri Joſ. Fr. in Dei Unitatem. 12 & Eſſentiam. 66
Bradvvardinus Thom. in div. Praedeſtinat. 309
Brovvne Thom. in Dei Exſiſtentiam. 5
Brunus Jordanus in Dei Exſiſtentiam. 4
Budnaeitae in Fil. 441
Budnaeus in Sp. S. 489

C

Caeſalpinus Andr. in Dei Exſiſtentiam 5
Caeſar Auguſtus in div. Prov. 273
Cajani in div. Juſt. 131
Cajus Demophilus in Fil. 435
Calviniana ſchola in div. Sanct. 228 & 229 & Reprob. 327
Calviniani nonnulli in Trin. 359
Calvinus Jo. in Dei Exſiſtentiam 3 Omnip. 90. Juſt. 132. Libert. 224 Praedeſt. 312 Reprob. 336 337 Trin. 358 Fil. 440
Campanella Thomas in Dei O. M. Exſiſtentiam. 5
Caramuel Jo. in Dei Exſiſtentiam. 6
Cardanus Hieron. in Dei Exſiſtentiam. 6 & Prov. 270
Carienſis Pſeudo-Synod. in Fil. 437
Carneades in div. Scient. 151
Carteſius Renat. in Dei Exſiſtentiam. 5
Caſinus in Dei Exſiſtentiam. 2
Cathari in div. Pradeſt. 309
Catharinus Ambroſ. in div. Praedeſt. 314
Catholici Doctores aliqui in div. Immut. 125
Cato in Dei Exſiſtentiam. 3
Cazonovius Joan. in principium Sp. Sancti. 477
Ceccus Aſculanus in div. Prov. 276
Celſus in div. Invifib. 133 & Scient. 151
Cerdoniani in Dei Unitatem. 10
Cerinthus in Perſon. Filii. 433
Cervaſius Matthias in Sp. S. 489
Chryſippus in div. Prov. 269
Claudianus in div. Prov. 269
Clemens Alex. in Fil. 444

Cleo-

Cleopater in Sp. S. 488
Clitomarus in Dei Exſiſtentiam. 3
Colorbaſii in div. Omnipot. 86
Combrigius in Dei Exſiſtentiam. 3
Connor Bernard. in Dei Exſiſtentiam. 5
Coornhert Thom. in Dei Exſiſtentiam. 6
CPña Pſeudo-Synodus in Fil. 436
Conſtantinopolitana altera. 436
Conſtantinopolitana alia. 437
Conſtantinus Magnus in Fil. 450
Cophti ſeu Copti. V. Jacobitae.
Cremoninus Caeſ. in Dei Exſiſt. 5
Critias in Dei Exſiſtentiam. 3
Cuffelerus Jo. Abraham in Dei Exſiſtentiam. 5
Cuperus Franc. in Dei Exſiſtentiam. 5
Cyprianus (S.) in Fil. 447
Cyrillus Hieroſolymitanus in Fil. 454
Cyzicena Pſeudo-Synod. in Fil. 437

D

Damaſcenus (S.) Jo. in div. Prov. 277 & principium Sp. Sanct. 467
Damianiſtae in Dei Eſſentiam. 65
Danaeus Lambertus in Fil. 441
David Franc. in Trin. 360 Sp. S. 489
Deiſtae in Fil. 442 in Sp. S. 489
Delphinus in div. Immutab. 125 & Libert. 224
Democritus in Dei Eſſentiam. 64 Simplicitatem. 80 Provid. 269
Democriti Sectatores in div. Prov. 269
Diagoras in Dei Exſiſtentiam. 4
Dinanto (de) David in Dei Exſiſtentiam. 3 & Simplicit. 83
Diogenes in Dei Exſiſtentiam. 1
Dionyſius Alexandr. in Fil. 445. & Spir. Sanct. 486
Donatus in Fil. 434 & Sp. S. 487
Dorſchius Theodor. in Trin. 357
Duplicis principii Adſertores in div. Sanct. 225

E

Ebion in Perſon. Filii. 433
Ebionaei in div. Immenſit. 119 & divinit. Spir. S. 484
Ekardus in div. Omnip. 89 & Aetern. 9

Elceſaei in Sp. S. 490
Eleuſius Cyzicenus in Fil. 435
Elymas in div. Omnipot. 86
Empedocles in Dei Exſiſtentiam. 3 Libertatem. 219 Prov. 271
Epicurei in div. Simplicitatem. 80
Epicurus in Dei Exſiſtentiam. 3 Aeternit. 91 Prov. 269
Epiphanius (S.) in div. Simplicitatem. 85 & principium Sp. S. 466
Eraſmus Roter. in Dei Exſiſtentiam. 6 Trin. 355 Sp. S. 491
Erigena Joan. in div. Praedeſt. 307
Eudoxius Antiochenus in Fil. 435
Evehemerus in Dei Exſiſtentiam. 2
Eunomius in Dei Eſſentiam. 64
Eunomius Cyzicenus in Fil. 435 & Sp. S. 388
Euripides in Dei Exſiſtentiam. 3 & Prov. 269
Euſebius Caeſarienſis in Fil. 451
Euſebius Samoſatenus in Fil. 435
Eutychiani in div. Immut. 123
Euthymius Zigabenus in principium Spir. S. 472
Euzojus Antiochenus in Fil. 435

F

Familiani in Sp. S. 389
Farellus in Sp. S. 489
Faſcinarii in Dei Exſiſtentiam. 3
Faſtidioſus in div. Immenſit. 120
Fataliſtae ſeu Fatidici in div. Provid. 272 & Provid. Praedeſt. 304
Fauſtus Manich. in Trin. 351 & Sp. Sanct. 488
Floriniani in div Sanct. 225
Francus Sebaſt. in Trin. 357
Franken Chriſtianus in princip. Sp. S. 477 in Sp. S. 489
Frontones in Sp. S. 491

G

Gallica Eccleſia in D. Praedeſt. 313
Gentilis Jo. Valentin. in Dei Unitatem. 12 Fil. 441 princip. Sp. S. 477
Gentiliſtae. V. Autotheani.
Georgius Alexandrinus in Fil. 435

Georgius Laodicaenus in Fil. 435
Gerberonius in div. Reprob. 329
Germinius Sirmienſis in Fil. 435
Geulingius Arnold. in Dei Exſiſtentiam. 5
Gilbertus Porretanus in Dei Eſſent. 69. & Trin. 367
Gnoſtici in Dei Unitatem. 10. Immenſ. 119. Provid. 275
Godeſcalchus in Dei Praedeſt. 308. Reprob. 327. Trin. 364. Fil. 455
Gomeſius Damian. in Dei Exſiſtentiem. 6
Gommariſtae in div. Praedeſt. 313
Gosla vius Adamus in Trin. 360
Goviezius Petr. in Dei Unitatem. 12
Graeci Anonymi in principium Sp. S. 468
Graeci Philoſophi & Poëtae in D. Sanct. 224
Gregorius Thaumaturgus (S.) in Fil. 446
Gribaldini in Trin. 357
Gualterus in Dei Eſſentiam. 70
Guillelmus Campellenſis in Dei Exſiſtentiam. 7

H

Harduinus Jo. in Exiſtentiam Dei. 5
Hebraei in div. Omnipot. 85
Hebraei antiquiores in div. Immenſ. 118
Helvetica Eccleſia in div. Praedeſt. 313
Helxeus in div. Immenſit. 119
Heraclitus in Dei Exſiſtentiam. 3. Eſſent. 64. Prov. 269
Herbertus Eduartus in Dei Exſiſtent. 5
Heribertus in Trin. 355
Hermas in div. Aetern. 90
Hermiani in div. Simplicitatem. 81
Hermogenes in div. Aetern. 91
Hermogeniani in Trin. 351
Herodotus in div. Libert. 220
Heſiodus in Dei Libert. 219
Heſuſſiani in Trin. 317
Heterodoxi generatim in div. Omnipot. 86
Hierax in Fil. 433. in Sp. S. 486
Hieronymus (S.) in div. Libert. 223. & Prov. 277
Hieroſolymitana Pſeudo-Synodus in Fil. 436
Hippocrates in Dei Exſiſtentiam. 3
Hobbeſius Thom. in Dei Exſiſtentiam. 4. Simplic. 83. Omnipot. 90
Hobburgius Chriſt. in Dei Exſiſtentiam. 5
Hofmannus Melchior in div. Immut. 123
Homines intelligentiae in div. Sanct. 227
Homerus in div. Libert. 220
Honorius Auguſtod. in div. Praedeſt. 302
Hosbertus in div. Libert. 223
Houtan (de la) Baro in Dei Exſiſtentiam. 5
Hus Jo. in div. Omnip. 90. & Praed. 311
Hyppo in Dei Exſiſtentiam. 3

I

Jacobitae in Trin. 353. principium Sp. S. 475
Jacobus Syrus in div. Immut. 124
Janſeniani vetuſtiores in div. Repr. 329
Janſenianus quidam Auctor in div. Praedeſt. 315
Janſenius Cornelius junior in div. Aequit. 232. Prov. 278. Reprob. 328
Idololatrae in Dei Unit. 9 Simplicitatem. 80 Immenſit. 117 Vitam. 121 Inviſibil. 133
Impoſſibiliſtae in div. Juſt. 132
Joachimus Abbas in Dei Eſſentiam. 69. & Trin. 367
Joannes Monachus in principium Spir. S. 469
Irenaeus (S.) in Fil. 444
Irreligionarii in div. Praedeſt. 304
Judaei juniores in Ss. Trinit. 350
Juſtinus (S.) in Fil. 443

L

Labbadia Joan. in div. Prov. 277
Lactantius in Dei Eſſentiam. 69. Immutab. 122. Fil. 446. Sp. S. 486
Lampſacena Pſeudo-Syn. in Fil. 437
Langus Jo. in div. Immut. 123
Legni Jul. aliique Socii in Dei Exſiſtentiam. 4

Le-

Legni Silveſt. in Dei Exſiſtentiam. 4
Leovigildus Rex in Sp. S. 488
Libertini in div. Sanct. 227
Lipſius Juſt. in Dei Exſiſtentiam. 6
Liſojus in Trin. 355
Lolhardi in div. Juſt. 132. & Scient. 156
Lubienieskius Stanislaus in Trin. 361
Lucanus in div. Libert. 220
Lucianus in Dei Exſiſtentiam. 3
Lucianus in Fil. 448
Lucretius in Dei Exſiſtentiam. 3. & Prov. 270
Lutherus & multi Lutherani in div. Immutab. 124. Juſtit. 142. Scientiam. 156. Libert. 224. Sanct. 227. Aequit. 231. Praedeſt. 311. Reprob. 326. Trin. 356
Lychetus in div. Immut. 125

M

Macedoniani in Sp. S. 488
Macedonius Conſtantinopolit. in Fil. 435
Machiavellus Nicol. in Dei Exſiſtentiam. 6
Mahumedes in div. Simplicitatem. 81. Scient. 154. Sanct. 226. Prov. 277. Trin. 354. & 363
Malebranchius in Dei Exſiſtentiam. 5
Manichaei Anonymi in Sp. S. 490
Manichaei in Dei Unitatem. 10. Simplicitatem. 81. Omnipot. 86. Aeternit. 91. Immenſ. 119. Scientiam. 151. Praedeſt. 304. in Filium. 433
Marcellus Ancyranus in Fil. 452. & in Sp. S. 487
Marcion in div. Omnipot. 86. & Scientiam. 151
Marcionitae in Dei Unitatem. 10. Sanctit. 130. Praedeſt. 304. Reprob. 326
Marcoſii in div. Omnip. 86
Marcus Arethuſius in Fil. 435
Marius Victorinus in Fil. 445
Maronitae in principium Sp. S. 475
Martialis in div. Libert. 220
Materialiſtae in Dei Exſiſtentiam. 4
Maty Paullus in Trin. 362
Maximinus Arianus in Fil. 439
Melanchthon in div. Sanct. 228. Praedeſt. 311. in Fil. 439
Melchitae in principium Sp. S. 475
Meletius in Fil. 435
Meletius Antiochenus in Fil. 453
Melito Sardenſis in div. Simplicit. 83
Melius in Dei Exſiſtentiam. 2
Menander in div. Prov. 269
Metangiſmonitae in Fil. 438
Metaphoriſtae in Fil. 442
Methodius in Fil. 448
Meyjerus Ludov. in Dei Exſiſtent. 6
Miſericordes. V. Origeniſtae.
Monothelitae Anonymi in principium Sp. S. 467
Montanus Mich. in Dei Exſiſtentiam. 5
Montanus in Spir. S. 474
Morad ſeu Amurat in Dei Exſiſtentiam. 6
Moyſes R. in div. Prov. 274
Muſerini Mahumedani in Dei Exſiſtentiam. 6

N

Nemeſius in div. Prov. 277
Neſtoriani in principium Sp. S. 475
Neſtoriani Anonymi in principium Sp. S. 465
Nicaena Pſeudo-Synod. in Fil. 437
Nicephorus Calliſtus in princip. Spirit. S. 473
Nicetas in principium Spir. S. 472
Noëtus in Trin. 351
Novatianus in div. Immutab. 122

O

Ochinus Bernard. in Dei Exſiſtentiam. 3. in Sp. S. 489
Origenes in div. Omnipot. 86. Aeternit. 91. Scient. 152. Reprobat. & Praedeſt. 326. in Fil. 444. in Sp. S. 495
Origeniſtae in div. Reprob. 327
Oſiorodus in Sp. S. 480

P

Palamitae in Dei Eſſent. 66. & Aeternit. 92
Palamitarum Pſeudo-Synodi in Dei Eſſent. 66. & 67

Palatina Eccleſia in D. Praedeſt. 313
Pantheiſtae noviſſimi in Dei Exſiſtentiam. 4
Paracelſus Theophraſt. in Dei Exſiſtentiam. 5
Patripaſſiani in Trin. 350
Paulli Georgius in D. Sanct. 230 & Trin. 360
Paullianiſtae in Trin. 351
Paullus Samoſatenſis in Sp. S. 486
Pelagiani in div. Praedeſt. 304
Periers (de) Bonav. in Dei Exſiſt. 5
Peripatetici nonnulli in div. Voluntatem. 200
Perronius Jacob. in Dei Exſiſtentiam. 5
Petavius Dionyſius in Fil. 456
Petrus Martyr in principium Sp. S. 477
Phariſaei in div. Prov. 273
Philemon in div. Libert. 220
Philippolitana Pſeudo-Synod. in Filium. 436
Philiponus Jo. in Dei Unitatem. 11
Philippus quidam in Dei Unitatem. 12
Philo Annius in div. Simplicitatem. 80
Philoſophi Ethnici in div. Omnipot. 85. Aeternit. 90. & Immenſit. 118
Philoſophi Pariſienſes in div. Aeter. 91
Photiniani in Trin. 351
Photius in principium Spir. S. 470
Pierius in Sp. S. 486
Piſcator Jo. in div. Praedeſt. 313
Plato in Dei Exſiſtent. 3. Omnip. 85. Aetern. 90. Libert. 220. Provid. 271
Platonici nonnulli in Immenſit. div. 118. & Inviſib. 134
Pleromatici in div. Immenſit. 119
Plinius hiſtoricus in div. Prov. 270
Plinius in Dei Eſſentiam. 64. & Simplicitatem. 80
Plinius Secundus in Dei Exſiſtentiam. 3
Plutarchus in Dei Exſiſtentiam. 3
Pneumatomachi. V. Macedoniani.
Poggius Franc. in Dei Exſiſtentiam. 4
Polemo in Dei Exſiſtentiam. 2
Politici in Dei Exſiſtentiam. 4
Polycronius in Sp. S. 488
Polythei Ethnici generatim in Dei Unitatem & & 9
Pomponatius Petr. in Dei Exſiſtentiam. 5
Praedeſtinatiani in D. Praedeſt. 305 & Reprob. 427
Praga (de) Hieron. in D. Omnip. 90
Prideaux Jo. in D. Praedeſt. 311
Priſcillianiſtae in Dei Unitatem. 10 Prov. 276. Trin. 351
Proclus in div. Aeter. 91. & Libert. 223
Prodicus Ceus in Dei Exſiſtentiam. 2
Protagoras in Dei Exſiſtentiam. 2
Pſeudo-Athanaſius in principium Sp. Sanct. 470
Pſeudo-Synodi plurimae in Fil. 436
Ptolemaeus in D. Aequit. 230
Pyrrho in Dei Exſiſtentiam. 2
Pythagoras in Dei Simplicitatem. 80

Q

Queſnelliani in div. Reprob. 330
Queſnellus in div. Aequit. 233. & Reprob. 329

R

Rabeleſius Franc. in Dei Exſiſtentiam. 6
Rabbini antiquiores in Dei Simplicitatem. 80. Omnipotentiam 85 Juſtitiam. 87
Ratramnus in Trin. 365
Riſvich Hermann. in div. Aetern. 91
Roma (de) Auguſtin. in div. Praedeſt. 311. & Reprob. 327
Romani Philoſophi & Poëtae in div. Sanct. 124
Ruchardus Joan. in principium Spirit. S. 476
Ruggerius Coſmas in Dei Exſiſtentiam. 5
Rupertus Abbas in Fil. 455
Ruſticus in principium Sp. S. 466
Ruzelius aut Roſcelinus in Dei Unitatem. 11. & Trin. 355

S

Sabelliani in Trin. 351
Sadocaei in div. Simplicit. 80. Inviſib. 133. Prov. 274. divinit. Spir. S. 483

Sadocaei antiquiores & recentes in D. Juſtit. 130
Salomon R. in D. Omnipot. & Juſtitiam. 86
Salviatus Bernardin. in Dei Exſiſtentiam. 4
Samaritani in D. Simplicit. 80
Sampſaei. V. Elceſaei.
Sandius Chriſtoph. in Trin. 361
Scaliger Joſ. in Dei Exſiſtentiam. 5
Sceptici Pyrrhonici in D. Provid. 269
Schegkius Jacob. in Trin. 357
Schlichtingius in Sp. S. 489
Schimbergius Theodoſ. in Trin. 357
Scoticana Eccleſia in D. Praed. 313
Scotus Joan. in Dei Eſſent. 70
Scotiſtica Schola in Dei Exſiſtentiam. 6
Secundiani in Dei Unitatem. 10
Sectatores Graecanici erroris in princip. Sp. S. 474
Seleucienſis Pſeudo-Syn. in Fil. 437
Seleuciani in D. Simplicitatem. 81. & Omnip. 86
Seleuciano-Hermiani in div. Sanct. 225
Semipelagiani in Dei Scientiam conditionatam. 153. & Praedeſt. 304
Semi-Ariani in Fil. 435
Servetani in Trin. 363
Servetus Mich. in Dei Eſſent. 65. Trinit. 356. Fil. 439. Spir. S. 789
Severitae in Dei Eſſent. 65
Severus in Dei Unitatem. 11
Sextus Empiricus in Dei Exſiſtentiam. 3
Shaftesburienſis Comes in Dei Exſiſtentiam. 5
Silvanus Tarſenſis in Fil. 435
Simon in Dei Exſiſtentiam. 4. & Provid. 274
Simon Magus in D. Juſt. 130. Sanctit. 225 Trin. 350
Simplicius in Libert. D. 223
Singedunenſis Pſeudo-Synod. in Filium. 437
Sirmienſis Pſeudo-Synod. in Fil. 436
Sirmienſis altera in Fil. 437
Slichtingius Jonas in Trin. 361
Smalcius Valentinus in Trin. 360 & Sp. S. 489
Sociniani in Dei Eſſent. 65. & Omnipot. 90 Sanct. 230 Trin. 360 Fil. 441 Sp. S. 489
Socinianiſmi Adfeclae in Trin. 360
Socinus cum ſuis in D. Juſt. 132. & Scient. 156
Socinus Fauſtus in D. Praedeſt. 314. in Fil. 442 Spirit. S. 489
Socrates in Dei Exſiſtentiam. 3
Sommerus Joan. in Trin. 360 in principium Sp. S. 477. in Sp. S. 489
Sonerus Erneſtus in Trin. 360
Sophiſtae in D. Simplicit. 80
Sophocles in D. Prov. 269
Sophronius Pompejopolitanus in Filium. 435
Sovilacius in D. Reprob. 329
Spinoſa Benedict. in Dei Exſiſt. 4
Stadinghi in D. Juſt. 131
Stegmann Joachim. in Trin. 361
Stellerus Jo. in Dei Exſiſtentiam. 5
Sternbergenſes in Trin. 361
Sternberger Lucas in Sp. S. 489
Steuchus Eugubinus in div. Aetern. 92
Stilpo in Dei Exſiſtentiam. 2
Stoica Secta in Dei Eſſent. 64. & Simplicitatem. 80
Stoupa in Dei Exſiſtentiam. 5. & 6
Strato Lampſacenus in Dei Exſiſtentiam. 2 & Eſſent. 64
Sublapſarii in div. Praedeſt. 313
Supralapſarii in div. Praedeſt. 313
Suriani in principium Sp. S. 475

T

Talmudis Judaici Authores & Sectatores in D. Immenſit. 119
Talmudiſtae in D. Juſtit. 131 & decreta Dei libera. 222
Tatiani in Dei Unitatem. 10
Tertullianus in Dei Eſſent. 69 Simplicitatem. 84 Immutab. 122 Fil. 446 Sp. S. 484
Thales Mileſius in Dei Eſſentiam. 64
Theodorus in Dei Exſiſtentiam. 2
Theodorus Mopſueſtenus in Dei Eſſentiam. 65 Sanctit. 225
Theodoſiani in Dei Eſſent. 65

Theodoretus Epiſc. Cyri in principium Sp. S. 466
Theognoſtus in Fil. 447
Thelemachus in Sp. S. 488
Theologaſter Calvinianus in D. Immutab. 134
Theopaſchitae novi in D. Immutab. 123
Theophilus in Fil. 444
Theophronius in D. Immutab. 124 & Scient. 153
Theophylactus in principium Sp. S. 472
Thraces Philoſophi in D. Eſſent. 64 & Sanctitat. 224
Tit. Livius in Dei Exſiſtentiam. 3
Tolandus Jo. in Dei Exſiſtentiam 4 & 5
Tranſylvani in Sp. S. 488
Trinitarii. V. Deiſtae.
Triſmegiſtus in D. Libert. 220
Tritheitae in Dei Unitatem. 11
Tull. Cicero in Dei Exſiſtentiam. 3 & Scient. 151
Tyndalus in Dei Exſiſtentiam. 5
Tyrius Maximus in Dei Scient. 157

V

Valdenſes Cathari in Dei Omnip. 88
Valeus in Dei Exſiſtentiam. 4
Valentiniani in D. Unit. 10 Praedeſt. 304 Reprob. 326 Trin. 350 & 363 in Filium 433
Valens Murſanus in Fil. 435
Valentinus in Trin. 350 & Spir. S. 484
Valla Laur. in Dei Exſiſtentiam. 6
Valle (a) Gothofred. in Dei Exſiſtentiam. 5
Van Leenhof Frideric. in Dei Exſiſtentiam. 5
Vaninus Jul. Caeſar in Dei Exſiſtentiam. 4
Varimadus in Fil. 439
Varro in Dei Exſiſtentiam. 3
Varro (M.) in Dei Eſſentiam. 64
Udalricus in D. Libert. 223
Veſtphalia (a) Joan. V. Ruchardus.
Virgilius in D. Libert. 220
Viterbienſis Jacob. in Dei Eſſentiam. 70
Volkelius Joan. in Trin. 360
Voſſius Iſaac in Dei Exſiſtentiam. 6 Simpl. 83 & Omnip. 86
Uranius Tyrius in Fil. 435
Urbicus in Sp. S. 487
Urſacius in Sp. S. 487
Wachterus Jo. Georg. in Dei Exſiſtentiam. 5
Weigelius Valent. in Dei Exſiſtentiam. 5
Wicleffus in Dei Omnip. 89 Aetern. 92 Scient. 151 Provid. 276 Praed. 310 & Reprob. 327
Wilmotus Jo. in Dei Exſiſtentiam. 5
Witichius Chriſt. in Dei Exſiſtentiam. 5
Wolſtonus Thom. in Dei Exſiſtentiam. 5
Wolzogenius Jo. Lodov. in Trin. 361
Worſtius Conrad. in Dei Eſſent. 66 Omnip. 86 Immut. 124 Libert. 224

X

Xenophanes in Dei Eſſentiam. 64 & Scient. 150

Z

Zanchius Hieron. in D. Reprob. 327
Zeno Eleates in Dei Eſſentiam. 64
Zeno Veronenſis (S.) in Fil. 454
Zoroaſter (Pſeudo) in D. Libert. 220
Zvvicherus Daniel in Trin. 361
Zvvingliani in D. Juſt. 132
Zvvinglius in D. Sanct. 228

IN-

INDEX VI.

RERUM PRAECIPUARUM.

A

Abaelardus Petrus. Revocavit errores contra Dei omnipotentiam. pag. 87. corrigendi ſunt, qui abſque ulla haeſitatione ipſi ſeu Arnaldo Brixienſi ejus diſcipulo propoſitionem blaſphemam in Dei omnipotentiam adpinxerunt, quam a ſe dictam negavit. 83. Adn. * & 367. Adn. * III. Vindicatur ab errore in Aeternitatem Dei. 92. Adn. * & in Dei Providentiam. 276. & 277. Adn. * & a propoſitione ipſi a Martenio adtributa in ſacroſanctum Ss. Trinitatis myſterium. 367. Adn. * I. II. III. Producitur ejuſdem Abaelardi errorum ſuorum excuſatio, vel virtute revocatio ex ejus ſermone. *Ibid.* Adn. * IV.

Actus ſpectantes ad divinam Providentiam ſunt *Intentio finis* praeſuppoſitive extra eſſentialiter, *Electio mediorum*, eorumque *uſus activus* conſtitutive. 302. n. 545. Actus iſti, ſcilicet Decretum intentivum, electivum, & exſequutivum, ſunt realiter unus, & ſaltem fundamentaliter, ac formaliter multi. *Ibid.* n. 546. Quod ſi inter iſtos actus diſtinctionem maximam virtualem intercedere quis velit, non abnuimus. 303. n. 547.

Actus quo Deus vult conferre omnibus auxilia ſufficientia ex ſolo motivo utilitatis, quibus omnes gloriam adſequantur, ſpectat ad Providentiam moralem generalem. *Ibid.* n. 449.

Adamitae, & Donatiſtae facem quodammodo praetulerunt Wicleffo, ut in materia Praedeſtinationis a vero enormiter aberraret. 310. Adn. **

Adfectiones, quae, & quomodo tribuantur Deo? 266. n. 347. 348. 349.

Adpetitus innati ratio convenit divinae voluntati, & ad propriam perfectionem intrinſecam, & in ordine ad res extra ſe. 202. n. 333.

Adtributum Dei eſt praedicatum, quod importatur implicite ſub Dei definitione. 76. n. 77. Eſt multiplex. 77. n. 78. Singula Dei *Adtributa* includuntur formaliter in eſſentia tum phyſica, tum metaphyſica Dei. *Ib.* n. 79. Singula Adtributa non ſic includunt adaequatam eſſentiam. *Ibid.* Conceptus quaſi abſtractus ab Adtributis omnibus, & relationibus praedicatur de ſingulis in ſenſu formali. 79. n. 86. Adtributa vel in concreto, vel in abſtracto ſumpta praedicantur formaliter de eſſentia adaequate ſumpta. *Ibid.*

Aequitate (ab) Dei provenit ne praecipiat impoſſibilia, nec praefiniat ſupplicia tranſgreſſioni hujuſmodi praeceptorum adfixa. 251. n. 461.

Aeternitas Dei eſt ratio qua Deus eſt ſubſtantialiter ſemper, antea, nunc, & poſt. 109. n. 100.

Agelperga fuerit ne Monialis, aut Virgo Deo dicata, non conſtat. 372. n. 2.

Alcoranus non videtur negare Deo Providentiam. 227. Adn. *

Alexandrina Synodus habita an. 362. prima fuit, quae diſerte divinitatem

tem Spiritus Sancti tenendam decrevit. 491. Adn.* II.

Almaricus vindicatur ab Atheismo. 8. Adn.* III.

Amesius ac Retorfortis infeliciter adducunt in suae causſae patronum Thomam Bradwardinum; eodemque jure poterant adducere Petrum de Mercuria. 229. Adn.* I.

Amor Deo proprie inest, quo se & creaturas amat. 206. n. 347. Amor adpretiativus Dei non est aequalis respectu creaturarum tam possibilium quam exsistentium. 217. n. 392

Anaxagoras a labe Atheismi purgatur a variis. 7. Adn.* II.

Anomaeos Beguardis in suo errore praeluxisse sentit Scotus cum aliis, sed immerito. 134. 135. Adn.**

Anthropomorphismi de Authore primo multiplex apud Eruditos Viros sententia. 81. Adn.** I. Monachi Aegyptii jure optimo tales censendi sunt. 82. Adn. ead. Anthropomorphismi recentior innovatio a quo facta fuerit, non constat. 83. Adn.*

Archonticorum error diversus est ab eo, quem quidam Anonymus & cum eo Cl. Perrimezius ipsis adtribuit. 131. Adn.* Qualis eorum error fuerit? *Ibid.*

Ariani Patrem esse invisibilem dicentes, Filium vero visibilem, non spectant ad negantes Dei invisibilitatem. 133. Adn.* I.

Arianismus. Authores, qui de ejus furculis perscripserunt vel historice, vel polemice, referuntur. 435. Adn.* Fuerint ne ejus factiones duae, vel quatuor? *Ibid.*

Aringhius non legitime infert, triangulum in lapidibus sepulcralibus inculptum esse Symbolum Ss. Trinitatis; palmamque in ipsis inscalptam denotare Martyrem. 375. 376. n. 6.

Aristoteles a labe Atheismi purgatur. 7. Adn.* II. Vindicatur ab erroribus in immensitatem Dei. 118. Adn.* Libertatem. 221. Adn.* Sanctitatem. 225. Adn.* Providentiam: quod si aliquid contra hanc scripsit, alibi revocavit. 272. Adn.* Morti proximus, si fides Laertio habenda sit, misericordiam a causſa prima imploravit. 22. Adn.*

Arius. Ejus in Ss. Trinitatem blasphemiae referuntur. 552., & 113. Adn.* Impiissimum Thaliae exordium, ubi errores in Ss. Trinitatem & in Filium effutit, refertur ex S. Athanasio. *Ibid.* & 434. Adn.* Non videtur ante Nicaenam Synodum aperte negasse Spiritus S. divinitatem. 487. Adn.*

Armeni quamvis ab aliquibus damnentur erroris in Processionem Spiritus S. a Filio, perplures eorum vindicantur; & solum Novatoribus adscribendum esse monstratur. 475. 476. Adn.* I.

Asterius ex Gentili Christianus, deinde Apostata & Arianorum primipilus non fuit Scythopolita, ut ex S. Hieronymo adfirmavit Vallarsius: sed Cappadox ex Philostorgio, & antea ex Athanasio: unde mirandum est, nullum Authorem producere Athanasium, Philostorgio antiquiorem & coaevum Asterio, in hujus Patriae comprobationem. 438. Adn.*

Atheis (de) & Atheismo qui scripserint. 9. Adn.* V. Atheismi incertum principium. *Ibid.* Sunt Authores, qui nullum, sunt qui plurimos Atheos esse dicunt. 7. Adn.* Quandoque SS. PP. Atheum adpel-

adpellant eum qui aliquod Dei Attributum negat. 9. Adn. * V.

Athelberti Regis Anglorum duo Placita apud Criticos falſitatis, vel interpolationis arguuntur; veroſimiliter tamen ſunt authentica. 97. n. 5.

Athenagoras vindicatur a cenſura Cardinalis Aguirre. 68. Adn. * An vindicari poſſit ab Arianiſmo? 443. n. II.

Aſeitas eſt ratio, qua Deus eſt neceſſitas & ſufficientia ſui & aliorum, independens ab alio. 108. n. 99. Eſt grammaticaliter negativa, ſed philoſophice poſitiva. *Ibid.*

Aſſemanius Cl. Joſephus Simon laudatur, & citatur ejus Bibl. Orient. 477. Adn. * III.

Audiani vindicantur ab Anthropomorphiſmo. 85. Adn. *

Averrhoem purgare plures intendunt ab errore in Dei Scientiam. Fortaſſe non ſibi conſtare credendum eſt. 155. Adn. *

Avicenna & Averrhoes perperam defenduntur ab errore in Dei Providentiam. 273. Adn. *

Author libelli cujus Titulus, *Theologia ſupplex coram Clemente* XII. *P. M.* propoſitiones tanquam innoxias profert, Queſnelliſmi reas & haereticas. 330. Adn. * I.

Authores vel Author Symboli Neſtoriani fuit primus qui in Proceſſionem Spiritus S. a Filio erravit, huncque errorem in Eccleſiam intulit. 465. Adn. * Probabili argumento monſtratur, Theodorum Mopſueſtenum fuiſſe ejus Symboli Authorem. *Ibid.* & 466.

Authorum methodus minus laudanda eſt, qui cum Coccio & Tournelyo in unam divini Filii Perſonam ſolitarie adceptam Errones advocant in Chriſti divinitatem, 433. Adn. *.

B

Bajus Michael immerito Erronibus adcenſetur, quod negaverit ſtatus purae naturae poſſibilitatem; quum haec necdum ſit Eccleſiae oraculo definita. 278. Adn. **

Ballerinii Fratres peracerbe invehuntur in Petavium, expoſtulantes cum eo, quod nec mentem S. Zenonis adſequutus fuerit, nec eam quam ſibi finxit ulla interpretatione excuſarit. Quid in eis laudandum? & quid in ipſis & Petavio deſiderandum? 455. Adn. * Iidem excuſantes Marium Victorinum & Petavium adcuſantes, non adſequuntur intentum. *Ib.* Adn.** Etiam cum Bullo traducunt Petavium ut impudentem & injurium in SS. PP. Ante-Nicaenos, ipſique & alii dicteriis & ſcommatis haud ſemel eum proſcindunt, quod durius de Trinitate aliquos ex ipſis loquutos fuiſſe adfirmet. An jure? 450. Adn. * II.

Bardeſanes. Num vere a S. Auguſtino adfirmetur Fati Adſertor? & quid circa hunc ejus errorem ſentiendum? 275. Adn. **

Benedictus Archi-Presbyter qui fuerit, & quando floruerit? 374. n. 5.

Benedictus Plazza, ſeu potius *Joſephus Maria Gravina* in comment. Benedicti Plazza, adſerit eſſe veroſimile, Electos homines reſpectu reproborum longe numeroſiores eſſe. 347. Obſ. §.

Bradwardini Thomae doctrina ut parum in pluribus orthodoxa ab omnibus Catholicis Scholis rejicitur.

229. Adn. * I. & 310. Adn. *

Bullae cereae uſus apud omnes fere nationes longe citius invaluit quam plumbeae. 392. n. 32. Sed plumbeae tamen uſus non ita recens invaluit ; quum inveniantur Bullae plumbo obſignatae Leonis I. Gregorii Magni , & Sergii I. *Ibid.*

C

Cajanorum haereſim non ut Perrimezzius referunt alii Haereſeologi. Ceterum ex his quae ab illis referuntur ea ſequuntur abſurda , ut minime aſpernanda videatur perdocti Perimezii interpretatio. 131. Adn. **

Calvinus Joannes . Quamvis confutet Libertiniſmi dogmata , error in divinam Sanctitatem ab ejus doctrina deſumptus eſt . 227. Adn.* Fucum ut faciat, ludit verbis quando negat Deum eſſe Authorem & cauſſam peccati . 229. Adn. * I. Decretum quod adſtruit praedeſtinans alios ad vitam , & alios ad interitum, citra ullum ipſorum meritum aut demeritum , etſi fortaſſe a quopiam de errore abſolvetur , jure erronem & quidem impiiſſimum, & tyrannicum Haereſiarcham arguit . 313. Adn. * Si reliqua myſteria Fidei ut Ss. Trinitatem defendiſſet, Polemicus Doctor haberetur , exceptis aliquot poſitionibus nimium duris . 358. Adn.* I. Ejuſdem doctrinis defenduntur quinque ejus effata circa Trinitatem , tertio excepto , in quo precationem piiſſimam ab Eccleſia religioſe uſurpatam faſtidioſa ſuperbia rejicit , quin tamen ſubſtantiam Myſterii contingat . 359. Adn.* II. & III. Alia ejuſdem effata circa Trinitatem defenduntur . *Ib.* Quamvis aliqua a Petavio acriter reprehendantur , a Cardinali Bellarmino excuſatur & ſolum quoad modum loquendi peccaſſe late probatur . 364. Adn. * Defenditur ab errore in Filii divinitatem . 441.

Campanella exſcuſatur ab Atheiſmo . 8. Adn. * III.

Caritas Deo ineſt . 208. n. 357.

Caſſander Georgius fraudulenter intromiſit in Dialogo Praedeſtinationis Honorii Auguſtodunenſis Presbyteri errores Calvini; quae fraus detecta eſt a Joanne Conen. 309. Adn. *

Cauſſa unica formalis , & proxima Providentiae poſitivae Reprobantis eſt peccatum finale , vel illud originale ſit , vel perſonale , vel utrumque . 341. n. 629.

Cauſſa remota & indirecta Reprobationis eſt peccatum originale , ac interdum perſonale. *Ibid.* n. 630.

Cauſſa formalis Providentiae Reprobantis negativae eſt una Dei voluntas . *Ibid.*

Cauſſae nomine reſpectu providentiae praedeſtinantis venit duntaxat cauſſa moralis & motiva in genere meriti circa aeternam gloriae poſſeſſionem . 322. n. 575. Cauſſae meritoriae hujus Providentiae . 323. & 324.

Cerinthus , & Ebion poterant docere chriſtum non eſſe Deum , quantumvis tres perſonas Trinitatis aequales conceſſerint. Unde nec contra Trinitatem , nec contra alicujus Perſonae ſubſtantiam ſenſiſſe coarguendi ſunt . 433. Adn. *

Chriſtus Dominus meruit condigne integras Angelorum & hominum prae-

praedeſtinationes immediate, & in ſe ipſis. 325. n. 579.

Cicero Marcus Tullius excuſatur ab Atheiſmo 8. Adn. * II., non ita vero ab errore in Providentiam. 271. Adn. * III.

Circumin ſeſſio eſt mutua, & inſeparabilis exiſtentia unius Perſonae divinae in alia, ob quam ſingulae Perſonae ſunt totae in ſingulis, tum quoad naturam divinam, tum quoad Perſonas. 419. n. 753.

Clemens Alexandrinus (S.) vindicatur ab errore in Filii divinitatem. 444. n. V.

Cognitio creata comprehenſiva Dei intenſive, repugnat methaphyſice; non vero extenſive talis. 147. n. 147.

Columbae ſpecie Spiritus S. depingi conſuevit a priſcis temporibus apud Chriſticolas. 499. 501.

Concupiſcibilis Adpetitus adfectiones ſex praeter triſtitiam, tribuuntur Deo. 206. n. 349.

Cophti ſui temporis dicuntur a Thoma a Jesu proceſſionem Spiritus S. a Filio credere: quin & alii AA. Cophtorum fidem confirmant. 476. Adn. * II.

Creatura omnibus auxiliis diſſenſura vulgo dicta *rebellis* eſt moraliter impoſibilis, non vero methaphyſice. 317. n. 557. 559. Quod ſi haec praevideretur de facto ſic diſſenſura, eſſet duntaxat impraedeſtinanda. *Ibid.*

Cyprianus (S.) Ep. & M. vindicatur ab errore in divinitatem Filii. 447. XI.

Cyrillus Hieroſolymitanus Ep. (S.) vindicatur pariter a ſimili errore. 454. Adn. * I.

D

Dagoberti I. Francorum Regis Diploma legitimum probatur, quidquid reclamet Mabillonius. 97. n. 6.

Damaſcenus (S.) Joannes. Vindicatur ab errore in Dei Providentiam circa ea, quae in noſtra poteſtate ſunt. 278. Adn. * tum ab errore in proceſſionem Spiritus S. a Filio. 468. Adn. *

Damnatio cujuſdam propoſitionis facta a Sixto IV. contra Petrum de Rivo Lovanienſem eſt penitus fabuloſa. 268. n. 485. & *ibid.* Obſ. §.

Decretum Dei liberum qua tale eſt Dei ad creaturam habitudo, ſeu terminatio, Deo realiter identica, & ab ipſo virtualiter maxime diſtincta. 241. n. 425.

Decretum Dei in ſingulis providentiis eſt fundamentaliter, & aequivalenter multiplex. 244. n. 436. eſt virtualiter multiplex quum de ipſo verificantur praedicata contradictoria. *Ibid.* n. 437.

Decretum ſubjective abſolutum, & terminative conditionatum de futuris conditionatis liberis repugnat. 187. n. 277.

Deleri de libro vitae quomodo adcipiendum? 325. n. 587.

Deſiderium ſtrictum circa bonum noſtrum poſſibile, vel futurum ineſt Deo. 206. n. 348.

Deus eſt *Spiritus per ſe undecumque perfectiſſimus.* 72. n. 59. Eſt vivens in aliquo genere vitae notionalis per modum actus primi & actus ſecundi ac phyſice talium. 127. n. 117. Eſt per ſuam eſſentiam praeſens ac penetrative indiſtans ab omnibus creatis & creabilibus. 125. n. 108. Haec praeſentia non conſiſtit formaliter in divina operatione. *Ib.* n. 110. Non eſt actu in ſpatiis

imaginariis, ſed eſſe quidem poteſt. *Ibid.* & p. 126. Eſt entitative immutabilis, tum localiter, tum phyſice, tum intentionaliter. 128. n. 120. 121. & 122. Nec ab oculo corporeo, nec ab intellectu creato poteſt naturaliter videri intuitive. 145. n. 141.

Deus ſe ipſum & reliqua comprehenſive cognoſcit. 157. Cognoſcit Perſonalitates in eſſentia, & hanc in illis. 165. Tum Relationes in ſe ipſis. *Ibid.* Videt ſuos actus liberos quatenus dicunt contingentiam, in ſe ipſis, & non in eſſentia aut quovis alio divino praedicato neceſſario. *Ibid.* Cognoſcit creaturas poſſibiles in ſe ipſo ut in medio demonſtrationis; & quidem tot titulis, quot cum poſſibilibus connectitur. 169. n. 213. Nec in unico tantum Adtributo ſed in pluribus. *Ib.* n. 114. Videt item poſſibilia in ſe ipſis. *Ibid.* n. 115.

Deus perſpicue intelligit futura abſoluta contingentia. 173. n. 232. Eaque tum creaturae tum ſibi ſoli libera generatim videt immediate in ſe ipſis. 172. n. 232. Futura ſibi tantum libera videt in ſe ipſo, id eſt in ſuis decretis connexis cum rei productione; non vero in omnipotentia ſeu alio Adtributo formaliter inconnexo cum re futura. *Ib.* n. 232. Futura nobis libera nequit cognoſcere in proximis eorum cauſſis. 176. n. 243. Nec in divinis Ideis. *Ibid.* Peccatum futurum nequit cognoſcere in decreto ejuſdem permiſſivo. *Ibid.* Videt futura libera in complexione ſcientiae mediae de conditionata actus futuritione & decreti de conferendo ad illum auxilio. *Ibid.* Actum bonum futurum videt in decreto ejuſdem praefinente. *Ibid.* & p. 177.

Certo & infallibiliter cognoſcit futura conditionata libera 183. n. 267 & 184. n. 268. & quamvis ſint abſolute futura, prius noſcuntur a Deo ut conditionate, quam ut abſolute futura, aut exſiſtentia. *Ibid.* Futura conditionata libera videt Deus in ſe ipſis 193. n. 304.

Deus ſe & creaturas amat primario propter ſe. 214. n. 379. Etiam creata bona amat propter ipſa. *Ibid.* n. 380. Amat etiam ſeſe propter creaturas. *Ibid.* Producit formaliter creaturas per volitionem, non immediate, & praeciſe per naturam divinam ut natura eſt. 216. n. 387. Deus eſt perfectiſſime liber. 233. n. 402. V. *Libertas*. Eſt laudabilis in omnibus actibus ſuis liberis laudabilitate excellentiae. 244. n. 438. Haecque poteſt dici moralis. 245. Deus praefiniens V. *Praefinitio*. Deus Praedeſtinans. V. *Praedeſtinatio*. Deus Reprobans. V. *Reprobatio* & *Scientia*.

Diagoras purgatur ab Atheiſmo. 7. Adn. * II.

Dionyſius Ep. Alexandrinus (S.) vindicatur ab errore in Filii divinitatem. 445. VII.

Diplomatica (de) *re* Authores qui agunt. 98.

Diplomata S. Dionyſii prope Pariſios Monaſterii a Mabillonio adlegata videntur legitima. *Ibid.*

Diplomatis (pro) veris diſcernendis a falſis regulae adcuratiores traditae a Papebrochio poſt paucos alios. *Ibid.*

Diplomatum fidem Authores, qui univerſim negant, vel in ſupicionem vocant, audiendi non ſunt. *Ibid.*

Diptychae Diſciplinae, uti & Diplomati-

maticae, Lapidariae, Criticae, Hiſtoricae, indoles. 430.n.8.
Diptychae proprie non ſunt ſacrae quaelibet Tabellae utcumque plicabiles. 390. n. 31. Quo nomine iſtae adpellari poſſint? 391.
Diptycham (ad) rem ſpectantia Authores qui tractant. p. 430. n. 8.
Diptychon Quid ſignificet, & quid ſit? 390. n. 31. Duplex potiſſimum adſignatur, profanum aut Conſulare, & ſacrum ſive Eccleſiaſticum. *Ib.*
Diptychon Negelinianum, primum Conſulare, poſt Eccleſiaſticum. 427.n.8. Aetas Diptychi qua conſulare fuit. *Ibid.* Ejuſdem aetas, qua Eccleſiaſticum. 428. Quis fuerit Clementinus, quem ſpectat Diptychon qua conſulare? *Ibid.* Quis Adrianus, quem qua eccleſiaſticum commemorat? 429. Quae Eccleſia eo uſa eſt? *Ibid.*
Diſtinctio virtualis maxima non datur inter eſſentiam divinam & adtributa neceſſaria; datur vero inter haec & libera. 78. n. 82.
Diſtinctio unice formalis ſuariſtica datur inter eſſentiam & adtributa neceſſaria. *Ibid.*
Donatiſtarum factioni inepte adpingitur error de minoritate Spiritus S. reſpectu Filii, minoris Patre; quum fuerit unius Donati, non vero alterius ex ſecta. 487. Adn.*

E

Eccleſia habet plurimos filios occultos. 343. n. 638.
Editor operum Calvini Amſtelodami impudenter adducit in Patronos erroris in Dei aequitatem SS. Juſtiſtinum, & Hieronymum. 232. Adn.*
Effectus nomine quid veniat reſpectu Providentiae Praedeſtinantis? 322. n. 576.
Effectus Providentiae Reprobantis, proprie & ſtricte nullus eſt. 341. n. 631.
Electio mediorum, eorumque uſus activus ſpectant conſtituve ad quamlibet divinam Providentiam. 302. n. 545.
Epicurei admiſerunt quoddam vacuum, vel ſpatium Deo coeternum.
Epicurus vindicatur ab Atheiſmo. 7. Adn. * II.
91. Adn. * II.
Epiphanius (S.) vindicatur ab errore in Divinam ſimplicitatem. 85. Adn.** tum in proceſſionem Spiritus Sancti a Filio. 466. Adn.*
Eraſmus Deſiderius. Ab aliquibus vindicatur ab Atheiſmo. 9. Adn.* III. Purgatur ab errore in Spiritus S. Divinitatem. 191. Adn. * I. & II.
Erigena Joannes vindicatur ab errore in divinam Providentiam. 307. & 308. Adn. *
Evehemerus ab Atheiſmo purgatur. 7. Adn. * II.
Euſebius Caeſarienſis Epiſcopus perperam defenditur ab Arianiſmi ſuſpicione. 452. Adn.*
Eſſentia phyſica Dei eſt praedicatum vel praedicata identificata cum Deo: metaphyſica eſt praedicatum ſeu praedicata quae concipimus, & per quae definiendo reſpondemus interroganti, Quid ſit Deus? 71. n. 53. Omnia praedicata abſoluta tum neceſſaria tum libera, non vero relativa, conſtituunt Eſſentiam phyſicam Dei. *Ibid.* n. 54. Omnia praedicata abſoluta quatenus complexive ſumpta continentur formaliter implicite ſub nomine *Deus*, conſtituunt Eſſentiam metaphyſicam Dei O. M. 73. n. 59.
Exiſtentia ſeu actu eſſe eſt de eſſentia meta-

metaphyſica Dei. 75. n. 74.

F

Fide divina debet credere exiſtentiam, & unitatem Dei etiam cui utraque ſit evidens 63. n. 51.

Fidei Theologicae Deus expers eſt. 209. n. 357. non item *Fidelitatis Ibid.* n. 358.

Filio Dei ſingulariter adtribuuntur haec nomina: ſecunda Perſona: Filius unigenitus: Verbum proprie: Sapientia Patris: Imago ſolius Patris. Alia quae ipſi adſcribuntur, vel ad iſta reducuntur, vel ei ut homini conveniunt. 457, & 458. n. 786. 787.

Filius eſt Verbum ob eandem rationem, qua eſt Filius, aut genitus. 459. n. 792. A ſolo Patre mitti poteſt. 420. n. 759. ſemel miſſus eſt mirabili miſſione viſibili in Incarnatione. 421. n. 759. V. *Verbum.*

Fuga circa malum poſſibile, aut futurum ineſt Deo. 206. n. 348.

Futura non fuerunt phyſice (id eſt pluſquam objective & intentionaliter) praeſentia divinae aeternitati ab aeterno. 109. n. 101. & quamvis daretur fuiſſe ipſa phyſice Deo praeſentia ab aeternitate, haec praeſentia nequit Deo eſſe ratio prima ea certo cognoſcendi: immo eſſet prorſus inutilis ad ejuſmodi effectum. 174. n. 233.

G

Garampius Joſephus, Nob. Comes & Illuſtr. Praeſul, laudatur. 281. n. 2.

Gaudium ſtricte, ſeu delectatio de bono praeſenti proprio & alieno, ineſt Deo. 296. n. 348.

Gaulterius corripiendus prae ceteris Haereſeologis, qui univerſae factioni Donatiſtarum adpingunt errorem in Filium & Spiritum S. proprium ſolius Donati, uſus, vel potius abuſus authoritate Auguſtini ac Prateoli, oppoſitam partem diſerte teſtantium. 487. Adn.** Perperam objicit Calvino ejus de Perſona definitionem. 359. Adn.* II.

Gilbertus Porretanus quam diſtinctionem admiſerit inter eſſentiam divinam & perſonas, & inter eſſentiam & adtributa abſoluta? 69. Adn. *

Godeſcalchus. A quibus error Praedeſtinatianorum ei tribuatur, & a quibus ab hoc errore vindicetur. 308. Adn. I. Nec ille tam pravus ut ab Adverſariis ſuis declamatur: nec tam innocens ut a Defenſoribus adſeritur. *Ibid.* Quid in hac materia catholice dixerit; & in quo erraverit. *Ibid.* & 309. Adn. * II. Defenditur ab adcuſationibus erroris in Ss. Trinitatem ab Hincmaro factis. 364. & 365. Adn. ** I. II. III. & IV.

Gortus Ant. Franciſcus. Tabellas pleraſque ſacras utcumque plicabiles immerito Diptycha adpellat. 309. n. 31.

Gratia ultima ſeu donum perſeverantiae in adultis, & quidquid ad illam habendam ordinatur ex vi decreti praedeſtinantis, eſt effectus Praedeſtinationis. 324. n. 583.

Gregorius Thaumaturgus (S.) vindicatur ab errore in Filii divinitatem. 446. n. VIII.

Grotium conjunctum arctiſſima neceſſitudine cum Petavio, hunc induxiſſe ad ſcribendum pro Socinianiſmo, a nullo ſanae mentis credi poteſt. 456. Adn.* I. n. 4. & 457. Adn. * II. n. 4.

Gualterus a Nipho indicatus, tanquam

quam Erro in divinam ſimplicitatem, qui fuerit, non conſtat, quum plures ei cognomines inveniantur. 70. Adn. **.

H

Harduinus Joannes ſuiſmet ſcriptis vindicatur ab Atheiſmo. 8. Adn. * III.

Hebraeos habuiſſe poſt Abrahamum notitiam Myſterii Ss. Triados, nonnullis conjectare licet. Referuntur e Judaiſmo Rabbini & DD. qui ſacrum Dogma teſtati ſunt. 371. n. 665. & 666.

Hermogenes, & cum eo alii, voluit materiam fuiſſe ab aeternitate independentem a Deo. 91. Adn.* I.

Hieronymus S. quid intelligat nomine liberi arbitrii, ut non neget Divinae voluntatis libertatem? 223. Adn. *. Vindicatur ab impoſtura Editoris operum Calvini. 232. Adn. * Vindicatur ab errore in Dei de ſingulis etiam minimis Providentiam. 278. Adn. * Videtur inadvertenter adfixiſſe omnibus Montaniſtis errorem Patripaſſianorum, proprium cujuſdam dumtaxat portionis eorum. 350. Adn. **. Nullibi vocem *Homouſion* rejicit aut aboleri opat, ut imponit Lutherus, nullo S. Doctoris deſignato loco. 356. Adn. **.

Homo nullus poteſt eſſe cauſſa moralis ſuae integrae Praedeſtinationis. 223. n. 578. Poteſt vero eſſe cauſſa moralis ſaltem de congruo praecipui ſuae Praedeſtinationis effectus, ſcilicet ultimae gratiae, quae eſt donum perſeverantiae finalis. *Ibid.*

Hypotheſis ſcientiae mediae. V. *Scientia media*.

I

Janſenius Cornelius junior. Immerito arguitur de errore praeciſſe quia ſtatum purae naturae negavit poſſibilem. 278. Adn.* Multum a vero aberrat ut minimum, dum voluntatem Dei ſalvandi omnes homines velleitatem adpellat, utpote prorſus ſterilem, minime veram & ſinceram omnes homines ſalvandi. 328. 329. Adn. ** Non inſimulatur erroris ejus opinio, docens peccatum originale etiam per Baptiſmum remiſſum eſſe primam radicalem cauſſam, etſi non immediatam, hominum reprobationis. 328. Adn. * Sentit, non ea intentione Chriſtum pro omnibus mortuum fuiſſe, ut gratiam mereretur, qua poſſent omnes etiam divino decreto reprobati aeternam ſalutem adipiſci. 329. Adn. *

Javelus & Calderarius ab aliquibus cenſentur ſenſiſſe cum Pelagianis in negotio Praedeſtinationis. 304. Adn. *

Ideae divinae ſunt cognitio repraeſentans divino intellectui creaturas ut poſſibiles, ipſumque dirigens ad earum productionem. 166. n. 201. ſunt rerum omnium quas Deus facit, aut facere poteſt. *ibid.* n. 202. reducuntur ad ſcientiam naturalem, ſeu practicam. *Ibid.*

Ignatius S. P. N. num dum adhuc in vivis ageret, viderit intuitive Deum? 146. n. 143.

Ignorantia invincibilis de exiſtentia Dei non eſt moraliter poſſibilis in ſingulis hominibus, nec in integra natione. 59. n. 42. neque in homine rationis compote per totam vitam, aut longo tempore. *ibid.*

Ibid. Eſt apud pleroſque poſſibilis ex natura rei in aliquibus ad longum tempus, in ſilvicola e. g. quoad obligationem ulterius inquirendi, non autem quoad omnimodam incogitantiam de Deo. *Ibid.* n. 43.

Immenſitas Dei. V. *Deus*.

Imperium intellectuale Monaſticum & Deſpoticum minime ſpectat ad Providentiam, nec in Deo datur. 296. n. 523.

Incomprehenſibilitas Dei. V. *Deus*.

Indictionis uſus quando incoeperit. 95. n. 1.

Intellectus datur in Deo; non autem per modum principii phyſici intelligendi. 157. n. 162.

Intentio finis ſpectat praeſuppoſitive, & extra eſſentialiter ad Providentiam Dei. 304. n. 545.

Inviſibilitas Dei. V. *Deus*.

Joachimus Abbas vindicatur a pleriſque ab errore in Dei voluntatem & eſſentiam. 69. Adn. **.

Joannes Monachus Promotor erroris in Proceſſionem Spiritus S. a Filio quis fuerit, dubitatur. 469. Adn.* I. Aeque dubitatur an hic idem Joannes ad Carolum M. miſſus, quaeſtionem excitaverit. 470. Adn. II

Ira ſtricte ineſt Deo. 206. n. 349.

Iraſcibilis adpetitus adfectiones quinque, ira excepta, exſulant a Deo. *Ibid.*

Irenaeus (S.) vindicatur ab errore in divinitatem Filii. 444. IV.

Judaeorum impium vulgus poſt ortum Meſſiae Dogma Ss. Trinitatis repudiavit. 371. n. 667.

Juſtinus M. (S.) vindicatur ab impoſtura Worſtii, illum pro ſuo errore in aeternitatem decretorum Dei adlegantis. 224. Adn.* Defenditur ab impoſtura Editoris operum Calvini. 332. Adn.* Vindicatur ab errore in divinitatem Filii. 444. I.

Juſtitia eſt ratio, qua Deus jus ſuum cuique creaturae tribuit. 143. n. 132. diſtributivam exercet in creaturas. 144. n. 133. commutativam etiam, ex juſtitiaque ſtricta obligari poteſt. *Ibid.* Non exercet legalem. *Ibid.* 134. Vindicativa ad diſtributivam reducitur. *Ibid.* Juſtitia ſtricte ineſt Deo. 209. n. 358.

Juſtus poteſt alteri integram Praedeſtinationem congruc mereri. 323. n. 579. Immo poſſunt duo invicem ſibi eam pariter promereri. *Ibid.*

K

Kata Aeſquiuem ſeu Cataphrygae ac Pepuſiani errorem Patripaſſianorum tenuerunt. 355. Adn. **.

Kata Proclum Secta inter Montaniſtas praecipua recte cum catholicis de Ss. Trinitate ſenſerunt. *Ibid.*

L

Lactantius vindicatur ab errore in Dei immenſitatem. 121. Adn.* II. non ita vero ab erroribus in Perſonam Filii. 447. n. 10. & in Spiritum Sanctum. 486. n. 11.

Lapidaria (de) re AA. qui agunt. 13. n. 6. Qui Lapides non viderit, facile decipitur. 136. n. 1.

Lapis Eutychionis profanus ne ſit, an chriſtianus, dubitatur. 62. n. 4. conjecturae pro utroque. *Ibid.*

Latini cur & quando addiderint Symbolo illam vocem *Filioque*? 478. & 479. Obſerv. §.

Leibnizius Godofredus Guillelmus. Ejus de Optimiſmo Dei ſententia recitatur ac rejicitur. 239. Obſ. §. Quid ipſe

ipſe de hac ſua ſententia Chriſtophoro Mathaeo Pfaſio reſponderit? 240. ead. Obſ. §.

Leontius Byzantinus defendit Apollinarem ab errore in Divinitatem Spiritus S., at non ut colligit Natalis Alexander. 490. Adn. * I.

Leovigildus Hiſpaniae Rex morti proximus Arianam haereſim ex animo ejuraſſe dicitur. 488.

Lequienius Michaël minus exacte colligit, adverſarios Proceſſionis Spiritus S. a Filio fuiſſe profeſſione Monothelitas; & quare? 467. Adn. * Nec plus feliciter definit, Anonymos Graecos, qui hunc errorem proſcriptum in Concilio prope Pariſios coacto tempore Pippini Regis ſubſtinuiſſe putantur, fuiſſe Conſtantinum Copronymum cum ſuis Iconoclaſtis; & quare? 468. Adn. **

Liber vitae. Quid de eo? 325. n. 585.

Liber mortis. Quid de illo? 342. n. 633.

Libertas Dei. Conſiderari poteſt in actu primo, & in actu ſecundo. 234. Metaphyſice eſt indifferentia, ſeu poſſibilitas divinae voluntatis ad decernendum aliquid, & ejus oppoſitum. 235. n. 406. Phyſice conſiſtit formaliter in divina voluntate. *ibid.* n. 407. In actu ſecundo eſt actus eſſentialiter contingens, quo divina voluntas exercet ſuam libertatem. 240. 423.

Lucianus M. (S.) vindicatur ab errore in divinitatem Filii. 440. XIV.

Lutherus Martinus. Fortaſſe excuſandus ab errore in Dei aequitatem. 231. Adn. * Ejus verba in nomen *Trinitas* & *omouſion* eum irreverentem & ridiculum contemtorem vocum, quas uſu Eccleſia adprobavit, minime tamen haereticum convincunt 356. Adn. **.

M

Mabillonius teſtatur ſe vidiſſe Bullas plumbeas Joannis IV. & Sergii I. 392. n. 32. Laudatur ſaepenumero.

Macedonius fuerit ne primus qui errorem de proceſſione Spiritus S. a ſolo Patre invexerit, inutiliter quaeritur. 465. Adn. * II.

Machiavellus excuſatur ab Atheiſmo. Adn. * III.

Magnificentia Deo ineſt. 209. n. 358.

Mahumedes non ſemel in ſuo Alcorano reperitur divinae ſcientiae aſſertor: ceterum a Ludovico Vives duo referuntur, quae Mahumedem in divinam ſcientiam impegiſſe probant. Haec tamen apud Marracium & alios non inveniuntur. Nihilominus videtur adſeruiſſe pugnantia in hac, ſicut in aliis rebus. 154. Adn. I. & II.

Marcellus Ancyranus Epiſcopus ab aliquibus adcuſatur de errore in Divinitatem Filii; ab aliis excuſatur: dubia res eſt. 453. Adn. * Etiam valde dubium eſt eum negaſſe propriam hypoſtaſim Spiritui S. Haud vero id adſerendum, donec potiora in eum argumenta non urgeant. 387. Adn. ***.

Maria Virgo Beatiſſima Deipara meruit de congruo Angelorum, hominumque Praedeſtinationes. 323. n. 579.

Maronitae. Eorum fides vindicatur a Fauſto Nairono, verum quum de ſolo uno privato homine ejus teſtimonium fidem comprobet, non videtur ſufficere ad univerſae Nationis fidem ſtatuendam, niſi producantur ulteriora teſtimonia, quae nec in ipſo, nec in Clar. Aſſemano reperiuntur. 477.

Adn. * IV.
Media ad ultimam gratiam cum glorificatione connexa obtinendam multa ſunt: Deus ea novit: nobis conjectare licet, certo ſcire non licet. 324. n. 583.
Meletius Antiochenus Antiſtes vindicatur ab errore in divinitatem Filii. Diſcernitur a Meletio Lyci Epiſcopo; corripiturque Prateolus unum ex duobus faciens. 453. & 454. Adn. * I. & II.
Melito SardenſisEpiſcopus vindicatur ab errore in divinam ſimplicitatem. 84. Adn. *.
Memoria ſtricte ſumpta non ineſt Deo, nec memoratio. 165. n. 198.
Mercuria (de) *Petrus* ejus doctrina a TT. rejicitur, & a facultate Sorbonica fuit ſollemniter damnata. 229. Adn. * I.
Methodius M. (S.) vindicatur ab errore in Divinitatem Filii. 449. XV.
Miſericordia eſt ratio qua Deus vere diſplicet circa mortalium miſerias, vultque ab eis miſeros liberare. 135. n. 129. Stricte eſt Deo ſecundum adfectum, non ſecundum paſſionis effectum. *ibid.* n. 130. Eſt praeter, non contra juſtitiam. *Ibid.* n. 131. Ejus objectum non eſt ſolum malum patienti involuntarium. *ibid.*
Miſſae Exordium in Feſto S. Martini ex pervetuſto Miſſali Mozarabico Toletano. 32. n. 10.
Miſſio in Divinis eſt quaſi demandatio perſonae alicujus ad aliam circa effectum aliquem ad extra exſequutioni mandandum. 420. n. 757. Duo eſſentialiter importat, proceſſionem aeternam Perſonae miſſae a mittente, ac temporalem. *Ibid.* Eſt operatio propria Perſonae mittentis. *ibid.* n. 758.
Mitrhas nomen Solis apud Perſas. 39. n. 18.
Monogramma in Sigillo ſeu Bulla plumblea exſcalptum, quem Paſchalem ſpectet? 391. n. 32.
Montanus recte de Trinitate ſenſiſſe dicitur a S. Epiphanio & aliis 484. Adn. *. I. Quo modo intelligendus ſit ex S. Auguſtino, dum ſe ipſum Paracletum aut Spiritum S. dixit. *Ibid.* Adn. * II.
Moyſes num adhuc vivens viderit intuitive Deum? 146. n. 142.
Muratorius Ludovicus Vir Clariſſ. laudatur. 13. n. 6. & ſaepe alibi in Monum. Antiq.

N

Naevi doctrinae, ſeu errores, qui in veterum Patrum ſcriptis liquido deprehenduntur, in cauſſa ſunt, ut candide & reverenter incuſentur a poſteris orthodoxis. 451. Adn. * III.
Natalis Alexander Dominicanus nervoſe defendit Jeſuitas ab impoſtura Pelagianiſmi. 153. Adn. * Pie docteque defendit Baſilium Ancyranum alioſque PP. ab errore in conſubſtantialitatem Filii. 435. VIII.
Nemeſius vindicatur ab errore in divinam Providentiam. 278. Adn. *
Nicephorus Calliſtus adcuſatur a Ruffio tradidiſſe etrorem in Proceſſionem Spiritus S. a Filio in ſua Synopſi de Trinitate. Adtamen haec Synopſis incognita videtur Bibliographis Scriptoribus adcuratiſſimis: quae fortaſſis ſit illa Synopſis? 473. Adn. **. Numerat Apollinarem Laodicenſem pro conſubſtantialitate, certaque hypoſtaſi Spiritus S. Dubitatur an ſit idem hic Apollinaris Laodicaenus, qui commentum

tum inaequalitatis Perſonarum evulgavit. 490. Adn. * II.

Noëtus fuit primus, qui e tribus Perſonis divinis unam Perſonam confinxit. Corrigendus itaque Perrimezzius, qui rem iſtam de Noëti haereſi ac de obſervationibus Petavii & Natalis in Epiphanium omnino confundit. 351. Adn. * I.

Notae Tironianae. Quid ſint, & cur ſic adpellentur? 101. n. 12. De earum geneſi, multiplicitate, forma, uſu, progreſſu, interpretatione, numero AA. qui agunt. *Ibid.* & 102. Quid ad Chartas Ludovici Pii legendas, & alia hujuſmodi monumenta Carpentierius contulerit. *Ibid.* Quamvis dignus laude, ſicut & alii AA. rem tamen univerſaliter non ſunt adſequuti. *ibid.* & 103. Et iis quidem pari jure adcenſendi Benedictini AA. novi tract. Diplomatices. 281. n. 2.

Notio in Divinis eſt vox deprompta e ſacris literis. 418. n. 751. eſt duplex, formalis & objectiva. Prima eſt notitia, qua unum ab alio diſcernimus: ſecunda eſt proprietas, ſeu forma, qua unum ab alio vere diſtinguitur. 419. n. 751. Ad notionem tria requiruntur, & quae ſint. *Ibid.* n. 752. Notiones divinae ſunt quatuor, nec plures, ſcilicet Paternitas, Filietas, Spiratio activa, & paſſiva, ad quas aliae, quas propoſueris, reducuntur. *Ibid.*

Numerus Praedeſtinatorum certus, ſed ſoli Deo cognitus. 325. & 326. n. 588. Idem de numero Reproborum. 342. 633. Veroſimilius in collectione omnium Chriſti Fidelium catholicorum adultorum multo minor eſt reproborum numerus, quam praedeſtinatorum. *Ibid.* 635. In collectione omnium hominum, praedeſtinatorum numerus major eſt quam communiter exiſtimatur, & conſequenter reproborum numerus minor. Immo forte non reprobi cum reprobis ut minimum aequales ſunt. 343. n. 636.

Numaria (de) re aliqui AA. 502. n. 14.

Numi qui in parte antica praeferunt Chriſti protomen, & in poſtica aliquod ipſius Epitheton quando incoeperint, & cui Authori tribuendi. *ibid.*

Numus ſingularis Muſei ſacri Vaticani e Muſeo Victorio profertur, ac diſquiritur, an ſit propriis Numis adcenſendus, vel potius iconibus ſacris ad fovendam pietatem effictis. 501. & 502. n. 14.

O

Obedentiae virtus non ineſt Deo. 209. n. 358.

Objectum divinae Scientiae & Voluntatis. V. *Scientia & Voluntas divina*.

Odium, quo mala odit, ineſt Deo. 206. n. 347. non vero odium inimicitiae, adhuc reſpectu damnatorum. 218. n. 397.

Omnipotentia eſt ratio qua Deus poteſt ex nihilo omnia producere, id eſt quae ſecundum ſe talia ſint ut fieri poſſint. 94. n. 93. connectitur metaphyſice cum poſſibilium poſſibilitate, & impoſſibilitate impoſſibilium. *ibid.* Non poteſt communicari creaturae. *Ib.*

Ordo Signorum circa divina Myſteria. 198. n. 321. ſqq.

Origenes. A quibus adcuſetur & a quibus defendatur ab errore in Dei omnipotentiam? 96. & 97.

Adn. I. & II. voluit materiam aeternam, ſed quam creaverit Deus. 91. Adn. * I. Defenditur ab errore in ſcientiam Dei 152. Adn. *. Non reprehendendus quia praeviſis animarum meritis, aut demeritis poſt potuerit Electionem, atque Reprobationem: ſed quod merita, aut demerita in fabuloſo ſtatu, quem ſomniavit, collocarit. 327. Adn. * II. Vindicatur ab errore in aequalitatem divinarum Perſonarum. 445. VI. Ut definiatur utrum erraverit circa Perſonam Spiritus S. remittuntur Lectores ad AA. qui de hac re tractant, cum Origenianis ſcriptis conferendos. 485, & 486. Adn. *.

P

Palamitae. Quid eos induxerit ad errorem in divinam ſimplicitatem? 67. Adn. * I. Quantum diſcrepent AA. in eorum hiſtoria referenda. *ibid.* Adn. * II. Errorem ipſis adtributum plane tenuiſſe pro certiſſimo habendum eſt. *ibid.* Eorum Pſeudo-Synodi reapſe ſeptem fuerunt. 68. Adn. * VI.

Papebrochius Daniel. Quantum contulerit ad rem Diplomaticam illuſtrandam? 98. Immerito invehitur in Capitulare Pippini. 379. n. 12. Fugit illum Diploma Pippini Regis, de quo nullam facit mentionem. 380. n. 13. Negat formulam *In Nomine S. & individuae Trinitatis* uſurpatam fuiſſe in ſuis Diplomatibus a Carolo Magno, eamque priores omnium uſurpaſſe Ludovicum juniorem & Carolum Calvum ejus fratrem adſerit: ſed pro legitimitate Placiti cum ea formula Caroli Magni ſtat Baluzius, qui ſequendus eſt. *Ibid.* n. 14.

Pater aeternus, nequit mitti. 420. n. 759. Nomina quae ipſi conveniunt ſingulariter. 423; & 424. n. 769. 770. & 771. Proxima radix Paternitatis, qua nempe conſtituatur in Patre principium proxime generans Filium, eſt natura divina prout eſt ejuſmodi natura ſubſtantialis. 431. n. 780. Per Filium producit Spiritum S. 432. n. 782. Eſt notionaliter Ingenitus, vel innaſcibilis & improductus, quatenus hic titulus negat omnem paſſivam producibilitatem, ſive per hypoſtaſis originem, ſive per naturae communicationem, ſimulque involvit vim productricem aliarum perſonarum per virtutem a ſeſe, non ab alio principio adceptam. 430. & 431. n. 776. Pater & Filius ſunt principium Spiritus S. per praedicatum relativum, quod relatio ſpiratoris dicitur, diſtinctum ab Spiritu S. & cum Paternitate & Filietate identificatum 488. n. 820. Pater & Filius aeque principaliter Spiritum S. producunt. 482. n. 824.

Patres Ante-Nicaeni qui Arianiſmo favere videntur. A p. 443. ad 449. Plures ex his obiter defenduntur. *ibid.* Eos nec loquutione contra Myſterum peccaſſe plurimi AA. (multi referuntur) defendunt: quibus praeluxiſſe videtur S. Athanaſius. 449. & 450. Adn. * II. Referuntur PP. Ante-Nicaeni, ex quibus conſtat ſartam tectam manſiſſe traditionem de Myſterio Ss. Trinitatis 450. & 451. Adn. *. III.

Patres, qui a doctiſſimis viris recenſentur inter benigniores Millenarios 451. Adn. * III. faventes Se-

Semipelagianis. *Idid.* adſerentes procraſtinationem Beatitudinis uſque ad diem judicii animabus etiam plene purgatis. *Ibid.*

Patriarchae. Non fuit ipſis ignota immenſitas Dei. 121. Adn. * Ipſi & Prophetae habuerunt notitiam Ss Trinitatis, Deo revelante. 370. & 371. n. 665. IV.

Paullus Apoſtolus (S). Num adhuc vivens intuitive viderit Deum? 146. n. 144.

Paullus Samoſatenus quamvis haereſis Noëti reus ab Epiphanio fiat, aliqua tamen tantillum ſcrupuli ingerere poſſunt, & quae? 351. & 352. Adn. * II.

Peripatetici vindicantur ab errore in Dei voluntatem. 200. & 201. Adn. *

Perrimezzius Joſeph Maria V. Cl. ex Minimorum Familia, Archiepiſcopus Boſtrenſis. Ejus Anachroniſmus circa adcuſationem Audii de haereſi. 82. Adn. * I. alius circa adcuſationem Bernardi Lutzemburgi, productam ab Alphonſo de Caſtro. *Ibid.* Adn. * II. Undenam potuerit deſumere, illos quoſdam, quos jure optimo premit & convincit ex doctrina Monotheliſmi Dogmatis, qui enumerant Monothelitas inter eos qui Deo voluntatem denegant. 201. III. & Adn. Ejus de praedeſtinatione, & reprobatione doctrina nihil commune habet cum Semipelagianorum quarto errore. 305. Adn. * Sine teſte adſcribit Macedonianis, fieri non poſſe ut Spiritus S. ſit Deus a Patre, Filioque procedens quin ſimul ſit genitus: qui error a nullo alio forſan Authore ipſis adtribuitur. 464. & 465. Adn* I.

Perſona divina eſt hypoſtaſis vel ratio formalis ultimo complens naturam divinam, cum ea conſtituens ſuppoſitum alteri ſuppoſito incommunicabile. 416. n. 790. Triplex in Deo Perſona. *ibid.* Perſonae ultima ratio conſtitutiva ex integro eſt quid poſitivum *ibid.* n. 791. Perſonae divinae conſtituuntur per praedicata relativa tantum. *ibid.* & 417. n. 794. Praeter tres Perſonas relativas non eſt Perſona abſoluta ſeu ſemi-perſona, tribus ſuppoſitis relativis communis. 418. n. 748. Perſonae identificantur realiter cum natura divina identitate eminentiali, id eſt mixta diſtinctione. 398. n. 718. Inter ſe diſtinguuntur realiter, ita ut ſint numero tres & ſpecie diverſae, diſtinctione eminentiali, id eſt admixta identitate. *ibid.* & n. 719. Inter ipſas & naturam divinam datur diſtinctio virtualis intrinſeca maxima. 399. n. 722. Non vero diſtinctio ex natura rei formalis, ſeu ſcotiſtica. 400. n. 726.

Petavius Dionyſius. Ejus Anachroniſmus in tradenda damnatione facta ſub poena excomunicationis ab Stephano Antiſtite Pariſienſi, propoſitionis adſertae ab Guillelmo Arverno, Antiſtite ſimiliter Pariſienſi. 88. Adn. ** Suſpicatur merito, Arianam haereſim & alios errores primaevis Eccleſiae aetatibus ſubortos, ex Platonicorum doctrinis profectos eſſe. 349 Adn.* Adfirmat, S. Ignatium in epiſt. ad Trallianos meminiſſe haereſis, unam Perſonam in Ss. Trinitate adſerentis. 350. Adn. * II. Non ſemel vindicat Calvinum ab impactis ipſi erroribus. 359. Adn. * IV. Regias vindicandi PP. Ante-Nicaenos vias, regulaſque praenobiles

les ſibi poſteriſque praeformavit: has quidem adripuerunt ejus adverſarii; ſed Petavium nunquam, aut raro commemorarunt: qua fide? qua comitate? 451. Adn. * III. ſub finem. Plura ipſi a ſuis adverſariis objiciuntur; ſed omnia plene ſolvuntur. 456. & 457. Adn. * I. & II. Solum per ſummam injuriam fas poteſt cuiquam eſſe ſuſpicari vel leviter de catholica ejus fide erga Ss. Trinitatis myſterium. 356. Adn. * II. Fugerunt ipſum plurima Tertulliani teſtimonia, in quibus Montanum Paracletum dicit, niſi forte pro Paracleto ipſam Perſonam Spiritus S. Petavius intelligat. 485. Adn. *

Photius primus aperta, plenaque contentione invectus eſt in Sanctum Dogma Proceſſionis Spiritus S. a Filio, eumque ſequutum eſt univerſum pene Graecum nomen. At non ardens deſiderium hunc errorem tuendi ejus & ejuſdem adſeclarum animos commovit ad diſcidium: ſed quid? 471. Adn. * I. Non conſtat, ipſum in Synodo CPna 383. Epiſcoporum cauſſam fuiſſe ut abrogaretur Synodus oecumenica VIII. & particula *Filioque* ex Symbolo expungeretur. *ibid.* Adn. *. II.

Pictura Graeca ſingularis Ss. Trinitatis e Muſeo Victorio, heic primum edita, dogmatice explicatur 386. & 387. n. 29. Spondet Author peculiarem ſuper ea Diſſertationem. *ibid.* In illa caracteres prorſus ignoti. 388.

Placitum de Deo oculis corporeis viſibili, quamvis nullibi expreſſe damnatum, ex commuui ſenſu inter errores conputatur. 133. Adn. *. II. Ab eo defenditur S. Auguſtinus. pag. eadem. n. 5°.

Plato vindicatur ab Atheiſmo. 7. Adn. * II. Ab errore etiam in divinam libertatem. 220. Adn. **. Et in divinam providentiam. 273. Adn. *. Ipſi & Platonici cum Plotino & Porphyrio in tribus Perſonis divinis, quas admittere videntur, eſſentiae multiplicitatem comminiſcuntur. 349. Adn. *. AA. qui ei veram de Ss. Trinitate notitiam adjudicant, unde eam haurire potuerit deſignant. 370. Adn. *. Quid tandem de hoc ſentiendum & de ejus diſcipulis Platonicis? *ibid.* & 371. eadem Adn. *.

Plotinus elogio commendatur. 275. Adn. *

Plutarchus excuſatur ab Atheiſmo. 8. Adn. * II.

Polytheiſmus. Incertum ejus initium: probabiliter ante diluvium exſtitit. 10. Adn. * Poſt-diluvianum referendum videtur ad tempora Nembrot, aliis Beli *ibid.* Authores in hanc rem conſulendi. *ibid.*

Pomponatius excuſatur ab Atheiſmo. 8. Adn. * III.

Praedeſtinatiani. Eorum ſecta num vere exſtiterit, vel ſint merum Semipelagianorum commentum, diſcutitur; Authoreſque pro utraque parte referuntur. 306. Adn. * Eorum primus articulus e tribus ipſis adſcriptis, ſi recte expendatur, non error eſt, ſed aperta veritas, cautiſſime tamen pronuntiandus. Ibid. & 307. Adn. * II. Vſſerius & Janſenius quare commentum dixerint quamlibet Praedeſtinatianiſmi Haereſim: & quid de hoc dicendum? 307. Adn. * III. Quid de veteri aliquo Praedeſtinatianiſmo, apud Orthodoxos controvertitur. *ibid.* Qui poſſint dici Rigidi Praedeſtinatiani, aut Reprobatiani.

ni. *ibid.* Adn. * IV.

Praedeſtinatio eſt efficax Dei diſpoſitio creaturam rationalem dirigens ad ſupernam Beatitudinem, ſcilicet per ſuperna media gratiae. 315. n. 553. Non eſt demonſtrabilis naturaliter. *Ibid.* Eſt Providentia moralis ſpecialis, & prae ceteris nobiliſsima. *ibid.* Conſiſtit phyſice in actibus intellectus & voluntatis. *ibid.* Ejus diviſiones. 316. 555. Ejus certitudo provenit radicaliter a ſcientia media, & eſſentialiter ab efficacia decreti ex directione ſcientiae mediae de finali adulti perſeverantia; cumque haec ſcientia ſit libera adulto, libera quoque eſt Praedeſtinatio. *ibid.* n. 556. De facto facta eſt Praedeſtinatio adultorum ad gloriam ut coronam dependenter a meritis abſolute praeviſis. 318. n. 562. Sumpta objective pro mediis, quibus Deus Praedeſtinatum ad gloriam perducit, habet eas cauſſas phyſicas, quas media habent. Si vero ſumatur formaliter, nullam habet cauſſam phyſicam, ſed finalem, quae eſt exſtrinſeca Dei gloria & Beatitudo Praedeſtinato conferenda. 324. n. 583.

Praefinitio eſt volitio Dei efficax, id eſt connexa cum ſui objecti exſequutione. 246. n. 443. ejus diviſiones. *Ibid.* & n. 444. Datur omnium conſenſuum qui aliquando exſiſtunt; immo in quavis Providentia impoſſibilis eſt abſque ea creaturae conſenſus. *ibid.* & 247. n. 445. Thomiſtica ſeu praedeterminans non datur, neque ſcotiſtica ſeu condeterminans, independenter a ſcientia media. 248. & 249. n. 453. Solum datur Suariſtica, ſeu directa a ſcientia media; proindeque adquiribilis & evitabilis a conſentiente. 249. n. 454. Nulla eſt poſſibilis erga conſenſum liberum, antevertens ſcientiam mediam. 166. n. 480.

Prateolus. V. *Meletius*.

Principium quo productivum Proceſſionum conſiſtit formaliter in abſoluto, ſeu in natura divina, connotante in obliquo relativum tanquam conditionem, aut virtutis complementum. 407. n. 757.

Proceſſio in myſterio Ss. Trinitatis eſt Origo ſeu emanatio perſonae productae a perſona producente. 402. n. 735. A prioribus Eccleſiae Seculis vox *Proceſſio* apud Scriptores antiquiores invaluit. *Ibid.* n. 736. Activa, & Paſſiva re identificantur. 403. n. 737. Divinae proceſſiones ſunt de linea intelligente ac volente. 404. n. 743. Earum diverſitas ſumitur penitus ex parte terminorum procedentium, ac diverſimode exigentium communicari ſibi omnia praedicata abſoluta. 405. n. 746. Sola Verbi Proceſſio eſt generatio, non vero Spiritus S, quia Verbum, non Spiritus S, adcipit a Patre naturam fecundam in aliud ſuppoſitum propagandam. 405. n. 747.

Providentia divina eſt activa diſpoſitio Dei res dirigens in ſuos fines. 288. n. 492. Eſt formaliter multiplex. *Ibid.* univerſalis, quatenus creata ſingula ei ſubduntur. *ibid.* 493. infruſtrabilis, quatenus ſemper adſequitur finem aliquem vel particularem vel generalem. 290. 498. Non ſemper adſequitur omnem finem particularem ſerio a Deo intentum; aliquem vero ſemper. *ibid.* inevtabilis relate ad effectus non liberos creaturae, non autem

autem quoad effectus liberos. *ibid.* Deo absolute libera; verum ex suppositione creationis mundi cum Angelis, & hominibus, esset Deo moraliter necessaria Providentia tum physica tum moralis. 291. n. 503. Non differt Providentia naturalis a Fortuna, in sensu a sapientibus Catholicis intento. 292. n. 506. Naturalis posset consistere in alio rerum ordine absque supernaturali. *ibid.* 507. potestque esse naturalis specialiter benefica. 293. n. 511. Providentia constituitur formaliter per actum intellectus, & voluntatis. *ibid.* n. 512. Actus Scientiae qui constituant Providentiam? V. *Scientia Dei*.

Ad Providentiam physicam spectat unice decretum efficax, quo vult ab aeterno Deus effectum produci in tempore, vel a se solo, vel a se & a creatura. 303. n. 548. Ad Providentiam moralem generalem spectat actus, quo Deus vult conferre omnibus auxilia sufficientia ex solo motivo utilitatis, quibus omnes gloriam adsequantur. *ibid.* n. 549. Ad moralem specialem spectant Praefinitiones consensuum: & huic referendae sunt positivae nolitiones conferendi auxilia inefficacia; item pleraque dona supernatura gratis data, e.c. donum prophetiae &c. *ibid.* n. 551.

Pseudo-Synodi ex Arianis & Semiarianis conflatae per plurimae. 436. sqq.

Ptolomaeus vindicatur a duplici errore in divinam aequitatem. 230. Adn. * I. & II.

R

Rabbinos Antiquiores fortasse quisquam defenderit ab errore in simplicitatem divinam, ipsis adtributo a Julio Bartoloccio de Celleno, Viro quamvis eruditissimo non acquiescens; & quomodo? 81. Adn.*

Recusatio, seu displicentia de malo alieno inest Deo. 206. 348.

Regula generalis pro comparanda vera cognitione Mysterii Ss. Trinitatis, de quo proinde possit quis digne sentire & loqui. 307. n. 716.

Relatio divina est perfectio, qua altera diversa Persona aliam respicit & cum illa comparatur tanquam principium vel principiatum. 409. n. 762. Relationes divinae non includunt formaliter essentiam. 77. n. 79. Sunt reales, tum respectu personae in qua sunt, tum respectu personae ad quam referuntur. 409. n. 763. Paternitas, Filietas & Spiratio sunt Relationes transcendentales; at Relatio Spiratoris respectu Patris & Filii erga Spiritum S. est praedicamentalis. 410. n. 765. Relationes divinae sunt quatuor: Paternitas, Filietas, Spiratio activa, & Spiratio passiva: ex his tres sunt realiter distinctae; at Spiratio activa virtualiter solum distinguitur a Paternitate, & Filietate, realiter vero ab Spiratione passiva. *ibid.* n. 766. Distinguuntur virtualiter ab essentia, & ut sic distinctae habent propriam existentiam relativam, & notionalem. 412. n. 767. item perfectionem propriam. 414. n. 782. immo tantam intensivam, quantam divina essentia. *ibid.* n. 783. Sunt tres perfectiones relativae realiter distinctae, & quidem omnino ad invicem aequales. *ibid.* n. 784.

Remigius (S.) Ejus Testamentum brevius & ultimum plane videtur legitimum; non ita vero prolixius, uti adhaerere videntur novi tractatus

tus Diplomatices Authores. 377. 378. n. 8.

Renatus Carteſius excuſatur ab Atheiſmo. 8. Adn. * III.

Reprobatio. Quotuplex ſit, ſeu quomodo dividi ſoleat? 331. n. 592. In quo differat a praedeſtinatione? *Ibid.* n. 593. Nulla eſt poſſibilis antecedenter ad peccatum finale abſolute praeviſum. 332. n. 594. Etſi ſit certa & infallibilis, eſt eodem jure libera Reprobo, quo certa Praedeſtinatio eſt libera Praedeſtinato. 335. n. 608.

Reprobi. Eos vult Deus ſerio, ſive ex animo ſalvari, ita ut ſalutem vere intendat in omnibus reprobis per volitionem non ſigni, ſed beneplaciti. 336. n. 609. Ex praedicta volitione cunctis reprobis providet media ſufficientia ad ſalutem, quatenus providet cunctis media generalia mediata, & remota; quum Chriſtus pro omnibus oraverit, adplicuerit Redemptionis ſufficientiam, & inſtituerit Sacramenta cunctis remote adplicabilia, etiam parvulis in materno utero decedentibus. 339. n. 624. Huc revocanda duplex Dei voluntas antecedens ſalvandi homines: primaria & ſecundaria. 340. n. 625.

Retorſortis. V. *Ameſius*.

Rondellus, Stellio, aliique irrito conatu defendunt Epicurum ab errore in divinam Providentiam. 270. Adn. * I.

Ruſinus immerito adpinxit S. Hieronymo errorem Origenis in Deum Reprobantem. 327. Adn. * III.

Ruſbrochius Joannes vindicatur ab errore in Dei immutabilitatem. 122. Adn. *

Ruzelius aut Roſcelinus. Ex ejus aſſertione apud S. Anſelmum magis erraſſe in Verbi Incarnationem, quam in divinam Unitatem, ut vult Card. Bellarminus, colligitur. 11. Adn. * I. Nec conſtat eum illum errorem ejuraſſe in C. Sueſſionenſi. *Ibid.* Adn. * II. Nec firmiter probatur illius error in divinam Unitatem ex quadam Epiſtola ad Gerardum Pariſienſem Ep. quum dubium ſit cujus fuerit & ab aliis AA. tribuatur Abaelardo. Quod dubium doctoribus dirimendum relinquitur. *Ibid.* & p. 12. Adn. * III.

S

S, & aliae Alphabeti literae veſtibus antiquorum intextae quid deſignent, nimis incertum. 30. n. 4.

Sadocaei. Ex quibus Actorum verbis videatur colligi eorum error in Spiritum S. & quomodo ea intelligenda? 483. Adn. *

Sancti Spiritus epithetum duo deſignat, & quae? 255. n. 2. Idem epithetum quo ſenſu ſuis falſis diis ab Ethnicis adtribueretur? 264. n. 22.

Sandius Socinianus vaniſſime incuſat Petavium quod prave ſenſerit de Ss. Trinitate. 456. Adn. * I. & II.

Scientia Dei eſt ratio qua Deus ſe, & reliqua perfectiſſime comprehendit. 157. n. 162. Multipliciter dividitur. 158. n. 166. & 167. Praecipua diviſio eſt in abſtractivam ſimplicis intelligentiae, intuitivam viſionis, mediam directam & reflexam. *Ibid.* Hae ſcientiae non neceſſario differunt ex parte objecti, ſed ſaepe ex ſolo modo adtingendi objectum. 159. n. 168. Ubi vero de iis ſcientiis verificarentur contradictoria, & diſtinctionem virtualem maximam

verificari par eſſet. *Ibid.* Divinae ſcientiae proprietates, ſeptem. *Ib.* Objectum materiale primarium ſunt omnia praedicata divina. 161. n. 117. omne aliud cognoſcibile, objectum materiale ſecundarium. *Ibid.* omnia praedicata divina ſunt objectum formale. 162. n. 184. & etiam omnis veritas creata. *Ibid.* nullum objectum formale ex iis eſt phyſice motivum. 163. n. eod. praedicata divina libera ſunt objectum intentionaliter determinative motivum ſcientiae de ipſis. *Ibid.* n. 185.

Scientia Simplicis intelligentiae eſt cognitio neceſſaria, qua Deus videt res poſſibiles, ſimulque omnia praedicata quidditativa poſſibilibus convenientia. 168. n. 208. Adtingit poſſibilia non modo conditionate ſed etiam determinate. *Ib.* Eſt cauſſa directiva rerum. 170. n. 220. ſpectat formaliter ad Providentiam. 295. n. 517. non tamen ad quamvis determinatam requiritur in tota ſua latitudine, ſed ſufficiunt formalitates verſantes circa media determinata & ad praefixum finem conducentia. *Ibid.*

Scientia viſionis eſt cognitio undequaque libera, qua Deus videt contingentia abſoluta qua talia: ſcilicet praeterita, praeſentia, futura, & quidem omnino ſingula diſtincte, & clariſſime. 173. n. 230. Non eſt cauſſa directiva rerum. 170. n. 220. nec ſcientia viſionis de effectu neceſſario, nec de libero ſpectat ad Providentiam circa ipſum effectum. 296. n. 522.

Scientia media directa eſt cognitio, qua Deus videt actus creaturae liberos conditionate futuros. 179. n. 254. Ejus objectum eſt actus creatus liber. 180. n. 255. vocatur media, quia eſt media inter duas alias, & aliquid de utraque participiat. *Ibid.* n. 256. dicitur ſubjective abſoluta, & objective conditionata, & quare? *Ibid.* n. 257. Praevidet futura libera independenter ab actuali decreto. 186. n. 276. ejus exiſtentia probatur ex Scripturis. 181. n. 260. ex Patribus. *Ibid.* & 182. n. 261. 262. & 263. ex Scholaſticis. *Ibid.* & 183. n. 264. ex ratione antiquitati innixa. 183. n. 265. Adtingit ex parte hypotheſis totam libertatem. 194. n. 308. ex parte conditionati, praeter electionem arbitrii, quidquid ipſa electio determinat in exiſtendo. *Ibid.* n. 309. Ad multa utilis eſt, praecipue vero 1.° ad conciliandam efficaciam decreti praedefinientis & divinae gratiae cum libertate. 2.° ut Deus ſit omniſcius. 3.° ut Deus provide conferat auxilium. 195. n. 310. Non ſpectat conſtitutive ad Providentiam pure phyſicam. 298. n. 528. ſpectat vero ad Providentiam ſpecialem, qua Deus vult conferre auxilium efficax qua tale, aut negare auxilium inefficax qua tale. 299. n. 532. Dirigit Deum ad decretum conferendi auxilium inefficax, ſeu negandi efficax; ita tamen ut inefficacia non ſit finis intentus, aut circunſtantia ſeu conditio, ſine qua non conferretur, ſed ſolum ſe habeat ut circunſtantia objectiva non retrahens actu Deum a collatione auxilii. 300. n. 537. & 538.

Scientia media reflexa eſt cognitio, qua Deus videt actus ſuos conditionate futuros. 195. n. 311. Eſt duplex: una adtingit tantum ex parte even-

ventus actum divinum liberum; alia adtingit etiam ex parte hypotheſis ſcientiam mediam directam de actu libero creaturae. *Ibid.* Datur hujuſmodi ſcientia in Deo independenter ab actuali decreto ſubjective abſoluto, & objective conditionato. *Ibid.* n. 312. Nulla per illam laeditur libertas divina, aut humana. *Ibid.* & n. 313. Exſiſtit in Deo in ſigno immediate ſubſequenti ſignum neceſſariorum. 198. n. 322.

Scientia viſionis libera, & ſcientia media tum directa, tum reflexa, quum ſint actus contingentes Dei, conſtituuntur in eſſe talium eodem modo, quo decretum liberum Dei. 241. n. 427.

Scotiſtae vindicantur a labe Atheiſmi, ipſis immerito a Petro Baelio adtributa. 9. Adn. * IV. Eorum ſententia de conſtitutione univerſalis quantum diſtet a Syſtemate Spinoſiano. *ibid.* Eorum & ſubtiliſſimi Scoti diſtinctio formalis ex natura rei inter eſſentiam & relationes, tum inter eſſentiam & adtributa, nihil erroris continet. 70. Adn. *.

Sigillarii (de) re, AA qui agunt. 392.

Siglae Qua ratione eas interpretari ſatis ſit? 259. n. 12. AA. qui de iis agunt. *ibid.* & 160. n. 12. ſed poſt tot canones adhuc plura deſiderantur pro earum intelligentia. *ibid.* Siglae *D. M.* in ſepulcralibus Chriſtianorum Titulis quo modo interpretandae? 15. n. 1. 17. n. 8. *ibid.* n. 9. 18. n. 11. & alibi.

Signa Praedeſtinationis & Reprobationis incerta ſunt. 324. n. 583. & 584. & 342. n. 631.

Signorum ordo in utriuſque Providentiae & Praedeſtinantis, & Reprobantis negotio quomodo texendus ſit. 348. n. 655. Coroll.

Signorum ordo in perdifficili Syſtemate productionis Verbi. 463. n. 808. Coroll.

Simon Magus. Fortaſsis vere Author recognitonum, quae S. Clementi P. tribuuntur, errorem de Fato ei adfricuit. 274. Adn. *

Simonius Richardus perperam incuſat librum primum de Trinitate adhuc cum praefatione apologetica Petavii, tanquam Fidelibus toxicum, Socinianis vero levamen praebens. 456. & 457. Adn. * I. & II.

Simplicitas Dei eſt ratio qua Deus ſibi vendicat omnem actualitatem, ſine ulla reali compoſitione. 93. n. 88. Huic ſimplicitati non repugnat compoſitio virtualis, orta ex diſtinctione virtuali maxima; nec formalis ex genere & differentia. *ibid.* n. 89.

Socrates vindicatur ab Atheiſmo. 7. Adn. * II.

Sociniani nolunt eſſe authographam illam Joan. particulam *Tres ſunt qui teſtimonium &c.*; ſed hoc etiam praetermiſſo, plurima ſuppetunt certa teſtimonia pro veritate myſterii Ss. Triados. 458. Obſ. §.

Sonnitae, Sectatores Alcorani, ita illum intelligere videntur, ut fateantur aeternitatem decretorum Dei: alii vero textum intelligendum volunt prout ſonat. 222. Adn. *

Spinoſa Benedictus perperam excuſatur a ſuis occultis ſectatoribus ab Atheiſmo. 8. Adn. * III.

Spiritus Sancti Principium *quod*, & *quo* productivum ſimpliciter unicum eſt, procedit enim a Patre, & Filio tanquam ab unico principio 477. n. 811. & tanquam ab uni-

co Spiratore 479. n. 813. Spiritus Sanctus a Patre, & Filio mitti debet. 459. n. 759. Semel missus est missione mirabili in Pentecoste; ac saepissime mittitur missionibus invisibilibus. *ibid.* est tertia Persona S. Trinitatis, a duabus producta, & neutram producens, vere Deus subsistens, aequalis Patri Filioque, a quibus vere realiter distinguitur. Dicitur Spiritus, Amor, Donum: ad quae tandem reducuntur alia Spiritus S. nomina. 492. n. 828. 829. & 830. Procedit ex amore omnium necessariotum, tum omnium contingentium. 503. n. 836. Si non procederet a Filio, non distingueretur ab ipso. 505. n. 842. neque impossibilitas hypothesis reddit inutilem quaestionem. 506. & 507. n. 848. Coroll.

Stellatina Tribus quae, & quare sic dicta? 259. n. 12.

Stellio. V. *Rondellus*.

Stoicorum error in Libertatem Dei non bene excusatus a Justo Lipsio. 221. Adn. **

Subsistentia divina. V. *Persona*.

Syri Jacobitae. Quamvis nonnulli eorum Processionem Spiritus S. a Filio negent; alii tamen adfirmant; ac reliqui magno numero nec adfirmant, nec negant, sed quaestionem, quam non intelligunt, intactam relinquunt. 476. Adn. * II.

Syri Nestoriani. Satis verisimile est eos cum Catholicis consentire in dogmate de Processione Spiritus S. a Filio; quod variis documentis probatur. 476. & 477. Adn. * III. quod si aliquis ex RR. Nestorianis oppositum defendat cum Authore libri de proces. Spir. S. proscripto in Concilio Diamperitano, coacto ab Alexio de Menesses Archiep. Goano; contra propriam Majorum fidem agat, oportet. *ibid.*

T

Tabella eborea Musei Vaticani insculptam referens Ss. Trinitatem, explicatur. 389. n. 35. Non exprimit processionem Spiritus S. a Filio, immo excludere videtur. *ibid.* Ista, & aliae hujusmodi vocari possunt *Agiothyridae*, vel *Hagioptychae*, haudquaquam *Diptychae*. 391. n. 31.

Talmudis (de) Authoribus variae apud Eruditos sententiae. Talmud, quod circumfertur, ex Hierosolymitano & Babylonico confiatum est an. Chr. 500. p. 120. Adn. * Referuntur AA. de hoc argumento agentes. *ib.*

Terminus quo seu formalis processionis divinae, quatenus productio est, sola est relatio personae productae. 409. n. 761. Terminus *adquem* alter est formalis productus, scilicet personalitas; alter formaliter communicatus, nempe essentia divina; alter demum totalis, videlicet persona producta. *ibid.*

Tertullianus excusatur ab errore in divinam simplicitatem; erravit tamen abs dubio in modo loquendi, cum nonnullo Lectorum scandalo. 84. Adn. ** Non bene sensit de divina immutabilitate & duriuscule se explicuit. 122. Adn. ** Vindicatur ab errore in divinitatem Filii. 446. IX. Non videtur credibile, serio tenuisse suum Montanum fuisse Spiritum S. Paracletum. 485. Adn. *

Theognostus Alexandr. vindicatur ab error. in divinitatem Filii. 437 XII.

Titus Livius excuſatur ab Atheiſmo. 8. Adn.* II.

Tournelyus Honoratus ut Socinianos confutet, docet, divinam juſtitiam non poſſe peccatum inultum relinquere, neceſſarioque exſigere ſatisfactionem: verum hoc, etſi probabile ſit, non eſt neceſſario admittendum ad illos Haereticos convellendos. 132. Adn.*

Trinitas Sanctiſſima Dei eſt Myſterium continens tres Perſonas realiter inter ſe diſtinctas, ſimulque realiter cum natura divina identificatas. 368. n. 657. Secluſa revelatione, intellectus creatus ne quidem probabiliter, nec per dubium aut ſuſpicionem ullam valet hoc altiſſimum Myſterium cognoſcere. 393. n. 700. Non opponitur principio naturali, *quae ſunt eadem uni tertio, ſunt idem inter ſe*. 395. n. 706. Suppoſita cognitione Myſterii per revelationem, poteſt probabiliter cognoſci & probari ejus exſiſtentia. 396. n. 712. Rejicitur ſyſtema Neoterici Doctoris de quibuſdam entibus virtualibus circa Myſterium. 399. n. 723. V. *Perſona*, *Proceſſio*, *Relatio*, *Pater*, *Filius*, *Spiritus S.*

Triſmegiſtus excuſatur ab errore in divinam libertatem. 220. Adn.* Libri, qui ejus nomine circunferuntur, anne legitimi, ſed interpolati? 368. & 369. Obſ. §.

Triſtitia exſulat a Deo. 206. n. 349.

V

Valentinus potius in Myſterium Dominicae Incarnationis, quam Trinitatis erraſſe videtur. 350. Adn.* I.

Valle (a) Gothofredus vindicatur ab Atheiſmo. 8. Adn.* III.

Vaninus Julius Caeſar excuſatur itidem ab Atheiſmo. *ibid.*

Vazquez Gabriel, Aethiopem dealbare contendit, quum Calvinum, Bezam, & Zwinglium excuſare nititur ab errore in Dei ſanctitatem. 229. & 230. Adn.* III.

Verbum in divinis dicitur notionaliter de Filio. 459. n. 792. Procedit ex adaequata cognitione, ſeu ſcientia omnium neceſſariorum. 460. n. 795. & omnium contingentium. *ibid.*

Veritas haec, *Deus exiſtit*, non eſt per ſe nota quoad nos. 58. n. 39.

Veteres e tribus primis Eccleſiae Seculis Spiritus S. divinitatem exertis verbis praedicaſſe minime reperiuntur. 491. Adn.* II.

Victorius Franciſcus Nob. Eques Commendator, Clariſſimus Vir, laudatur. 386. 389. 502.

Virginia, & *Virginius* quid ſignificent quando in ſacris Titulis occurrunt? 20. n. 16.

Virtutes quae in ſuis conceptibus imperfectionem Deo non adjudicant, proprie Deo adſcribuntur. 208. n. 357.

Vita Dei eſt ratio, qua Deus intellectu & voluntate ſuos actus exercet immanenter metaphyſice, ſeu per identitatem. 127. n. 115.

Volitio divina eſt adfectio, qua divina potentia vitalis ad terminum fertur. 202. 332.

Volterius caſtigandus venit ubi adſerit, variationes apud Latinam Eccleſiam quoad receptionem ſacrorum dogmatum exſtitiſſe, inquo egregie fallit & fallitur. 472 Ad.* III.

Volumen, quod manu geſtat figura Patris in pictura Ss. Trinitatis, habet caracteres nimium obſcuros, & Authori, aliiſque a ſe conſultis prorſus incognitos: rogatur Lector, qui eos intelligat, explicationem tranſmittere. 388. n. 29.

Voluntas Dei eſt potentia vitalis adfectiva

ctiva erga terminum. 202. n. 332. Ipſi convenit ratio adpetitus innati, orti a ſuamet natura, abſque media cognitione. *ibid.* n. 333. eſt multiplex. 203. n. 337. & 338. ejus proprietates. 205. n. 346. actus. 207., & 208. n. 354. Objectum materiale adaequatum ejus eſt omne bonum tam increatum, quam creatum, ac etiam omne malum. 210. & 211. n. 364. omnia Dei praedicata ſunt objectum primarium: quo pacto? *ibid.* n. 366. omnes creaturae bonae ac malae ſunt objectum ſecundarium. *ibid.* & 212. n. 367. & 368. objectum formale primarium eſt Bonitas Dei. 214. n. 379. etiam creata bona & mala ſunt objectum formale proximum & directum inadaequatum. *ib.* n. 380. Voluntas divina eſt cauſſa proxima rerum. 216. n. 388. ipſi potius, quam intellectui ſeu omnipotentiae operationes tranſeuntes adtribuuntur. *ib.* & n. 389. Nulla compellitur neceſſitate morali ad decernendum optimum. 236. n. 412. Ipſa indifferens in actu primo ad ſua decreta elicienda, determinatur, non ab aliqua ſcientia practica, ſed a ſemet ipſa, quin alio indigeat determinante. 240. n. 422. V. *Praefinitio*, *Libertas*, *Decretum liberum*, *Sanctitas*.

Zacharia Franciſcus Antonius, VirClariſſ. judicat, & merito, Lapidem Quintiliani certo ſpectare annum 403. & quare? 373. n. 2. Idem putavit verba illa *cum Spirita Sancta* in Lapide Leopardi referri, non ad Spiritum S. Paracletum, ſed ad animam Leopardi: & ſimiliter in aliis Saxis *cum Spirita S.* praeferentibus; ſed contrarium judicamus verius cum Mazochio & aliis. 495. n. 3.

Zanzalus Jacobus, & ſui Sectatores Jacobitae ſolum per inſcitiam & rei Polemicae ignorantiam inſimulari poſſunt erroris in Ss. Trinitatem. 353., & 354. Adn. *

Zeno (S.) Veronenſis Epiſcopus vindicatur ab errore in divinitatem Filii. 455. VI.

LAUS DEO UNI AC TRINO.

PRAE PRIMIS EMENDANDA.

Pag.	Lin.	ERRATA	CORRIGE.
4	(*t*)	Vid. *Voctius*	*Vcêtius*
9	12	*col.*1.Commentarii	Commentariis
10	29	*col.*2. revocandam	ufum revocandum
12	(*o*)	Gaul. in Sect.	*Gault.* in Seculo
	(*r*)	Sec. xvi	xvii.
32	28	congeſta ſunt, collecta	congeſta ſunt Moni-
34	2	ſepulcrum vidit	Monimentum.
	21	TUTELAE TERRAC.	TARRAC
37	23	V. E. SER.	V. Q. SER.
	24	RT TREBRLLIA	ET TREBELLIA
38	4	*ab Urgetlae*	*Urgellae*
	15	perſcribit.,	perſcribitur,
39	5	*ipſe Conſulit.*	*Ipſe conſulitor.*
52	(*d*)	*Geſſendo*,	*Gaſſendo*,
		Staquelotio.	*Jaquelotio.*
	(*e*)	*Valent.*,d. 1. qu. 2. qu.2.	qu. 2. pu. 2.
68	15	perſuaſſuri.	perſuaſuri.
72	13	communem. 2.	communem. Ad 2.
73	3	eſt quo praedicantur.	eſt, praedicantur.
	(*k*)	Trin. e. 3.	c. 3.
	37	eſt: perfectiſſimus.	eſt perfectiſſimus.
74	(*q*)	*Franc. Dei.*	*Franc. Del.*
78	(*s*)	V. *Anni.*	*Arriag.*
	(*t*)	*Denkennis*	*Derkennis*
80	(*e*)	Ap. *Tull.* c. 5.	*Tull.* l. 5.
	13	*Epicuret*	*Epicurei*
	(*i*)	Lege quae ſunt in (*l*)	
	(*k*)	Lege quae ſunt in (*i*)	
	(*l*)	Lege quae ſunt in (*k*)	
86	25	ſubjectas rei	ſubjectas res
94	1 & 2	inter. Et	inter ipſas. Et
	9	*nulla definitione*	*nulla*
97	26	coeno-bii a	coenobii a
	40	laud. oomeut.	laud. comment.
98	33	vulgo adimiſſos	admiſſos
103		numerus paginae 83	103
	21	autographo. (Dionyſiano)	autographo Dionyſiano.
104	6&7	S. Apri cellam	S. Apri cellam
	25	cummodata Fredaldo	commodata
105	6	omnipotentis offerimus	omnipotenti
106	9	operae praetium eſt	operae pretium
109	7	& 899.	89. 9.
117	10	Juſto,in Dei Immenſitate,	Juſto in Dei Immenſitate,
118	(*r*)	In Paraenitico	Paraenetico
119	(*f*)	apud *Philoſtr.*	*Philaſtr.*
	(*k*)	*Epiph. Philoſtr.*	*Philaſtr.*
120	(*x*)	Ex laud. *Reinerol.*	*Reinerio*
123	(*x*)	*In confuſus.*	*Inconfuſus.*
126	(*y*)	adſerit ut infra	adſeritur infra
129	26	adeeſſu	adceſſu
134	43	*col.*1.quatenus, quem ad-	quatenus quum
138	4	SI DMI ABEATIS	SI DM
	21	*qno ſiat*	*quo ſiat*
140	22	*deſervere vidintur*	*deſervire*
144	40	*col.* 1. O.M.porendunt	portendunt
149	21	*Eſſentia ſubſiſtens*, &	*ſubſiſtens eſt*, &

Pag.	Lin.	ERRATA	CORRIGE.
151	11	manu quod extruere,	quod extruxere,
	19	vel ſalem ita	vel ſaltem
153	37	*col.*2.permiteſcunt	pertimeſcunt
160	25	ergo nequiI eſſe	ergo nequit
166	34	ſit realiter	ſint
172	28	Poſt *τὸ Mi.* adde	Ad 4. *N. Ma.*
182	31	ſcilicet volunattem	voluntatem
191	18	caſu adeidat	adcidat
193	(*q*)	*col.*2.*Viva* cit. aliiſque	aliique
194	13	veritatem nam	veritatem ſuam
	23	futurus, quia talis	futurus qua talis
197	21	ex effica-iae	effica-ciae
203	(*a*)	*col.* 1. q. 19. a ſ 11. 12.	art. 11. 12.
	(*a*)	*col.*2. cit. q. l. ſ. 1.	q. 1. ſ. 1.
206	37	Deum, ab aeterno	Deum ab aeterno
211	24	quod pater ex *Sap.*	quod patet
215	14	℟. *N. A.*	℟. *N. Adſ.*
216	20	*ſuae* xe	*ſuae* ex
222	(*z*)	Ex *Talmude* codica	codice
233	7	an. 1739.	an. 1719
249	(*ii*)	theſi. Adſertores	theſis Adſertores.
251	22	Illos dedimus ubi	Illos indicavimus
275	34	*col.*2. Dialogo, quod	Dialogo, quem
292	23	decretis (*q*)	decretis (*p*)
295	37	aut repugnas:	aut repugnans:
311	8	ſtupidam fit,	ſtupida
313	4	laudatae. dit.	laudatae edit.
330	3	*ſpetioſius Eccleſia*	*ſpatioſius*
334	40	in praeviſis demeritis	non praeviſis
339	(*i*)	*Toura* & ceteri	*Tournel.*& ceteri
350	(*y*)	graeco at.	graeco lat.
355	17	alterum Spiritum S.	alterum Spiritus S.
365	26	*col.* 2. qui, *loquantur.*	*loquantur.*
370	14	commentitium. (*ſ*)	commentitium.(*h*)(*ſ*)
375	24	nullaa rat de Ss.	nulla erat
	25	ap. Hrater.	ap. *Gruter.*
381	7	a p. 94.	t. 1. a p. 94.
	8	t. 1. S. Jacobi	S. Jacobi
	10	ex arhivo	ex archivo
385	1	92	29
418	35	*col.*2. ſibi adſciſcentem	adſciſcente
429	4	Negelinianum errores	errorem
435	11	Coſtantinopolitanus	Conſtantinopolitanus
439	(*c*)	Ep. *Baſil.*	Ap. *Baſil.*
463	8	prout experimens	exprimens
473	38	*col.*2. *Senenſis* in Bibl. 5.	Bibl. S.
	(*b*)	Pag. 417.	Pag. 471.
513	20	*col.*1. Pogguis	Poggius
	1	*col.*2.Joannes Georguis	Georgius
516	12	*col.* 2. quo detriminetur	determinetur
528	39	*col.* 2. Trinittae	Trinitate
535	14	*col.* 2. in D. 11.	in Dei
	28	*col.*2 Atius &c. *Adde*	in Spir. S. 486.
551	31.	*col.* 1. aboleri opat,	optat,
552	33	*col* 1.adpetitus adſectiones	adſectiones
	21	*col.* 2. tenuerunt. 355	tenuuruut, 351.

Errata cetera leviora pro ſua benignitate corriget Lector.

EXCVDEBAT ROMAE
PAVLLVS IVNCHI ROMANVS TYPOGRAPHVS
PROVISOR LIBRORVM S. R. E. IN BIBLIOTH. VATICANA,
IN SANCTI MICHAELIS AD RIPAM
AN. R. S. MDCCLXVIII. XII. KAL. OCTOBR.
SEDENTE
CLEMENTE XIII. PONT. OPT. MAX.
ANNO PONTIFICATVS EIVS XI.

208.9
G286
49204
GENÉR, S. J., JOANNES BAPTISTA
AUTHOR
Theologia Dogmatico-Scholastica
TITLE
Tomus II.

DATE LOANED	BORROWER'S NAME	DATE RETURNED
	STORAGE - CBPL	

49204